This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

2941 e 175.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. XIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

OPERA PHILOSOPHICA

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Digitized by Google

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Franc. L'Honoré Epistola Serenissimo Delphino	1
Præfatio Jo. Aug. Ernesti . . .	5
Elenchus Alphabeticus nonnullorum Scripturæ Compendiorum quæ in Varr. Lectt. occurrunt .	7
M. T. Ciceronis Academicæ Quæstiones:	
Epistola ad M. Terentium Varronem . . .	13
Lib. I. . . .	15
Lib. IV. . . .	48
De Finibus Bonorum et Malorum:	
Lib. I. . .	161
Lib. II. . .	212
Lib. III. . .	301
Lib. IV. . .	349
Lib. V. . .	397

Digitized by Google

Pag.

M. T. Ciceronis Tusculanæ Quæstiones :

Lib. I. . . 463
Lib. II. . . 556
Lib. III. . . 608
Lib. IV. . . 668
Lib. V. . . 723

De Natura Deorum Lib. I. . 795
Lib. II. . 882
Lib. III. . 995

De Officiis Lib. I. . . 1065
Lib. II. . . 1162
Lib. III. . . 1219

NOTÆ VARIORUM in Lib. I. Academicorum . 1281
Lib. II. . . 1287
Lib. I. De Finibus Bonorum et Malorum . . 1306
Lib. II. . . 1309
Lib. III. . . 1315
Lib. IV. . . 1322
Lib. V. . . 1325
Lib. I. Tusculanarum Quæstionum . . 1330
Lib. II. . . 1351
Lib. III. . . 1357
Lib. IV. . . 1362
Lib. V. . . 1367

Digitized by Google

	Pag.
Notæ Variorum in Lib. I. De Natura Deorum	1375
Lib. II.	1393
Lib. III.	1404
Lib. I. De Officiis	1413
Lib. II.	1445
Lib. III.	1460
Recensus Editionum M. T. Ciceronis	1481
Notitia Literaria de M. T. Cicerone	1496
Recensus Codicum Mss. qui in Bibliothecis Britannicis asservantur	1572

INDEX Legum	xii
Geographicus	xxxiii
Historicus	lvi
Poëtarum, &c.	clxvi
Philosophorum	clxviii
Latinitatis	clxxi
Græco-Latinus	cccclxix

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO GALLIARUM

DELPHINO

FRANCISCUS L'HONORÉ,

E SOCIETATE JESU.

QUAM postremam Tullius scripsit operum suorum partem, postrema, ut par est, prodit in lucem auspiciis tuis, SERENISSIME DELPHINE. Hæc tametsi tardiuscule sistere se tibi videatur, non sero tamen, ut spero, prodit; non ad usus tuos parum accommodate. Quam tibi tuisque his præsertim temporibus conveniant, quos complectitur, de Philosophia Libri, intelliges, si memineris et quando scripti, et quorsum scripti, et quibus de rebus scripti, et, quod caput est, quo fructu scripti sint. Scripsit hos Tullius, cum abductus a publicis negotiis, otium sibi vel concessum, vel oblatum duceret domi: scripsit, ut et otium ipse suum mulceret, et ceteros doceret artem otii fruendi: scripsit de vita tum publica tum privata bene beateque traducenda, de levanda animi ægritudine, de contemnenda morte, de omnibus humanæ societatis officiis, in quibus et colendis sita est vitæ honestas omnis, et in negligendis turpitudo. Scripsit præsertim eo otii sui pretio ac compendio, ut ipsius a publicis negotiis discessio, nec patriæ inutilis, nec Tullio ipsi pœnitenda fuerit: si enim privata,

Digitized by Google

in quibus domi versatus est, studia conferes cum publicis, quos pro patria suscepit, laboribus; sic statues, parem illum utrobique, et patriæ operam dedisse, et apud posteros laudem esse consecutum; quo fit ut quiescendo major propemodum, quam agendo fuisse videatur. Sic enim existimo haud paulo difficilius et operosius esse in otio cum laude versari, quam rempublicam gerere cum dignitate.

Tu igitur, SERENISSIME DELPHINE, cum opus hoc perleges hominis ad reipublicæ tutelam præsidiumque quasi divinitus concessi, et quiescentis tamen, et in ipsa quiete magni; intelliges, quæ duo intelligere tua plurimi interest, viros ad patriæ salutem natos posse tum otium pati, tum esse in otio magnos. Magnus est in otio, qui ad publica negotia ex otio vocatus, rem, quasi nunquam otiatus esset, præclare gerit: magnus est in otio, qui a rebus gerendis ad prius otium revocatus, habet domi, quasi nunquam publicam rem attrectasset, mentem quietam, animumque sedatum. Quis Alexandrum in otio magnum, antequam arma tractaret? quis Fabricium, cum arma deponeret, neget fuisse magnum in otio? Ille in fortissimi parentis sinu fortes animos combibebat, et in Philippi imperantis disciplina discebat imperare. Hic, deposito, postquam triumphasset, imperio, carere assuescebat iis honoribus quos merebatur. Uterque lucro apponebat annos, ille quos ætas tenera, hic quos respublica sibi vacuos relinquebat: ille quiescendo discebat agere, hic agendo quiescere. Magnus uterque; quando imperium ambo non gerere, quod fortunæ esse solet, sed mereri studerent, quod industriæ est. Dignus uterque, qui semper imperaret, cum imperare ambo nollent nisi jussi, et esse possent, quod vix heroës possunt, etiam imperando obsequiosi.

Conjunxisti, SERENISSIME DELPHINE, quæ perdifficilis conjunctio est, geminam laudem, tum otiantis, dum ferebat ætas, Alexandri, tum conquiescentis, dum respub-

Digitized by Google

lica jubebat, Fabricii. Quod teneris sub annis otium duxisti, non mollis, ut in aula solet, veternus fuit, sed domesticum, quale illud adolescentis in sinu paterno Alexandri, studium, et umbratile rudimentum artis militaris. Hinc non diu tiro, statim antistes artis, et magister extitisti. Neque vero longum iter ad magisterium esse tibi potuit, quem non tradita a magistris præcepta multa, lente, ut fit; sed magna LUDOVICI MAGNI exempla compendiose erudirent.

Philippo-Burgi expugnatio, qui Herculeus peritissimis etiam ducibus labor fuerat, tibi operæ tirocinium fuit, et otii pretium. Didicimus ex his vincendi primordiis, quam spem tui imposterum facias, et quis sis futurus, ubi paterni laboris in societatem, et in partem curarum vocaberis. Didicimus, quod otieris, non oscitationis tuæ esse, sed paternæ felicitatis, neque te parenti deesse, aut ipsum tibi, sed deesse digna, et ipso et te, pericula. Didicerunt jam tum hostes, ex eo qui in otio fueras, priusquam pugnares, quis in otio sis, postquam triumphasti. Didicerunt, in aula te, devictis ipsis, non ut Capuæ Hannibal, otio diffluere, sed in agris Versalianis, ut in Sabinis Coruncanius Curiusve, cessare; cessationemque illam temporariam, non fugam laboris esse, sed nobile filii arma pro paterno nutu induentis deponentisque obsequium.

Quare ne te pigeat otii, quod tibi deinceps non indecorum futurum est, Marte circum regni claustra nequicquam fremente; summa, quam per te habemus, quiete tecum fruamur. Recreet nos conspectus tuus, qui jam satis hostes terruit. Timeatur posthac foris miles noster, tu domi amari perge; exterorum terror ille sit, tu civium amor. Quod si etiamnum ab hostibus timeri amas; timeri, etiam apud nos cessando, potes: senserunt illi quis sis dum cessas, timebunt etiam cessantem.

Interim offert se tibi Tullius otii comitem, nisi mea me mens fallit, opportunum. Sperat enim fore, ut et hic otii sui Tusculani partus, tibi in otio illo Versaliano non in-

Digitized by Google

jucundus accedat, et inter rusticandum non dedigneris cursim evolvere, quos rusticando scripsit, de Philosophia Libros. Alienos quidem a te ne putes, quod de Philosophia sint; memineris scite dictum illud a Platone, 'Tunc beatam fore rempublicam, cum et reges philosophabuntur, et philosophi regnabunt.'

Digitized by Google

JO. AUG. ERNESTI
PRÆFATIO.

Qui hoc volumine continentur libri Ciceronis, ea rerum præstantia insignes sunt, ea disserendi cum subtilitate et elegantia, tum copia et suavitate, ut nihil iis esse possit ad ingenium rerum optimarum copia alendum uberius, et acuendum efficacius; orationem denique in disserendo fingendam ornandamque apte ad rei cujusque genus atque modum limatius. Itaque ut est quisque ad sensum illorum bonorum minus hebes, ita plus horum librorum lectione teneatur necesse est. Nos quidem hi libri juvenili ætate legi cœpti, ita dulcedine bonorum suorum et pulchritudine cepere, ut iis legendis satiari nunquam potuerimus. Quo libentius etiam ad eos recensendos, et tum emendandos, tum explicandos accessimus. In quo nos non parvo exemplorum tum scriptorum, tum formis literarum expressorum numero adjuti sumus. Scriptorum quidem exempla bibliothecæ variæ, Gothana, Guelferbytana, Curiensis, excerpta autem e talibus exemplis amici plures suppeditavere, editorum autem exempla antiquiora, tum pariter bibliothecæ publicæ, tum nostra, quam a multis annis Ciceronianorum librorum exemplis instruere studuimus: in quibus sunt, quæ a superioribus eorum editoribus, vel omnino non, vel non satis diligenter consulta reperimus. Libros hos primi uno volumine edidere Sweinhemius et Panartius, omissis tamen de Officiis libris, quos post a. 1479. ab iis editos habemus, et Tusculanis Quæstionibus, quæ an. 1471. ex eorum officina prodiere, ante ab Ulrico Gallo Viennensi editæ, Jo. de Colonia et Jensono aliisque post hos, etiam cum notis; de quibus editionibus Fabricii Bibliotheca Latina consulenda est, sicut et de editionibus horum librorum uni-

Digitized by Google

versorum, et in exemplis, quæ postea ad eorum exemplum facta sunt, non reperiuntur. Primum eos addidit, quod sciam, editio Mediolanensis loco tertio. Nam ordo primarum editionum differt ab eo, qui nunc servatur, sequunturque libros Academicarum Disputationum, qui primum locum tenent, libri de Legibus, hos de Officiis, de Finibus, Tusculanæ Quæstiones, et reliqui. Ordinem eum, qui nunc est, induxit Cratander, ipsum Ciceronem auctorem secutus, ut in præfatione demonstravit. Hoc autem apparatu nostro ita usi sumus in textu recensendo et conformando, ut artis criticæ ratio postulabat, neque audaciæ in eo corrigendo indulgentes, neque evidenti necessitati, per inanem modestiæ speciem repugnantes. Itaque speramus nos multis locis bene consuluisse textus Ciceroniani integritati. Quod si tamen locis forte quibusdam ab legibus severæ artis criticæ, contra consilium nostrum discesserimus, veniam nobis daturos esse viros harum rerum usu peritos, qui, quam difficile sit, sibi ab omni lapsu in hoc genere cavere sciant, speramus. Scr. Lipsiæ, d. XXIV Sept. A. C. MDCCLXXVI.

Digitized by Google

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM QUÆ IN VV. LL. AD OPERA PHILOSOPHICA CICERONIS OCCURRUNT.

A	Codex Leidensis, membranaceus, literis Longobardicis scriptus, qui fuit olim Nicolai Heinsii. A G. H. Mosero collatus.
Ald.	Editio Aldina Ciceronis Operum.
Ascens.	Editio Ascensiana Ciceronis Operum, Paris. 1511.
B	Alter codex Leidensis, membranaceus: ex bibliotheca Is. Vossii. Contulit G. H. Moser.
Bak.	Codex Thomæ Bakeri, quo usus est Jo. Davisius in Tusc. Quæstt.
Ball.	Codex membranaceus in Biblioth. Collegii Balliolensis, Oxon. ab Jo. Davisio collatus. Vide ψ in hoc Elencho.
Basil.	Codex Basileensis sæc. xiv. quem contulit Jo. Casp. Orellius.
Baz.	Quatuor Opuscula; nempe, de Fin. Bon. et Mal.; de Petitione Consulatus; de Universo; et de Somnio Scipionis. Impressa Bononiæ, per Casigulam Baζalerium, 1499.
Ric. Bentl.	Ricardus Bentleius in ejus Emendationibus ad Tusculanas Quæstiones, in ed. Davisiana insertis.
Th. Bentl.	Ciceronis libri de Finibus. Edidit Thomas Bentleius. Cantab. 1718.
Bergeri Ms.	Variæ lectiones Naugerianæ editionis, ex unico exemplo Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, a Julio Bergero descriptæ, et quas in ed. sua commemorat Jo. Casp. Orellius.
Bern. 1. 2. 3. 4. 5.	Quinque codices Bernenses, collati ab Leonhardo Usterio, professore Bernensi; et quorum varietatem lectionis notavit Jo. Casp. Orellius. Primus est sæc. ix. secundus sæc. ix. vel x. tertius sæc. xiii. quartus et quintus sæc. xv.

Digitized by Google

Beroald.	Quæstiones Tusculanæ, editæ a Philippo Beroaldo. Bonon. 1496.
Boher.	Jo. Boherius in ejus Annotationibus ad Tusculanas Quæstiones.
Brem.	Ciceronis Libri de Fin. Bon. et Mal. Edidit J. H. Bremius. Lips. 1798.
C	Tertius Leidensis codex, membranaceus; ex biblioth. Is. Vossii. Contulit G. H. Moser.
Cant.	Codex in Bibliotheca publica Cantabrigiensi, quo usi sunt Jo. Davisius et Zach. Pearcius, episcopus Roffensis.
CCC.	Codex membranaceus, anni 1472. Coll. Corp. Christi, Oxon. cujus varietatem lectionis notavit Jo. Davisius.
Colon.	Codex Coloniensis, a Jano Gulielmio collatus. Hunc Mstum Gebhardus nominat *Fabr.*
Crat.	Andr. Cratandri editio Ciceronis Operum. Basil. 1528.
Creuzer.	Ciceronis Libri tres de Natura Deorum. A Frid. Creuzero. Accedit Apparatus Criticus digestus a G. H. Mosero. Lips. 1818.
Cruc.	Exemplar Crucianum, a Jano Grutero citatum.
Cur.	Codex Curiensis, ab Jo. Aug. Ernesto collatus.
D	Codex in Biblioth. Bodleiana, Oxon. a Th. Hearnio collatus.
Dav.	Editio Davisiana Ciceronis Operum Philosophicorum.
Dd.	Codex membranaceus, sæc. XIII. in Biblioth. Regia Parisiensi. A Frid. Creuzero citatus.
Dresd. 1.	Codex Dresdensis, membranaceus, sæc. XVI. vel XVII. Philosophica Ciceronis omnia complectens. Contulit Jo. Aug. Gœrenzius.
——— 2.	Codex Dresdensis, membranaceus, sæc. XV. Ab eodem collatus.
Duisb.	Codex Duisburgensis, ab Jo. G. Grævio citatus.
E	Codex anni 1459. in Biblioth. Bodleiana, Oxon. quem contulit Th. Hearnius.
Ee.	Codex membranaceus Parisiensis, sæc. XIV. A Frid. Creuzero citatus.
Eliens. 1. 2.	Variæ lectiones ex duobus Mss. excerptæ, et allitæ oræ ed. Stephanicæ ann. 1538. fol. et quas a Jo. Moro, episc. Eliensi, accepit Jo. Davisius.
Erasm.	Erasmi editio Tusculanarum Quæstionum. Basil. 1525. 8vo.
Erf.	Codex Erfurtensis, a J. G. Grævio citatus.
Ern.	Editio Ciceronis Operum, ex recensione Jo. Aug. Ernesti. Hal, 1820.
Fa.	Tertius codex Parisiensis, sæc. XIV. a Frid. Creuzero citatus.

Digitized by Google

Fb. Fc. Fd. Fe. et Ff.	Quinque Codicum Parisinorum specimina, quæ Savignyus ad Creuzerum misit, complectentia collationem capitis primi libri secundi de Natura Deorum.
Faber.	P. Faber in ejus Commentario ad Acad. Quæstt. Ciceronis.
Facciol.	Editio Facciolatiana Ciceronis librorum de Officiis, Venet. 1747.
G	Codex membranaceus sæc. XIV. (olim Uffenbachianus,) cujus varietatem lectionis notavit Frid. Creuzer.
Gembl.	Codex Gemblacensis, quem citat Janus Gruterus.
Gœrenz.	Ciceronis Philosophica omnia. Edidit Jo. Aug. Gœrenz. Lips. 1809—1813.
Glog.	Codex chartaceus, in cœnobio Glogaviæ repertus, libros de Natura Deorum et de Officiis continens; cujus varietatem lectionis notavit L. F. Heindorfius.
Goth.	Codex Gothanus, ab Ernesto citatus.
Græv.	J. G. Grævius in ed. sua librorum de Officiis, Amstel. 1688.
Græv. 1. 2.	Duo codices, quibus usus est J. G. Grævius.
Gron.	Codex Groninganus, cujus variantes lectiones in marg. suæ editionis notavit Is. Verburgius.
Grut.	Editio Ciceronis Operum, per Janum Gulielmium et Janum Gruterum. Hamb. 1618.
Gryph.	Editio Tusc. Quæstt. Ciceronis per Jo. Mich. Brutum. Gryph. 1570.
Gud. 1.	Codex Gudianus membranaceus, sæc. XIV. ab Jo. Aug. Gœrenzio citatus. Hunc Mstum Ernestus contulit *Guelf.* nomine.
Gud. 2.	Alter codex Gudianus, a Gœrenzio citatus.
Guelf. 1. 2. 3. 4. 5.	Quinque Guelferbytani codices, quibus in Officiis recensendis usus est J. F. Heusinger.
Guyetus.	Francisci Guyeti Stricturæ ex ora editionis Gruterianæ, quæ servatur in Bibliotheca Jesuitarum Parisinorum, et quas Jo. Davisio Jo. Walkerus communicavit.
H	Codex Landeshut. Bavar. a Frid. Creuzero citatus.
Heindorf.	Ciceronis de Natura Deorum Libri tres, edente Lud. Frid. Heindorfio. Lips. 1815.
Hervag.	Editio Hervagiana Ciceronis Operum, Basil. 1534.
Heusing.	Heusingeri editio Ciceronis Librorum de Officiis, Brunsv. 1783.
Huber.	Ciceronis Academicorum Librorum quatuor reliqua ad fidem Codicum Mstorum emendata. Colon. apud Petr. Martellum, 1748.
Hülsemann.	Ciceronis Academica, studio Frid. Hülsemanni. Magdeburg. 1806.
I et K	Duo codices Norimbergenses, a Frid. Creuzero citati.

Digitized by Google

Junt.	Editio Ciceronis Operum, studio P. Victorii. Venet. apud Luc. Ant. Juntam, 1534.
Kinderv.	Ciceronis Libri tres de Natura Deorum, edente Christ. Vict. Kindervater. Lips. 1796.
La.	Codex membranaceus Ottobonianus, vel Vaticanus, cujus collationem instituit F. Theoph. Welker, Professor Gottingensis, et ad Frid. Creuzerum misit.
Lall.	Editio Ciceronis Operum, per J. N. Lallemand. Paris. 1768.
Lam.	Codex in Bibliotheca Lamethana, sive Lambethana, archiepiscoporum Cantuar. A Zach. Pearcio citatus.
Lamb.	Editio Ciceronis Operum, a Dionysio Lambino.
Lb. Lc. Ld. Le.	Codicum Romanorum collatio, quam F. Theoph. Welker, Prof. Gottingensis, ad Frid. Creuzerum misit.
Leid.	Tres codices quos citavit Boherius in ejus Annotationibus ad Tusc. Quæstt.
Lincoln.	Codex membranaceus anni 1420. in Biblioth. Collegii Lincolniensis, Oxon. quem contulit Jo. Davisius.
M	Codex Monacensis, olim Biblioth. Reg. Paris. quem Francisc. Xaverius Werferus contulit. A Jo. Aug. Gœrenzio citatus.
Madvig.	Jo. Nic. Madvigius in ejus Emendationibus ad Ciceronis libros Philosophicos, Hauniæ, 1826.
Magnol.	Ciceronis Officiorum Libri tres, &c. Venet. ap. Bartholomæum Zanetum Castersagensem, 1538.
Manut.	Editio Manutiana Operum Philosophicorum, Ven. 1555.
Mars.	Ciceronis Libri de Natura Deorum, per Petrum Marsum. Ven. 1507.
Mead. 1. 2.	Duo codices Ricardi Mead, M. D. a Zach. Pearcio, episcopo Roffensi, collati.
Med.	Editio Ciceronis Operum, per Alex. Minucianum. Med. 1498.
Mill.	Ms. Edvardi Mills, nitidum, et ex codice bonæ notæ descriptum an. 1410. Variantes lectiones notavit Zach. Pearcius in editione sua.
Mor.	Gulielmius Morelius Tillianus in ejus Obss. ad Libros quinque de Fin. Bon. et Mal. Paris. 1546.
N	Codex chartaceus, sæc. xv. in Biblioth. Academica Erlangæ; a Jo. Aug. Gœrenzio citatus.
Norf.	Codex in Biblioth. Norforcensi Regiæ Societatis, Londin. quem Zach. Pearcius contulit.
O	Codex membranaceus in Biblioth. Collegii Mertonensis, Oxon. a Th. Hearnio collatus.
Oliv.	Editio Ciceronis Operum, edente Jos. Oliveto. Oxon. 1783.
Orell.	Ciceronis Opera, per Jo. Casp. Orellium. Turici 1826.

Digitized by Google

P	Editiones Librorum de Finibus Bon. et Mal. et Tusc. Quæstt. impressæ per Philipp. Condam Petri, (sic) Venet.
Pall.	Mss. Palatini, a Jano Grutero citati.
Paris. 1. 2. 3. 5.	Quatuor codices in Biblioth. Luparensi, quibus usus est Jo. Davisius.
Paris. 4.	Variæ lectiones veteris codicis ascriptæ marginibus ed. Stephanicæ anni 1543. et quas notavit Jo. Davisius.
Pearcius.	Ciceronis De Officiis Libri tres. Edidit Zach. Pearcius, episcopus Roffensis. Cantab. 1777.
Pith.	Varietas lectionis ascripta margini ed. Lambinianæ a Petro Pithœo.
Rath.	Ciceronis Opera Philosophica, edente R. G. Rathio. Hal. Sax. 1804—1820.
Red. vel Rehd.	Codex membranaceus, sæc. xv. Bibliothecæ Rehdingerianæ. Vid. *Vratisl.* in hoc Elencho.
Reg.	Codex in Biblioth. Regia Londini, quo usus est Jo. Davisius.
Reg. 1.	Ms. de quo cl. Ric. Bentleius sic in marg. Grævianæ ed. ap. Zach. Pearcium: 'Collatum cum codice Regio 600. annorum Londini.'
Reg. 2. 3. 4.	Alii codices in Biblioth. Regia Londini, cujus variantes lectiones notavit Zach. Pearce.
Reisk.	Editio Tusculanarum Quæstionum a J. Jac. Reiskio curata. Lips. 1761.
Rosa.	Jo. Rosa, Prof. Jenensis, in ejus Commentario ad Academica et Libros de Finibus. Francof. ad Mœn. 1571.
Schur.	Ciceronis Tusculanarum Quæstionum Libri quinque. Argent. in ædibus Mathiæ Schurerii, 1511.
Schutz.	Ciceronis Opera, edente Chr. Godofr. Schutzio. Lips. 1814.
Spirens.	Ms. Spirensis, cujus varietatem lectionis notavit Jo. Aug. Gœrenz.
Car. Steph.	Ciceronis Opera, per Car. Stephanum, Paris. 1554.
Rob. Steph.	Ciceronis Opera, per Rob. Stephanum, Paris. 1543.
Thann.	Tres Ciceronis de Natura Deorum libri. A Jac. Thannero. Lips. 1520.
U	Codex membranaceus anni 1420. in Biblioth. Collegii Lincolniensis Oxon. quo usus est Th. Hearnius, et quem Jo. Davisius contulit sub nomine *Lincoln.*
Ven. 1471.	Ciceronis Opera Philosophica. Venet. J. de Colonia, 1471.
—— 1494.	Editio Ciceronis Philosophicorum, a Jo. Aug. Gœrenzio citata.
Vict.	Ciceronis Opera, per Petr. Victorium. Venet. ap. Luc. Ant. Juntam, 1534—1537.

Digitized by Google

Vienn.	Codex Viennensis sæc. XIV. a Jo. Aug. Gœrenzio collatus.
Vratisl.	Codex membranaceus Vratislaviensis, sæc. XV. Biblioth. Rehdingerianæ, a Gœrenzio collatus, et quo usus est L. F. Heindorfius sub nomine *Red.* vel *Rehd.*
Walker.	Jo. Walkerus in ejus Obss. quæ in ed. Davisiana insertæ sunt.
Weg.	Collatio exemplo Aldinæ 1565. appicta, a Wegelio, cujus hæc in fine libri adjecta verba sunt: 'Excerpsi Wegelius in Biblioth. Basil. 1698.' Ab Jo. Aug. Gœrenzio citatur.
Wolf.	Ciceronis Tusculanæ Quæstiones, edente F. A. Wolfio. Lips. 1825.
Wyttenb.	Daniel. Wyttenbachius in ejus Obss. ad Ciceronis Philosophica, et quas Creuzerus in ed. sua inseruit.
ι	Codex Oxoniensis, a Th. Hearnio collatus.
λ	Codex membranaceus Oxoniensis, ab eodem collatus.
μ	Codex Oxoniensis, membranaceus, quo Th. Hearnius usus est.
ξ	Codex membranaceus anni 1472. in Collegio Corp. Christi, Oxon. a Th. Hearnio collatus. Hoc Msto etiam usus est Jo. Davisius, qui id *CCC.* vocavit.
σ	Codex membranaceus Collegii B. Mariæ Magdal. Oxon. quem contulit Th. Hearnius.
χ 1. 2.	Duo codices in Biblioth. Nov. Oxon. unus membranaceus, alter chartaceus : ab eodem collati.
ψ	Codex membranaceus in Biblioth. Collegii Baliiolensis Oxon. quem contulerunt Th. Hearnius et Jo. Davisius, qui et eum *Ball.* nominavit.
ψ 2.	Ms. chartaceus anni 1450. in Bibliotheca Collegii Baliiolensis Oxon. quo usus est Th. Hearnius.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

ACADEMICÆ QUÆSTIONES,

AD M. TERENTIUM VARRONEM.[a]

CICERO VARRONI S. D.*

Etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus; tamen ego expectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos: nosti enim profecto os adolescentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos misi; qui, metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. Expectabam omnino jamdiu, meque sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere. Sed cum tu[1] tardius faceres, id est, ut ego interpretor, diligentius, teneri non potui, quin conjunctionem studiorum amorisque

* Mss. nonnulli et edd. hanc Epistolam dedicatoriam omittunt.—1 Dav.

NOTÆ

[a] *Ad Varronem*] Ut hos libros Varroni Tullius inscripserit, fecit arcta quæ inter eos intercesserat necessitudo. Nata illa Athenis, ubi uterque Antiochum in philosophia magistrum audiverat: crevit subinde tum similitudine studiorum quibus ambo philosophiam primum, dehinc forum coluerunt, tum ordinis conjunctione, quippe uterque familia equestri. De Varrone plura inferius ex vita ejus per M. Vertranium Maurum prolixe scripta.

Digitized by Google

nostri, quo possem literarum genere, declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius. Tibi dedi partes Antiochinas,[2] quas a te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumsi Philonis. Puto fore, ut, cum legeris, mirere id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus:[3] sed nosti morem dialogorum. Posthæc autem, mi Varro, quam plurima, si videbitur, et de nobis, et inter nos; sero fortasse: sed superiorum temporum fortuna reipublicæ causam sustineat: hæc ipsi[4] præstare debemus. Atque utinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis, hæc inter nos studia exercere possemus! quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis et curas et actiones darent. Nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? Mihi vero cum his ipsis vix; his autem detractis, ne vix quidem. Sed hæc coram, et sæpius. Migrationem et emtionem feliciter[5] evenire volo, tuumque in ea re consilium probo. Cura ut valeas.

legi maluit *Quod cum tu.*—2 Dav. e Mss. edidit *Antiochias:* al. *Antiochianas.* —3 Ern. ad Epistt. ad Fam. IX. 8. conjecit *locuti simus* legend.—4 J. F. Gronov. legit *hanc ipsi.*—5 Lamb. malebat *emtionem tibi feliciter.*

Digitized by Google

ACADEMICARUM[b] QUÆSTIONUM

LIBER PRIMUS.[c]

ARGUMENTUM.

Quatuor omnino libros Academicarum Disputationum scripsit Cicero, in quibus omnem philosophiam Academiæ cum veteris tum novæ explicavit; sed ita, ut facile intelligeretur, id quod ipse fatetur, v. c. Ep. ad Div. IX. 8. se novam veteri præferre. Itaque induxit Varronem, Antiochi, quintæ Academiæ conditoris, et veterem Academiam instaurare cupientis, se autem Philonis partes suscipientem, qui quartæ Academiæ caput fue-

In ♆ hic liber inscribitur, *Academicorum liber I. M. T. Ciceronis Fragmentum primi libri de Academicis.* Hülsemann. inscripsit, *M. T. Ciceronis Academicorum libri primi Fragmenta; ex secunda editione ab ipso Cicerone curata.* Orell. *M. Tullii Ciceronis Academicorum Posteriorum liber primus ad M. Terentium Varronem.* 'Allio vult ut hicce liber primus secundæ editionis *Varro* inscribatur, ut secundus primæ inscriptus sit *Lucullus:* non placet. De duplici autem Academicorum editione vide sis Davisii notam ad Acad. II. 1. Inde factum est, ut alii fragmentum primi libri, quod ex quatuor illis editionis secundæ servatum est, præposuerint, ut Davisius; alii a Lucullo seu libro secundo editionis primæ fecerint initium, ut Sturmius, Manucius, Olivetus, alii.' *Rath.*

NOTÆ

[b] *Academicarum*] Quatuor videntur præmittenda de Quæstionibus Academicis: qua occasione, quando, ubi, quot libris scriptæ? Primo, his libris aliisque, quos de philosophia deinceps edidit, scribendis tria locum dederunt: dolor ex amissa, quam in oculis gerebat, Tullia filia; consuetudo philosophorum ad se, ut auctor est Plutarchus, concursantium consolandi gratia; potentia Cæsaris. Ea ferme sunt quæ Ciceronem a vita urbana ad rusticam, ab opera forensi ad privata, quæ diu intermiserat, philosophiæ studia revocarunt. Ita Fabricius. Secundo, anno igitur ætatis suæ 62. U. C. 708. Julio Cæsare tertium dictatore, quem in annum incidit mors Tulliæ, reliquam anni partem in philosophia Cicero, qua Asturæ, qua ceteris in villis consumsit. Scriptorum autem eo anno librorum is ordo est et numerus: Scripsit primum de Consolatione librum unicum, ut dolori suo de morte Tulliæ aut serviret, aut mederetur; tum Hortensium, quo accusatam ab Hortensio philosophiam defendit; dehinc libros hosce Academicos; postremo de Finibus Bonorum et Malorum. Hic accedat Laudatio Porciæ sororis M. Catonis et uxoris L. Domitii Æ-

Digitized by Google

rat, et novæ Academiæ placita tenuerat; sed ita, ut nihil inter veterem et novam interesse disputaret; (vid. lib. I. c. 4. et Luculli c. 4.) quod Antiochus libro, quem 'Sosus' inscripserat, negabat. Horum quatuor librorum primi tantum fragmentum hoc restat, in quo post præfationem, quæ de instituto philosophiæ Latinis literis illustrandæ agit, et occasionem sermonis demonstrat c. 1—3. Varro primum, inde a Socrate repetens usque ad Arcesilam, philosophiæ rationem exponit, c. 4—13. deinde Cicero ab Arcesila incipit, et in Carneade desinit. Summa sermonis Varroniani hæc est: Socratem primum cœpisse de moribus magis quam de rerum natura disputare, in qua sola superiores philosophi versati erant, atque in omnibus sermonibus usum esse illa εἰρωνείᾳ, qua nihil se scire diceret, nisi id ipsum, quod nihil sciret. Hujus discipuli, Platonis, auctoritate unam et consentientem duobus vocabulis philosophiæ formam institutam esse, Academicorum et Peripateticorum, qui certam et completam philosophiæ formulam composuerint, sed Socraticam dubitationem, et de omnibus rebus sine assensione disputandi consuetudinem, reliquerint, atque ita artem philosophiæ effecerint, c. 4. Triplicem autem fuisse philosophandi rationem; unam, de vita et moribus, quæ a natura peteretur, cui parendum, in qua summum bonum quærendum dicerent, c. 5. 6. alteram, de natura, quæ contineretur ex effectione et materia; quam fingeret et formaret effectio, c. 7. 8. coll. c. 2. tertiam, quæ in ratione et disserendo versaretur, ductam illam quidem a sensibus, sed ita, ut judicium veritatis non sensibus fallentibus, sed menti tribueretur, quæ sola cerneret, quod semper esset, simplex, et unius modi, et tale, quale esset, quam ideam appellavisset. Omnem a sensibus ductam cognitionem opinabilem tantum

NOTÆ

nobarbi, de qua lib. VI. epist. 47. ad Atticum. Addunt nonnulli Tusculanas Quæstiones; sed illi, ut suo loco dicetur, perperam. Tertio, Academici quidem, teste Plinio, scripti sunt in villa cui Academiæ nomen, de qua nos infra; dictique Academici, tum quod in ea villa scripti, tum quod iis, ut Turnebo placet, Academicorum doctrina defendatur. Quarto, ediderat primum duos libros Academicos; alterumque Catulum, Lucullum alterum appellaverat. Horum posterior extat, ut quibusdam placet, de quo Plutarchus in vita Luculli. Dubitant tamen nonnulli, an Lucullus ille sit qui extat. Subinde, quod ex decoro non videretur esse, sermones eos viris nobilibus illis quidem, at minime philologis, tribuere, eosdem ad Catonem Brutumque transtulit; mox admonitus ab Attico, Academicam illam σύνταξιν ad Varronem totam traduxit, contulitque e duobus libris in quatuor. Ad Att. lib. XIII. epist. 12. 13. et 16.

[c] *Liber primus*] In quadam editione Manutiana susque deque vertitur hic ordo librorum. Factum id suspicor, quod consultius fore Manutiis visum sit seriem temporum quibus scripti sunt, quam rerum quæ scribuntur, ordinem sequi. Hos videlicet ter Cicero edidit, inscripsitque editione quidem prima, Catulo et Lucullo; secunda, Catoni ac Bruto; tertia, Varroni. Adeoque qui nunc quartus, itemque Lucullus vulgo inscribitur, editionis est primæ; hic vero primus, tertiæ. Quare, si sola temporum habeatur ratio, iste prior est, hic posterior.

esse, scientiam tantum in animi motionibus et rationibus inesse, c. 9. Aristotelem deinde primum ideas labefactasse; Theophrastum negasse, in virtute sola positum esse, beate vivere; Stratonem totum se ad naturæ obscuritatem contulisse, c. 10. Zenonem autem inprimis disciplinam corrigere conatum esse, et plurima in triplici illa ratione novasse, c. 11. 12. Zenoni deinde se opposuisse Arcesilam, non pertinacia, sed obscuritate rerum commotum, et revocasse illam veteribus omnibus usurpatam de rebus omnibus dubitandi consuetudinem, nihilque dixisse sciri posse, ne id ipsum quidem, quod Socrates excepisset. Cf. lib. II. c. 24. Hanc esse Academiam novam appellatam, et ad Carneadem perductam, c. 13.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 39.] In Cumano[d] nuper cum mecum Atticus noster[e] esset, nuntiatum est nobis a M. Varrone, venisse eum Roma[a 1] pridie vesperi, et nisi de via fessus esset, continuo ad nos venturum fuisse. Quod cum audissemus, nullam moram interponendam putavimus,[2] quin videremus hominem, nobiscum et studiis eisdem, et vetustate amicitiæ conjunctum. Itaque confestim ad eum ire perreximus: paulumque cum[3] ejus villa[f] abessemus, ipsum ad nos venientem vidimus: atque illum complexi, ut mos amicorum est,[4] satis eum longo intervallo ad suam

[a] *Venit nuntius, a M. Varrone missus, qui diceret eum Roma venisse.*

CAP. I. 1 ψ *Romam.*—2 E *putamus.*—3 E *cum* omittit. In Ven. 1494. legitur *paulumque cum abissemus via:* unde Durandus legi volebat *paulumque cum abissemus a villa.*—4 Verba *ut mos amicorum est* Lambino suspecta sunt. Pro

NOTÆ

[d] *In Cumano*] Ager est Campaniæ a Cumis dictus, quæ urbs Liternam inter et Misenum sita est; unde Cumææ Sibyllæ nomen. Fuerunt et alteræ Cumæ in Æolide regione Asiæ Minoris inter Myrinam et Phocæam: horum Cumanorum stoliditas locum dedit adagio, 'Cumani sero sapiunt.'

[e] *Atticus noster*] Is est ad quem extant Ciceronis epistolæ. Eques Romanus, nuncupatus ob linguæ peritiam Atticus, et interdum L. Cæcilius, nomine avunculi, a quo adoptatus. Hujus soror Pomponia secundo Ciceronis fratri nupsit, filia Marco Agrippæ, unde nata Vipsania, Tiberii Cæsaris uxor et Drusi mater. Sub Augusto, cui gratiosissimus erat, cibi abstinentia periit: vitæ ejus epitomen habes apud Volaterranum ex Cornelio Nepote.

[f] *Cum ejus villa*] Habuit præter hanc villam alias alibi non paucas Varro: 1. in Tusculano, emtam a M. Puppio Pisone; 2. in Pontino, quam sub ipsa bella civilia emerat; 3. sub Cassino monte, quæ celebres Luculli in Tusculano ædes elegantia vincebat. In hunc fundum involasse Antonium ait Cic. Phil. II. Ita Vertranius Maurus in vita Varronis.

Digitized by Google

villam reduximus. 2. Hic pauca primo; atque percunctantibus nobis, ecquid forte Roma novi; Atticus, Omitte ista, quæ nec percunctari nec audire sine molestia[g] possumus, quæso, inquit: et quære potius,[5] ecquid ipse novi:[b] silent enim diutius Musæ Varronis,[h] quam solebant: nec tamen cessare,[c] sed celare, quæ scribat, existimo. Minime vero, inquit ille: intemperantis[d] enim arbitror esse,[6] scribere quod occultari velit: sed habeo opus magnum[i] in manibus, quod jampridem[7] ad hunc ipsum[k] (me autem

[b] *Hic cum pauca primo diceremus, et ea quidem interrogante me Varronem, v. g. quid novi Roma haberet, Atticus mihi dixit, Omitte, quæso, ista quæ nec interrogare nec audire sine molestia possumus, et quære potius ecquid ipse Varro novi scripserit.*
[c] *Otiari.* [d] *Insipientis est.*

satis eum Dav. conjecit *se visentium*. Mox, *atque ea perc.* omnes Mss. et edd. præter Ven. 1494. Ern. et Hülsemann. probante Rathio. Pro *ecquid* omnes Mss. præter E U et Eliens. habent *et si quid;* et sic etiam edd. ante Lamb. cum Grut. Paulo post, Lamb. conj. *Tum Atticus*, vel *Atticus autem*. Denique, Crat. *possimus*.—5 E *et quare potius*. Mox, idem *nec tamen ipsum cess.* ut volebat Ern. qui auctoritate ed. Ven. 1494. delevit *istum*, quod vulgo inseritur ante *cessare*.—6 Nonnulli omittunt *esse*. Tum, Hieronymus in Rufinum lib. I. col. 349. legit *occultari velis*, ut volebat Walker.—7 Mss. plerique *quæ jam pridem:* unde Dav. conj. Ciceronem scripsisse *quia jam pridem*. In N U et Weg. *quojam pridem*, prob. Gœrenz. Tum, *ad hunc eum ipsum* omnes Mss. et edd. præter Manut. Lamb. Ern. Oliv. Hülsemann. Schutz. et Orell. Mox,

NOTÆ

[g] *Sine molestia*] Erant enim omnia Romæ conturbata, dominante Cæsare.

[h] *Musæ Varronis*] Celebre est D. Augustini de Varrone dictum, tam multa illum legisse, ut mirum sit aliquid scribere potuisse; et tam multa scripsisse, quam vix quenquam legere posse, verisimile sit.

[i] *Opus magnum*] Librum de Lingua Latina, ut sentiunt Fulvius Ursinus et Turnebus, quibus ultro assentimur. Iis enim ferme temporibus, quibus editi sunt a Tullio libri Academici, prodiit Varronis opus de Lingua Latina, post ludos videlicet Circenses Cæsaris Dictatoris, ut ipse monet lib. IV.

[k] *Ad hunc ipsum*] Operis illius Varroniani tres erant partes, ipso auctore l. VII. prima, Quemadmodum vocabula rebus imposita fuissent; secunda, Quo pacto de his declinata in discrimina ivissent; tertia, Ut ea inter se ratione conjuncta sententiam efferrent. Prima lib. sex complectebatur: quorum tres primos, qui non extant, P. Septimio quæstori suo sese inscripsisse testatur lib. VI. tres posteriores, qui mutili supersunt, Ciceroni. Reliquos, aut ex parte, (nam incertum est) aut omnes, M. Marcello dicavit, teste Gellio lib. XII. c. 6. et 20. et Rufino in Commentario de Metris. Ita Gothofredus in notis ad Varronem.

Digitized by Google

dicebat) quædam institui, quæ et sunt magna sane, et limantur a me politius. 3. Et ego, Ista quidem, inquam, Varro, jam diu expectans, non audeo tamen flagitare: audivi enim e Libone nostro,[l] cujus nosti studium, (nihil enim ejusmodi celare possumus) non te ea[8] intermittere, sed accuratius tractare, nec de manibus unquam deponere. Illud autem mihi ante hoc tempus[9] nunquam in mentem venit a te requirere: sed nunc, posteaquam sum ingressus res eas,[e] quas tecum simul didici, mandare monumentis, philosophiamque veterem illam,[m] a Socrate ortam, Latinis literis illustrare; quæro, quid sit, cur, cum multa scribas, genus hoc prætermittas; præsertim cum et ipse in eo excellas, et id studium totaque ea res[10] longe ceteris et studiis et artibus antecedat.

II. 4. Tum ille, Rem a me sæpe deliberatam, et multum agitatam requiris. Itaque non hæsitans, respondebo:[1] sed ea dicam, quæ mihi sunt in promtu; quod ista ipsa de re multum, ut dixi, et diu cogitavi. Nam cum philosophiam viderem diligentissime Græcis literis explicatam, existimavi, si qui de nostris ejus studio tenerentur, si essent[2]

[e] *Cœpi res eas.*

E *quæ sunt . . . politius.* *Ego.*—8 Edd. vett. pleræque *ea te.*—9 Ven. 1494. et Crat. *hoc ante tempus.*—10 E *ea ars*, ut volebat Rath. Mox, pro *artibus* amicus Davisii conj. *rebus.* Deinde, *antecellat* Mss. Lambini, et Weg. cum Lamb.

CAP. II. 1 Nonnulli *Itaque non multum hæsitans resp.* Verba *sed ea dicam . . . cogitavi* Gœrenzio suspecta sunt. Mox, plures edd. vett. cum Manut. et Lamb. *literis Græcis.*—2 ‘*Si qui . . . si essent*] Ern. sine justa causa in du-

NOTÆ

[l] *Libone nostro*] L. Scribonius Libo, socer Sextii Pompeii, vir eruditus, historiæ scriptor, cui jam libros aliquos inscripserat Varro, teste Macrobio. Is, transgresso Rubiconem cum exercitu Cæsare, omniaque passim occupante, delectus, quos habere cœperat, omisit, et ad Pompeium profugit; a quo classi Liburnicæ præpositus sub M. Calpurnio Bibulo proconsule proprætor fuit, eoque mortuo, præfectus totius oræ maritimæ. Etruriam vero obtinuit belli initio, teste L. Floro lib. IV. et Lucano lib. II. vs. 461. ‘Gens Etrusca fuga trepidi nudata Libonis.’ Consul fuit anno 719. Hujus sorori Scriboniæ Cæsar nupsit.

[m] *Veterem illam*] Moralem, qua ceteri ante Socratem philosophi neglecta, dialecticæ physicæque operam dabant. Qua de re plura vide lib. IV. Tuscul.

Digitized by Google

Græcis doctrinis eruditi, Græca potius, quam nostra lecturos: sin a Græcorum artibus et disciplinis abhorrerent,[3] ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt:[4] itaque ea nolui scribere, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent. 5. Vides autem eadem ipse: didicisti enim non posse[5] nos Amafanii[n] aut Rabirii[o] similes esse, qui, nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputant: nihil definiunt, nihil partiuntur; nihil apta interrogatione[6] concludunt; nullam denique artem esse nec dicendi nec disserendi putant. [*p.* 40.] Nos autem præceptis dialecticorum,[7] et oratorum etiam (quoniam utramque vim virtutem esse nostri putant) sic parentes, ut legibus, verbis, quanquam[8] novis, cogimur uti: quæ docti (ut dixi) a Græ-

plici *si* offendit, posteriorem insititiam statuens, cum prius Grut. vv. *si essent* in glossemate judicasset.' *Gœrenz.*—3 '*Abhorrent* Grut. solus ex meis, errore typogr. ut videtur.' *Hülsemann.* 'Hanc vero ipsam codd. omnium librorum esse affirmat Gœrenz. Certe Grut. Dav. Oxonn. nihil notarunt.' *Orell.*—4 Ms. Paris. et Mss. Lambini *possent.* Tum, E *volui scribere.*—5 Dav. corrigit *Vides autem* (*eadem enim ipse didicisti*) *non posse, &c.* non improb. Ern. Rathius malebat *Vides autem,* (*eadem ipse didicisti enim*) *non posse, &c.* ut Hülsemann. edidit. Deinde, *Amafranii* E: *Aul. Afranii* Weg. *Vannii* alii: *T. Vannii* edd. vett. pleræque: *Amafinii* Mss. nonnulli cum Schutz. et Orell. —6 Ed. Ven. *aperta interrog.* Pro *interrogatione* Schutz. recepit *argumentatione,* ut conj. amicus Davisii. Hülsemann. legi mavult *apta in ratione.*—7 Post *dialecticorum* in E et Weg. additur *imbuti.* Tum, Dresd. et edd. vett. non agnoscunt particulam *etiam,* pro qua E U et G habent *et,* ex compendii vitio, ut Gœrenzio videtur. In ed. Junt. legitur *oratorum. Et quoniam, &c.* Manut. et Lamb. corrigunt *utramque vim unam esse.* Orell. quoque *virtutem esse* corruptum censet.—8 Pro *quanquam* Lambinus conj. *aliquando.* P. Faber in marg. libri sui a Nic. Grucchio allitum reperiebat, '*quandoque,* leg. *quoque;*' hoc iterum conjecit Ern. et receperunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Malebat Davis. *nonnunquam,* ut edidit Lall. Tum, E *cog. utique docti.* Castillo legi vult *cogimur uti, ut ea doceamus, quæ docti, &c.* Porro, E U, Manut. et Lamb. *malunt:* Ern. e conj. Davisii cum Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *malent:* ceteri *mallent.* Pro vulg. *accipiunt* Ern. et edd. seqq. e conj. Davisii dederunt *accipient.* Nonnullæ edd. vett. cum Gœrenz. Schutz.

NOTÆ

[n] *Amafanii*] Philosophi duo id temporis insignes, quorum philosophia, quod obscurum nihil haberet, in vulgus probata est. De Amafanio, seu, ut alii legunt, Amafinio, vide lib. IV. Tuscul.

[o] *Rabirii*] De illo nihil alibi, quod sciam, extat. Affinem esse crediderim gemini Rabirii, cujus causam egit Cicero. Meminerunt quoque Ovidius in Trist. Quint. Instit. lib. X. et Senec. de Benef. lib. VI. Rabirii nescio cujus, epici poëtæ.

Digitized by Google

cis petere malent, indocti ne a nobis quidem accipient; ut frustra omnis suscipiatur labor. 6. Jam vero physica, si Epicurum, id est,[9] si Democritum[p] probarem, possem scribere ita plane, ut Amafanius. Quid est enim magnum, cum causas rerum efficientium[10] sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos[1 q]) concursione fortuita loqui? Nostra tu physica nosti, quæ contineantur[2] ex effectione, et ex materia ea, quam fingit et format effectio. Adhibenda enim[3 r] geometria est; quoniam quibusnam quisquam enuntiare verbis, aut quem ad intelligendum poterit adducere, hæc ipsa de vita et moribus, de expetendis[ſ 4] fugiendisque

[ſ] *Nosti quam nos Academici obscure de rebus physicis sentiamus, quarum duo*

---

et Orell. hunc ordinem faciunt, *ind. a nobis ne acc. quidem.*—9 E *philosophica, si Epic., id,* omisso *est.*—10 Lamb. conjecit *efficientes*, prob. Davisio, qui etiam proposuit *efficiendi.*—1 Hülsemann. auctoritate Ms. Ursini *atomos* delevit.—2 E *physicam nosti, quæ contineatur.* Davis. e Pal. 4. et Ms. Paris. edidit *quæ cum contineantur;* sic etiam Huber. *Quæ continuantur* conjecit Lamb. *quæ concinnentur* Gœrenz. *quæ continentur* Madvig. 'Fortasse, *quo collineent:* cf. de Fin. III. 6. § 22. Verbum *est* ubique fere corruptum.' *Orell.*—3 Manut. et Lamb. *etiam*, prob. Dav. Pro *geometria* Lamb. dedit *ea materiæ.* Davis. conj. *adhib. quidem geometria est.* Pro *quoniam* Manut. suspic. *jam* legend. Faber. *quam jam;* Davis. *quin etiam:* Gœrenz. e conj. recepit *quanquam;* sic etiam Schutz. qui legi maluit *quibus quisquam.* In E *quibusdam quisquam.* Pro *quisquam* edd. Venetæ et Med. habent *quisque.* Rath. malebat *quam jam quibusnam . . . pot. adducere? Hæc . . . rebus: illi enim, &c.* V V. DD. h. l. corruptum esse putant. Vid. Not. Delph.—4 Dav. e

NOTÆ

[p] *Si Democritum*] Omnemne, quæ de physicis est, doctrinam hauserit Epicurus a Democrito, ambigunt docti; affirmat non semel Cicero, negat præfracte Laërtius, vel Epicuri studiosissimus. Primo, Epicurum, lectis Democriti libris philosophiæ, primum duci studio cœpisse, Hermippus auctor est. Secundo, ejusdem de Atomis libros ut suos asseruisse Epicurum Dion. Halicarn. tradit. Tertio, et de Democrito tamen omnibus in rebus detraxisse ferunt. Hæc universa Laërtius ut non dissimulat, ita diligenter refellit. Sed ea de re plura nos lib. II. de Nat. Deor.

[q] *Appellat atomos*] Atomorum tres erant proprietates: 1. exilitas; 2. figura seu varietas innumera; 3. pondus sive impetus quo raperentur velocissime. Plura Vossius de Philosophorum Sectis.

[r] *Adhibenda enim*] Hunc locum, qui sane depravatus est, ita legit Lambinus: *Nostra tu physica nosti, quæ contineantur ex effectione et ex materia ea quam fingit et format effectio: adhibenda enim ea materiæ est: hæc ipsa de vita et moribus, de expetendis fugiendisque rebus. Illi simpliciter pecudis et hominis idem bonum esse censent: apud nostros autem non ignoras quæ sit et quanta subtilitas, quam quibusnam quisquam queat enuntiare verbis? aut quem ad intelligendum poterit adducere?*

Digitized by Google

rebus? Illi enim[s] simpliciter pecudis et hominis idem bonum esse censent: apud nostros enim, non ignoras, quæ sit et quanta subtilitas. 7. Sive enim Zenonem[s] sequare, magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum[6] et simplex bonum, quod non possit ab honestate sejungi:[t] quod bonum quale sit, negat[7] omnino Epicurus, sine voluptatibus sensum moventibus, nec suspicari:[g] si vero Academiam veterem[u] persequamur, (quam nos,[8] ut scis, probamus) quam erit illa acute explicanda nobis! quam argute, quam obscure etiam contra Stoicos disserendum! Totum igitur illud philosophiæ studium mihi quidem ipse sumo,[9] et ad vitæ constantiam (quantum possum), et ad delectationem animi: nec ullum arbitror, ut apud Platonem[x] est,

principia constituimus, materiam scilicet et effectionem, sive formam quæ materiam figurat formatque. Ad hæc enim explananda, adhibenda est geometria, cujus figuras nec verbis enuntiare, nec factis ad intelligendum efficere quisquam potest. Nosti quoque quid sentiamus de vita et moribus, &c. (Vide Notam.)

[g] *Quod bonum quale sit, negat omnino Epicurus quenquam ne suspicari quidem posse sine voluptatibus sensum moventibus.*

Ms. Paris. et ψ, cum Hub. *et de exp.* Lamb. omittit *enim* ante *simpliciter.*—5 Pro *enim* Lamb. Oliv. et Orell. habent *autem*, ut voluerunt Guyetus, Dav. et Rath. Tum, *non ignaros* E.—6 Walkerus malebat *illud unum*, prob. Davisio.—7 Ante *negat* Gœrenz. auctoritate Weg. addidit *se.* Lamb. conj. *se sine volupt.* prob. Dav. Deinde, *mov. vel susp.* e conj. Lambini et Ernesti dedit Oliv. *mov. ne suspicari quidem* malebat Durand. Porro, *Sive Academiam* e conj. Turnebi dederunt Lamb. Dav. et Huber.—8 E U *quam non.* Mox Ernesti mavult *quam erunt illa.* In E deest *illa.*—9 U *summo.* Ante *constantiam* paucæ edd. vett. cum Hülsemanno addunt *consuetudinem et*, tuentibus Turnebo, P. Fabro, et Lamb. Tum, *quantam possum*

NOTÆ

[s] *Sive enim Zenonem*] Sunt quos mirifice torqueat hic locus. Quorsum, inquiunt, ubi de Academicis agitur, mentio est Zenonis Stoicorum principis? Ratio in proclivi est. Stoicorum et Academicorum affinis in multis fuit disciplina, et de utrorumque concordia librum ediderat Antiochus Academicus; unde alibi dictus est a Cicerone germanus prope Stoicus.

[t] *Ab honestate sejungi*] De hac Stoicorum opinione videsis quid diximus in Paradoxum primum.

[u] *Academiam veterem*] Triplex vulgo commemoratur Academia; vetus, media, nova. Vetus auctorem habuit Platonem, media Arcesilaum, nova Carneadem Cyrenæum. Addunt aliqui quartam et quintam; illius principem faciunt Philonem, hujus Antiochum Philonis discipulum. Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypoth. l. 1.

[x] *Apud Platonem*] In Timæo, cujus hæc verba sunt: *ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ᾽ ἦλθεν, οὔθ᾽ ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.*

Digitized by Google

majus aut melius a Diis datum munus homini. 8. Sed meos amicos, in quibus est studium,[10] in Græciam mitto, id est, ad Græcos ire jubeo, ut ea a fontibus potius hauriant, quam rivulos consectentur. Quæ autem nemo adhuc docuerat, nec erat, unde studiosi scire possent; ea, quantum potui, (nihil enim magnopere meorum miror) feci, ut essent nota nostris. A Græcis enim peti non poterant, ac, post L. Ælii[1] nostri[y] occasum, ne a Latinis quidem. Et tamen in[2] illis veteribus nostris, quæ (Menippum[z] imitati, non interpretati) quadam hilaritate conspersimus, multa admista ex intima philosophia, multa dicta dialectice:[3] quæ quo facilius minus docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati, in laudationibus,[a] in iis ipsis[4]

Junt. Manut. Lamb. Dav. et Huber.—10 Durand. conj. *in quibus id est studium.* Lambino suspecta sunt verba *id est, ad Græcos ire jubeo;* quæ Wetzel. et Schutz. uncis includunt. Deinde, maluit Lamb. *ea e susp.* Paulo post, *rivulos quam sectentur* Pal. 4. et Ms. Paris.—1 Hervag. Junt. et al. *Lælii:* E et ψ *Lelii:* U *Leli.*—2 E caret præpositione. Tum, pro *quæ* Ursinus suspic. *quas* legend. Pro *non* ante *interpretati* in E U legitur *ut.*—3 Manut. et Lamb. *multa dialectice dicta.* Statim, *quæque, quo facilius* e conj. edidit Gœrenz. quem Schutz. secutus est.—4 Auctoritate trium Mstorum *in his ip-*

NOTÆ

[y] *L. Ælii nostri*] Mendose apud Gellium I. 18. XII. 4. XVI. 8. legitur *Lælius*, sublata interpunctione, pro L. Lælio. Is est Ælius Stilo, vir, ut scribit in Bruto Tullius, egregius, eques Romanus, cum primis honestus, idemque eruditissimus et Græcis literis et Latinis. Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit. Scribebat tamen orationes quas alii dicerent. Est qui eum cum L. Ælio Gallo jurisconsulto perperam confundat: errori locum dedit quod utriusque passim Varro meminerit. Glandorpium quoque hallucinatum reor, qui Stilonem hunc nostrum præconium, quod patre natus esset præcone, dictum esse tradit. Verone simile est equiti Romano patrem fuisse id sortis?

[z] *Menippum*] Sex Menippos, quanquam et multi alii fuerunt, commemorat Laërtius. 1. Est qui de Lydiis scripsit rebus. 2. Stratoniceus, sophistes. 3. Statuarius. 4. et 5. Pictores. 6. Hic ipse de quo Cicero, Cynicus secta, genere Phœnix, vel ut Straboni placet, Gadarensis, scriptor jocularis, unde Satiræ Menippeæ. Is est de quo sæpe Lucianus in Dialog. Ad extremum re familiari per insidias spoliatus laqueo se suspendit; quem cum in scribendo imitaretur Varro, Menippeus appellatus est, teste Athenæo, et Cynicus Romanus. Tertull. in Apologet. Hæc Menagius in Laërtio.

[a] *In laudationibus*] Opus Varronis, ita inscriptum, de quo nihil uspiam comperi, nisi idem velis esse cum libris Rhetoricorum ejusdem Varronis: de quibus Lactantius.

Digitized by Google

antiquitatum procemiis [b] philosophiæ, scribere voluimus, si modo consecuti sumus.

III. 9. Tum ego, Sunt, inquam, ista, Varro: nam nos, in nostra urbe peregrinantes, errantesque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt,[5] ut possemus aliquando, qui, et ubi essemus, agnoscere. Tu ætatem patriæ,[c] tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum;[6] tu domesticam, tu bellicam disciplinam; tu sedem regionum, locorum; tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti: plurimumque poëtis[7] nostris, omninoque Latinis et literis luminis

sis dederunt Gœrenz. et Orell. Mox, *philosophice* Mss. pauci cum Manut. Lamb. Oliv. Lall. et Orell. *philosophiam* Ms. Ursini. Paulo post, E *noluimus:* U *volumus.* Hunc locum corruptum censebat Is. Casaubon. et (de Satir. Poësi II. 2. p. 189.) hanc lectionem proponebat, *quæ quo facilius minus docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati,... * in laudationibus, in ipsis antiquitatum procemiis ... philosophiæ scribere voluimus.* Davisius et al. nullam lacunam intelligunt. P. Faber sic interpungit, *multa admista ex intima philosophia, quo facilius, &c.* deletis verbis mediis. Hülsemann. totum locum uncis inclusit, legens, *Quæ quo facilius minus docti intell., jucund. quadam ad legendum invitati, ... in laudationibus, in iis ipsis antiquitatum ... procemiis, philosophiam scribere voluimus, si modo consecuti sumus.* Ernesti putabat *philosophiæ* esse alieno loco, et post *laudationibus* ponendum; et pro *scribere* legendum *efficere.*

CAP. III. 5 Augustin. de Civ. Dei, VI. 2. legit *reduxerunt;* sic etiam dederunt Manut. Lamb. et Hülsemann. In Pal. 4. et Wag. *adduxerunt.*—6 Post *sacerdotum* Lamb. addit *munera.* Pro *bellicam* Augustin. l. l. legit *publicam,* quod Hülsemann. recepit. Mox, *sedium* ex Augustino dederunt Wernsdorf. Gœrenz. et Schutz. Tum, *regionum et locorum* Lamb. *locorum, regionum* Ven. 1494. et Hervag.—7 *Plurimum quidem a poëtis* ψ, Pal. 4. Ms. Paris. et tres Mss. Gœrenzii cum Hervag. Junt. Hub. Lall. *plurimum quidem poëtis* E U: *plurimum quidem et poëtis* Ascens. et Junt. *plurimumque idem poëtis* conj. Grut. probb. Davis. et Gœrenzio. Mox, *et verbis attulisti* E U ψ et

NOTÆ

[b] *Antiquitatum procemiis*] Opus item Varronis libris quadraginta et uno conclusum, dispertitumque in duo volumina; quorum alteri titulus fuit, rerum humanarum, alteri, rerum divinarum. Singulis libris, quorum proprio quisque donatus erat nomine, præfixa erant ambitiosa ad pompam procemia. Extabant temporibus D. Augustini, cujus est hoc de illis judicium: 'Antiquitatum libris ea tractavit Terentius, quæ curiosius nemo quæsivit, invenit doctius, consideravit attentius, distinxit acutius, diligentius pleniusve conscripsit.' Lib. VI. de Civit. Dei, ubi multa sparsim de illo Varronis opere.

[c] *Ætatem patriæ*] Varia hic Varronis opera indicantur, quorum indicem habes apud et Vertranium Maurum in ejus vita, et Robertum Stephanum, qui scriptorum ejus fragmenta e veteribus auctoribus summa diligentia collegit.

Digitized by Google

attulisti, et verbis: atque ipse varium et elegans omni fere numero poëma fecisti; philosophiamque multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum[8] parum. 10. Causam autem probabilem tu quidem affers: aut enim Græca legere malent,[9] qui erunt eruditi; aut ne hæc quidem, qui illa nesciunt. Sed da mihi nunc:[10 d] satisne probas? Immo vero et hæc, qui illa non poterunt,[1] et qui Græca poterunt, non contemnent sua.[h] [p. 41.] Quid enim causæ est, cur poëtas Latinos Græcis literis eruditi legant, philosophos non[2] legant? an quia delectat Ennius, Pacuvius, Accius, multi alii, qui non verba, sed vim Græcorum expresserunt poëtarum? Quanto magis philosophi delectabunt, si, ut illi Æschylum,[3 e] Sophoclem, Euripidem; sic hi Platonem[f] imitentur, Aristotelem, Theophrastum? 11.

[h] *Animum adjunge iis quæ nunc dico: satisne recte probas quod dixisti, homines Græca potius quam nostra lecturos, si essent Græcis literis eruditi? Immo vero existimo hæc nostra lecturos eos qui Græca non poterunt, et qui Græca legere poterunt, non contemturos ea quæ lingua sua scripta sint.*

Mss. Gœrenzii cum Hervag. Junt. Dav. Hub. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell. Pro *verbis* Manut. volebat *rebus*, prob. Dav.—8 Nonnullæ edd. vett. *docendum.*—9 Junt. *mallent.* Mox, E U et al. *aut ne hoc quidem.*—10 *Sed da te mihi nunc* Manut. *Sed eam mihi nunc* Ms. Car. Steph. probb. Turnebo et Lambino: *Sed ea mihi nunc non satis probas* conj. Ursinus: *Sed da mihi nunc, satisne probam* Dav.—1 Junt. *qui illa non potuerunt.* Tum, ψ *et qui Græca potuerunt*, quæ verba in E U et duobus Mss. Gœrenzii desunt. Porro, *contemnat* ψ: *contemnant* E U, Hervag. et Junt.—2 E caret negativa particula. Mox, *an delectat Enn.* Ven. Ascens. Hervag. prob. Dav. qui uncis inclusit voc. *quia.* Conjecit Ern. *atqui delectat Enn.* Paulo post, *Attius* dederunt Gœrenz. et Schutz. Voces *multi alii* deleverunt Manut. et Lamb.—3 Pro *Æschylum*, (ante quam vocem legebat Turnebus *Empedoclem*) in E legitur *Heschinem;* in

NOTÆ

[d] *Da mihi nunc* [*Da te mihi nunc*] Lectionem hanc alii mendosam putant, alii sinceram; quibus postremis favet versus ille Virgilii, 'Sed tamen iste Deus quis sit, da, Tityre, nobis.'

[e] *Ut illi Æschylum*] Abs re non erit recensere hic quas ex Euripide aut Sophocle, Æschylove, tragœdias Ennius, Pacuvius, Accius, aut transtulerint, aut imitati sint. Ennius Sophoclem in Ajace; Euripidem in Andromacha, Hecuba, Iphigenia, Medea; Æschylum in Eumenidibus. 2. Accius Sophoclem in Antigone et Trachiniis; Euripidem in Hecuba, Ione, Medea, Phœnissis, Troadibus. 3. Inter Pacuviana vero fragmenta nullus extat tragœdiæ titulus affinis Græcis. Hæc Scriverius in Collectaneis Veterum Tragicorum.

[f] *Sic hi Platonem*] De Platone, Aristotele, Theophrasto, fertur alibi judicium.

Digitized by Google

Oratores quidem laudari video, si qui e nostris Hyperidem [g] sint aut Demosthenem imitati. Ego autem, (dicam enim, ut res est) dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum reipublicæ non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat, hæc inclusa habebam; et, ne obsolescerent, renovabam, cum licebat,[4] legendo. Nunc vero et fortunæ gravissimo [h] percussus vulnere, et administratione reipublicæ liberatus, doloris medicinam a philosophia peto, et otii oblectationem hanc honestissimam judico. Aut enim huic ætati hoc [5] maxime aptum est; aut iis rebus, si quas dignas laude gessimus, hoc in primis consentaneum: aut etiam ad nostros cives erudiendos nihil utilius: aut, si hæc ita non sunt, nihil aliud video, quod agere possimus.[6] 12. Brutus quidem [i] noster, excellens omni genere laudis, sic philosophiam Latinis literis persequitur, nihil ut iisdem de rebus Græcia desideret:[7] et eandem quidem sententiam

U *Eschinem.*—4 E *liceret.* Mox, *perculsus* G, Weg. et al. cum Lamb. Hülsemann. Gœrenz. et Orell.—5 In ψ deest pronomen. Tum, E *actum est.* Porro, E G, Weg. Huber, Gœrenz. et Schutz. *aut his rebus.*—6 U *possumus.* Mox, E *noster* omittit.—7 'Turnebo placet *a Græcia desideres:* P. Manut. *Græca desideres*, quod idem Ern. suadet. Lamb. *a Græcis desideres*, ut olim vulgatum est. Grut. *Græca desideret:* sed quis? Davis. *Græcia desideretur.* Sed nos nihil quicquam mutatum volumus.' *Gœrenz.* Lall. recepit *Græca*

NOTÆ

[g] *Hyperidem*] Glaucippi oratoris, vel, ut alii tradunt, Pythoclis filium. Fuit unus ex decem illis qui primi in Græcia habiti sunt oratores; Platonis et Isocratis una cum Lycurgo discipulus: regis Antipatri jussu lingua exsecta necatus est. Orationes scripsit 56. Fuit et alius Hyperides amicus Demosthenis, quem tamen ob Harpaleam pecuniam accusavit, licet eloquentiæ rudis. Suidas.

[h] *Fortunæ gravissimo*] Morte Tulliæ filiæ, quæ P. Dolabellæ an. 709. consuli in matrimonium collocata in partu decessit.

[i] *Brutus quidem*] M. Brutus e gente Junia, morum integritate, elegantia ingenii, et literarum studio tum Ciceroni, tum optimo cuique carissimus. Exorto bello civili, Pompeium, licet patris sui interfectorem, quod tamen partes ejus justiores statueret, secutus est. Victum tamen pugna Pharsalica Cæsar non modo servavit, sed inter amicos habuit, beneficiisque ornavit: mox per Cassium seductus, in benefici necem conspiravit: itaque post facinus capto comparatoque exercitu, cum Cassio in Philippis ab Antonio et Cæsare victus, necem sibi conscivit annos natus 40. Plut. in ejus vita.

Digitized by Google

sequitur, quam tu: nam Aristum[k] Athenis audivit aliquandiu, cujus tu fratrem Antiochum.[l] Quamobrem da, quæso, te[8] huic etiam generi literarum.

IV. 13. Tum ille, Istuc[9] quidem considerabo, nec vero sine te. Sed de te ipso quid est, inquit, quod audio? Quanam, inquam, de re? Relictam a te veterem[m] jam,[10] inquit; tractari autem novam. Quid? ergo, inquam,[1] Antiocho id magis licuerit, nostro familiari, remigrare in domum veterem e nova, quam nobis in novam e vetere?[i] certe enim recentissima quæque sunt correcta et emendata[2] maxime: quanquam Antiochi magister Philo,[n] magnus vir,[3] (ut tu existimas ipse) negaret in libris, (quod coram etiam ex ipso audiebamus) duas Academias esse; erroremque eorum, qui ita putarunt, coarguit. Est, inquit, ut dicis: sed ignorare te non arbitror, quæ contra Philonem Antiochus[4] scripserit.[o] 14. Immo vero et ista,[5] et

[i] *Quid ergo, inquam, an magis licuit Antiocho amico meo redire e nova Academia in veterem, quam mihi liceat e vetere in novam transire?*

desideret.—8 In E non legitur *te.*

CAP. IV. 9 E U, Oliv. Gœrenz. Schutz. *Istud.* Mox, *nec vero sine re* E U ψ.—10 Schutz. de sententia Gœrenzii delevit *jam*, pro quo Hülsemann. substituit *Academiam*, ut volebat amicus Davisii.—1 Al. *Quid ergo? inquam.* Pronomen *id* delend. censebat Ern.—2 E *rectissima quæque correpta sunt et emend.* ψ *recent. quæque correpta sunt et emend.*—3 In E deest *vir.* Tum, *negarat* Med. Ascens. Hervag. *negarit* Maunt. Lamb. *negat* de Davisii et Ernesti sententia dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell.—4 *Contra Philonis Antiochus* ψ, Eliens. et Mss. Gruteri ac Gœrenzii, cum Grut. Dav. Hub. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *contra Philonia* legi maluit Madvig.—5

NOTÆ

[k] *Nam Aristum*] Philosophum Academicum. Hunc Aristonem vocat Tusc. lib. v. et Plut. in Bruto.

[l] *Antiochum*] Ascalonitam, veteris Academiæ jam pæne desertæ patronum, Luculli amicissimum, et in peregrinationibus comitem fidum. Plura libro sequente ex Plut. in Lucullo.

[m] *Relictam a te veterem*] Ex iis quæ sparsim multa hic habetis de discrimine Academiarum, hæc paucis accipe. Vetus de rebus in utramque partem disputabat, certi tamen aliquid statuebat. Media certi nihil, omnia incomprehensibilia volebat esse, ἀκατάληπτα. Nova veri aliquid esse fatebatur, at negabat in nobis esse κριτήριον, sive artem discernendi verum a falso. Voss. in Philos. Sectis.

[n] *Philo*] Philo et Charmidas quartæ Academiæ conditores, Clitomacho Carthaginensi successore. Fuit et alius Philo Judæus, secta Platonicus, cujus extant opera.

[o] *Antiochus scripserit*] Liber ille

Digitized by Google

totam veterem Academiam, aqua absumtam diu, renovari a te, nisi molestum est, velim: et simul, assidamus, inquam, si videtur. Sane istud[6] quidem, inquit: sum enim admodum infirmus. Sed videamus, idemne Attico placeat fieri a me, quod te velle video. Mihi vero, ille:[7] quid est enim, quod malim, quam ex Antiocho jampridem audita recordari? et simul videre, satisne ea commode dici possint Latine? Quæ cum essent dicta,[8] in conspectu consedimus omnes.

15. Tum Varro ita exorsus est: Socrates mihi videtur (id quod constat inter omnes) primus a rebus occultis, et ab[9] ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam, et ad vitam communem adduxisse; ut de virtutibus[p] et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quæreret; cœlestia autem vel procul esse a nostra cognitione[10] censeret, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum. 16. Hic in omnibus fere sermonibus, qui, ab iis[1] qui illum audierunt,[q] perscripti varie, copiose[2] sunt, ita disputat, ut

Ista e Mss. Ursini receperunt Ern. Hülsemann. Lall. et Orell. prob. Dav. Ceteri *istam*, etiam Gœrenz. qui in notis *ista* defendit. Mox, *a qua assumptam diu* E U ψ: *aqua assumptam diu* alii: *aqua absumptam jam diu* e Mss. recepit Lamb. *a qua absum tam diu* e conjectura Manutii dederunt Huber, Gœrenz. et Schutz. *a qua absum jam diu* ut est in marg. ed. Lamb. probante Davisio, ediderunt Hülsemann. et Orell. *longa absumtam die* volebat Clericus. Deinde, *revocari* Gœrenz. et Orell.—6 Lamb. *illud.*—7 *Inquit ille* Manut. e conj. cum Lamb. Post *malim* inserendum esse verbum *inquit* opinantur Gœrenz. et Schutz.—8 *Quæ cum sint dicta* E U et al. *Quæ cum dicta sint* alii: *Quæ cum sunt dicta* Manut. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *Quæ cum dicta* Gœrenz. Schutz. et Orell. qui de sententia Gulielmii faciunt verba *Quæ cum dicta, in conspectu consedimus omnes* versiculum esse veteris poëtæ.—9 Præpositionem *ab* omittunt Mss. Ursini, ipso prob. Mox, pro *omnes* E U ψ et al. ac edd. ante Manut. habent *omnibus*. Paulo post, *occupati fuerant* volebat Ern.—10 Junt. et Turneb. *a naturæ cognitione*. Dav. e ψ recepit *censet*, et sic Dresd. Walkerus malebat *censere*, sc. videtur. Post *vivendum* in edd. ante Junt. inseritur *conferre*.—1 E U et tres alii Mss. cum Gœrenz. et Schutz. *ab his*.—2 *Varie et copiose* U et tres Mss. Gœrenzii cum Junt. Tur-

NOTÆ

Antiochi inscriptus erat Sosus, auctore Turnebo.

[p] *Ut de virtutibus*] Aristoteles lib. Magnorum Moralium hanc Pythagoræ laudem primam tribuit, secundam Socrati.

[q] *Qui illum audierunt*] Inter Socratis discipulos insignes sunt Plato, Æschines, Xenophon, Alcibiades.

Digitized by Google

nihil affirmet ipse, refellat alios: nihil se scire dicat, nisi id ipsum: eoque præstare ceteris, quod illi, quæ nesciant, scire se putent; ipse, se nihil scire,[r] id unum sciat; [*p.* 42.] ob eamque rem se arbitrari ab Apolline[s] omnium sapientissimum[3] esse dictum; quod hæc esset una omnis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat. Quæ cum diceret constanter, et in ea[4] sententia permaneret, omnis ejus oratio tum in virtute laudanda, et in omnibus hominibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, ut e Socraticorum libris,[t] maximeque Platonis, intelligi potest. 17. Platonis autem auctoritate, qui varius, et multiplex et copiosus fuit, una et consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum, et Peripateticorum; qui, rebus congruentes, nominibus differebant.[5 k]

[k] *Platonis autem auctoritate, qui varia copiose scripsit, forma philosophiæ instituta est una quidem, sed duobus tamen vocabulis appellata; videlicet Academicorum et Peripateticorum, qui, rebus congruentes, nominibus differebant.*

---

neb. Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. *varie copioseque* Huber.—3 Davis. conjecit *hominum sapientissimum* legend. Pro *dictum* Schutz. recepit *judicatum* e conj. Lambini. Mox, *una hominis sap.* conjecit Lamb. *una omnino sap.* volebat Ern. Paulo post, E *se scire.*—4 Muretus et Lamb. *ea* omittunt. Mox, in E legitur *ratio.* Pro *tum* E U ψ, Pall. duo et Ms. Paris. habent *tam;* Grut. emendat *tamen;* Davis. malebat *tantum.* Lambinus reponit *cum in virt. laud., tum in hom.* Porro, Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. deleverunt *omnibus*, e conjectura Ernesti. Pro *cohortandis* in edd. vett. paucis legitur *exhortandis.* Paulo post, Davis. legend. putabat *maximeque Xenophontis.* Vid. Nott. Varr. Verba *Quæ cum diceret ... intelligi potest* Hülsemann. uncis inclusit.—5 E *diffiniebant.* Mox, ante *reliquisset* in E additur *instituisset vel.* Petrus Ciacconius conj. legend. *philosophiæ ex asse heredem reliquisset; secundos autem præstantissimos*, prob. Ursino. Pro *duos* Dav. existimat Ciceronem scripsisse *discipulos.* In Mss. plerisque et edd. vett. non-

NOTÆ

[r] *Ipse se nihil scire*] Hanc philosophandi viam iniit, ut sophistarum, quorum magna vis et turba erat id temporis, falsa scientiæ persuasione juventutem imbuentium, proterviam frangeret. Plut.

[s] *Ab Apolline*] Oraculum illud Chærephonti Socratis sodali editum est; qua de re infra.

[t] *Socraticorum libris*] Discipuli Socratis etsi varias in sententias abierint, Socratici tamen diu dicti sunt, sive ob memoriam magistri, sive quod in morali philosophia parum ab eo discesserint. Tales fuere Lysanias Phettius, Cebes Thebanus, Glauco Atheniensis, Bryso Heracleota, qui disceptatricem philosophiam instituit una cum Euclide, et Clinomachus, qui eandem auxit. Suidas.

Digitized by Google

Nam, cum Speusippum,[u] sororis filium,[x] Plato philosophiæ quasi hæredem reliquisset; duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem[y] Chalcedonium, et Aristotelem Stagiritem;[6] qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes[7] in Lycio: illi autem, qui Platonis instituto in Academia (quod est alterum gymnasium) cœtus erant et sermones habere soliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. Sed utrique Platonis ubertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, et eam quidem plenam, ac refertam: illam autem Socraticam dubitationem[8] de omnibus rebus, et nulla affirmatione adhibita consuetudinem disserendi, reliquerunt. 18. Ita facta est [disserendi[9]] (quod minime Socrates probabat) ars quædam philosophiæ, et rerum ordo, et descriptio disciplinæ; quæ quidem erat primo duobus, ut dixi, nominibus una. Nihil enim inter Peripateticos et illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam ingenii præstabat, ut mihi[10] videtur quidem, Aristoteles: sed idem fons erat utriusque, et eadem rerum[1] expetendarum fugiendarumque partitio.

nullis legitur *præstantissimo;* et sic ediderunt Schutz. et Orell.—6 E *Stageritem:* Lamb. et Hülsemann. *Stagiriten:* alii *Stagiritam.*—7 E U *ambulantes.* Tum, *Lyceum* E: *Lyceo* al. cum Oliv. et Hülsemann.—8 Vocem *dubitationem* et mox *et* delend. putabat P. Ciacconius, prob. Ern. quam conjecturam recepit Hülsemann. qui tamen deleri vult verba *et nulla aff. adh. cons. diss.*—9 Lamb. Durand. Lall. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. deleverunt verbum *disserendi,* quod Dav. Ern. et Orell. uncis includunt. Mox, *philosophia* edidit Lamb. prob. Dav. qui etiam proposuit *in philosophia.*—10 In ed. Ven. deest *mihi.* Tum, *quidem* auctoritate Oxon. Msti E delevit Gœrenz. quem Schutz. secutus est. Rath. volebat leg. *ut mihi quidem vid.*—1 E *utriusque, et earum rerum:*

NOTÆ

[u] *Speusippum*] Annis octo scholam principem obtinuit post Platonem; mox paralysi confectus Xenocratem sibi substituit: pediculis, auctore Plutarcho, consumtus est. Ferunt Aristotelem talentis tribus emisse libros ejus, quos recenset Laërt. in ejus vita.

[x] *Sororis filium*] Ea Potone vocabatur, teste Laërt.

[y] *Xenocratem*] Philosophus fuit hebeti ingenio, et vultu semper tristi, sic, ut Plato de Aristotele et illo dicere solitus esset; alter stimulo indiget, alter fræno. Eundem idem sæpius per jocum sic objurgabat, 'Xenocrates, fac Gratiis.' Laërt. in ejus vita.

Digitized by Google

Sed quid ago?[2] inquit: aut sumne sanus, qui hæc vos doceo? nam etsi non sus Minervam,[a] ut aiunt; tamen inepte, quisquis[3] Minervam docet.[l] v. Tum Atticus, Tu vero, inquit, perge, Varro: valde enim amo nostra atque nostros: meque ista delectant, cum Latine dicuntur, et isto modo.[4] Quid me, inquam, putas, qui philosophiam jam professus sim, populo nostro exhibiturum?[m] Pergamus igitur, inquit, quoniam placet. 19. Fuit ergo[5] jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex: una, de vita et moribus; altera, de natura et rebus occultis; tertia, de disserendo, et quid verum, et quid falsum;[6] quid rectum in oratione pravumve; quid consentiens, quid repugnet, judicando. Ac primam[7] illam partem bene vivendi, a natura petebant, eique parendum esse dicebant; neque ulla alia in re, nisi in natura, quærendum esse illud summum bonum, quo omnia referrentur: constituebantque, extremum esse rerum expetendarum, et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo, et corpore, et vita: corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, pulchritudinem, in toto; in partibus autem,

[l] *Nam etsi non omnino mihi quadret tritum illud, 'sus Minervam;' hoc est, indoctus doctum, cum nec omnino indoctus sim; tamen inepte agit quisquis Minervam, id est, doctos homines, quales vos estis, docet.*

[m] *Postquam hæc Atticus dixisset, ego subjunxi, Quid me putas laudis habiturum apud nostros, quando ea exponam quæ a te audiero, præsertim cum jam philosophiam professus sim?*

U *utrisque, et earum rerum.*—2 E *Sed quid ego?* et mox *non sum Minervam.* Rath. conj. *qui hæc vos doceam.*—3 Al. *quisque.* In G non leguntur verba *ut aiunt ... Minervam docet.*

Cap. v. 4 E *cum Latine leguntur et dicuntur isto modo.* Mox, Lamb. conjecit *prof. sim me populo nostro exhib.* Paulo post, pro *quoniam* Dresd. habet *ipsum.*—5 Ven. Ascens. Crat. Hervag. et al. *ergo* omittunt. Vocem *accepta* delevit P. Ciacconius.—6 Manut. Gœrenz. Schutz. et Orell. *et quid verum, quid falsum*, ut volebat Ern. Lambino placuit *et quid verum, aut quid falsum:* Dav. volebat *et quid verum sit, quid falsum.* Post *consentiens* Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. addidit *sit.* Tum, Manut. Turneb. et Lamb. corrigebant *quid repugnans*, pro vulg. *quid repugnet.*—7 E et Weg. cum Gœrenz. *Ac primum.* Dein, *partem illam* Ven. Ascens. Cam. Crat. Hervag. Manut. Lamb.

NOTÆ

[a] *Sus Minervam*] Adagium e Græcia invectum, ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, in illos qui aut ea docent, quocum ipsi sint nescii, aut eum a quo sint ipsi magis docendi. Fest. Pomp.

Digitized by Google

sensus integros, et præstantiam aliquam partium singularum; ut in pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem.[8][a] 20. Animi autem, quæ essent ad comprehendendam ingeniis virtutem idonea: eaque ab iis in naturam et mores dividebantur. Naturæ celeritatem ad discendum, et memoriam dabant; quorum utrumque mentis esset[9] proprium et ingenii. Morum autem putabant studia esse, et quasi consuetudinem; quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philosophia ipsa: [*p.* 43.] in qua quod inchoatum est, neque absolutum,[10] progressio quædam[b] ad virtutem appellatur; quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio[1] naturæ, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima. Ergo hæc animorum. 21. Vitæ autem (id enim erat tertium[2]) adjuncta esse dicebant, quæ ad virtutis usum valerent. Jam virtus[3] animi bonis et corporis cernitur in quibusdam, quæ non tam naturæ, quam beatæ vitæ adjuncta sunt. Hominem esse censebant quasi partem quandam[4] civitatis,[c] et

Gœrenz. Schutz. et Orell.—8 U ψ, Pal. 1. Eliens. et duo Mss. Gœrenzii cum Schutz. et Orell. *expressionem*, ut volebat Manut. Mox, *ad compr. ingenii virt.* nonnullæ edd. vett. cum Manut. Lamb. et Hub. Vox *ingenii* Manutio, Fabro, et Davisio suspicabatur; unde eam delevit Hülsemann. Faber conj. legend. *ad compr. animi virt.* Wopkens. Lectt. Tull. p. 9. *ad compr. ingenuitatem idonea:* Rath. proposuit, *ad compr. ingeniis studiisque virtutem idonea.* Verba *eaque ab iis* deleverunt Gœrenz. et Schutz. auctoritate duorum Mstorum.—9 Hervag. *est.* Orell. malebat *esse.*—10 In E, Weg. Pall. et edd. vett. nonnullis *absolutum* desideratur. In Dresd. *neque* etiam deest. Pro *absolutum* Hervag. Junt. et al. exhibent *perfectum.*—1 Lamb. e Ms. *et quasi perf.*—2 E *id ergo erat tertium:* G, Weg. et fragm. cod. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *id erat enim tertium.*—3 Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. dedit *Nam virtus.* Verba *animi bonis et corporis* de conjectura Walkeri deleverunt Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. Vox *bonis* quibusdam superflua visa est. Ric. Bentleius conj. legend. *Jam virtus, præterquam animi bonis et corporis, cernitur . . . quam beatissimæ vitæ.*—4 In U deest *quandam.* J. F. Gro-

NOTÆ

[a] *Vocum impressionem*] Quam Græci τύπον vel τύπωσιν dicunt; ut lingua nec balba nec blæsa sit.

[b] *Progressio quædam*] Græcis προκοπή. Ait Turnebus extare de ea libellum Plutarchi, (at ubi?) qua docebant Stoici eum qui nondum perfectam virtutem consecutus esset, a virtute tantundem abesse.

[c] *Partem quandam civitatis*] Stoici mundum hunc civitatem esse dictitabant, id forte a Socrate mutuati, qui

Digitized by Google

universi generis humani, eumque esse conjunctum cum hominibus humana quadam societate. Ac de summo quidem atque naturali[5] bono sic agunt. Cetera autem pertinere ad id putant, aut adaugendum, aut tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita tripartita ab iis[6] inducitur ratio bonorum. VI. 22. Atque hæc illa[7] sunt tria genera, quæ putant plerique Peripateticos dicere: id quidem non falso: est enim hæc partitio illorum: illud imprudenter, si alios esse Academicos, qui tum[8] appellarentur, alios Peripateticos arbitrantur. Communis hæc ratio, et utrisque hic bonorum finis videbatur,[9] adipisci quæ essent prima in natura, quæque ipsa per sese expetenda, aut omnia, aut maxima. Ea sunt autem maxima, quæ in ipso animo,[10] atque in ipsa virtute versantur. Itaque omnis illa antiqua philosophia sensit in una virtute esse positam beatam vitam; nec tamen beatissimam, nisi adjungerentur et corporis,[1] et cetera, quæ supra dicta sunt, ad virtutis usum idonea. 23. Ex hac descriptione, agendi quoque aliquid in vita, et officii ipsius initium[d] reperiebatur; quod erat in conservatione earum rerum, quas natura præ-

nov. delet copulam ante *universi*, et mox pro *humana* legere volebat *communi*. Amicus Davisii correxit *cum hom. mundana quadam soc.* Ern. *cum omnibus humana quadam soc.* In E deest *quadam*.—5 U *et nat.* Mox, Rath. malebat *pert. ad idem.* Tum, ψ *putant, ut ad adaugendum.* Hervag. Junt. Dav. Huber, Hülsemann. et al. *aut ad augendum:* Lamb. e Ms. *aut augendum:* Mannt. *aut ad agendum.* Porro, *aut ad tuendum* habent Mss. pauci et edd. pleræque ante Ern. Pro *tuendum* E U ψ, Weg. Paris. Eliens. et Dresd. habent *tenendum.* Walkerus conj. *aut adipiscendum, aut tuendum.*—6 E *ab his.*

CAP. VI. 7 A Weg. abest *illa.* Mox, pro *plerique* ψ et duo Mss. Gœrenzii habent *philosophi.*—8 Quinque Mss. *dum.*—9 Pall. et tres Mss. Gœrenzii, item edd. vett. nonnullæ *videantur:* duo alii Mss. Gœrenzii *videntur.* Gœrenz. e conj. cum Schutz. delevit *videbantur;* quod Orell. uncis includit. Mox, *essent in prima natura* Mss. plures et edd. vett. nonnullæ: *essent prima natura* Gœrenz. Schutz. et Orell. e conj. Davisii: *essent prima naturæ* volebat Bremius ad lib. II. de Fin. cap. 11. Paulo post, U *expetendo.*—10 In E legitur *domino.*—1 *Nisi adj. etiam corp.* Ms. Paris. cum Lamb. Dav. Hub. et Lall.

NOTÆ

interrogatus cujas esset, *κοσμοπολίτην* se respondebat; seu *civem mundi.* Horum sermonem Tullius explodit lib. IV. de Finibus.

[d] *Officii ipsius initium*] Officium est quod alii minus Latine *decorum*, *τὸ πρέπον*: de quo nos fuse lib. de Off.

Digitized by Google

scriberet.[2] Hinc gignebatur fuga desidiæ, voluptatumque contemtio; ex quo laborum dolorumque susceptio multorum, magnorum,[3] recti honestique causa; et earum rerum, quæ erant congruentes cum descriptione naturæ:[4] unde et amicitia existebat, et justitia, atque æquitas: hæque et voluptatibus, et multis vitæ commodis anteponebantur. Hæc quidem fuit apud eos morum institutio, et ejus partis,[5] quam primum posui, forma atque descriptio.

24. De natura autem (id enim sequebatur) ita dicebant, ut eam dividerent in res duas; ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se præbens, ea, quæ[6] efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim esse censebant; in eo autem, quod efficeretur, materiam quandam; in utroque tamen utrumque: neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia. Nihil est enim, quod non alicubi esse cogatur.[7] Sed quod ex[8] utroque, id jam corpus, et quasi qualitatem quandam nominabant: dabitis enim profecto, ut in rebus inusitatis (quod Græci ipsi faciunt, a quibus hæc jam diu tractantur) utamur verbis interdum inauditis.[9] VII. 25. Nos vero, inquit Atticus. Quin etiam Græcis licebit utare, cum voles,[10] si te Latina forte deficient. Bene sane facis: sed enitar, ut Latine loquar, nisi in hujuscemodi verbis, ut philosophiam, aut rhetoricam,[1] aut physicam, aut dialecticam appellem, quibus,

---

Mox, U et Weg. *Ex hac quoque descr. agendi.*—2 E *perscriberet.*—3 *Multorum magnorumque* omnes Mss. et edd. præter Ms. ap. Lamb. cum Grut. Davis. Hub. Oliv. et Ern.—4 Post *naturæ* Gœrenz. et Orell. comma ponunt. Grut. Oliv. et Hülsemann. omittunt copulam ante *amicitia*. Mox, E *hæcque*: Manut. et Lamb. *hæc*. Pro *multis* Dav. volebat *cunctis*, probb. Ern. et Wopkens. Lectt. Tull. p. 10.—5 *Partis* e conj. Walkeri dederunt Dav. Hub. Ern. Lall. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *artis* ceteri. Pro verbo *posui* Hülsemann. tacite dedit *censui*.—6 *Ea qua* Turneb. Manut. et Lamb. *eaque* Hervag. Junt. Gœrenz. Schutz. et Orell. *ex qua* volebat Turneb. *et quæ* Dav. *ea, quæ eff.* *In eo, quod efficeret aliquid, vim esse, &c.* conjecit Rath.—7 Verba *Nihil est enim, quod non alicubi esse cogatur* Lambino spuria videbantur. Hülsemann. ea uncis inclusit, sed pro *alicubi* dedit *aliqua vi*.—8 E caret præpositione. Mox, *quasi* omittunt Mss. Ursini cum Manut. Lamb. et al. *Quandam* quoque omisit Lamb. Pro *dabitis* in E et U legitur *habetis*.—9 Eliens. Ascens. et Junt. *interdum non auditis*.

CAP. VII. 10 Verba *Nos vero ... cum voles* in E desunt. Lamb. volebat *Bene sane mecum agis:* et Durandus *sed enitar, inquit, ut, &c.*—1 Pro *rhetoricam* Hülsemann. e conj. cum Gœrenz. edidit *ethicam*. Al. *rhetoricen ... phy-*

Digitized by Google

ut aliis multis, consuetudo jam utitur prò Latinis. Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας[2] Græci vocant; quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum; atque id in multis. Dialecticorum vero[3] verba nulla sunt publica: suis utuntur: et id quidem[4] commune omnium fere est artium. Aut enim nova sunt rerum novarum facienda nomina, aut ex aliis transferenda: [p. 44.] quod si Græci faciunt, qui in iis rebus[5] tot jam sæcula versantur, quanto id magis nobis concedendum est, qui hæc nunc primum tractare conamur?[6] 26. Tu vero, inquam, Varro, bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus, si eos non modo copia rerum auxeris, ut effecisti,[7] sed etiam verborum. Audebimus ergo, inquit, novis verbis uti, te auctore, si necesse erit.[8] Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis[9] ortæ. Principes sunt uniusmodi, et simplices: ex iis autem ortæ, variæ sunt, et quasi multiformes. Itaque aër quoque,[10] (utimur enim pro Latino) ignis, et aqua, et terra, prima sunt: ex iis autem ortæ animantium formæ, earumque rerum quæ gignuntur e terra. Ergo illa initia, et,[1] ut e Græco vertam,[e] elementa dicuntur: e quibus aër et ignis movendi vim habent et efficiendi; reliquæ partes, accipiendi, et quasi patiendi: aquam

sicen ... *dialecticen*. Mox, *jam* abest a duobus Mss.—2 In E ποιότητας omittitur, spatio relicto.—3 Pro *vero*, quod Ms. ap. Gœrenz. omittit, Weg. cum Manut. et Lamb. habet *quoque*. Gœrenz. conjecit legend. *Sic dialecticorum verba*.—4 Manut. cum quibusdam ante eum *quoque*. Mox, Manut. et Lamb. non agnoscunt verbum *est*.—5 *In his rebus* E U et tres Mss. Gœrenzii cum Manut. Hub. Gœrenz. Schutz. et Orell.—6 E *conatur*, et mox *meritus*.—7 *Ut fecisti* Lamb. prob. Guyeto: *ut et fecisti* e conj. amici Davisii dederunt Durand. et Hülsemann. Davis. malebat *ut perfecisti*.—8 E U et edd. pleræque ante Grut. *necesse est*: Hervag. *necesse fuerit*.—9 *Ex his* E U, Weg. Dresd. et al. cum Hub. et Orell. Mox, E U, Manut, Lamb. Huber. et Orell. *ex his autem ortæ*.—10 *Quoque* omittunt Ms. Ursini, Dav. Hub. Lall. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Itaque aër quidem* volebat Ern. et *Ita aër, utimur eo quoque pro Lat.* Ante *ignis* U ψ, Ms. Ursini, Weg. et Ms. Gœrenzii cum Dav. Hub. Oliv. Gœrenz. et Orell. addunt copulam *et*. Mox, *primæ sunt* Gœrenz. Schutz. et Orell. e conjectura Walkeri et Davisii. Denique, *ex his autem ortæ* E U, Huber. et Orell.—1 E, Manut. et Lamb. omittunt copulam.

NOTÆ

[e] *Ut e Græco vertam*] Quæ στοιχεῖα vocant.

Digitized by Google

dico, et terram. Quintum genus,[f] e quo essent astra mentesque, singulare,[2] eorumque quatuor, quæ supra dixi, dissimile Aristoteles quoddam esse rebatur. 27. Sed subjectam putant[3] omnibus sine ulla specie, atque carentem omni illa qualitate (faciamus[4] enim tractando usitatius hoc verbum, et tritius) materiam quandam, ex qua omnia expressa atque efficta[5] sint: quæ tota omnia accipere possint, omnibusque modis mutari, atque ex omni parte; eoque etiam interire, non in nihilum, sed in suas partes, quæ infinite secari ac dividi possint, cum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat: quæ autem moveantur, omnia intervallis moveri; quæ intervalla item[6] infinite dividi possint. 28. Et cum ita moveatur illa vis, quam qualitatem esse diximus,[7] et cum sic ultro citroque versetur; et materiam ipsam totam penitus commutari putant, et illa effici,[8] quæ appellant 'Qualia:' e quibus in omni natura cohærente et continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum; extra quem nulla pars materiæ sit, nullumque corpus: partes autem esse mundi[9] omnia quæ insint in eo, quæ natura sentiente teneantur; in qua ratio perfecta insit, quæ sit eadem sempiterna. 29. Nihil enim valen-

—2 E U ψ et edd. ante Grut. *singulares*. Tum, *eorum quatuor* Hervag. Manut. Lamb. Mox, *quiddam* Mss. plerique cum Lamb. Grut. Dav. Hub. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell.—3 *Subjectum* E; et *putat* E U, Pall. et Ms. Paris. cum Hülsemann. probb. Grutero et Guyeto.—4 E *faciemus*.—5 *Effecta* Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. Manut. Grut. et Wetzel. Deinde, *accipere possit* E U, Eliens. Ms. Ursini et tres Mss. Gœrenzii cum Manut. Lamb. Dav. Hub. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Quæ sola omnia accipere possint* conj. Æmarus Ranconetus; *quæ totam omnia accipere possint* Guyetus; *quæ tot formas accipere possit* Ric. Bentleius; et *quæ formas omnis accipere possit* Dav. Porro, *mutare* Mss. nonnulli et edd. ante Dav. Denique, ante *interire* Lamb. inserit *omnia*.—6 Junt. *etiam*.—7 Verba *vis, quam qual. esse diximus* Hülsemann. uncis inclusit. In E legitur, *vis, quam qual. etiam diximus, ut cum sit ultro*. Pro *citroque* E U ψ et Pal. 1. habent *in utroque*; Pal. 4. et al. *introque*.—8 *Et ita effici* E U, Weg. et al. cum Manut. Lamb. Grut. Oliv. Hülsemann. Mox, Gœrenz. Schutz. et Orell. deleverunt præpositionem ante *omni natura*.—9 Duo Mss. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *mundi esse*. Tum, pro *sentiente* in

NOTÆ

[f] *Quintum genus*] Quinti illius elementi non primus, ut vulgo habetur, auctor est Aristoteles; sed illud a Platone hauserat.

Digitized by Google

tius esse, a quo intereat: quam vim animum esse [g] dicunt [10] mundi, eandemque esse mentem sapientiamque perfectam; quem Deum appellant, omniumque rerum, quæ sunt ei [1] subjectæ, quasi prudentiam [h] quandam, procurantem cœlestia maxime; deinde in terris ea, quæ pertinent ad homines; quam interdum eandem [2] necessitatem appellant; quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, inter quasi [3] fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni: nonnunquam quidem [4] eandem fortunam, quod efficiat multa improvisa hæc, nec opinata nobis, propter obscuritatem, ignorationemque causarum.

VIII. 30. Tertia deinde philosophiæ pars, quæ erat in ratione [5] et in disserendo, sic tractabatur ab utrisque: quanquam oriretur a sensibus, tamen non esse judicium veritatis in sensibus. Mentem volebant rerum esse judicem: solam censebant idoneam, cui crederetur: quia sola cerneret id, quod semper esset simplex, et uniusmodi, et tale, quale esset: hanc illi 'ideam' [i] appellabant, [6] jam a Platone ita nominatam: nos recte 'speciem' possumus dicere. 31. Sensus autem omnes hebetes et tardos

ψ *sentire* legitur.—10 Al. *dicunt esse.*—1 ψ *eis.* Pro *prudentiam* Lamb. et al. exhibent *providentiam.*—2 Edd. nonnullæ *eandem* omittunt.—3 *Const. sit, interdum quasi* Oliv. e conj. Lambini: *const. sit ire; quasi* Lall. e conj. Davisii: *const. sit evenire, inter quasi* Huber e conj. Turnebi. Manut. malebat *const. sit fieri, quasi:* amicus Davisii *const. sit; item quasi.* 'Hülsemann. post *aliter*, etiam post *constitutum sit*, lacunæ signa posuit, deceptus per Lamb. qui post *aliter, esse* addidit.' *Gœrenz.* Pro *quasi* E habet *quas si.*—4 Lamb. e conj. delevit *quidem.* Mox, *multa improv. et necopinata* e Mss. edidit Lamb. quem Orell. secutus est. Manut. Dav. et Hülsemann. dederunt *multa improv. nec opinata.* Pro *hæc* Ven. et Durand. exhibent *hic.*

CAP. VIII. 5 Lamb. volebat *in oratione*, et mox *quanquam judicium oriretur.* Dein, E *tamen non est jud.*—6 ψ *hanc idem ideam appell.* E *hanc*

NOTÆ

[g] *Quam vim animum esse*] De mundi anima dicetur commodius lib. de Nat. Deor.

[h] *Quasi prudentiam*] Forte providentiam, πρόνοιαν: de qua ibidem multa.

[i] *Hanc illi ideam*] Idea Stoicis est mentis conceptus, Platonicis substantia corporis expers, quæ aut per se ipsa subsistit aut in Dei mente, et formæ materiam expertem informat. Hujusmodi ideæ auctorem vulgo ferunt esse Platonem, at perperam. Socratis enim commentum est; quanquam a Platone in multis commutatum.

Digitized by Google

esse arbitrabantur,[7] nec percipere ullo modo res eas, quæ subjectæ sensibus viderentur; quæ essent[8] aut ita parvæ, ut sub sensum cadere non possent; aut ita mobiles[k] et concitatæ, ut nihil unquam unum esset constans; ne idem quidem,[9] quia continenter laberentur, et fluerent omnia. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem[10] [l] appellabant. 32. [*p.* 45.] Scientiam autem nusquam esse censebant, nisi in animi motionibus atque rationibus: qua de causa definitiones rerum probabant, et has ad omnia, de quibus disceptabatur, adhibebant. Verborum etiam explicatio probabatur,[1] id est, qua de causa quæque essent ita nominata; quam etymologiam appellabant: post argumentis, et quasi rerum notis[2] ducibus, utebantur ad probandum et ad concludendum id quod explanari volebant: in qua[3] tradebatur omnis dialecticæ disciplina, id est, orationis ratione conclusæ. Huic, quasi ex altera parte,[m] oratoria vis dicendi[4] adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadendum accommodatæ. 33. Hæc erat illis prima[5] a Platone tradita; cujus quas acceperim disputationes, si vultis, exponam. Nos vero volumus, inquam, ut pro Atti-

---

illi idem appell. Pro *nominatam* Junt. exhibet *appellatam.*—7 U *arbitrantur.*—8 Dav. cum Grut. conjecit *quia essent.*—9 Omnes Mss. *constans eidem quidem:* unde Walker. conj. *constans et idem, quia.* In ψ deest *quia.* —10 Hülsemann. edidit *omnem artem rerum opinabilem:* Gœrenz. e conj. cum Schutz. edidit *omnem partem, rerum opinabilium.* Mox, ψ *Sc. ergo nusquam:* U *Sc. autem nunquam.* Paulo post, *notionibus* e Ms. receperunt Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. prob. Ern.—1 In E U *probatur.* Manut. et Hülsemann. *id est* omittunt.—2 Pro *notis* Hülsemann. e conj. amici Davisii recepit *nodis.* Mss. nonnulli cum Manut. et Lamb. omittunt *ducibus.* Dav. conjecit legend. *et rerum notis, quasi ducibus uteb.*—3 Manut. et Ern. voluerunt *in quo:* Davis corr. *ibique trad.* Madvig. maluit *ita trad.* Tum, *dialectica disciplina* E U ψ, Junt. Manut. Lamb. In E U ψ quoque legitur *conclusæ.*—4 Verbum *dicendi* tanquam glossema delevit Turnebus. Mox, Ern. conjecit *accommodate* legend.—5 Ern. conj. *Hæc erant illa prima:* Dav. *Hæc erat philosophia,* vel *disciplina, a Platone, &c.* Pro *prima* Hülsemann. malebat *Academia;* Madvig. *forma,* prob. Orell. Mox, pro *disputationes* Davis. conj. *immutationes* vel *mutationes* legend.

NOTÆ

[k] *Aut ita mobiles*] Orta est ab Heraclito ea doctrina, ut refert Laërtius, et a Platone in Timæo et Theæteto fuse traditur.

[l] *Opinabilem*] Δοξαστόν.

[m] *Quasi ex altera parte*] In quo differebant Academici a dialecticis, quorum erat intercisa oratio et interrogationibus responsionibusque sita. Ita scribunt Plato de Rep. lib. VIII. et Arist. initio Rhetor.

Digitized by Google

eo etiam respondeam. IX. Et recte, inquit, respondes: præclare enim explicatur Peripateticorum et Academiæ veteris auctoritas. Aristoteles primus species,[n] quas paulo ante dixi, labefactavit; quas mirifice Plato erat amplexatus;[6] ut in his quiddam divinum esse diceret. Theophrastus autem,[o] vir et oratione suavis, et ita moratus[7] ut præ se probitatem quandam et ingenuitatem ferret,[8] vehementius etiam fregit[p] quodam modo auctoritatem veteris disciplinæ: spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola positum esse, beate vivere. 34. Nam[9] Strato,[q] ejus auditor, quanquam fuit acri ingenio, tamen ab ea disciplina omnino semovendus est; qui cum[10] maxime necessariam partem philosophiæ, quæ posita est in virtute, et in[1] moribus, reliquisset, totum-

CAP. IX. 6 Mss. nonnulli *amplexus*. Tum, Weg. *divinam inesse*.—7 Turneb. Manut. Lamb. *moderatus*.—8 Ern. e conj. cum Schutz. *ferret:* ceteri *ferat*. Mox, *veteris disciplinæ auct.* Manut. et Lamb.—9 Hülsemann. *Jam*. Tum, ✝ *Stratus*.—10 In E deest *cum*.—1 U, Manut. Lamb. præpositionem omittunt. Dein, in E legitur, *reliquis totum per se ad invest. nat. const.*, *ut in ea, &c.* Paulo post, *discedit* tres Mss. Gœrenzii, cum Manut. Gœrenz. Schutz.

NOTÆ

[n] *Primus species*] Librum de Ideis scripsit Aristoteles: has refellit Metaph. lib. XII. c. 4.

[o] *Theophrastus autem*] Natus Eresi, quæ urbs est insulæ Lesbi, fullonis filius, Leucippi civis sui primum auditor, tum Platonis, dehinc Aristotelis, cujus in Chalcidem profecti scholam obtinuit tanta cum laude, ut eum discipuli bis mille audirent. Subinde Sophoclis cujusdam lege, Athenis cedere una cum ceteris philosophis coactum, mox revocarunt Athenienses mulctato etiam legis auctore. Indicem ejus operum, itemque testamentum sane lectu dignum, habet Laërtius. Tyrtamus autem dicebatur, postea Theophrastus, ab orationis divinitate. Aliter videtur Senecæ, cujus est hoc de illo judicium: 'Theophrastus non, ut Græcis visum est, divini; dulcis tamen eloquii vir et nitidi sine labore.'

[p] *Etiam fregit*] Tum lib. de Beata Vita, de quo Tuscul. lib. V. tum eo qui inscribitur Callisthenes, ubi laudavit carmen illud: Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία· id est, *fortuna res mortales regit, non prudentia.*

[q] *Nam Strato*] Lampsacenus, qui quia totum se ad naturæ investigationem contulit, physicus appellatus est; præceptor Ptolemæi philosophi, a quo talentis 80. donatum aiunt. Fuerunt et alii multi Stratones. 1. Isocratis auditor. 2. Medicus. 3. iterum medicus. 4. poëta. 5. Historicus, Philippi et Persei rerum adversus Romanos gestarum scriptor. 6. Peripateticus. 7. Physicus hic noster, cui in schola successit Lycon.

Digitized by Google

que se ad investigationem naturæ contulisset, in ea ipsa plurimum dissedit a suis. Speusippus autem et Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque susceperant; et post hos[2] Polemo[r] et Crates,[s] unaque Crantor,[t] in Academia congregati, diligenter ea, quæ a superioribus acceperant, tuebantur. Jam Polemonem audiverant assidue Zeno[u] et Arcesilas.[3] [x] 35. Sed Zeno cum Arcesilam anteiret[y] ætate, valdeque subtiliter dissereret, et peracute moveretur, corrigere conatus est disciplinam. Eam quoque, si videtur, correctionem explicabo, sicut solebat Antiochus. Mihi vero, inquam, videtur; quod vides idem significare Pomponium.

X. Zeno igitur[4] nullo modo is erat, qui (ut Theophras-

et Orell. *dissentit* Ven. Hervag.—2 E U et tres Mss. Gœrenzii *post eos.* Pro *Cantor* ψ habet *certator.* Verba *in Academia congregati* Gœrenzio suspecta sunt. Tum, Mss. pauci *dil. ea . . . utebantur.* Ms. Paris. et Pall. cum Hervag. Junt. Grut. Dav. Hub. Lall. Hülsemann. *dil. eis . . . utebantur.*—3 ψ *audiverunt . . . Archesilaus.* Mox, U *Arcesilaum.* Pro *dissereret* amicus Davisii conjecit *definiret* legend.

Cap. x. 4 In E deest *igitur.* Mox, Weg. *nervos virtuti.* Tum, *inciderit* edd. pleræque ante Dav. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. Paulo post, pro

NOTÆ

[r] *Post hos Polemo*] Atheniensis, exacta libidinosa adolescentia, Xenocratis aliquando scholam irrupit ex convivio cum sodalibus ebrius, et coronatus; ejus oratione ad meliorem frugem se recepit, sic, ut scholam post Xenocratem tenuerit.

[s] *Et Crates*] Atheniensis, tanta necessitudine cum Polemone conjunctus, ut eodem mortuus condi sepulchro voluerit. Cratetem hunc Academicum distingue sedulo ab aliis quos recenset non paucos Laërt. 1. Fuit Tarsensis, item Academicus. 2. Poëta antiquæ comœdiæ. 3. Orator Trallianus, ex Isocratis disciplina. 4. Miles Alexandri. 5. Cynicus. 6. Grammaticus. 7. Peripateticus. 8. Geometra. 9. Poëta.

[t] *Unaque Crantor*] Solensis, discipulus Xenocratis, Polemonis socius. Reliquit commentaria, auctore Laërtio, ad triginta versuum millia. Porro versus hic intelligendos non astrictos numero, sed lineas, erudite monet post Aldobrandinum Menagius: quo sensu facile crediderim legendum, quod multi veteres philosophi versus permultos scripsisse referuntur passim a Laërtio.

[u] *Zeno*] Cittieus, in Cypro, auditor Cratetis. De illo sæpe infra erit mentio.

[x] *Et Arcesilas*] Pitanæus in Æolide, auctor mediæ Academiæ: de quo item sæpe infra mentio.

[y] *Arcesilam anteiret*] Floruit quidem Zeno temporibus Epicuri, et obiit Olymp. 129. auctore Eusebio. Arcesilas vero Crantoris auditor fuit, Crantor Polemonis, Polemo Xenocratis, qui Olymp. 116. mortuus est. Petavius, Rat. Tem.

Digitized by Google

tus) nervos virtutis incideret: sed, contra, qui omnia, quæ ad beatam vitam pertinerent, in una virtute poneret; nec quicquam aliud numeraret in bonis; idque appellaret[5] honestum, quod esset simplex quoddam et solum et unum bonum. 36. Cetera autem[6] etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia naturæ esse contraria. Iis ipsis[7] alia interjecta[1] et media numerabat. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, et quadam æstimatione dignanda[8] docebat; contraque contraria: neutra autem in mediis relinquebat; in quibus ponebat nihil omnino esse[9] momenti.[*] 37. Sed quæ essent sumenda,[10] ex iis alia pluris esse æstimanda, alia minoris: quæ pluris, ea præposita[1][a] appellabat; rejecta autem, quæ minoris. Atque ut hæc non tam rebus, quam vocabulis commutaverat;[2] sic inter recte factum atque peccatum, officium et contra[b] officium, media locabat quædam;[3] recte facta sola in bonis actionibus ponens; prave, id est, peccata, in malis: officia autem et servata,[4] prætermissaque, media putabat, ut dixi. 38. Cumque superiores non om-

[*] *Contra vero, quæ contraria essent, id est, quæ contra naturam essent, ea nec sumenda nec ulla æstimatione dignanda censebat; neutra autem, id est, quæ neque secundum naturam neque contra naturam essent, ea inter media seu interjecta reponebat.*

quæ E U ψ, Weg. Hervag. Junt. habent *quæque*.—5 E U *id quod appell.* Post *simplex* ψ addit *bonum*.—6 A Weg. abest *autem*.—7 Gœrenz. e quatuor Mss. recepit *His ipsis;* sic etiam dederunt Schutz. et Orell.—8 Vindob. et Alterus *digna*, prob. Rathio. Ern. conj. *deligenda* legend. Dein, Lamb. *dicebat*.—9 Hülsemann. e conj. Ernesti delevit *esse*.—10 Pro *sumenda* Dav. malebat *media*. Tum, *ex his* E U G, Weg. et al. cum Hub. et Gœrenz. Pro *æstimanda* E *extimanda*.—1 E et U *proposita*.—2 E *communicaverat*.—3 Walker. suspic. vel del. *quædam*, vel leg. *quidem*, prob. Dav. Tum, pro *sola* in E *solis*. Postea, ψ *peccatum*.—4 Lamb. delet copulam ante *servata*, et mox legit *media*

NOTÆ

[1] *Alia interjecta*] Erunt qui vocabulis ejusmodi grandibus et exoticis subesse aliquid abstrusioris eruditionis putent; hos ego monitos velim id ferme ingenium fuisse veterum philosophorum inani et ambitiosa verborum pompa fucum facere. Id genus fuerunt, interjecta, sumenda, rejecta, proposita, &c. de quibus plura in libris de Finibus.

[a] *Ea præposita*] Προηγμένα, rejecta vero ἀποπροηγμένα dicebat. Consule commentarios nostros in libros de Finibus.

[b] *Officium et contra*] De variis officii partibus dicetur in Officiis.

Digitized by Google

nem[c] virtutem in ratione esse dicerent,[5] sed quasdam virtutes natura aut more perfectas; [*p.* 46.] hic omnes in ratione ponebat: cumque illi ea genera virtutum,[6] quæ supra dixi, sejungi posse arbitrarentur; hic nec id ullo modo fieri posse disserebat; nec virtutis usum modo, ut superiores, sed ipsum habitum per se esse præclarum; nec tamen virtutem cuiquam adesse, quin ea semper uteretur. Cumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque et condolescere, et concupiscere, et extimescere, et efferri lætitia dicerent, sed eam contraherent,[7] in angustumque deducerent; hic omnibus his quasi morbis voluit carere sapientem. 39. Cumque eas[8] perturbationes antiqui naturales esse dicerent, et rationis expertes, aliaque in parte animi cupiditatem, alia[9] rationem collocarent, ne his quidem assentiebatur: nam et perturbationes voluntarias esse putabat, opinionisque[10] judicio suscipi, et omnium perturbationum arbitrabatur esse matrem,[1] immoderatam quandam intemperantiam. Hæc fere de moribus.[d]

XI. De naturis autem sic sentiebat;[2] primum, ut quatuor initiis[e] rerum illis quintam hanc naturam, ex qua

ponebat.—5 E *diceret*. Mox, ψ *perf.*, *hos omnes.*—6 Mss. pauci *virtutis*. Mox, E U ψ et Lamb. omittunt verba *hic nec id . . . disserebat*. Vocem *modo* post *usum* non agnoscunt Mss. pauci et edd. Ven. Hervag. Ascens. Crat. Gœrenz. Schutz. et Orell.—7 Lall. e conj. Walkeri recepit *perturbationes animi . . . sed eas contr.* prob. Dav. Ern. tacite edidit *perturbationem animi . . . sed eam contr.* sic etiam Hülsemann. Omnes aliæ edd. *perturbationem animi . . . sed ea contr.* Pro *et condolescere* Dav. conjecit *eum condol.* Porro, Lamb. malebat *in angustumque adducerent.*—8 Ven. et Hervag. omittunt *eas.*—9 Lamb. *in alia*, prob. Dav. et E *ratione coll.*, *neque his.* Pro *his* Junt. exhibet *iis.*—10 Nonnullæ edd. vett. *opinionesque.*—1 Al. *matrem esse.*

CAP. XI. 2 E *sentiebant*. Tum, *ut quatuor initiis* Ms. Ursini, Ascens. Hervag. Ern. Gœrenz. Schutz. et Orell. *ut in quatuor initiis* ceteri. Post *quin-*

NOTÆ

[c] *Superiores non omnem*] Peripatetici et quicunque Zenonem antecessere.

[d] *Hæc fere de moribus*] Quæ paucis hic, ea fuse in libris de Finibus Cicero, et in Zenone Laërtius.

[e] *Ut quatuor initiis*] Initia seu principia rerum Zeno ab elementis distinguebat docebatque. 1. Principia duo, elementa quatuor. Alterum faciens vocabat, patiens alterum. Patiens erat materia unde omnia existerent; faciens, Deus qui ex ea cuncta efficeret. 2. Principia ingenita esse nec corrumpi, elementa vero per igneam evaporationem corrumpi. 3. Illa informia esse, hæc formam habere. Laërtius in Zenone. Discri-

Digitized by Google

superiores sensus et mentem effici rebantur, non adhiberet. Statuebat enim ignem esse ipsam naturam, quæ quidque gigneret, et mentem atque sensus. Discrepabat etiam ab iisdem, quod nullo modo arbitrabatur quicquam effici posse ab ea, quæ expers esset corporis; cujus generis Xenocrates et superiores etiam animum esse dixerunt;[3] nec vero, aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse non corpus. 40. Plurima autem in illa tertia philosophiæ parte mutavit; in qua primum de sensibus ipsis quædam dixit nova;[4] quos junctos esse censuit a quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos 'visum' appellemus licet; et teneamus[5] hoc verbum quidem: erit enim utendum in reliquo sermone sæpius. Sed ad hæc, quæ visa sunt, et quasi accepta sensibus,[6] assensionem adjungit animorum, quam esse vult in nobis positam, et voluntariam. 41. Visis non omnibus adjungebat fidem, sed iis solum,[7] quæ propriam quandam haberent declarationem[f] earum rerum quæ viderentur: id autem visum, cum ipsum per se[8] cerneretur, comprehensibile. Feretis hæc? Nos vero, inquit: quonam enim modo κατάληπτον diceres?[*] Sed, cum acceptum jam et approbatum esset,

[*] *An feretis et probabitis hanc vocem 'comprehensibile?' Ita sane, inquam: quonam enim alio vocabulo reddi potest vox Græca κατάληπτον?*

tam E addit *autem*. Mox, pro *adhiberet* Dav. *adderet* legi jussit.—3 E U et tres alii Mss. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *dixerunt*. Mox, pro *corpus* in U *corporis*.—4 Ern. conj. *nove*. Pro *junctos* Gœrenz. et Schutz. e conj. Ernesti receperunt *cunctos*; Hülsemann. e conj. Davisii *punctos*: Guyetus corr. *tunctos*. Tum, *e quadam quasi impuls*. Mss. et edd. ante Grut. cum Lamb. Hub. Oliv. et Orell.—5 E *appellamus licet; et ten*. ψ *appellamus; licet et ten.* —6 E et Weg. *accepta a sens*. Dav. conjecit legend. *assens. adjunxit anim.; quam esse voluit*.—7 E G et al. ac edd. vett. pleræque cum Gœrenz. *sed his solum*.—8 Manut. et Lamb. *per se* omittunt. Tum, *comprehendibilem feretis. Hæc* E: *comprehendibile feretis. Hæc* ψ: *comprehendibile. Feretis hæc* alii. *Feretis hoc* maluerunt Dav. et Orell. Pro *inquit* Manut. et Lamb. exhibent *inquam*: Lall. suspic. *Pomponius inquit* legend. et Gœrenz. conjecit *Atticus*

NOTÆ

men idem agnoscunt Plato et Aristoteles, adversus Thaletem, ut auctor est Plut. de Placitis Phil. Aldobrandinus in Laërt. l. VII.

[f] *Declarationem*] Seu notam, qua inre certamen novis Academicis cum Zenone fuit, ortæque inde contentiones quæ totam philosophiam perturbaverunt. Sed de visis alias.

Digitized by Google

comprehensionem appellabat, similem iis rebus,[9] quæ manu prenderentur; ex quo etiam nomen hoc duxerat, cum eo verbo ante nemo tali in re usus esset: plurimisque idem novis verbis (nova enim dicebat) usus est. Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat; et si ita erat comprehensum, ut convelli ratione non posset, scientiam; sin aliter, inscientiam nominabat: ex qua existeret etiam opinio, quæ esset imbecilla, et cum falso incognitoque communis. 42. Sed inter scientiam et inscientiam, comprehensionem illam, quam dixi, collocabat; eamque neque in rectis neque in pravis numerabat, sed soli credendum esse dicebat: e quo sensibus etiam fidem tribuebat, quod, ut supra dixi, comprehensio facta sensibus et vera esse illi[10] et fidelis videbatur; non quod omnia, quæ essent in re, comprehenderet; sed quia nihil, quod cadere in eam posset, relinqueret; quodque natura[1] quasi normam scientiæ, et principium sui dedisset, unde postea notiones rerum in animis imprimerentur;[2] e quibus non principia solum, sed latiores quædam[s] ad rationem inveniendam viæ reperirentur.[3] [p. 47.] Errorem autem, et temeritatem, et ignorantiam, et opinationem, et suspicionem, et uno nomine omnia, quæ essent aliena firmæ et constantis assensionis, a virtute sapientiaque removebat. Atque in his[4] fere commutatio consistit omnis dissensioque Zenonis a superioribus.

inquit.—9 Gœrenz. e Mss. nonnullis recepit *sim. his rebus.* Dein, E *reprehenderentur.* Paulo post, in E deest pronomen *hoc.* In Mss. omnibus et edd. ante Grut. legitur *at cum eo verbo.* Grut. et edd. seqq. deleverunt *at* de Manutii et Lambini sententia. Porro, *antea* Mss. nonnulli cum Dav. Hub. Gœrenz. Pro *in re* ψ habet *jure*, et pro *usus esset* ψ et duo alii Mss. *usus essent.* —10 E *illa.* Junt. pronomen omittit.—1 Manut. *quodque eam nat.* Dav. malebat *quamque natura.* Vid. Nott. Varr.—2 E *unde postea notionem . . . imprimerent.* Lamb. corrigit *unde etiam notiones rerum animis imprimerentur.*—3 *Reperiuntur* omnes Mss. et edd. præter Ern. qui e conj. Gruteri recepit *reperirentur.* Manut. et Lamb. maluerunt *aperiuntur.* Dav. conj. *aperirentur.* —4 Ern. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. dedit *in his.* Ceteri *in iis.* Tum, *constitit* Mss. nonnulli et plures edd. vett. cum Hub. et Orell.

NOTÆ

s *Latiores quædam*] Ita vocat notiones quasdam universas, quæ ex comprehensionibus ortæ, fundamenta quædam scientiarum sint: ἐννοίας et προλήψεις Stoici vocant.

Digitized by Google

XII. 43. Quæ cum dixisset: Et[5] breviter sane, minimeque obscure exposita est, inquam, a te, Varro, et veteris Academiæ ratio, et Stoicorum. Verum esse autem[h] arbitror,[6] ut Antiocho, nostro familiari, placebat, correctionem veteris Academiæ potius, quam aliquam novam disciplinam putandam. Tunc Varro, Tuæ[7] sunt nunc partes, inquit, qui ab antiquorum ratione nunc desciscis, et ea, quæ ab Arcesila novata sunt, probas, docere,[8] quod, et qua de causa discidium factum sit; ut videamus, satisne ista sit justa defectio. 44. Tum ego, Cum Zenone,[9] inquam, ut accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia, aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, et veluti amantes[i] Socratem,[10] Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pæne veteres;[k] qui nihil cognosci,[1] nihil percipi, nihil sciri posse [dixerunt]: angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitæ, et (ut Democritus) in profundo veritatem[l] esse demersam: opinionibus et institutis omnia

CAP. XII. 5 Manut. Lamb. et Hülsemann. non agnoscunt copulam.—6 Verba *Verum esse autem arbitror* corrupta esse putabat Ern. qui pro *Verum*, suadet *Eam:* Schutz. e conj. Gœrenzii recepit *Horum*. Pro *arbitror*, in ψ legitur *at:* pro *ut* E ψ habent *ab*. Postea, *correctionis* E: *correptionem* Junt. Hervag. et al.—7 E U ψ *Duæ*. Mox, pro *qui* E habet *quæ;* Ursinus volebat *quoniam*. Gœrenz. Schutz. et Orell. deleverunt *nunc* ante *desciscis*, de sententia Manutii et Davisii, qui istud uncis includunt.—8 Mss. plerique et edd. vett. nonnullæ *doce*.—9 E *Zenonem*.—10 Muretus Varr. Lectt. IX. 14. volebat *et velut jam ante Socr.* unde Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell. dederunt *et jam ante Socr.* Vid. Nott. Varr.—1 E *agnosci*. Mox, Schutz. delevit *dixerunt*, quod Manut. Ern. Gœrenz. et Orell. uncis includunt. E *in fundo ver. esse diversam*. In ψ *diversam* quoque legitur. Dein, Gœrenz. conjecit legend.

NOTÆ

[h] *Verum esse autem*] Arbitror autem verum esse id quod Antiocho nostro familiari placebat, hanc Stoicorum sententiam potius putandam esse correctionem veteris Academiæ, quam aliquam novam sectam.

[i] *Et veluti amantes*] Quomodo amabant Socratem, qui multo ante mortui erant. Legi autem vellem, *et multo ante Socratem, Democritum, &c.*

[k] *Omnes pæne veteres*] Hanc quoque doctorum omnium fuisse sententiam, puta Protagoræ, Heracliti, Empedoclis, Epicharmi, scribit Plato in Theæteto. Democritum vero neque ibi neque uspiam meminit, inveterato, ut ferunt, in eum odio, et abolendæ ejus memoriæ studio impulsus.

[l] *In profundo veritatem*] Notum est

Digitized by Google

teneri: nihil veritati relinqui: deinceps[2] omnia tenebris circumfusa esse[m] dixerunt. 45. Itaque Arcesilas negabat esse quicquam, quod sciri posset, ne illud[3] quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset. Sic omnia latere censebat[4] in occulto; neque esse quicquam, quod cerni aut intelligi posset: quibus de causis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quenquam, neque assensione[5] approbare: cohibereque semper, et ab omni lapsu continere temeritatem: quæ tum esset insignis, cum aut falsa aut incognita res approbaretur: neque hoc quicquam esse[6] turpius, quam cognitioni et perceptioni assensionem approbationemque præcurrere. Huic rationi quod erat consentaneum, faciebat, ut contra omnium sententias dies jam plerosque[7] deduceret; ut cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur, facilius ab utraque parte assensio[8] sustineretur. 46. Hanc Academiam novam appellant;[9][n] quæ mihi vetus videtur; si quidem Platonem ex illa vetere numeramus, cujus in libris nihil affirmatur, et in utramque partem multa disseruntur;

opinionibus insitis omnia teneri; et Lamb. *nihil veritati loci rel.*—2 Amicus Davisii conjecit *denique* legend.—3 ψ *at illud.*—4 *Dicebant* ψ et al. *putabant* Weg. *censebat* Lamb. Dav. Hub. Ern. et Hülsemann. *censebunt* reliqui, præter Gœrenz. Schutz. et Orell. qui e conjectura omittunt. Mox, *intelligi posset* Ms. Gœrenzii cum Ern. Schutz. et Orell. *intelligi possit* ceteri, etiam Gœrenz. sed invitus. Paulo post, in ψ omittuntur *nec oportere.*—5 *Assertione*, et mox *assertionem*, Mss. plerique et edd. ante Lamb. Tum, Ms. ap. Gœrenz. *cohibere se semper.*—6 E U *esset.*—7 Nonnulli *pleros.* Pro *deduceret* Lamb. conj. *dissereret*, vel *diceret*: Wernsdorf. *dedoceret.* Gesner proposuit *dicens, jam plerosque eo deduceret*: amicus Davisii *ut contra omnes sent. diebus alternis diceret*: Davis. *ut contra omnium sententias dies etiam totos diceret*: Madvig. *dicens in eam plerosque deduceret*: Orellius locum esse corruptum notavit.—8 Mss. et edd. ante Lamb. *assertio.*—9 Manut. et Grut. *appel-*

NOTÆ

illud Democriti, veritatem in puteum olim collapsam, ab hominibus frustra deinceps quæsitam esse. Haud absimile est quod habet Plato in Theæteto, in eos qui in angustias sic redacti sunt ut extricare se non possint, 'Cur uteris inexplicabili quæstione in puteo constrictus?'

[m] *Circumfusa esse*] Vitiatum hunc locum suspicor. Quid enim? satisne Ciceronem sapit repetitum illud *dixerunt: nihil sciri posse dixerunt . . . circumfusa esse dixerunt.*

[n] *Novam appellant*] Immo ne Academia quidem erat nisi vocabulo, cum reipsa Pyrrhoniorum, auctore Numenio, secta esset. Hinc Arcesilas a Timone Pyrrhonio Pyrrhonius appellatur et Scepticus.

Digitized by Google

de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. Sed tamen illa, quam exposui, vetus; hæc, nova nominetur: quæ usque ad Carneadem perducta, qui quartus ab Arcesila [o] fuit, in eadem Arcesilæ ratione permansit. Carneades autem nullius philosophiæ partis ignarus, et (ut cognovi ex iis,[10] qui illum audierant, maximeque ex Epicureo [1] Zenone,[p] qui, cum ab eo plurimum dissentiret, unum tamen præter ceteros mirabatur) incredibili quadam fuit facultate. * * * * [2]

Multa ex hoc primo libro Academicarum Quæstionum ad Varronem, et secundus, tertius, quartus desiderantur: nisi quis velit eum, qui inscribitur Lucullus, qui deinceps sequitur, quartum numerare: quod facit Nonius. Sed vid. Argumentum.

---

labant. Dein, E *quæ nisi vetus videretur . . . numeraremus.*—10 Mss. pauci cum Hab. et Gœrenz. *ex his:* E *ex illis.*—1 E U *Epicuro.* In E non legitur *cum* ante verba *ab eo.*—2 Hülsemann. addit duo membra sequentia; unum e Nonio sub voc. 'Digladiari;' alterum ex Augustino, contra Acad. l. II. c. 11. *Quid autem stomachetur Mnesarchus? quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus? . . . Talia mihi videntur omnia, quæ probabilia vel verisimilia putavi nominanda. Quæ tu si alio nomine vis vocare, nihil repugno; satis enim mihi est, te jam bene accepisse, quid dicam, id est, quibus rebus hæc nomina imponam. Non enim vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem.*

NOTÆ

[o] *Qui quartus ab Arcesila*] Audivit enim Carneades Hegesinum, Hegesinus Evandrum, Evander Lacyda, discipulum Arcesilæ. Evandrum tamen auditorem Aristippi fuisse, Aristippum Lacydis, testatur Eusebius.

[p] *Epicureo Zenone*] Fuit ille Zeno Sidonius, quem et Athenis, auctore Philone, sæpe audiebat Cicero, et ipse Philo Epicuræorum Coryphæum vocitabat.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

ACADEMICARUM QUÆSTIONUM

LIBER SECUNDUS,[a]

(SEU POTIUS, UT EUM NUMERAT NONIUS, QUARTUS,) QUI INSCRIBITUR

LUCULLUS.† [b]

ARGUMENTUM.

Liber hic Ciceronis, qui Lucullus dicitur, idem ab aliis lib. IV. ab aliis secundus Disputationum Academicarum putatur; quorum utrumque quidem falsum esse, ex ipso Cicerone demonstrari potest. Scripsit Cicero primo duos Disp. Acad. libros; quorum primum Catulum, alterum Lucullum inscripserat, quod uterque huic disputationi interfuerat. c. 8. horum alter ergo restat, primus periit. Deinde Cicero quatuor libros Disp. Acad.

† In ψ hic liber inscribitur, *M. T. Ciceronis liber III Academicorum incipit.*
' *M. Tulli Ciceronis Academicorum liber secundus, qui inscribitur Lucullus*] Inscriptio libri variat. Plures enim et scripti et vetus editi, *Luculli* loco, ei *Hortensii* nomen ponunt. Neque de hujus tituli veritate Jo. Baptistæ Pii, Bononiensis, ætate dubitatum esse, hujus ipsius *Emendd. et Annotamenta in*

NOTÆ

[a] *Liber secundus* [*Liber quartus*] Librum hunc ex Academicis unum esse, non æque constat: qui negant, Academicorum libros quatuor funditus periisse volunt, si superius fragmentum excipias: at isti quo jure? Qui inter Academicos collocant, ne satis qui demconveniunt: sunt qui, vulgatas editiones secuti, librum *secundum* inscribunt; sunt qui, auctore Nonio, *quartum*. Vide quæ in principio superioris libri diximus.

[b] *Lucullus*] Ut a Catone liber de Senectute, a Lælio liber de Amicitia, sic a Lucullo iste nomen habet. Habetur hæc disputatio in villa Hortensii, ut ad calcem libri dicitur.

Digitized by Google

edidit, in quibus fusius et accuratius explicavit, quæ antea libris duobus exposuerat: (vid. Ep. ad Attic. XIII. 16—19. &c.) horum primi fragmentum superest, reliqui tres perierunt. Ex fragmentis autem lib. IV, quæ apud Nonium occurrunt, intelligas quæ in lucullo disputantur, ea maximam partem, iisdem verbis servatis in librum quartum secundæ editionis translata esse. In hoc libro autem post præfationem de laudibus Luculli, de instituto suo, et occasione Disputationis, Lucullus c. 4. s. ingreditur disputationem contra Academicos et Philonem, ab Antiocho acceptam: quocum sæpe fuerat. Ejus summa hæc est, Esse καταληπτὰ quæ comprehendi possint; hoc est, e definitione Zenonis, quam rejiciebat Philo, talia visa (φαντασίας) impressa et efficta ex eo, unde essent, qualia esse non possent ex eo, unde non essent, c. 6. in fin. in quo tota controversia agitur. Initio facto a sensibus, ostendit, sensuum judicia vera et certa esse, si sani sint et valentes, et omnia removeantur, quæ obstent et impediant; inprimis si exercitatio et ars adhibeatur: qualia autem sint, quæ sensibus percipiantur, talia esse etiam, quæ sensibus quidem non percipiantur ipsis, sed quodammodo tamen, nempe genera et formas. Ex his oriri ἐννοίας, notitias, quæ si falsæ aut incertæ essent, neque uti iis, neque repugnans a consentaneo discernere possemus, memoriam, omnes artes, virtutesque tolli, sapientiam, rationem, decreta philosophiæ, quæ non modo non falsa, sed fixa et rata esse debeant, omnia menti humanæ attributa vitæ cum instrumenta et adjumenta tum ornamenta. c. 7—10. Rejicit deinde cum hos, qui certum negabant, verisimile concedebant, quod sublata veri et falsi notione, et constituta communitate veri cum falso, similitudo veri judicari non posset; tum eos, qui percepta cum negent, perspicua largiuntur: neque enim perspicuum esse aliquid posse, v. c. avem albam esse, quamdiu accidere possit, ut ea nigra sit. c. 10. 11. Quoniam autem perceptio cum assensione conjuncta est, de ejus firmitate perpauca dicit. c. 12. His disputatis, ad objectiones Academicorum respondet, et, expositis c. 13. totius rationis eorum fundamentis, ostendit, aut eorum ratiocinationes, quibus nihil comprehendi pugnent, incertas esse, aut falsum id, quod disputent. c. 14. Sed ut pares esse Academicis possimus, neque a veritate desciscamus, opus esse primo, ut quæ pro perspicuitate responderi possint, teneamus, deinde captiosis eorum interrogationibus occurrere possimus. c. 15. Itaque explicatis c. 15. tribus Academicorum argumentis (quorum primum et ultimum est genus illud interrogandi, quod Soriten veteres vocabant) quibus contendunt, nihil inter visa falsa et vera interesse, iis c. 16. 17. 18. respondet, et totum illud genus interrogandi rejicit et vitiosum putat. His singulis deinde respon-

M. Tullii ad Hortensium opus, clare docent. Præferunt idem nomen ex nostris fragm. cod. et Vratisl. Sed nihil quenquam hic titulos per librarios corrumpendi mos movere h. l. debet. Repererant isti inter personas colloquentes Hortensii nomen, et hunc inde pro illo deperdito libro habentes, hoc ipsum fronti libri præfixerunt. Cf. Plutarch. Lucull. cap. 42.' *Gœrenz.* Hülsemann. inscripsit, *M. T. Ciceronis Academicorum liber secundus; ex edit. prima Ciceronis.* Vid. Nott. Varr.

det Cicero, posteaquam primo se Lucullo excusaverat de philosophiæ Academicæ studio, confessusque erat, se magnum esse opinatorem, h. e. sæpe assentiri etiam non perceptis, negare autem sapientis esse, vel ex ipsa Stoica disciplina, assentiri incertis, quoniam, qui assentiatur, non possit non interdum falsis assentiri, atque adeo opinari tantum, quod sit a sapientis gravitate disjunctissimum, c. 20. 21: deinde vero de Antiochi in deserenda Philonis disciplina levitate pauca dixerat c. 22. Commemoratis ergo summorum hominum auctoritatibus, qui nihil certi esse contenderint, c. 23. 24. sensuum veritatem impugnat. Aut cum Epicuro dicendum esse, sensus nunquam fallere hominem; et si semel mentiti sint, nunquam iis credendum, quod esset absurdum, cum propter hebetudinem oculorum multa non videamus, multa aliter, ac sint, et ipsius Stoicorum causæ periculosum; aut cum Lucullo, alia sensuum visa esse vera, alia falsa: quo sumto, nullam verorum a falsis discernendorum notamrelinqui. c. 25. 26. Male autem objici, artificiis adhibitis et cogitatione effici posse, ut intelligamus, aliter res esse ac videantur, somnia, ubi evigilaverimus, falsa putari, et visa vinolentorum et furiosorum, ubi se receperint. Nam de hoc non disputari, sed qualia hæc videantur, cum videntur, id quæri. Non enim esse dubium, quin, cum videntur, probentur; ex quo efficiatur, inter visa vera et falsa ad animi assensum nihil interesse, c. 25—28. Neque rationem magis quicquam ac sensus percipere. Nam quod dialecticæ multum Stoici tribuant, primo dialecticum non posse de rebus v. c. geometricis judicare, nisi geometriam didicerit; deinde non posse solvere Soritas, propterea quod natura rerum nullam nobis dederit cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus, quatenus; idque magno argumento esse, falsam esse illam definitionem, effatum esse id, quod aut verum aut falsum sit. c. 28—30. Quod sublata perceptione, quamvis relicta probabilitate, vitam omnem, sensum, memoriam, artem, &c. tolli putet, in eo valde errare. Nam in plerisque actionibus, vel Stoicis consentientibus, tanquam in navigando, probabilitate homines duci, eamque ad actiones sufficere; eadem sentire Academicum, quæ Stoicum, nihil mutari, judicio tantum utrumque discrepare, quod in ipsos sensus nullam vim habeat: memoria etiam errores, non tantum comprehensa, teneri, in artibus autem plerisque nos probabilitate duci, nihil dialectica opus esse. c. 30—34. Neque repugnantia dicere, ex Antiochi mente, qui concedat, visa esse vel vera vel falsa, et contendat tamen, ea nihil inter se differre. Neque enim verum ab Academicis omnino tolli, sed tantum percipiendi signum. c. 34. A cap. 35. deinde usque ad 47. addit longam et jucundam disputationem de dissensionibus philosophorum summorum in omnibus philosophiæ partibus: ex quo intelligatur, nihil exploratum esse, sed in omnibus probabilitatem esse sequendam, adeoque, id quod omnes, præter Stoicos, concedant, sapientem opinari posse.

I. 1. [*Ed. Ald.* p. 1.] MAGNUM ingenium L. Luculli,[c]

NOTÆ

[c] *L. Luculli*] Is Lucullus est, cujus vitam habent Plutarchus et Scriptor

magnumque optimarum artium studium, tum[1] omnis liberalis et digna homine nobili ab eo percepta doctrina,[d] quibus temporibus florere in foro maxime potuit, caruit omnino rebus urbanis.[2] Ut enim, admodum adolescens, cum fratre,[e] pari pietate et industria prædito, paternas[3] inimicitias[f] magna cum gloria est persecutus; in Asiam quæstor[g] profectus, ibi permultos annos admirabili quadam laude pro-

Cap. I. 1 Gud. 2. *tamen*: al. *cum*. Ante *quibus* Guyetus suspicabatur aliquid desiderari: unde Hülsemann. inseruit *qui*. Mox, Hervag. *in foro flor.*—2 ψ et Bas. *rebus humanis*. Grut. e Mss. recepit *rebus humanis*. *Ut enim urbanis admodum, &c.* Vid. Nott. Varr.—3 Paris. 5. *patruas*. Mox, *ibi*

NOTÆ

Virorum Illustrium. E gente Licinia, avo natus L. Licinio Lucullo cons. 602. Vaccæorum, Cantabrorum, ceterarumque gentium Hispaniæ domitore. Patre, L. item Licinio Lucullo, qui repetundarum damnatus est.

[d] *Percepta doctrina*] Ad illius eruditionem duo e multis commemorat Plutarchus. Primum est, Sullam rerum suarum commentarios a se scriptos illi etiam tum adolescenti, et tradidisse concinnandos et dedicasse. Alterum est, cum apud Hortensium causidicum et Sisennam historicum de bello Marsico seu Græce seu Latine, seu stricta seu soluta oratione scribendo, sermo per jocum haberetur, eum serio professum esse, utram earum dictionum sors dedisset, ea se illud conscripturum, et obtigisse sorte videtur oratio Græca. Extabat enim temporibus Plutarchi composita Græce a Lucullo historia belli Marsici.

[e] *Cum fratre*] M. Lucullo, qui et M. Terentius Varro dictus propter adoptionem in gentem Terentiam: miror hos ab Eutropio non fratres, sed consobrinos vocari. Ab illo lex Terentia nomen habuit, de qua Tullius in Verrinis. Consul anno proximo post fratrem Macedoniam obtinuit, ex eaque triumphavit. Cic. in Pisonem. Sub reditum fratris ex Asia vocatus in judicium ob quæsturam sub Sulla gestam, fratris gratia absolutus est. Plut. Filia ejus Tertulla nupsit M. Crasso Diviti. Sueton.

[f] *Paternas inimicitias*] Cum gente Servilia, earum causa hæc fuit. Accusatus est repetundarum a Servilio augure L. Lucullus, ob rem in Sicilia male gestam adversus fugitivos a quibus fuerat castris exutus. Quocirca L. Lucius et Marius fratres, in patris vindictam Servilium quoque ejusdem criminis reum fecerunt. Atque in ea accusatione rudimentum dicendi posuit Lucullus, teste Plutarcho. Meminit Cicero Orat. de Prov. Cons. harum Lucullos inter et Servilios inimicitiarum, easque propter reipublicæ dignitatem depositas laudat.

[g] *In Asiam quæstor*] Sub L. Sulla, sub quo etiam meruerat in bello Marsico. Meminerunt hujus quæsturæ Plut. Appian. in Mithridaticis; Cic. pro Archia; auctor de Viris Illustribus in ejus vita, qui addit munus quæstorium ab eo amplissimum datum esse.

Digitized by Google

vinciæ præfuit: deinde absens factus ædilis,[h] continuo prætor[i] (licebat enim celerius legis præmio[k]); post in Africam;[l] inde ad consulatum;[m] quem ita gessit, ut diligentiam admirarentur omnes, ingenium agnoscerent.[4] Post ad Mithridaticum bellum[n] missus a senatu, non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, sed etiam gloriam superiorum. 2. Idque eo[5] fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria non admodum expectabatur, qui adolescentiam in forensi opera, quæsturæ diuturnum tempus, Murena[o] bellum in Ponto gerente,[p] in Asiæ pace[6] consumserat. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo

per multos annos Baz. Hervag. Manut. Gœrenz.—4 Mss. plures et edd. vett. cum Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. *cognoscerent.*—5 Mss. nonnulli *eo* omittunt, prob. Dav. Mox, *spectabatur* Mss. plerique: *sperabatur* conjecit Dav.—6 Mss. plerique cum Baz. Hervag. Gœrenz. et Orell. *in Asia pace:* Paris. 2. 3. 4. et Ms. Victoris *in Asiam;* quod Dav. correxit *in Asia, in pace.*

NOTÆ

[h] *Factus ædilis*] Curulis cum fratre, quem cum ætate superaret, solusque reipublicæ dignitates occupare posset, fratris expectare tempora maluit, ut una cum illo eas iniret. Plut. Celebris est ea ædilitas propter magnificentiam ludorum, tum quod in ea primum exhibita elephantorum cum tauris pugna, tum maxime quod scenam versatilem primi fecerunt. Val. Max. II. 4.

[i] *Continuo prætor*] Biennio post ædilitatem, A. U. C. 676.

[k] *Legis præmio*] Corneliæ. Inter leges quas Cornelius Sulla dictator tulit plurimas de magistratibus, hæc locum habuit, 'uti quis post ædilitatem continuo præturam, post præturam consulatum petere posset;' quam legem a Sulla latam ait Manutius, ut iis, qui partes ejus in civili bello secuti essent, honores ante tempus capere liceret.

[l] *Post in Africam*] Quam ex prætura sortitus obtinuit, quamque, ut testis est auctor de Viris Illustribus, justissime rexit.

[m] *Ad consulatum*] Collegam habuit M. Aurelium Cottam. Eo consule Bithyniæ regnum Nicomedis testamento Romanis relictum est, teste Eutropio et Livio.

[n] *Mithridaticum bellum*] Quod ambientibus licet viris summæ auctoritatis, Metello, Pompeio, aliisque, ad se devolvi curavit, conciliato sibi, per Præciam, insignem forma et facetiis fœminam, Cethego, qui in civitate dominabatur id temporis. Plura Plut.

[o] *Murena*] L. Licinio Murena, qui consul fuit anno 691. cujus filium defendit Cicero ea oratione quæ extat.

[p] *In Ponto gerente*] Contra Mithridatem, ubi per biennium post Sullæ discessum varia fortuna bellum gessit, tertioque demum anno triumphavit, ut auctor est Cic. pro Lege Manilia. Extat illius triumphi denarius, quem expressit in libro suo Goltzius.

Digitized by Google

non desideravit indocilem usus disciplinam.[7] Itaque cum totum iter et navigationem consumsisset partim in percunctando a peritis, partim in rebus gestis legendis; in Asiam factus imperator[8] venit, cum esset Roma profectus rei militaris rudis. Habuit enim divinam quandam memoriam rerum, verborum majorem Hortensius. Sed, quo plus in negotiis gerendis res, quam verba prosunt, hoc erat memoria[9] illa præstantior; quam fuisse in Themistocle,[q] quem facile Græciæ principem ponimus, singularem ferunt. Qui quidem etiam pollicenti cuidam[r] se artem ei memoriæ, quæ tum primum proferebatur, traditurum, respondisse dicitur, oblivisci[10] se malle discere: credo, quod hærebant in memoria quæcunque audierat vel viderat. Tali ingenio præditus Lucullus adjunxerat etiam illam, quam Themistocles spreverat, disciplinam. Itaque, ut literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus; sic ille in animo res insculptas habebat. 3. Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli instrumento[1] et apparatu, ut ille rex post[s] Alexandrum maximus hunc a se majorem ducem cognitum, quam quenquam eorum, quos legisset,[2] fateretur. In eodem tanta prudentia fuit in constituendis, tempe-

—7 Paris. 4. *in docili usus disciplinam*: nonnulli, teste Lamb., *indocilem militiæ disciplinam.*—8 Walker conj. *perfectus imp.*—9 ψ *hæc memoria erat.*—10 Guyetus malebat *oblivionis.* Tum, *malle quam discere* Pal. 2. Eliens. Hervag. et Ascens. Paulo post, *quæc. audierat, aut viderat* Junt. Manut. Lamb. et Oliv. *quæc. audierat et viderat* Baz. et Hervag. *quæcunque et audierat et viderat* Gœrenz. e tribus Mss. cum Orell.—1 Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Manut. *instrumentis.*—2 Ms. Vict. *quos legibus*: unde Gulielm. et Grut.

NOTÆ

[q] *In Themistocle*] De memoria Themistoclis dicitur in Catone Majore.

[r] *Pollicenti cuidam*] Simonidi, poëtæ Leoprepis filio, multi enim eo nomine poëtæ fuerunt: artem memoriæ reperit. Cum Pæanas, tragœdias, aliaque multa scripsit, tum duas Græcorum adversus Xerxem pugnas, alteram ad Artemisium, alteram ad Salaminam, illam versu elegiaco, hanc lyrico. Ita L. Girald. Anno ætatis suæ octogesimo in certamen carminis recitandi descendit. Val. Max. VIII. 7.

[s] *Ille rex post*] Mithridates variis adversus Romanos bellis nobilitatus, ac demum felicitate Sullæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeii subactus. Plura Appian. in Mithridaticis.

Digitized by Google

randisque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie[3] stet Asia Luculli institutis servandis, et quasi vestigiis persequendis. Sed, etsi magna cum utilitate reipublicæ, tamen diutius, quam vellem, tanta vis virtutis atque ingenii, peregrinata, abfuit ab oculis et fori et curiæ. Quin etiam, cum victor a Mithridatico bello revertisset, inimicorum calumnia[t] triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. [*p.* 2.] Nos enim consules[u] introduximus pæne in urbem currum clarissimi viri; cujus mihi consilium et auctoritas quid tum in maximis rebus profuisset,[4] dicerem, nisi de me ipso dicendum esset; quod hoc tempore non est necesse. Itaque privabo[5] illum potius debito testimonio, quam id cum mea laude communicem. II. 4. Sed, quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea fere sunt[6] et Græcis literis celebrata et Latinis. Nos autem illa externa,[7] cum multis; hæc interiora, cum paucis ex ipso sæpe cognovimus. Majore enim studio Lucullus cum omni literarum generi,[8] tum philosophiæ deditus fuit, quam, qui illum ignorabant, arbitrabantur. Nec vero ineunte ætate solum, sed et pro quæstore[9] aliquot annos, et in ipso bello; in quo ita magna

correxerunt *quos legimus.*—3 Drakenborch. ad Liv. v. 27. 2. *hodieque.* ψ omittit copulam ante *quasi.* Postea, *Sed* ante *etsi* abest a ψ, Dresd. Vratisl. —4 Hülsemann. ex Eliens. recepit *profuissent,* ut volebat Dav.—5 Duo Mss. et edd. vett. paucæ cum Gœrenz. et Orell. *Ita privabo.* Tum, *potius illum* dederunt Junt. Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell.

Cap. II. 6 N *ea sunt fere.* Manut. et Lamb. *Græcis lit. et Lat. celebrata.* —7 Paris. 1. 2. 5. et edd. vett. *exteriora.*—8 Al. *genere.*—9 *Proquæstor* Hervag. et al. *quæstore* Gud. Dresd. Paris. 5. Junt. *quæstor* Lamb. Dav. Oliv.

NOTÆ

[t] *Inimicorum calumnia*] C. Memmii, qui cum Marcum, Lucii Luculli fratrem, irrito conatu accusasset; in ipsum Lucium conversus, apud plebem egit, ut ne triumphus ei decerneretur, propter tum protractum bellum, tum multa e præda in proprios usus abducta. Verum interventu precibusque optimatum tribubus sese miscentium concessus est triumphus.

[u] *Nos enim consules*] Tullio consule triumphavit Lucullus. Fuit autem triumphus non pompæ prolixitate, ut aliorum, non rerum productarum ambitiosa copia spectandus, sed armis hostilibus, quorum erat vis ingens, et machinis regiis, clarum suopte splendore spectaculum: equites cataphracti pauci, currus falcati decem, amici et duces regii 60. naves longæ 110. devehebantur; ipsa Mithridatis statua senum pedum aurea, gemmisque distinctum scutum, &c. Triumphavit A. U. C. 691.

Digitized by Google

rei militaris esse occupatio solet, ut non multum imperatori sub ipsis pellibus [x] otii relinquatur. Cum autem e philosophis, ingenio, scientiaque putaretur Antiochus, Philonis auditor,[y] excellere, eum secum et quæstor habuit, et post aliquot annos, imperator. Cumque esset ea memoria quam [10] ante dixi, ea sæpe audiendo facile cognovit, quæ vel semel audita meminisse potuisset. Delectabatur autem mirifice lectione librorum, de quibus audiebat.[1]

5. Ac vereor interdum, ne talium personarum, cum amplificare velim, minuam [2] etiam gloriam. Sunt enim multi, qui omnino Græcas non ament [3] literas; plures, qui philosophiam; reliqui, etiamsi hæc non improbent, tamen earum rerum disputationem principibus civitatis non ita decoram putent.[4] Ego autem, cum Græcas literas M. Catonem [z] in senectute didicisse acceperim; P. autem Africani historiæ loquantur, in legatione [5] illa [a] nobili, quam ante censuram obiit, Panætium unum omnino comitem fuisse; nec literarum Græcarum, nec philosophiæ [6] jam

Mox, *ipso in bello* Ven. 1494. Baz. Hervag. Junt. et Manut.—10 Ric. Bentl. conj. *qua*.—1 Ern. suspicabatur *audierat* legend. Tum, *At vereor* e conjectura dederunt Gœrenz. et Schutz.—2 Vratisl. Ven. 1494. Hervag. Manut. *imminuam*. Pro *etiam*, quod Paris. 1. 2. omittunt, in Paris. 3. legitur *ejus*.—3 ψ, Baz. et Lamb. *amant*. Mox, *reliqui, qui etiam* Mss. plerique et edd. ante Dav. *aliqui, qui etiam* conjecit Ric. Bentl.—4 Reg. et Paris. 4. cum Lamb. Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. *putant*.—5 ψ et Reg. *in religione*: Ms. Gœrenzii *intentione*: Paris. 1. 2. et duo Mss. Gruteri *in regione*: al. *in legione*.—6 Post *philosophiæ* verbum *tractandæ* excidisse putat Schutz. Pro voce

NOTÆ

[x] *Sub ipsi pellibus*] Locutio ex e profecta quod tentoria exercitus Romani e pellibus fieri consuevissent. Quare 'sub pellibus esse,' aliud nihil est quam in castris esse. Sigonius in scholiis in Liv. lib. v. Ræverdus Variorum l. IV. c. 3. Rosinus.

[y] *Antiochus, Philonis auditor*] Fuit Antiochus defensor veteris Academiæ, Philo novæ: de utroque commodius infra.

[z] *M. Catonem*] Plura in eam rem in Catone Majore.

[a] *Legatione illa*] Non ad Antiochum, ut perperam Manutius; ad Antiochum enim missus est, non Africanus Minor, de quo hic est mentio, sed Africanus Major. Legationem igitur eam opinor esse qua an. 605. annis sex ante censuram, ad Masinissam Numidiæ regem e castris Manilii in Africa proconsulis missus est, ut regnum inter filios partiretur. Qua de re nonnihil in Apophthegmatibus Plut.

Digitized by Google

ullum auctorem requiro. 6. Restat, ut iis respondeam,[7] qui sermonibus ejusmodi nolint personas tam graves illigari. Quasi vero clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leviorum. Etenim, si quodam in libro [b] vere est a nobis philosophia laudata, profecto ejus tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est: nec quicquam aliud videndum est nobis,[8] quos populus Romanus hoc in gradu collocavit, nisi ne quid privatis studiis de opera publica detrahamus. Quod si, cum[9] fungi munere debeamus, non modo operam nostram nunquam a populari cœtu removemus, sed ne literam quidem ullam facimus, nisi forensem; quis reprehendet nostrum otium, qui in eo non modo nosmetipsos hebescere et languere nolumus,[10] sed etiam ut plurimis prosimus, enitimur? Gloriam vero non modo non minui, sed etiam augeri arbitramur eorum, quorum ad populares illustresque laudes, has etiam minus notas, minusque pervulgatas adjungimus. 7. Sunt etiam, qui negent, in iis,[1] qui in nostris libris disputent, fuisse earum rerum, de quibus disputatur,[2] scientiam. Qui mihi videntur non solum vivis, sed etiam mortuis invidere. III. Restat unum genus reprehensorum, quibus Academiæ ratio [c] non probatur. Quod gravius ferremus, si quisquam ullam disci-

auctorem Ric. Bentl. conj. *fautorem* legend.—7 Junt. Gœrenz. Schutz. *ut his resp.* ψ *sermonis.*—8 Baz. Lamb. Dav. *est videndum nobis:* Paris. 4. Reg. et Ms. Vict. *est ut vid. nobis:* Paris. 1. 2. *est intendendum nobis;* Paris. 5. *est ut uiuidendum vel intendendum nobis:* Ms. Gryphii *nec quicquam adest ut invidendum vel intendum judicium nobis.*—9 Pro *cum* Gud. habet *tamen;* N *tam;* Vienn. *eo,* superscripto *cum.* Hervag. exhibet *Quod cum si fungi.* Dein, Paris. 1. 5. Reg. Gud. et Ven. 1494. *debebamus.* In N legitur *nullo modo operam nostram unquam.* *Unquam* quoque habet ψ. Porro, Schutzius e Passeratio recepit *removimus . . . fecimus,* probb. Durand. et Rath.—10 Ven. *nolimus.* Vocab. *etiam* omittunt Gud. et Ms. Gœrenzii, ac edd. Baz. et Ald. cum Gœrenz. Schutz. et Orell.—1 Quatuor Mss. et edd. vett. nonnullæ cum Gœrenz. et Schutz. *in his.* Præpositio ante *nostris* abest a quinque Mss.—2 Ern. conj. *disputetur.* Mox, *solum* omittunt Mss. quinque et ed. Ven. 1471. cum Gœrenz. et Schutz.

NOTÆ

[b] *Quodam in libro*] Vel in Tusculanis, vel in libris de Finibus; in utrisque enim eam laudat.

[c] *Academiæ ratio*] Qua in utramque partem disputatur.

Digitized by Google

plinam philosophiæ probaret, præter eam quam ipse sequeretur. Nos autem, quoniam[3] contra omnes dicere, qui scire sibi videntur, solemus, non possumus, quin alii a nobis dissentiant, recusare. Quanquam nostra quidem causa facilis[4] est, qui verum invenire sine ulla contentione volumus; idque summa cura studioque conquirimus. [*p.* 8.] Etsi enim omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus, eaque est[5] et in ipsis rebus obscuritas, et in judiciis nostris infirmitas, ut non sine causa, et doctissimi et antiquissimi[6] invenire se posse, quod cuperent, diffisi sint: tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquimus:[7] neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo,[8] eliciant, et tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat. 8. Neque inter nos et eos qui se scire arbitrantur, quicquam interest, nisi quod illi non dubitant, quin ea vera sint, quæ defendunt; nos probabilia multa habemus, quæ sequi facile, affirmare vix possumus. Hoc autem liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est judicandi[9] potestas; nec, ut omnia, quæ præscripta et quasi imperata sint, defendamus, necessitate ulla cogimur. Nam ceteri primum ante tenentur astricti quam, quid esset optimum, judicare potuerunt: deinde infirmissimo tempore ætatis aut obsecuti amico cuidam,[10] aut una alicujus, quem primum audierunt, oratione capti,

Cap. III. 3 Pro *quoniam* Baz. et Hervag. exhibent *qui*. Tum, *contra omnes dicere, quæ videntur* N, Pal. 2. et Junt. *contra omnes dicere, quæ vel qui scire sibi videntur* Paris. 4. A Paris. 2. 3. edd. Baz. et Hervag. abest *sibi*. Cantab. habet *contra omnes, qui scire sibi videntur, dicere quæ videntur solemus*. Vid. Nott. Varr.—4 Mss. plerique et edd. vett. nonnullæ cum Lamb. Dav. Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell. *facilior*.—5 *Ea quidem est* tres Mss. Gœrenzii et edd. Baz. Hervag. *eaque inest* Lamb.—6 *Antiq. et doctiss.*, priore copula omissa, ψ, Eliens. Reg. Cant. et Ms. Lamb. ac edd. Ven. 1471. Baz. Hervag. Ascens. Junt. Dav. Lall. *et antiq. et doctiss.* quinque Mss. Parisienses cum Gœrenz. Schutz. et Orell.—7 *Relinquimus* N, Gud. Vratisl. Reg. Cantab. cum Dav. Ern. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *relinquemus* ceteri.—8 Post *dicendo* Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. Mannt. Grut. Oliv. addunt *et audiendo*. Hülsemann. edidit *in utramque partem eliciant*.—9 ψ *judicanda*. Tum, *neque ut omnia* Baz. Hervag. Lamb. *Perscripta* habent Ven. Baz. et Oliv. *Quæ præscripta, et quibus, et quasi imp. sint, def.* e ψ et Mss. suis edidit Gœrenz. Malebat Ern. *quasi præscripta et imperata sint; aut quæ perscripta*

Digitized by Google

de rebus incognitis judicant, et, ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam, tanquam ad saxum, adhærescunt. 9. Nam, quod dicunt omnia se credere [1] ei, quem judicent fuisse sapientem; probarem, si id ipsum rudes et indocti judicare potuissent (statuere enim, qui sit [2] sapiens, vel maxime videtur esse sapientis); sed, ut potuerunt, omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum sententiis, judicaverunt: aut re semel audita ad unius se [3] auctoritatem contulerunt. Sed nescio quo modo plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adamaverunt, pugnacissime defendere, quam sine pertinacia, quid [4] constantissime dicatur, exquirere.

Quibus de rebus et alias sæpe nobis [5] multa quæsita et disputata sunt, et quondam in Hortensii villa,[d] quæ est ad Baulos,[e] cum eo Catulus [f] et Lucullus, nosque ipsi postridie

sint, quasi imp. def. ut habet ed. Ven.—10 Lamb. et Orell. *cupiam.*—1 *Dicunt vel omnino omnia se cred.* ψ et Dresd. *dicunt omnino omnia se cred.* Ven. *dicunt omnino se cred.* Gud. Paris. 2. 4. 5. Baz. Hervag. et Ascens. cum Gœrenz. Schutz. et Orell.—2 Baz. et Manut. *quid sit:* Lamb. *quis sit.*—3 Lamb. Oliv. et Orell. *sed, ut potuerint, potuerunt ... sententiis: judicaverunt autem re semel audita, atque ad unius se, &c.* Lall. e conj. Mureti Varr. Lectt. VII. 18. recepit *sed, ut potuerint: omnibus ... sententiis judicaverunt; an, re semel audita, ad unius se, &c.* Gœrenz. et Schutz. *sed aut, ut potuerint* (Schutz. *potuerunt*), cetera, ut Ern. Conjecit Faber *sed ut potuerint ... cognitis etiam reliquorum sententiis, haud re semel audita, &c.* Davis. *sed ut potuerint ... sententiis judicare; at ii, re semel audita, ad unius se, &c.* Walker. *sed ut potuerint ... sententiis, judicarent: at re,* vel *ii re, &c.* Davisii amicus, *nedum potuerint ... sententiis, judicare, qui re semel audita, &c.* Verba *sed ut potuerunt ... contulerunt* Hülsemann. uncis inclusit.—4 Junt. *quod.*—5 Lamb. *sæpe a nobis.*

NOTÆ

[d] *In Hortensii villa*] Ea villa est ubi celebrem piscinam habuit Hortensius, in qua murænam adeo dilexit, ut exanimatam flesse credatur. Plin. VIII. 55. Meminerunt illius Varro de Re Rustica III. 17. Tacitus, Symmachus Ep. I. 1. 'Hanc celebravit opum felix Hortensius aulam,' &c. Vide Cluverium in Italia Antiqua.

[e] *Ad Baulos*] Pagus fuit Baias inter et Misenum: hunc Plinius III. 5. perperam collocat Baias inter et Lucrinum Lacum. Bauli dicti, qui olim Baulia, quod olim caulas ibi bobus fecerit Hercules, cum in Italiam venit, juxta illud Symmachi Ep. I. 1. 'Inde recens ætas corrupte Baulia Baulos Nuncupat.' Baulorum meminit Sil. Ital. l. XII. Martial Epigr. IV. 63.

[f] *Cum eo Catulus*] Q. Lutatius Catulus, consul an. 675. collegam habuit M. Lepidum, quem, acta Sullæ rescindere conantem, et vicit ad urbem, et victum Italia expulit, et aliquanto post censor Capitolium dedicavit.

Digitized by Google

venissemus, quam apud Catulum fuissemus: quo quidem etiam maturius venimus, quod erat constitutum, si ventus esset, Lucullo in Neapolitanum,[g] mihi in Pompeianum[h] navigare. Cum igitur pauca in xysto[6] [i] locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus. IV. 10. Hic Catulus, Etsi heri, inquit, id, quod quærebatur, pæne explicatum est, ut tota fere quæstio tractata videatur;[7] tamen expecto ea, quæ te pollicitus es, Luculle, ab Antiocho audita, dicturum. Equidem, inquit Hortensius, feci plus, quam vellem. Totam enim rem Lucullo[8] integram servari oportuit: et tamen fortasse servata est: a me enim ea,[9] quæ in promtu erant, dicta sunt: a Lucullo autem reconditiora desidero. Tum ille, Non sane, inquit, Hortensi, conturbat me expectatio tua; etsi nihil est iis,[10] qui placere volunt, tam adversarium: sed quia non laboro, quam valde ea, quæ dico,[i] probaturus sim, eo minus conturbor. Dicam enim, nec mea,[k] nec ea, in quibus, si vera non fuerint,

Mss. plerique et ed. Baz. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. omittunt *nobis*.—6 Pro *in xysto* ψ habet *vix isto*; Paris. 4. *vix ipso*.

CAP. IV. 7 Verba *ut tota fere quæstio tractata videatur* Grutero suspecta sunt. Mox, Hervag. Junt. exhibent *quæ tu poll. es*.—8 Pro *Lucullo* ψ, Paris. 5. Eliens. Cantab. Pall. Ms. Vict. et Mss. Gœrensii, item ed. Baz. habent *Catulo*; Paris. 1. 3. *Catullo*. Dein, *integram servatam op.* ψ, Paris. 1. 2. 4. tres Mss. Gœrenzii et Ven. 1471. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. probantibus Davisio et Ernesto.—9 Manut. et Lamb. *ea* omittunt.—10 Baz. Hervag.

NOTÆ

[g] *In Neapolitanum*] Agrum ubi celebrem villam habuit in excelso monte. Phædrus Fab. II. 5. 9. et sub villa piscinam in quam maris æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam novam introiret. Varro R. R. III. 17. Plin. IX. 64. Plut. in Lucullo. Blondus in Italiæ descriptione.

[h] *In Pompeianum*] Villam habuit Tullius ad Pompeios, quæ urbs erat Campaniæ, hodie *Torre del l'Annunciata*, in ora sinus Neapolitani ad ostia Sarni fluvii. Alii alibi Pompeios collocant; Horstenius ubi nunc visuntur rudera, qui locus *Civita* vulgo dicitur; Cluverius ibi reponit, ubi nunc est oppidulum *Scafati*. Frequens est hujus Ciceronis villæ mentio in ejus Epistolis, maxime ad Atticum.

[i] *In xysto*] Xystus et xystum Latinis distinguuntur, quæ Græcis idem sunt. Xystum erat locus subdialis ambulationis; xystus, ampla porticus ubi athletæ per hyemem exercerentur; quod discrimen non vidit Mercurialis de Re Gymn. I. 9. Dicta vox a *ξύειν*, *polire*, *stringere*, quod uncti athletæ strigilibus ibi raderentur: quidam deducunt a lanceis quas ξυστοὺς dicunt. Martinius, Lex Philolog.

Digitized by Google

non vinci [2] me malim, quam vincere. Sed, mehercule, ut quidem nunc se [3] causa habet, etsi hesterno sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima. Agam igitur sicut Antiochus agebat: nota enim mihi res est: nam et vacuo animo illum audiebam, et magno studio, eadem de re etiam [4] sæpius: ut etiam majorem expectationem mei faciam, quam modo fecit Hortensius. **11.** Cum ita esset exorsus, ad audiendum animos ereximus. [*p.* 4.] At ille, Cum Alexandriæ pro quæstore,[5] inquit, essem,[l] fuit Antiochus mecum, et erat jam antea Alexandriæ familiaris Antiochi Heraclitus Tyrius [m] (qui et Clitomachum[n] multos annos, et Philonem [o] audierat), homo sane in ista philo-

Junt. *his.*—1 Schutz. e conj. Gœrenzii *dixero.*—2 Mss. nonnulli *nec mea, nec ea, in quibus si non fuerit veritas, non vinci, &c.* Quatuor Mss. Gœrenzii non agnoscunt *nec ea*, ac *non* ante *vinci*. In edd. vulgaribus ante Lamb. legitur *nec mea, nec ea, in quibus, si non fuerint, non vinci, &c.* et sic dederunt Grut. Oliv. Hülsemann. Gœrenz. et Orell.—3 Baz. Hervag. Manut. Lamb. *se nunc.* Mox, al. *labefactata est.*—4 *Ea addere etiam* Paris. 4. et al. *ea arridere etiam* Gud. *eadem etiam* N : *ea de re etiam* Paris. 1. 2. et edd. 1471. Bas. Hervag. Mox, ψ, Paris. 4. 5. Reg. et Cantab. *expect. ei faciam.*—5 Mss. nonnulli cum Lamb. et Dav. *Cum Alex. quæstor:* al. *Cum Alex. proquæstor.* Pro *essem* Baz. exhibet *issem.* In ψ legitur, *issem, fuit Antiochus inquit.* Gœrenz. con-

NOTÆ

[k] *Dicam enim, nec mea*] Locus mendosus. Alii expungunt, *si non fuerint;* alii legunt, *si non fuerint probata;* alii expungunt alterum *non*, et scribunt, *si non fuerint, vinci me malim:* alii *si non fuerint*, subintelligunt 'vera.' Sic alibi Lælio dicitur, 'sunt ista, Læli (subauditur 'vera'), neque enim vir melior Africano.' Hæc Gruterus in notis.

[l] *Pro quæstore essem*] In qua quæstura Ptolemæum regem Alexandriæ consuli Sullæ conciliavit. Auctor de Viris Illust.

[m] *Heraclitus Tyrius*] Quinque Heraclitos memorat Laërtius, qui omnes Tyrium hunc ætate longe antecesserunt.

[n] *Clitomachum*] Patria Carthaginensis fuit, Punica lingua Asdrubal dictus. Plut. de Fort. Alex. Athenas venit annos natus 28. juxta Stephanum et Eustathium, 40. juxta Laërtium, quanquam hic ex illis videtur corrigendus. Carneadi magistri suo successit in regenda Academia, extremis Energetæ secundi temporibus. Volumina 409. scripsit: quatuor ejus libros Περὶ Ἐποχῆ memorat infra Cicero: scripsit quoque de sectis. Laërt. in Aristippo. Antiochi familiaris fuit et Philonis adversarius. Manut. Vixit A. U. C. 624. Olymp. 162.

[o] *Philonem*] Princeps fuit quartæ Academiæ cum Charmide. Sext. Empir. I. 33. Pyrrh. Hypoth. Euseb. de Præpar. Evang. l. xiv. Clitomachum per multos annos audivit, eique successit circa Olymp. 170. A. U. C. 653. Philonem anno 12. post, bello Mithridatico Athenis profugum Ci-

Digitized by Google

sophia, quæ nunc prope dimissa revocatur, probatus et nobilis; cum quo et[6] Antiochum sæpe disputantem audiebam; sed utrumque leniter. Et quidem isti libri duo Philonis,[p] de quibus heri dictum a Catulo est,[7] tum erant allati Alexandriam, tumque primum in Antiochi manus venerant: et homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo[8] mitius) stomachari tamen cœpit. Mirabar: neque enim[9] unquam antea videram. At ille, Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, viderenturne illa Philonis, aut ea num vel e Philone, vel ex ullo Academico audivisset aliquando? Negabat. Philonis tamen scriptum agnoscebat; nec id quidem[10] dubitari poterat: nam aderant mei familiares, docti[1] homines, P. et C. Selii,[q] et Tetrilius Rogus,[r] qui se illa audisse Romæ de Philone, et ab eo ipso duos illos[2] libros dicerent descripsisse. Tum et illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus commemoravit a patre suo dicta Philoni, et alia plura: nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet,[3] qui 'Sosus' inscribitur. 12. Tum igitur et cum Heraclitum stu-

jecit legend. *Alexandriam . . . issem.*—6 Mss. plerique cum Dav. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. omittunt copulam. Mox, *leviter* Mss. pauci et edd. Baz. Manut. Lamb. Dav.—7 ψ omittit *est*, quod Ms. Gœrenzii post *dictum* ponit.—8 Lamb. *illa*.—9 *Nec enim* Mss. pauci cum Lamb. Dav. Gœrenz. et Orell. Postea, *ante vid.* ψ, Ven. Baz. Gœrenz. et Orell.—10 Baz. et Hervag. *neque enim id quidem*.—1 Ante *docti* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Manut. Lamb. et Grut. habent *et* In Pal. 2. legitur *docti omnes*. Pro *Selii* Hervag. habet *Seleucii*. Dein, Ms. Ursini et Gœrenzii cum Schutz. *Tetrinius Rogus:* Hervag. *Tertullius Rhodius:* Lamb. *Tertullius Rogus:* Gœrenz. malebat *Tertinius Rogus*. In Mss. permultis legitur *Tetrilius*, *Trecilius*, vel *Cretilius Rogus*. In Ms. Gulielmii *C. Racilius Rogus:* Pal. 1. *Creticius Rogus*. Ap. Sueton. Aug. 54. legitur *Terrinius Rogus*.—2 Nonnulli *illos duos:* al. *duo illos*.—3 Lamb. e Mss. *nec se tenuit. Quin . . . edidit.* Pro *Sosus* ψ, Paris. 1.

NOTÆ

cero Romæ audivit anno ætatis suæ 19. U. C. 665. De Philonibus variis, infra.

[p] *Libri duo Philonis*] Nuspiam comperi, qui essent ii libri.

[q] *P. et C. Selii*] De utroque illo Selio nulla mentio apud veteres scriptores. Meminit Selii nescio cujus oratoris Cic. ad Fam. VII. 32. Habet quoque Martial. epigramma, l. II. in Selium quendam.

[r] *Tetrilius Rogus*] Neque de isto Tetrilio uspiam mentio est. Fulvius Ursinus legi vult *Tertullium Rogum*, aut *Tetrinium Rocum;* aitque Tetrinium nomen esse familiæ Romanæ apud Sueton. in Caio; Rocum vero cognomen gentis Crepereiæ.

Digitized by Google

diose audirem contra Antiochum disserentem, et item Antiochum contra Academicos, dedi Antiocho operam diligentius, ut causam ex eo totam cognoscerem. Itaque complures[4] dies, adhibito Heraclito, doctisque compluribus, et in his[5] Antiochi fratre Aristo, et præterea Aristone[s] et Dione,[t] quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat, multum temporis in ista una disputatione consumsimus. Sed ea pars, quæ contra Philonem erat, prætermittenda est:[6] minus enim acer est adversarius is, qui ista, quæ sunt heri defensa, negat Academicos omnino dicere. Etsi enim mentitur, tamen est adversarius lenior.[7] Ad Arcesilam Carneademque veniamus.

v. 13. Quæ cum dixisset, sic rursus exorsus est: Primum mihi videmini (me autem nomine appellabat) cum veteres philosophos[8] nominatis, facere idem, quod seditiosi cives solent, cum aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicant fuisse populares, ut eorum ipsi similes esse[9] videantur. Repetunt a P. Valerio,[u] qui, exactis

2. 3. 4. 5. et alii nonnulli habent *solus*.—4 Bas. Hervag. Junt. *cum plures*.—5 Al. *in iis*.—6 Gud. Dresd. et edd. vett. plures *prætermitt. est, quæ contra Phil. erat*.—7 ψ *leniorum*: Eliens. et Paris. 4. 5. cum Manut. et Lamb. *levior*.

Cap. v. 8 *Philosophos* edd. vett. cum Ern. *physicos* ceteri.—9 In ψ omit-

NOTÆ

[s] *Aristone*] Multos Aristones memorat Laërt. 1. Aristonem Chium, Stoicum, qui in Cynosarge docuit, Arcesilao et supparem et infensissimum. 2. Julietem, ex Julide Cii oppido, Peripateticum, qui scholæ præfuit Olymp. 140. auctore Menagio in Laërt. 3. Alexandrinum, item Peripateticum. 4. Atheniensem, musicum. 5. Tragicum poëtam. 6. Alæensem, in Arcadia, qui de arte oratoria scripsit. Fuit et Aristo Straboni suppar, qui de Nilo vel scripsit, vel ab Eudoro quodam scripta compilavit. Ita Strabo. Fuit et Aristo citharœdus, de quo Antigonus Mirabil. c. 1. Fuit et alius Œtæus, dux militum, de quo Plut. l. de Sera Numinis Vindicta. Fuit et Aristo Platonis pater; et Aristo Thessalus, vates, de quo Clemens Alexand. stromat. I. de Alexandrino, quem ex Laërtio tertium numeravimus, mentionem hic esse opinor. Quanquam res admodum dubia est.

[t] *Dione*] De Dione illo cum nihil veteres scripserint, nihil est quod et nos dicamus. Alius est a tribus illis Dionibus quos memorat Suidas; alius a Dione, de quo Philostratus, Prusiæo, sophista, qui Apollonio Tyanæo et Euphrati Tyrio philosophis familiaris fuit, cujus et extant orationes variæ.

[u] *P. Valerio*] Mendose apud Plin. et auctorem de Viris Illustribus et

regibus, primo anno consul fuit: commemorant reliquos, qui leges populares de provocationibus[x] tulerint,[10] cum consules essent; tum ad hos notiores, C. Flaminium,[y] qui legem agrariam[z] aliquot annis[1] ante secundum Punicum bellum tribunus plebis tulerit, invito senatu, et postea bis consul[a] factus sit. L. Cassium,[b] Q. Pompeium[c] illi qui-

titur *esse*. Tum, Paris. 2. 4. 5. Reg. et Mss. Lambini *Rep. jam P. Valerio*: Lamb. edidit *Rep. jam a P. Valerio*, ut ψ et Cantab. habent: Bas. Hervag. Junt. Manut. Grut. *Rep. jam P. Valerium*. Dav. conjecit *Repetunt ii a P. Valerio*.—10 Hervag. Junt. *tulerunt*. Mox, Dav. malebat *tum hos not.* seu

NOTÆ

in Epit. Liviana Lucius appellatur. Volusi filius fuit, Bruti socius in ejiciendis regibus, quater consul, Poplicola dictus, a populo colendo, propter leges omnino populares quas consul tulit.

[x] *De provocationibus*] Tres sunt celebres de provocatione leges; Duillia, Porcia, Valeria. Duillia, a M. Duillio an. 304. de non creando amplius magistratu sine provocatione. Porcia, a P. Porcio Læca an. 556. non vero a M. Porcio Catone, ut docti quidam perperam scripserunt. Valeria, quæ a Valeriis consulibus iterum ac tertio, variis temporibus sancita est. Porro provocatio jus fuit causam transferendi aut revocandi ab uno judice ad alium superiorem.

[y] *C. Flaminium*] Flaminiorum gentile nomen est, non cognomen, ut perperam tradit Glandorpius. Errorem inde natum suspicor, quod Flaminios cum Flamininis, quod gentis Quinctiæ cognomen est, conturbaverit. Flaminius hic noster summæ fuit audaciæ, ingenii pervicacis et auræ populari præfidentis.

[z] *Legem agrariam*] Hanc de Picente Gallicoque agro viritim dividendo tulit contra senatus voluntatem. Memorabile est, quod specimen Flaminius tunc dedit tum pervicaciæ tum pietatis in parentem; cum enim neque precibus minisve, neque exercitu adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, deterreretur a ferenda lege, illi jam pro rostris legem ferenti pater manum injecit, filiumque modestissime obsequentem rostris detraxit. Val. Max. v. 4. Tulit tamen subinde legem, indeque ortum bellum Gallicum. Polyb.

[a] *Bis consul*] An. 530. et 536. Primum consulatum commendavit triumphus de Gallis; secundum magna ad Thrasimenum clades, ubi occisus est.

[b] *L. Cassium*] L. Cassius Longinus, Cassii, qui Cæsarem occidit, gentilis. Tribunatum gessit nobilem restituta judiciorum libertate per legem tabellariam, de qua dicetur alias. Hanc biennio post Gabiniam legem tulit M. Æmilio Lepido et C. Hostil. Mancino coss. Cic. in Bruto. Extat denarius argenteus illius legis ac tribunatus memor, in quo Vestæ caput ab una parte, et togatus Cassius ex altera stans ad urnam sive fistulam, tabellamque suffragii sui obsignatam urnæ injiciens. Fuit ejusdem Cassii prætura juxta insignis integritate judiciorum; sic, ut tribunal ejus 'reorum scopulus' vocitaretur. Val. Max. III. 7. De illo Cassio intelligendum

Digitized by Google

dem,[2] etiam P. Africanum referre[d] in eundem numerum solent. Duos vero sapientissimos et clarissimos fratres,[3] P. Crassum[e] et P. Scævolam,[f] aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse, alterum quidem, ut videmus, palam; alterum, ut suspicamur,[4] obscurius. Addunt etiam C. Marium;[g]

tum et, vel *autem.*—1 Mss. nonnulli *annos.*—2 Lamb. conjecit *Sp. Cassium, Q. Pomp. atque illi quidem.* Victorius, Dav. Oliv. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. sic distinguunt, *tum ad hos notiores, C. Flaminium, (qui legem agrariam . . . factus sit) L. Cassium, Q. Pompeium: illi quidem, &c.*—3 Lamb. e conj. *clarissimos viros.* Mox, ψ *aiuntque Gracchos auctores legum.*—4 *Suspicantur* ψ, Cantab. Paris. 2. 4. 5. et Mss. Gœrenzii, Ven. 1471. Baz. Lamb. Lall.

NOTÆ

illud Milonianæ, 'Cassianum illud judicium in his personis valeat.' Commendat quoque Cicero Cassiorum in judicando severitatem pro S. Roscio, II et III Verrina. Unde colliges, male a Fulvio Ursino Sp. Cassium pro L. Cassio hic suppleri.

[c] *Q. Pompeium*] Quis ille sit Q. Pompeius, non satis liquet; quod si judicium in re dubia fas est interponere, crediderim esse vel Q. Pompeium Rufum, qui tribunus plebis designatus spopondit se Tib. Gracchum, cum primum abiisset magistratu, accusaturum, Oros. VII. 8. quibus aliisque id genus minis impulsus Tib. Gracchus, ut tribunus plebis iterum creari vellet, plebem seditiosis concionibus adversus optimates concitavit: vel patrem ejus Q. Rufum censorium et consularem, qui cum tibicinis filius esset, primus ex ea familia per inimicitias nobilium summos honores consecutus est.

[d] *P. Africanum referre*] Minorem, opinor, quippe qui L. Cassio, de quo modo, auctor fuit ferendæ legis tabellariæ.

[e] *P. Crassum*] P. Crassus e gente Mucia, in familiam Crassorum adoptatus, ut opinor, a P. Licinio Crasso Divite. Unde Muciani nomen retinuit. Patrem habuit P. Scævolam consulem an. 578. Pontifex maximus in locum P. Cornelii Nasicæ factus est. Insigne est, quod de illo ex Sempronio Asellione scribit Gellius I. 13. P. Crassum Mucianum 'habuisse quinque rerum bonarum maxima et præcipua; quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod jurisconsultissimus, quod pontifex maximus.'

[f] *P. Scævolam*] Qui et postea pontifex maximus loco fratris sui P. Crassi Muciani, ab Aristonico in Asia occisi. Pomponius de Origine Juris ait eum decem de jure libellos scripsisse. Extant ejus denarii, in quibus visitur Hercules leonem strangulans. Fuit et horum tertius frater Q. Mucius Scævola. Quos omnes passim laudat Tullius.

[g] *C. Marium*] Virum Arpini humili loco natum, et virtute militari ad dignitatem consularem provectum, quam septies gessit. Extat in monte Quirinali antiquissimum tabulæ marmoreæ fragmentum, quo elogium C. Marii continetur, quodque hic habere non pigebit lectorem: C. MARIVS. C. F. COS. VII. PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA. SORTEM. BELLVM. CVM. IVGVRTHA. REGE. NVMID. GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIVMPHANS. IN. SECVNDO. CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM. DVCI. IVSSIT. III. CONSVL. ABSENS. CREATVS. EST. IV. CON-

Digitized by Google

et de hoc quidem nihil mentiuntur. Horum nominibus tot virorum atque tantorum expositis, eorum se institutum sequi dicunt. 14. Similiter vos[5] cum perturbare, ut illi rempublicam, sic [vos] philosophiam bene jam constitutam velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, Parmenidem, Xenophanem,[6] Platonem etiam, et Socratem profertis. Sed neque Saturninus [h] (ut nostrum inimicum potissimum nominem) simile quicquam habuit veterum illorum, nec Arcesilæ calumnia[i] conferenda est cum Democriti verecundia.[k] Et tamen isti philosophi[7] raro admodum, cum hærent aliquo loco, exclamant, quasi mente incitati,[8] (Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur) abstrusa esse omnia;[9] nihil nos sentire, nihil cernere; nihil omnino, quale sit, posse reperire. [*p.* 5.] Majorem autem partem mihi quidem omnes isti videntur nimis etiam quædam affirmare, plusque profiteri se[10] scire, quam sciant. 15. Quod si illi tum in novis rebus, quasi modo nascentes,

Gœrenz. Schutz. et Orell.—5 U, Paris. 1. 3. Pal. 1. Eliens. 1. 2. *Similes vos*: ψ, Paris. 5. Reg. a m. pr., Pal. 2. et Ms. Vict. *Simile vos*. Hülsemann. e conj. Ernesti delevit *vos*.—6 U, N et al. *Zenonem*: ψ *Xenophontem*. Mox, ψ *vestrum inimicum*.—7 Ven. Baz. Med. Ald. et alii pauci cum Ern. *philosophi*. Ceteri *physici*.—8 Lamb. e Ms. *concitati*.—9 Baz. Hervag. *abstr. esse omnia*, et mox *nihil nos cernere*. In ed. Junt. legitur *nihil eos sent*.—10 ψ, Paris. 1. 5.

NOTÆ

SVL. TEVTONORVM. EXERCITVM. DELEVIT. V. CONSVL. CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS. ET. TEVTONEIS. ITERVM. TRIVMPHAVIT. REM. P. TVRBATAM. SEDITIONIBVS. TR. PL. ET. PRAETORVM. QVI. ARMATI. CAPITOLIVM. OCCVPAVERANT. VI. CONSVL. VINDICAVIT. POS. LXX. ANNVM. PATRIA. PER. ARMA. CIVILIA. PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. VII. CONS. FACTVS. EST. DE. MANVBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEVTONICEIS. AEDEM. HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI. CALCEIS. PVNICEIS. ‖.‖.‖.

h *Saturninus*] Saturnini apud priscos auctores multi reperiuntur. Puta, Saturninus collega Tib. Gracchi, cui primus fragmento subsellii vulnus inflixit; Plut. in Gracchis: et Saturninus Vetulio proscriptus a triumviris; Val. Max. VII. 3. et alii, sed ii omnes diversi a Saturnino hoc philosopho, de quo nulla alibi mentio.

i *Arcesilæ calumnia*] Philosophos omnes impudenter calumniabatur et explodebat Arcesilas. Testis Augustin. l. III. contra Academicos: 'namque Carneades primo velut calumniandi impudentiam, qua videbat Arcesilam non mediocriter infamatum, deposuit, ne contra omnia velle dicere, quasi ostentationis causa, videretur.'

k *Democriti verecundia*] Hanc infra opponemus arrogantiæ Epicuri.

hæsitaverunt, nihilne tot sæculis, summis ingeniis, maximis studiis, explicatum putamus? Nonne, cum jam [1] philosophorum disciplinæ gravissimæ constitissent, tum ut exortus est in optima [2] republica Ti. Gracchus, qui otium perturbaret, sic Arcesilas, qui constitutam philosophiam everteret, et in eorum auctoritate [3] delitèsceret, qui negassent quicquam sciri aut percipi posse? Quorum e numero tollendus est et Plato et Socrates; alter, quia reliquit perfectissimam disciplinam, [4] Peripateticos et Academicos, nominibus differentes, re congruentes; a quibus Stoici ipsi verbis magis quam sententiis dissenserunt. Socrates autem, de se ipse [5] detrahens in disputatione, plus tribuebat iis quos volebat refellere. Ita cum aliud diceret [6] atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant; quam [7] ait etiam in Africano [l] fuisse Fannius: [m] idque propterea vitiosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate. VI. 16. Sed fuerint illa vetera, [8] si vultis, incognita. Nihilne est igitur actum,

Reg. Cantab. Ven. 1471. et Baz. *se* omittunt.—1 Baz. Hervag. Junt. *jam cum*.—2 Mss. nonnulli et ed. Ven. cum Lamb. Grut. Gœrenz. Schutz. et Orell. *tum exortus est, ut in opt*.—3 ψ et Mss. Gœrenzii *in eorum auctoritatem*. —4 Lamb. conj. *perfectissima disciplina*.—5 Baz. Hervag. *de se ipso;* et mox *plus tribuebat his*, ut exhibet Junt.—6 Pro *diceret* ψ, Paris. 2. 4. 5. et al. item Baz. Hervag. Ascens. habent *agnosceret;* Reg. a m. sec. Cantab. et al. cum Hülsemann. *cognosceret*. In Ms. Vict. legitur, *aliud agnosceret, aliud sentiret*. Grut. suspic. legend. *aliud diceret, aliud agnosceret*.—7 In U deest *quam*.

CAP. VI. 8 Paris. 4. *vera:* Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell. *veteribus* e conj. Davisii. Mox, pro *igitur* Hervag. et Lamb. exhibent *ergo*. In edd. Ven. 1471. Baz. Hervag. legitur *quod investigatum est*. Pro *quod* Ms. Ursini et edd. Ven. 1471. 1494. habent *quot*. In ψ *Arcesilas* deest. Lall. e conj.

NOTÆ

[l] *In Africano*] Æmiliano, qui avum ut bellica laude æquavit, ita literarum humaniorum scientia longe superavit.

[m] *Fuisse Fannius*] Is, ut verosimile est, Læliam, C. Lælii Sapientis filiam natu minorem, duxit, ut majorem Q. Scævola. Socerum, quod se posthabito, Q. Scævolam alterum generum in collegium augurum allegisset, non admodum dilexit. At factum excusabat ingeniose Lælius, aiebatque non genero minori, sed majori filiæ illud se detulisse. Auditor fuit Panætii, soceri institutum in hoc secutus. Cic. in Bruto. Scripsit historiam, seu annales, auctor non inelegans, sed ut moribus, ita dicendi genere paulo durior. Cicero ad Attic. XII. 5. Patrem habuit M. Fannium, fratrem Caii Fannii consulis cum M. Val. Messalla an. 593.

Digitized by Google

quod investigata sunt, posteaquam Arcesilas Zenoni (ut putatur) obtrectans, nihil novi reperienti, sed emendanti superiores, immutatione verborum, dum hujus definitiones labefactare vult, conatus est clarissimis rebus tenebras obducere? Cujus primo non admodum probata ratio, quanquam floruit cum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi, proxime a Lacyde solo [n] retenta est; post autem confecta [9] a Carneade, qui est quartus ab Arcesila. Audivit enim Egesinum, [10] qui Evandrum audierat, Lacydis discipulum, cum Arcesilæ Lacydes fuisset. Sed ipse Carneades diu tenuit: nam nonaginta vixit annos: et qui illum audierant, admodum floruerunt; e quibus industriæ plurimum in Clitomacho fuit: declarat multitudo librorum: ingenii [1] non minus in hoc, quam in Charmada

Walkeri recepit *Nihilne est igitur actum, quod invest. sunt postea? Nam Arcesilas, &c.* Gœrenz. et Schutz. de sententia Ric. Bentleii *Sed fuerint illa veteribus, si vultis, incognita. Nihilne est igitur actum? Quot investigata sunt, posteaquam, &c.* Rath. malebat *Sed fuerint non nulla veteribus incognita. Nihilne est igitur actum? Quot investigata sunt, posteaquam Arcesilas . . . tenebras inducere.* Denique, *immutationes* habent Hervag. et Junt.—9 Mss. et edd. ante Lamb. cum Grut. *conficta.* In ψ deest.—10 *Egesimum* Lamb. *Hegesinum* Dav. Gœrenz. et Orell. de sententia Fabri, Turnebi et Ursini. Cf. Laërt. IV. 60. et Suidam in Ἡλάτων. Mox, *Lacydi discip.* Reg. a m. pr. ψ, Paris. 1. 5. Junt. Dav. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell.—1 ψ *declarat multitudo ingenii.* Tum, Paris. 5. *non minus in hoc nomine in Charniada eloquentiæ in Melanchio i. odio suavitatis:* Mss. Lambini *non minus in hoc nomine in Thermada eloquentiæ;* unde vir ille doctus rescribit *non minus in Bione, in Carneade eloquentiæ, in Melanthio Rhodio suavitatis.* Lall. recepit conjecturam Davisii *non minus in Æschine, in Charmada eloquentiæ, &c.* Orell. dedit *non minus in **, in Charmada eloquentiæ, &c.* '*In hoc homine, quam in Charmada eloq.*] Vulgo omittitur *homine,* quod plene cum Paris. 1. et 2. præbet Erlang. Ejus loco Gud. et fragm. cod. *nomine* cum aliis pluribus, et, qui longius discedunt, *hac nomine,* ut St. Vict. Paris. 4. Reg. et Vienn. VV. DD. in variata voce philosophi nomen quærunt, *in Bione, in Æmone, in Æschine* conjicientes. . . . De *Charmada,* vera h. l. scriptura, dubitari nequit: nam præter quinque codd. ap. Davis. tres idem mei præbent: Gud. *Carmada.* Qui denique, cum hic homo, ut ubique, ita h. l. cum *Carneade* commisceatur, *Charmide* malunt, prout ille aliis scribitur; ii nihil præter aliquam veri speciem afferunt. Nam quid mirum, si scribæ nomen ignotius in sæpe ab ipsis pictum mutant? Equidem certe, Cic. ubique *Charmadas* scripsisse non dubito. Pessime Hülse-

NOTÆ

[n] *A Lacyde solo*] Lacydes, patria Cyrenæus, vir summæ severitatis, princeps novæ Academiæ, quam D. Augustinus tertiam vocat, cujus et ille non Lacydem, sed Carneadem auctorem nominat, scholam habuit, quam Attalus rex fieri in gratiam ejus curaverat. Plura Laërt. in ejus vita.

Digitized by Google

eloquentiæ, in Melanthio [o] Rhodio suavitatis. Bene autem nosse Carneadem, Stratoniceus Metrodorus [p] putabatur.[2] 17. Jam Clitomacho Philo vester operam multos annos dedit. Philone autem vivo patrocinium Academiæ non defuit. Sed, quod nos facere nunc ingredimur,[3] ut contra Academicos disseramus, id quidam e philosophis,[4] et ii quidem non mediocres, faciendum omnino non putabant; nec verum esse, ullam rationem disputare [5] cum iis qui nihil probarent: Antipatrumque Stoicum,[q] qui multus in

mann. loco *Charmada*, *Carneade* scripsit.' *Gœrenz*. Vid. Nott. Varr.—2 Hervag. *Stratonicus putabatur*. Mox, pro *vester* in U legitur *videtur*: in aliis *noster*.—3 *Aggredimur* ψ, Dresd. Vratisl. Paris. 1. 2. 4. 5. Reg. Cantab. Ms. Vict. et Mss. Lambini, item Baz. Lamb. Dav. et Hülsemann.—4 Lamb. *quidam philosophi*. Dein, *et hi quidem*, ac paulo post *cum his*, quatuor Mss. et edd. Baz. Hervag. Junt. cum Gœrenz. et Schutz.—5 *Nec in verum enim esse disp*. Paris. 5. *nec enim esse ullam rationem disputare* Paris. 4. *nec necessarium esse ullam rationem disputare* ψ: *necessarium esse ulla ratione* Reg. *nec æquum*

NOTÆ

[o] *In Melanthio*] Meminit illius Laërt. l. II. in Æschine, ubi scribit magistrum eum fuisse Æschinis cujusdam, philosophi Academici, Neapolitani.

[p] *Metrodorus*] Quandoquidem de multis Metrodoris habet mentionem Cicero, e re est omnes hic recensere. 1. Lampsacenus Anaxagoræ familiaris, de quo in Tusc. 2. Chius, Democriti discipulus, ejusdemque cum illo sententiæ de principiis naturæ; Simplicius ad. l. I. Φυσ. 'Ακρ. Aristotelis. Hunc, et Anaxarchum, Eudæmonicum, et Monimum Cynicum τὸ κριτήριον sustulisse docet Sext. Empir. 3. Medicus, Chrysippi Cnidii discipulus, Aristotelis gener, et Junioris Aristotelis pater. Sex. Empir. 4. Theorematicus dictus, Stilponis discipulus. Laërt. 5. Philosophus et pictor; (Plin.) quem medicum facit negligentia typographorum apud Vossium l. III. de Hist. Gr. 6. Metrodorus Scepsius, occisus a Mithridate; (Plut. in Lucull.) quem memoria valuisse ait Cic. l. I. Tusc. 7. Is de quo Cicero ad Tironem l. XVI. ep. 20. 8. Epicureus, de quo Lucian. in Jove tragœdo. 9. Philosophus, qui post Virgilii tempora de astrologicis scripsisse conjicitur ex Servio ad lib. I. Georgic. 10. Stratonicensis hic noster, Epicureus, qui postea scholæ suæ desertor ad Carneadem Academicum transiit. Laërt. lib. X. Meminit illius Cic. lib. I. de Orat. ubi condiscipulos ejus Clitomachum et Æschinem nominat.

[q] *Antipatrumque Stoicum*] Patria Tarsensis fuit; Carneadem, quicum coram congredi non audebat, scriptis lacessebat, unde Calamoboas dictus. Plut. lib. de Garrul. Discipulus fuit Diogenis Babylonici; (Cic. de Off.) magister Panætii; (Cic. l. I. de Divin.) Videtur Vossius, de Nat. Logicæ c. 8. hunc perperam confundere cum Antipatro Sidonico, poëta; de utroque copiose Voss. de Hist. Gr. l. III. De Antipatro Tyrio, itidem Stoico, aliisque, dicetur lib. III. de Off.

Digitized by Google

eo fuisset, reprehendebant: nec definiri[6] aiebant necesse esse, quid esset cognitio, aut perceptio, aut, si verbum e verbo volumus, comprehensio, quam κατάληψιν illi vocant: eosque, qui persuadere vellent, esse aliquid, quod comprehendi et percipi posset, inscienter facere[7] dicebant, propterea quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ, ut Græci; perspicuitatem, aut evidentiam nos, si placet,[8] nominemus, fabricemurque, si opus erit, verba; ne hic sibi (me appellabat jocans) hoc licere putet soli.[9] Sed tamen orationem nullam putabant illustriorem ipsa evidentia reperiri[10] posse; nec ea, quæ tam clara essent, definienda censebant. Alii autem negabant se pro hac evidentia quicquam priores fuisse dicturos; sed ad ea, quæ contra dicerentur, dici oportere putabant; ne qui fallerentur.[1] 18. Plerique tamen et definitiones ipsarum etiam evidentium rerum non improbant: [*p*. 6.] et rem idoneam, de qua quæratur, et homines dignos, quibuscum disseratur,[2] putant. Philo autem, dum nova quædam commovet, quod ea sustinere[3] vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, et aperte mentitur, ut est reprehensus a patre Catulo;[4] [r] et, ut docuit Antiochus, in id ipsum se induit,[5] quod timebat. Cum enim ita negaret quicquam esse, quod comprehendi posset, (id enim volumus esse καταληπτὸν[6]) si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum (jam enim hoc pro φαντασίᾳ

esse ullam rationem disp. Ascens. Hervag. *nec verum enim esse ullam rat. disp*. Baz. *nec vero esse ullam rat. disp*. Manut. Oliv. et al. *nec enim esse ullam rat. disp*. e Mss. dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Vid. Nott. Varr.—6 Nonnullæ edd. vett. *neque def*.—7 Al. *facere inscienter*.—8 Verba *si placet* non sunt in ψ, qui exhibet *nominemus, fabricemus*.—9 Edd. vett. paucæ *soli putet*.—10 U *reperire*.—1 Idem *fallentur*.—2 U *disserunt*.—3 N *sust. ea;* unde *ea* suspectum Gœrenzio.—4 Manut. conj. *Catuli*.—5 U *in ipsum se induit:* Hervag. *in id ipsum incidit*.—6 'Ακατάληπτον omnes Mss. et edd. præter Manut. Lamb. 1566. Dav. Oliv. Lall. Ern. Hülsemann. Schutz. et Orell. qui e conj. Turnebi receperunt καταληπτόν. Mox, Reg. a m. sec. et Cantab. *Zeno diffi-*

NOTÆ

[r] *A patre Catulo*] Q. Catuli, de quo supra, pater fuit Q. Lutatius Catulus; consul una cum Mario an. 651. et proconsul Cimbros ad internecionem delevit: in dissensione civili candentium carbonum vapore exstinctus est.

Digitized by Google

verbum satis hesterno sermone trivimus) visum igitur, impressum effictumque[7] ex eo unde esset, quale esse non posset ex eo unde non esset: id nos a Zenone definitum rectissime dicimus. Qui enim potest quicquam comprehendi, ut plane confidas id perceptum[8] cognitumque esse, quod est tale, quale vel falsum esse possit? Hoc cum infirmat tollitque Philo, judicium tollit incogniti et cogniti: ex quo efficitur, nihil posse comprehendi. Ita imprudens eo, quo minime vult, revolvitur. Quare omnis oratio[9] contra Academiam suscipitur a nobis, ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit evertere. Quam nisi obtinemus, percipi nihil posse concedimus.

VII. 19. Ordiamur igitur a sensibus; quorum ita clara judicia et certa sunt, ut si optio naturæ nostræ detur, et ab ea Deus aliquis[10] requirat, contentane sit suis integris incorruptisque sensibus, an[1] postulet melius aliquid; non videam, quid quærat amplius. Neque vero hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo,[a] aut de collo columbæ respondeam: non enim is sum, qui, quicquid videtur,[2] tale dicam esse, quale videatur. Epicurus hoc viderit, et multa alia.[3] Meo autem judicio ita est maxima in sensibus veritas, si et sani[4] sunt et valentes, et omnia removentur quæ obstant et impediunt. Itaque et lumen mutari sæpe[5]

nit. Tum, U *ita enim hoc.*—7 Mss. plerique *effectumque.* Dein, ψ *posset, ut ex eo.* Pro duplici *unde* Lamb. et Schutz. legunt *quod.* Vid. Nott. Varr.—8 N, Vratisl. Dresd. Vienn. Ascens. Junt. et al. *perceptum id.* Auctoritate duo Mstorum et ed. Baz. pronomen deleverunt Gœrenz. Schutz. et Orell.—9 U *omnis ratio.* Mox, *retineamus definitionem,* pronomine omisso, Paris. 1. 2. 5. et Gud.

CAP. VII. 10 U et Gud. *aliquid:* Mss. nonnulli et edd. Junt. Gronov. et al. cum Oliv. Gœrenz. et Orell. *aliqui.*—1 Lamb. *an* omittit. Mox, *Nec vero,* ut habent Mss. nonnulli, dederunt Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell.—2 U, N, Pall. et al. *videatur.*—3 Davis. conj. *ut multa alia,* prob. Rathio. Gœrenz. malebat *et talia multa.* Mox, ψ *ista est maxima.*—4 Hervag. Junt. Lamb. *si sani,* omissa copula. Tum, *sunt ac valentes* quatuor Mss. Gœrenzii cum Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. Porro, Lamb. *et si omnia remov.*—5 ψ *sæpe mutare.*

NOTÆ

[a] *De remo inflexo*] Solebat olim desumi argumentum fallaciæ sensuum et ex remo qui in aquis fractus videatur, et ex variis mobilibusque coloribus colli columbæ.

Digitized by Google

volumus, et situs earum rerum quas intuemur, et intervalla aut contrahimus, aut diducimus:[a] multaque facimus usque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui judicii:[b] quod idem fit in vocibus, in odore, in sapore; ut nemo sit nostrum, qui[6] in sensibus sui cujusque generis judicium requirat acrius. 20. Adhibita vero exercitatione et arte, ut oculi pictura teneantur, et[7] aures cantibus, quis est, quin cernat, quanta vis sit in sensibus? Quam multa vident pictores in umbris, et in eminentia,[t] quæ nos non videmus! quam multa, quæ nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati! qui primo inflatu[u] tibicinis Antiopam esse[x] aiunt, aut Andromacham,[y] cum id nos ne suspicemur quidem. Nihil necesse est de gustatu et odoratu loqui; in quibus intelligentia, etsi vitiosa, est quædam tamen.[8] Quid de tactu, et eo quidem, quem philosophi interiorem vocant,

[a] *Aut extendimus.*
[b] *Certos nos faciat quod recte judicet.*

—6 Post *qui* Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. cum Lamb. Grut. Oliv. Lall. addunt negativam particulam *non*. Deinde, ψ *in sensibus suis cujusque gen. jud. req. alicujus.*—7 Quatuor Mss. Gœrenzii et edd. Bas. Junt. Manut. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. non agnoscunt copulam. Verba *ut oculi . . . cantibus* Dav. uncis inclusit. Pro *quin* Mss. nonnulli, Hervag. et Lamb. habent *qui non*. In Paris. 2. 4. legitur *qui non cernet:* Paris. 6. *qui non servet.* Tum, *quanta vis est* Bas. Hervag. Junt. Manut.—8 Rath. conj. *etsi vitiosa est, quæ-*

NOTÆ

[t] *In eminentia*] Eminentia apud pictores opponitur umbræ, et quæ partes tabellæ lucidas obtinent, eminere dicuntur.

[u] *Qui primo inflatu*] Sensus loci duplex esse potest: 1. qui primo inflatu tibicinis aiunt musicam quæ inchoatur, esse tragœdiæ Antiopæ aut Andromachæ: 2. qui primo inflatu tibicinis aiunt Antiopam esse aut Andromacham quæ tibias inflet. Genuinum esse primum declarat, quod infra habetur responsum Tullii ad hanc Luculli orationem.

[x] *Antiopam esse*] Nomen est tragœdiæ cujusdam Pacuvii. Fuit Antiopa filia Nyctei, quam a cive quodam corruptam pater Lyco fratri misit puniendam. Lycus mulierem gravidam, præter spem fratris, bene habuit. Illa Zethum et Amphionem Thebarum conditorem peperit, quos Lycus in monte exposuit. Uxor Lyci Antiopam, quam a marito amari suspicabatur, tauri collo alligavit, ardentibus facibus ad tauri cornua admotis. At concursu agricolarum facto, inter quos Zethus et Amphion, qui matrem agnovere, liberata est. Suidas.

[y] *Andromacham*] Andromacham multi tum Græci tum Latini in theatrum dederunt.

Digitized by Google

aut doloris aut voluptatis? in quo Cyrenaici solo putant veri esse judicium, quia sentiatur.[9] 21. Potestne igitur quisquam dicere, inter eum qui doleat, et inter eum qui in voluptate sit, nihil interesse? aut, ita qui sentiat, non apertissime insaniat?[10] Atqui qualia sunt hæc, quæ sensibus percipi dicimus; talia sequuntur ea, quæ non sensibus ipsis percipi dicuntur, sed quodam modo sensibus; ut hæc: Illud est album, hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens, hoc asperum. Animo jam hæc tenemus comprehensa, non sensibus. Ille deinceps equus est, ille canis. Cetera series deinde sequitur, majora nectens, ut hæc, quæ quasi expletam rerum comprehensionem amplectuntur, Si homo[1] est, animal est mortale, rationis particeps. [*p.* 7.] Quo e genere nobis notitiæ rerum imprimuntur: sine quibus nec intelligi quicquam, nec quæri,[2] aut disputari potest. 22. Quod si essent falsæ notitiæ (ἐννοίας enim[3] notitias appellare tu videbare) si igitur essent hæ falsæ, aut ejusmodi visis impressæ, qualia visa a falsis discerni non possent; quo tandem his modo uteremur? quo modo autem, quid cuique rei consentaneum esset, quid repugnaret, videremus? Memoriæ quidem certe, quæ non modo philosophiam, sed omnis vitæ usum,[4] omnesque artes una maxime continet, nihil omnino loci relinquitur. Quæ potest enim esse memoria falsorum? aut quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit, et tenet? Ars vero quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut duabus,[5] sed ex multis animi perceptionibus constat? quas[6] si subtraxeris, qui[a] distingues artificem ab inscio? non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum nega-

[a] *Quomodo.*

dam tamen est: Schutz. malebat *etsi obtusior, est quædam tamen.*—9 *Qua sentiatur* Paris. 3. *qui assentiatur* Paris. 5. et Baz. *qui assentiantur* Ven. 1471. *cui assentiantur* legit Guyetus: *cui assentiamur* conjecit Davis.—10 Paris. 4. Reg. Baz. Junt. *sentiet:* unde *sentiet . . . insanit* dedit Dav.—1 Davis. cum Walkero ita corrigit, *Majora nectens, quæ quasi expletam rerum compr. ampl.: ut hæc, Si homo, &c.* Mox, ψ, Reg. Ascens. Junt. et al. cum Grut. *ratione.*—2 Gud. Ven. Hervag. *neque intell. quicquam, neque quæri.* Tum, Ms. Gœrenzii *at disputari potest:* Junt. et Manut. *disputarive potest*, prob. Ern.—3 Mss. nonnulli et ed. Junt. omittunt *enim.*—4 Gœrenz. Schutz. et Orell. *omnes vitæ usus* e conj. Bremii. Walker conjecit *omnem vitæ usum.*—5 Nonnullæ edd. vett. *aut ex duabus.*—6 *Quas* e conj. Walkeri dederunt Ern. Gœrenz. et

Digitized by Google

bimus: sed cum alterum percepta et comprehensa tenere videmus,[7] alterum non item; cumque artium aliud ejusmodi genus sit, ut tantummodo animo[8] rem cernat; aliud, ut moliatur aliquid et faciat; quomodo aut[9] geometres cernere ea potest, quæ aut nulla sunt, aut internosci a falsis non possunt; aut is, qui fidibus utitur, explere numeros, et conficere[10] versus? Quod idem in similibus quoque artibus continget; quarum omne opus est in faciendo atque agendo. Quid enim est, quod arte effici possit, nisi is, qui artem tractabit, multa perceperit?[1] VIII. 23. Maxime vero virtutum cognitio confirmat, percipi et comprehendi multa posse: in quibus solis inesse etiam scientiam dicimus; quam nos non comprehensionem modo rerum, sed eam stabilem quoque atque immutabilem[2] esse censemus: itemque sapientiam, artem vivendi, quæ ipsa ex sese habeat constantiam. Ea autem constantia si nihil habeat percepti et cogniti, quæro, unde nata sit, et quomodo?[3] Quæro etiam, ille vir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre,[4] intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodat, aut fidem, cur has sibi tam graves leges imposuerit, cum, quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti? Nullo igitur modo fieri potest, ut quisquam tanti æstimet æquitatem[5] et fidem, ut ejus conservandæ causa nullum supplicium recuset, nisi iis rebus[6] assensus sit, quæ falsæ esse non possunt. 24. Ipsa vero sapientia, si se ignorabit, sapientia sit, necne; quo modo primum obtinebit nomen sapientiæ? deinde quo

Schutz. Ceteri *quam*.—7 Lambinus conj. *videbimus*, probb. Dav. et Ern.—8 Auctoritate Ms. Gud. *animo* deleverunt Gœrenz. et Schutz.—9 Gœrenz. e quatuor Mss. edidit *autem*. Junt. *ea* omittit. Postea, verba *a falsis* in ψ desunt.—10 Schutz. conjecit *concinere* legend. Mox, in tribus Mss. Gœrenzii legitur *contingit*.—1 U ψ *percepit*.

CAP. VIII. 2 *Sed eam stabilem et immut.* Mss. nonnulli et ed. Baz. cum Gœrenz. et Schutz. *sed eam stabilem quoque et immut.* Mss. pauci, Hervag. Junt. Dav. et Orell. *sed etiam stab. atque immut.* Manut. et Lamb. 1566. e conjectura.—3 Mss. quinque cum Manut. Lamb. Gœrenz. et Orell. *aut quomodo*.—4 Grut. et al. *perferri*. Mox, *quam ut officium* Mss. nonnulli cum Lamb. Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. Pro verbo *prodat* ψ exhibet *perdat*. Post *cur has* quatuor Mss. et edd. vett. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. addunt *igitur*.—5 Hervag. *æquitatem esse*.—6 Vratisl. Dresd. Ven. Hervag. Junt.

Digitized by Google

modo suscipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit, cum certi nihil erit, quod sequatur? Cum vero dubitabit, quid extremum[7] et ultimum bonorum, ignorans, quo omnia referantur, qui poterit esse sapientia? Atque etiam illud perspicuum est, constitui necesse esse initium, quod sapientia, cum quid agere incipiat, sequatur; idque initium esse naturæ accommodatum. Nam aliter appetitio, (eam enim esse volumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, et id appetimus, quod est visum, moveri non potest. 25. Illud autem, quod movet, prius oportet videri, eique credi: quod fieri non potest, si id, quod visum erit, discerni non poterit a falso. Quo modo autem moveri animus ad appetendum potest, si id, quod videtur, non percipitur,[8] accommodatumne naturæ sit, an alienum? Itemque, si, quid[9] officii sui sit, non occurrit animo, nihil unquam omnino aget, ad nullam rem unquam impelletur, nunquam movebitur. Quod si aliquid aliquando acturus est, necesse est id ei verum, quod occurrit, videri. 26. Quid quod,[10] si ista vera sunt, ratio omnis tollitur, quasi quædam lux lumenque vitæ? tamenne in ista pravitate perstabitis? [*p*. 8.] nam quærendi initium ratio attulit; quæ perfecit virtutem, cum esset ipsa ratio confirmata quærendo. Quæstio autem est appetitio cognitionis; quæstionisque finis, inventio. At nemo invenit falsa: nec ea, quæ incerta permanent, inventa esse possunt: sed, cum ea, quæ quasi involuta[1] fuerunt, aperta sunt, tum inventa dicuntur: sic et initium[2] quærendi, et exitus percipiendi et comprehendendi tenet. Itaque argu-

Dav. et Gœrenz. *his rebus*. Tum, Gud. *sit assensus*, prob. Gœrenz.—7 Ante *extremum* Mss. plerique et edd. vett. cum Dav. Oliv. Lall. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. inserunt *sit*.—8 Hervag. *percipi non potest*.—9 Hervag. et Junt. *si id quod*. Mox, *nihil inquam omnino* Gud. *nihil omnino unquam* N.—10 Pro *quod* Dav. putabat *cum* legend. Ern. malebat *quando* vel *quondam*. Gœrenz. e conjectura dedit *Quid? quod si, si ista, &c.* Schutz. volebat *Quid? quod si, ista si*, &c. 'Ab edd. vett. abest nota interrogationis post *lumenque vitæ*. Vulgata reliquæ orationi repugnat: melius fortasse procedere videatur addito *non*, et ita quidem: *Quidquod si ista vera non sunt; ratio omnis tollitur . . . vitæ. Tamenne . . . perstabitis?*' Rath. Pro *lux* Hülsemann. Gœrenz. et Schutz. e conj. Ric. Bentleii receperunt *dux*.—1 ψ *in voluntate*.—2 Davis. cum Walkero putavit scribendum *Sic ratio et initium*. Deinde, Cantab. Reg. Lamb. Oliv. Gœrenz. *exitum*. Postea, *tenetur* Gœrenz.

Digitized by Google

menti conclusio, quæ est Græce ἀπόδειξις, ita definitur: Ratio, quæ [3] ex rebus perceptis, ad id quod non percipiebatur, adducit. IX. 27. Quod si omnia visa ejusmodi essent, qualia isti dicunt, ut ea vel falsa esse possent,[4] neque ea posset ulla notio discernere; quo modo quempiam [5] aut conclusisse aliquid, aut invenisse diceremus? aut quæ esset conclusi argumenti fides? Ipsa autem philosophia, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum? sapientiæ vero quid futurum est? quæ neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis decretis, (quæ philosophi vocant δόγματα) quorum nullum sine scelere prodi poterit. Cum enim decretum proditur,[a] lex veri rectique proditur: quo e vitio et amicitiarum proditiones, et rerum publicarum nasci solent. Non potest igitur dubitari, quin decretum nullum falsum possit esse; sapientique [6] satis non sit, non esse falsum; sed etiam stabile, fixum, ratum esse debeat, quod movere nulla ratio queat. Talia autem neque esse neque videri possunt eorum ratione, qui illa visa, e quibus omnia decreta sunt nata, negant quicquam a falsis interesse. 28. Ex hoc illud est natum, quod postulabat Hortensius, ut id ipsum saltem perceptum a sapiente diceretis,[7] nihil posse percipi. Sed Antipatro [b] hoc idem postulanti, cum diceret, ei, qui [8] affirmaret nihil posse percipi, consentaneum esse unum tamen illud dicere percipi posse,[9] ut alia non possent, Carneades acutius resistebat: nam tantum abesse dicebat,

Schutz. et Orell. e conj. Ric. Bentleii. In ψ deest *Itaque.*—3 ψ *ita definitur ratio, quæ, &c.* Mox, *adducit, quod non percip.* Gud. Ven. 1494. Baz. et Hervag.

CAP. IX. 4 Cantab. et Reg. a m. sec. *ut ea vel falsa vel vera esse poss.* unde Ern. volebat *vera et falsa.*—5 ψ, Baz. Hervag. Junt. Lamb. et Orell. *quemquam.* Mox, *dicemus* U et omnes Mss. Gœrenzii.—6 U ψ, Eliens. 2. Cantab. Paris. 1. 2. 3. Reg. a m. pr. Pall. et Ms. Vict. *sapientisque.* Negativam particulam post *satis* omittunt Mss. multi, Junt. Manut. Grut. *Sapientis, neque satis sit* corrigebat Davis. Postea, in ψ deest *etiam* ante *stabile.* —7 ψ *diceret. His.*—8 *Eique* Mss. et edd. ante Manut. qui e conj. dedit *ei qui;* et sic edd. seqq.—9 ψ, et al. *diceret posse percipi consentaneum esse.*—

NOTÆ

[a] *Decretum proditur*] Quod Græci δόγμα, geometræ ἀξίωμα, Latini *decretum* vocant.

[b] *Antipatro*] Hunc Tarsensem perperam confundit Manutius cum Tyrio, qui annos ferme centum post Tarsensem vixit. De Tyrio dicetur l. II. de Off.

Digitized by Google

ut id consentaneum[10] esset, ut maxime etiam repugnaret: qui enim negaret quicquam esse, quod perciperetur, eum nihil excipere: ita necesse esse,[1] ne id ipsum quidem, quod exceptum non esset, comprehendi et percipi ullo modo posse. 29. Antiochus ad istum locum pressius videbatur accedere. Quoniam enim id haberent Academici decretum (sentitis enim jàm hoc me δόγμα dicere) nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto, sicut in ceteris rebus,[2] fluctuare, præsertim cum in eo summa consisteret: hanc enim esse regulam totius philosophiæ, constitutionem veri, falsi, cogniti, incogniti; quam rationem quoniam susciperent,[3] docereque vellent, quæ a quovis accipi oporteret, et quæ repudiari; certe hoc ipsum, ex quo omne veri falsique judicium esset, percipere eos debuisse.[4] Etenim duo esse hæc maxima in philosophia, judicium veri, et finem bonorum; nec sapientem[5] posse esse, qui aut cognoscendi initium ignoret, aut extremum expetendi, ut, aut unde proficiscatur, aut quo perveniendum sit, nesciat. Hæc autem habere dubia, neque his ita confidere, ut moveri non possint,[6] abhorrere a sapientia plurimum. Hoc igitur modo potius erat ab his postulandum, ut hoc unum saltem, percipi nihil posse, perceptum esse dicerent.[d] Sed de inconstantia totius illorum sententiæ (si ulla sententia cujusquam[7] esse potest nihil approbantis) est, ut opinor, dictum satis. x. 30. Sequitur disputatio, copiosa illa quidem,[8]

[d] *Ut hoc ipsum percipi fateretur, quod nihil percipi possit.*

10 ψ, Paris. 2. Reg. Cantab. omnes Mss. Gœrenzii, et edd. vett. pleræque *ut ei cons.* Lamb. *ut id ei cons.* ut volebat Davis. *Id* delend. censet Gœrenz. Pro *ut maxime* Junt. exhibet *sed maxime.*—1 Junt. *necesse est.* Mox, ψ *quod exceptum esset, non compr. . . . posset.*—2 N *artibus.* Tum, Hervag. *in eo* omittit.—3 N *quanquam rat. quam suscip.* Gud. et Dresd. *quoniam rat. quam suscip.* Dein, ψ *docereque vell., quævis acc. op.*—4 U *debuisset.*—5 Hervag. Lamb. *neque sap.* Verbum *esse,* quod vulgo inseritur post *cognoscendi,* Dav. et Ern. auctoritate Ms. unius deleverunt, quod antea Lamb. e conjectura fecisset. Gulielmius suspicabatur legend. *cogn. sese init.*—6 Walker legit *possit.* Tum, ψ *abhorrere est:* Hervag. *abhorret.*—7 *Cujusquam* Ernesto suspectum est. Mox, in Ms. Reg. *est* omittitur. Davis. e Ms. Cantab. dedit *sicut opinor:* Gœrenz. e conj. *sic ut opinor:* Ern. e conj. cum Schutz. *est, ut opinor:* omnes aliæ edd. et Mss. *sit, ut opinor.* Vid. Nott. Varr.

Digitized by Google

sed paulo abstrusior. Habet enim aliquantum a physicis; [p. 9.] ut verear, ne majorem largiar[9] ei, qui contra dicturus est, libertatem et licentiam: nam quid eum facturum putem de abditis rebus et obscuris, qui lucem eripere conetur?[10] Sed disputari poterat subtiliter, quanto quasi artificio natura fabricata esset primum animal omne; deinde hominem maxime: quæ vis esset[1] in sensibus: quemadmodum primo[2] visa nos pellerent: deinde appetitio ab his pulsa sequeretur: tum ut sensus ad res percipiendas intenderemus. Mens enim ipsa, quæ sensuum fons est, atque etiam ipsa sensus est,[3] naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus movetur. Itaque alia visa sic arripit, ut his[4] statim utatur: aliqua recondit;[b] e quibus memoria oritur: cetera autem similitudinibus constituit,[5] ex quibus efficiuntur notitiæ rerum, quas Græci tum[6] *ἐννοίας*, tum *προλήψεις* vocant. Eo cum accessit ratio, argumentique conclusio, rerumque innumerabilium multitudo, tum et perceptio eorum omnium apparet; et eadem ratio, perfecta[7] his gradibus, ad sapientiam pervenit. 31. Ad rerum igitur scientiam, vitæque constantiam, aptissima cum sit mens hominis, amplectitur maxime cognitionem: et istam[8] *κατά-*

Cap. x. 8 Ven. *copiosa, docta illa quidem.*—9 Gœrenz. malebat *ne maj. inde larg.* vel *ne maj. etiam larg.*—10 Passeratius legend. putabat *qui lucem in rebus clarissimis eripere conetur*; unde Hülsemann. edidit *qui lucem eripere claris conetur.* Tum, *Sed si disp.* Paris. 2. 5. duo Mss. Gœrenzii et edd. vett. nonnullæ: *Sed id disp.* dederunt Hervag. Junt. Lamb. et Gœrenz.—1 U *maximeque jus esset.*—2 Lamb. e conj. cum Dav. Oliv. Lall. Ern. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *primo*, ut habet Ms. Reg. Ceteri *prima*. Statim, *eos pellerent* malebat Lamb. Vid. Nott. Varr.—3 Ern. conj. *atque etiam ipse sensus*, omisso *est*: Hülsemann. dedit *atque etiam sensus*, deletis *ipsa* et *est*. Rath. malebat *ipsa* post *mens enim* deleri.—4 Orell. *iis* legi jubet. Dein, *aliqua recondit* e conj. Manutii ediderunt Dav. Ern. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *alia quasi rec.* Lall. de sententia Fabri: *aliqua sic recondit* ceteri. Vid. Nott. Varr.—5 Mss. plerique et edd. vett. nonnullæ *construit.*—6 Alii *cum.*—7 Manut. Steph. et Lamb. *profecta*, ut volebat Gœrenz.—8 In Mss. paucis et edd. ante Lambinum deest *istam*. Gud.

NOTÆ

[b] *Aliqua recondit* [*alia recondit*] Locum hunc, qui omnibus in editionibus mutilus est, alii aliter supplent. Manutius, *aliqua sibi recondit, e quibus memoria oritur:* Lambinus, *aliqua sic recondit, ut postea;* subauditur 'utatur,' quæ vox jam præcessit: Fulvius Ursinus, *aliqua sic recondit ut ea, cum opus sit, depromat, e quibus memoria oritur.*

Digitized by Google

λῆψιν, quam, ut dixi, verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicemus, cum ipsam per se[9] amat (nihil est enim ei veritatis luce dulcius), tum etiam propter usum. Quocirca et sensibus[10] utitur, et artes efficit, quasi sensus alteros: et usque eo philosophiam ipsam corroborat, ut virtutem efficiat, ex qua re[1] una vita omnis apta sit. Ergo hi, qui negant quicquam posse comprehendi, hæc ipsa eripiunt vel instrumenta vel ornamenta vitæ; vel potius[2] etiam totam vitam evertunt funditus, ipsumque animal orbant animo; ut difficile sit de temeritate eorum, perinde ut causa postulat, dicere.

32. Nec vero satis constituere possum, quod sit eorum consilium, aut quid velint. Interdum enim, cum adhibemus ad eos orationem hujusmodi:[3] Si ea, quæ disputentur,[4] vera non sint, tum omnia fore incerta: respondent: Quid ergo istud ad nos? num nostra culpa est? naturam accusa,[5] quæ in profundo veritatem (ut ait Democritus) penitus abstruserit. Alii autem elegantius, qui etiam queruntur, quod eos insimulemus omnia incerta dicere; quantumque intersit inter incertum, et id quod percipi non possit, docere conantur, eaque distinguere. Cum his igitur agamus, qui hæc distinguunt: illos, qui omnia sic incerta dicunt, ut, stellarum numerus par an impar sit, quasi[6] desperatos aliquos, relinquamus. Volunt enim (et hoc[7] quidem vel maxime animadvertebam vos moveri) probabile aliquid esse, et quasi verisimile; eaque se uti regula[8] et

habet *ipsa*, et Erl. *ipse*. Verba *ut dixi* Guyeto suspecta sunt.—9 Lamb. *dicimus, cum ipsam propter se*. Statim, pro *dulcius* Mss. plures et edd. vett. paucæ habent *dilucidius*. Davis. malebat *delectabilius*, vel *jucundius*.—10 Baz. Hervag. Lamb. *Quoc. etiam sens.*—1 Hülsemann. de sententia Ernesti delevit *re*. Tum, *Ergo qui* Hervag. *Ergo ii qui* Manut.—2 *Potius* suspectum Gœrenzio, qui volebat *vel etiam totam ev. fund.* Schutz. e conj. *etiam* omisit. In Gud. deest *vitam*.—3 Junt. *ejusmodi*.—4 *Disputantur* Reg. Paris. 1. 4. et al. cum Lamb. et Dav. qui proposuit *disputatis* legend. Negativam particulam post *vera* omittunt ψ, Paris. 2. 5. Reg. Ms. Ursini, Mss. Gœrenzii, edd. 1471. Baz. Hervag. Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell.—5 Davis. conj. *naturam accusate*. Mox, Baz. *abstrusit*, ut volebat Ern. Pronomen *qui* ante *etiam quer.* delevit Walker.—6 Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Dav. *impar sit, nesciatur, quasi:* Lamb. et Oliv. *impar sit, nescitur, quasi:* Manut. *impar, nesciatur, quasi.*—7 ψ *hæc*, copula omissa.—8 ψ, Gud. Dresd. Reg. Paris. 1. 2. 4. 5. et Ven. 1471. *eamque secuti regulam:* Cantab. *eamque sicuti regulam:* Steph. et Lamb. *se* omittunt.

Digitized by Google

in agenda vita, et in quærendo ac disserendo. XI. 33. Quæ ista regula est,[9] si notionem veri et falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus? Nam, si habemus, interesse oportet, ut inter rectum et pravum, sic inter verum et falsum. Si nihil interest, nulla regula est: nec potest is, cui est visio veri falsique communis, ullum habere judicium, aut ullam [10] omnino veritatis notam. Nam, cum dicunt, hoc se unum [1] tollere, ut quicquam possit ita videri, ut non eodem modo falsum etiam possit videri,[a] cetera autem concedere; faciunt pueriliter. Quo enim omnia judicantur, sublato, reliqua se negant tollere: ut, si quis, quem oculis privaverit, dicat, ea, quæ cerni possent, non se ei ademisse.[2] Ut enim illa oculis modo cognoscuntur,[3] sic reliqua visis; sed propria veri, non communi veri et falsi nota. [p. 10.] Quamobrem, sive tu probabilem [c] visionem, sive probabilem [4] et quæ non impediatur (ut Carneades volebat), sive aliud quid proferes, quod sequare; ad visum illud, de quo agimus, tibi erit revertendum. 34. In eo autem, si erit communitas cum falso, nullum erit judicium, quia proprium in [5] communi signo notari non potest. Sin autem commune nihil erit, habeo,[6] quod volo. Id enim quæro, quod ita mihi videatur verum, ut non possit idem [7] falsum videri. Simili in errore ver-

[a] *Hoc se unum negare quod aliquid possit videri tale, ut non eodem modo videri etiam possit id quod falsum est.*

CAP. XI. 9 Post *regula est* Mss. omnes et edd. ante Lamb. addunt *veri et falsi*, quæ verba edd. seqq. (præter Orell.) deleverunt e conj. Lambini. Dav. ea uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—10 In N deest *ullam*.—1 Baz. et Hervag. unum *hoc se*. Tum, post *quicquam* Manut. e Ms. inseruit *verum*, prob. Walkero. Statim, *falsum etiam possit ita videri* Mss. omnes et edd. ante Dav. qui cum edd. seqq. *ita* delevit de conjectura Lambini.—2 Nonnulli *se ei non adem*.—3 ψ et Dresd. *modo agnoscuntur*. Mox, ψ *communis veri*.—4 Mss. et edd. ante Dav. *sive improbabilem*. Ceteri e conj. Petri Fabri *sive probabilem*. Lamb. dedit *sive tu probabilem visionem, et quæ non impediatur; sive improbabilem, et quæ impediatur, ut Carneades*.—5 Manut. Lamb. et Hülsemann. præpositionem deleverunt.—6 ψ *ab eo*.—7 ψ, Baz. Hervag. *item*. In

NOTÆ

[c] *Sive tu probabilem*] Lambinus ex Mss. legi vult, *sive tu probabilem visionem, et quæ non impediatur, sive improbabilem, &c.* De visionibus probabilibus et improbabilibus dicetur infra.

Digitized by Google

santur, cum convicti, ac vi veritatis coacti, perspicua a perceptis volunt distinguere, et conantur ostendere, esse aliquid perspicui; verum illud quidem impressum[8] in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprehendi posse. Quo enim modo perspicue dixeris album esse aliquid, cum possit accidere, ut id, quod nigrum sit, album esse videatur?[9] aut quo modo ista aut perspicue dicemus, aut menti impressa[10] subtiliter, cum sit incertum, vere inaniterve moveatur? Ita neque color, neque corpus, nec veritas, nec argumentum, nec[1] sensus, neque perspicuum ullum relinquitur. 35. Ex hoc illud his usu venire solet, ut, quicquid dixerint,[2] a quibusdam interrogentur: Ergo istuc quidem percipis? Sed qui ita interrogant, ab his irridentur: non enim urgent, ut coarguant, neminem ulla de re posse contendere, neque asseverare, sine aliqua ejus rei, quam sibi quisque[3] placere dixit, certa et propria nota. Quod[4] est igitur istuc vestrum probabile? Nam si, quod cuique occurrit, et primo quasi aspectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo levius? Sin ex circumspectione aliqua, et accurata consideratione, quod visum sit, id se dicent sequi; tamen exitum non habebunt: 36. primum, quia his visis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur[5] fides: deinde, cum dicant posse accidere sapienti, ut, cum omnia fecerit, diligentissimeque circumspexerit, existat aliquid, quod et verisimile videatur, et

Junt. legitur *verum, ne possit item.* Mox, *cum convicti ac veritatis coacti* Mss. pauci: *cum judicio veritatis coacti* Mss. plures: *cum judicio veritatis convicti* ψ: *cum vi veritatis coacti* dedit Schutz. e conj. *cum convicio veritatis coacti* Orell. de sententia Madvigii. Malebat Davis. *cum ditione veritatis coacti.*—8 ψ *quidem et impr.* Paris. 4. *verum illud quod et impr.* Lamb. e conj. edidit *vere illud quidem impressum animo atque menti.* Tum, *neque id tamen* Baz. Hervag. Manut. Lamb. *neque tamen hic id* ψ. Porro, conj. Lamb. *percipi aut compr.*—9 ψ, Pal. 1. et Paris. 3. *ut id quidem nigrum sit, quod album esse vid.*—10 *Aut etiam impr.* Paris. 2. *aut enim impr.* Paris. 5. et Baz. *aut impressa* Mss. alii et edd. ante Lall. qui cum edd. seqq. e conj. Davisii dedit *aut menti impr.* Mox, *inaniterne* Manut. et Lamb. Statim, *moveamur* conj. Faber. Ante *moveatur* Hülsemann. de sententia Manutii et Davisii addidit *animus;* Lamb. et Oliv. *mens.*—1 *Neque,* ter, Manut. et Lamb.—2 ψ *quid dix.* Postea, Hervag. Junt. Schutz. *istud quidem.* Rath. conjecit *percipitis* legend.—3 Ern. volebat *quis* vel *quisquam.*—4 U et ed. 1471. cum Dav. *Quid.* Tum, *istud* Schutz. *illud* Gœrenz. tacite. Paulo post, U *occurrerit.*—5 Paris. 2. 4. 5. Gud. *erogatur:* unde *derogatur* conjecit

Digitized by Google

absit longissime a vero; quo modo,[6] si magna parte quidem (ut solent dicere) ad verum ipsum, aut quam proxime accedant, confidere sibi poterunt? Ut enim confidant, notum his[7] esse debebit insigne veri: quo obscuro et oppresso,[8] quod tandem verum sibi videbuntur attingere? Quid autem tam absurde[9] dici potest, quam cum ita loquuntur: Est hoc quidem rei illius[10] signum, aut argumentum; et ea re id sequor: sed fieri potest, ut id quod significatur, aut falsum sit, aut nihil sit omnino? XII. Sed de perceptione hactenus. Si quis enim ea, quæ dicta sunt, labefactare volet, facile, etiam absentibus nobis,[1] veritas se ipsa defendet.

37. His satis cognitis, quæ jam explicata sunt, nunc de assensione, atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus: non quo[2] non latus locus sit; sed paulo ante jacta sunt fundamenta. Nam cum vim,[3] quæ esset in sensibus, explicabamus, simul illud aperiebatur, comprehendi multa, et percipi sensibus; quod fieri sine assensione non potest. Deinde cum inter inanimum et animal[4] hoc maxime intersit, quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid, (nihil enim agens ne cogitari quidem potest quale sit) aut ei sensus adimendus est; aut ea, quæ

Davis.—6 U ψ, Pall. Mss. Davisii et Gœrenzii, etiam edd. vett. nonnullæ, cum Gœrenz. Schutz. et Orell. omittunt *quomodo*. Pro *si* Cantab. habet *sin*; Gœrenz. e conj. cum Schutz. *sic*; Orell. e conj. Madvigii *ne si*; Dav. volebat *se...accedere*. Tum, *magnam partem* ψ, Mss. Davisii et Gœrenzii, cum Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. Pro *quidem ut* Lamb. conj. *ut quidem* legend. Paris. 4. omittit *quidem*. Porro, in ψ, Paris. 1. 2. 3. *ad verum*. Pro *aut* Mss. nonnulli et ed. Baz. cum Gœrenz. et Schutz. habent *ut*.—7 Al. *iis*.—8 Lamb. e Mss. cum Dav. Schutz. et Orell. *obscurato et oppresso*. Durand. conj. *obducto aut oppr*. Davis. *obruto et oppr*. Pro *et* nonnulli habent *atque*. Mox, Mss. pauci et edd. vett. nonnullæ cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *sibi verum*.—9 Vulgg. ante Grut. *obscurum*.—10 Mss. Gœrenzii et ed. Junt. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *illius rei*.

CAP. XII. 1 Paris. 3. *habentibus nobis*: Hülsemann. e conj. Walkeri et Davisii recepit *tacentibus nobis*. Tum, *se ipsam* Mss. pauci et ed. Bas.—2 Lamb. *non quod*.—3 ψ, Reg. Cantab. Paris. 1. 2. Dresd. et Ms. Vict. *vim* non agnoscunt; at Paris. 5. et eam et sequentem vocem omittit. Pal. 1. Reg. et Cantab. dant *quæ essent*: unde Hülsemann. suadente Grutero, legit *cum quæ essent in sens*. Tum ψ *explicabimus*: et Hervag. *simul aperiebatur*, omisso *illud*.—4 ψ *inter animal et animum*. Mox, verba *inanimum nihil agit* omittunt ψ, Paris. 1. 2. 4. 5. Eliens. Reg. Cantab. quatuor Mss. Gœrenzii,

Digitized by Google

est[5] in nostra sita potestate, reddenda assensio. 38. At vero animus quodam modo eripitur his, quos neque sentire neque assentiri volunt. Ut enim necesse est, lancem[6] in libra, ponderibus impositis, deprimi; sic animum perspicuis cedere. Nam, quomodo non potest[7] animal ullum non appetere id quod accommodatum ad naturam appareat (Græci id οἰκεῖον appellant), sic non potest objectam rem perspicuam non approbare.[8] Quanquam, si illa, de quibus disputatum est, vera sunt, nihil attinet de assensione omnino loqui.[9] Qui enim quid percipit, assentitur statim. Sed hæc etiam sequuntur,[10] nec memoriam sine assensione posse constare, nec notitias rerum, nec artes: idque quod maximum est, ut sit aliquid in nostra potestate, in eo, qui rei nulli assentietur, non erit.[f] 39. Ubi igitur virtus, si nihil situm est in ipsis nobis?[1] Maxime autem absurdum, vitia in ipsorum esse potestate, neque peccare quenquam, nisi assensione; hoc idem in virtute non esse; cujus omnis constantia et firmitas ex his rebus[2] constat, quibus assensa est, et quas approbavit: omninoque ante videri aliquid, quam agamus, necesse est; eique, quod visum sit, assentiamur.[3] Quare qui aut visum aut assensum tollit, is omnem actionem tollit e vita.

XIII. 40. [*p.* 11.] Nunc ea videamus, quæ contra ab his[4] disputari solent. Sed prius potestis totius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Componunt igitur primum

[f] *Et hoc ipsum quod maximi momenti est, ut videlicet sit aliquid in nostra potestate, hoc inquam ipsum non erit in eo, qui nulli rei assentietur.*

et ed. Ven. 1471. cum Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell.—5 Walker conj. *quæ non est.* Vid. Nott. Varr. Dein, *in nostra pot. sita* N, Gud. Dresd. Vienn. Junt. Gœrenz. Schutz. et Orell. Pro *reddenda* ψ, Vratisl. Dresd. Paris. 2. 4. 5. Reg. Cantab. Ms. Vict. et ed. Ven. 1471. cum Hülsemanno dant *credenda:* Lamb. conj. *prodenda,* et Davis. *cedenda.* Paulo post, Manut. *eripitur iis;* et ψ *quoque neque sentire neque assentire vol.*—6 Manut. Steph. Lamb. *Etenim nec. est, ut lancem.* Tum, ψ *in libram.*—7 *Quomodo potest,* omissa negativa, ψ, Reg. Paris. 1. 2. 5. Cantab. Ven. 1471. et Baz. cum Hülsemanno.—8 Verba *perspicuam non approbare* ψ omittit, ac etiam *si* ante *illa.*—9 ψ *nihil attingens de assens. omni loq.*—10 Idem cum Dresd. *insequuntur.* Mox, *neque notitias* Hervag. Manut. Lamb.—1 Lamb. *nobis ipsis.*—2 Manut. Lamb. et Orell. *ex iis rebus.*—3 Lamb. e conj. cum Schutz. *assentiri.* Mss. plerique et edd. Baz. Hervag. Junt. Manut. Gruter. cum Dav. et Orell. *assentiatur.* In Ms. Cantab. legitur *ut ei quod visum sit assentiantur.*

Digitized by Google

artem quandam de his,[5] quæ visa dicimus, eorumque et vim et genera definiunt: in his, quale sit id, quod percipi et comprehendi possit; totidem verbis, quot Stoici. Deinde illa exponunt duo, quæ quasi contineant omnem hanc quæstionem: quæ ita videantur, ut etiam[6] alia eodem modo videri possint, nec in his quicquam intersit, non posse eorum alia percipi, alia non percipi: nihil interesse autem,[7] non modo[s] si ex omni parte ejusdem modi sint, sed etiam si discerni non possint. Quibus positis, unius argumenti conclusione tota ab his causa comprehenditur. Composita autem[8] ea conclusio sic est: Eorum, quæ videntur, alia vera sunt, alia falsa: et, quod falsum est, id percipi non potest; quod autem verum visum est, id omne tale est, ut ejusdem modi falsum etiam[9] possit videri. Et, quæ visa sunt ejusmodi, ut in iis nihil intersit, non posse accidere, ut eorum alia percipi possint, alia non possint. Nullum igitur est visum, quod percipi possit. 41. Quæ autem sumunt, ut concludant id quod volunt, ex his duo sibi putant concedi: neque enim quisquam repugnat. Ea sunt hæc: Quæ visa[10] falsa sint, ea percipi non posse: et alterum, Inter quæ visa nihil intersit, ex his non posse alia talia esse, ut percipi possint, alia ut non possint. Reliqua vero multa et varia ratione[1] defendunt: quæ sunt item duo:

[s] *Deinde illa duo exponunt; primum, quid possit percipi; secundum, quid possit comprehendi; quæ duo fere continent totam hanc quæstionem. Eorum vero quæ ita videantur, ut etiam alia multa eodem modo videri possint, neque inter ea ullum discrimen sit; eorum, inquam, aiunt non posse alia percipi, alia non percipi; nihil autem inter illa interesse, non modo, &c.*

CAP. XIII. 4 Lamb. *ab iis*, prob. Ern.—5 Manut. Lamb. et Orell. *de iis.* —6 Pro *etiam* Gœrenz. volebat *et.* Post *alia* Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. Manut. Lamb. Grut. Oliv. Lall. addunt *multa.* In Paris. 4. legitur *ut etiam illa alia eodem modo.* Mox, Hervag. et Lamb. *neque in his.* Negativam particulam ante *posse* omittunt tres Mss. Gœrenzii et edd. Baz. Hervag. In Junt. *non omnes posse:* N *non omnino posse.*—7 Lamb. *nihil autem int.* Dein, Junt. Gœrenz. Schutz. et Orell. *omni ex parte*, ut habent Mss. Gœrenzii. —8 Quatuor Mss. Davisiani, omnes Mss. Gœrenzii et ed. Baz. cum Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. non agnoscunt *autem.*—9 Al. *etiam falsum.* Mox, *visa sint* e Mss. quatuor dederunt Gœrenz. et Orell. Paulo post, *non potest accidere* habent Manut. Lamb. et Oliv. prob. Davis. Denique, *eorum aliqua perc. poss.* Baz. Hervag. Lamb.—10 Rath. conjecit *Ea sunt hæc: unum, quæ visa, &c.* Tum *percipi ea* nonnullæ edd. vett. *non percipi posse* conj. Gœrenz. Vocem *alterum* delend. suspicabatur Walkerus, non improb. Davisio, qui malebat legere *et iterum, Inter quæ visa, &c.* Paulo post, *ex iis* Lamb. et Orell.—1 *Oratione* omnes Mss. et edd. præter Grut. et Ern. qui

Digitized by Google

unum, Eorum, quæ videantur, alia vera esse, alia falsa; alterum, Omne visum, quod sit a vero, tale esse, quale etiam a falso possit esse.[2] 42. Hæc duo proposita non prætervolant, sed ita dilatant, ut non mediocrem curam adhibeant et diligentiam. Dividunt enim in partes, et eas quidem magnas: primum in sensus; deinde in ea, quæ ducuntur a sensibus, et ab omni consuetudine, quam obscurari volunt:[3] tum perveniunt ad eam partem, ut ne ratione quidem et conjectura ulla res percipi possit. Hæc autem universa concidunt etiam minutius. Ut enim de sensibus hesterno sermone vidistis, item faciunt[4] de reliquis: in singulisque rebus, quas in minima dispertiunt, volunt efficere, his omnibus,[5] quæ visa sint, veris, adjuncta esse falsa, quæ a veris nihil differant: ea cum talia sint,[6] nihil posse comprehendi.

XIV. 43. Hanc ego subtilitatem philosophia quidem dignissimam judico, sed ab eorum causa, qui ita disserunt,[7] remotissimam. Definitiones enim, et partitiones, et horum[8] luminibus utens oratio, tum similitudines dissimilitudinesque, et earum tenuis et acuta distinctio, fidentium est hominum, illa vera[9] et firma et certa esse, quæ tutentur; [*p*. 12.] non eorum, qui clament, nihilo magis vera illa esse, quam falsa. Quid enim agant, si, cum aliquid definierint, roget eos quispiam, num illa definitio[10] possit in aliam rem transferri quamlibet? Si posse dixerint; quid dicere[1] habeant, cur illa vera definitio sit? Si negaverint;[2] faten-

tacite dederunt *ratione*. Mox, *unum*, *Quæ videantur eorum* quatuor Mss. Gœrenzii, et edd. Baz. Hervag. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum, *aliud verum esse*, *aliud falsum* Mss. pauci et edd. vett.—2 Manut. omisit *esse*.—3 Davis. conj. legend. *quæ obscurare volunt*.—4 Paris. 5. *iterum ita fac.* Paris. 1. 2. *item ita fac.* Ven. 1471. *iterum ista fac.*—5 Lamb. et Orell. *iis omnibus*.—6 Gœrenz. conj. *eaque cum talia sint*. Pro *nihil* ψ, Paris. 1. 2. 3. 5. Reg. edd. Ven. 1471. Baz. Hervag. Junt. Durand. habent *non*, probb. Davis. et Hülsemann. In Gud. et Dresd. *posse* omittitur.

CAP. XIV. 7 N *dissenserunt:* Gœrenz. malebat *differunt*.—8 Lamb. e conj. *harum*. Mox, in Paris. 2. deest *dissimilitudinesque*.—9 Baz. Hervag. Junt. *illa vero*. Tum, *quæ tuentur* Mss. nonnulli cum Lamb. Conjecit Ern. *quæ putentur*. —10 ψ *num ulla def.* Dein, Grut. et al. *rem* omittunt.—1 *Quid enim dicere* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. et Oliv. Manutius correxit *quidnam dicere;* Lamb. conjecit *quid tum dicere*.—2 Gud. *sin neg.* Mox, *quon. vel illa veri def.* Ascens. et al. *quon. vel illa def.* Mss. nonnulli et ed. Baz. cum Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. *quon. illa a vero def.* al. Ante verba *quod ea def.* Mss. nonnulli

Digitized by Google

dum sit, quoniam vel illa vera definitio transferri non possit in falsum, quod ea definitione explicetur, id percipi posse: quod minime illi volunt.[h] Eadem dici poterunt[3] in omnibus partibus. 44. Si enim dicent, ea, de quibus disserant,[4] se dilucide perspicere, nec ulla communione visorum impediri; comprehendere ea se posse[5] fatebuntur. Sin autem negabunt vera visa a falsis posse distingui, qui poterunt longius progredi? Occurretur enim, sicut occursum est. Nam concludi argumentum non potest, nisi his,[6] quæ ad concludendum sumta erunt, ita probatis, ut falsa ejusdem modi nulla possint esse. Ergo si, rebus comprehensis et perceptis, nisa[7] et progressa[d] ratio hoc efficiet, nihil posse comprehendi; quid potest reperiri, quod ipsum sibi repugnet magis? Cumque ipsa natura accuratæ orationis[8] hoc profiteatur, se aliquid patefacturam quod non appareat, et, quo id facilius assequatur, adhibituram et sensus, et ea quæ perspicua sint;[9] qualis est istorum

[h] *Quid enim agent, si, cum aliquid definierint, roget eos aliquis, an adducta ab ipsis definitio transferri possit in aliam rem quamlibet? Si enim dicant posse transferri, (quid enim opponere poterunt?) quæretur ab illis cur illa vera definitio sit, quoniam rebus etiam non definitis convenit? Si vero negaverint transferri posse, fateri cogentur, id, quod ea definitione explicabitur, percipi posse, quoniam illa saltem vera definitio transferri non potest in falsum: hoc autem est, quod illi minime volunt concedere.*

et edd. Baz. Hervag. Lamb. Grut. addunt *vel.*—3 ψ, Gud. Vienn. *potuerunt:* tres Mss. Gœrenzii *potuerint.* Vocem *partibus* e conj. Gœrenz. et Schutz. deleverunt: Orell. uncis includit.—4 Hervag. Junt. *disserunt:* Ern. e conj. dedit *disserant:* ceteri *dissererent.*—5 N, Reg. Paris. 3. Dresd. et ed. Junt. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. non agnoscunt *posse* ante *fatebuntur.* Gœrenz. etiam auctoritate trium Mss. idem verbum ante *distingui* delevit.—6 *Iis* Manut. Lamb. et Orell.—7 *Visa* Mss. plures et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e conj. Manutii dedit *nisa,* ut habent Paris. 1. 3. 4. 5. Tum, *ratio hæc efficiet* Mss. pauci et edd. vett. nonnullæ.—8 Lamb. et Hülsemann. *rationis,* ut volebat Ern. Vid. Nott. Varr. Mox, *apparebat* ψ, Cantab. Reg. Paris. 5. cum Dav. Lall. et Hülsemann. *apparebit* Paris. 1. 2. et Ven. 1471.—9 ψ, Hervag. Junt. *persp. sunt.* Post *deinde* ψ, Mss. Gœrenzii, edd. Baz. Manut. Lamb.

NOTÆ

[d] *Nisa et progressa* [*visa et progr.*] Manutius similem hunc locum putat alterius Tusc. II. 'Præsto est ratio, quæ connisa per se, et progressa longius, sit perfecta virtus.' Nos vero servandam antiquam lectionem censemus, ut sensus sit: Ergo si postquam res comprehendimus et percepimus, ea visa, de quibus dictum est, et progressa ratio, hoc efficiunt, ut nihil possit comprehendi.

Digitized by Google

oratio, qui omnia non tam esse, quam videri volunt? Maxime autem convincuntur, cum hæc duo pro congruentibus sumunt, tam vehementer repugnantia: primum esse quædam falsa visa; quod cum volunt, declarant quædam esse vera: deinde, inter falsa visa et vera, nihil interesse. At primum [10] sumseras, tanquam interesset. Ita priori posterius, posteriori superius non jungitur.[1]

45. Sed progrediamur longius, et ita agamus, ut nihil nobis assentati esse videamur: quæque ab his dicuntur, sic persequamur, ut nihil in præteritis relinquamus. Primum igitur perspicuitas illa, quam diximus, satis magnam[2] habet vim, ut ipsa per sese, ea quæ sint, nobis, ita ut sint, indicet. Sed tamen, ut[3] maneamus in perspicuis firmius et constantius, majore quadam opus est vel arte vel diligentia,[4] ne ab iis, quæ clara sint ipsa per sese, quasi præstigiis[a] quibusdam et captionibus depellamur. XV. Nam, qui voluit subvenire erroribus Epicurus, iis qui videntur[5] conturbare veri cognitionem, dixitque sapientis esse, opinionem a perspicuitate sejungere, nihil profecit:[6] ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit. 46. Quamobrem cum duæ causæ perspicuis et evidentibus rebus adversentur, auxilia totidem sunt contra comparanda. Adversatur[7] enim primum, quod parum defigunt animos, et intendunt in ea quæ perspicua sunt, ut, quanta luce ea circumfusa sint,[8] possint agnoscere: alterum est, quod

cum Gœrenz. Schutz. et Orell. addunt *ibidem*. Cf. de Fin. I. 6. 19.—10 U *Ad primum:* Hervag. Junt. *Ac primum.*—1 *Superius conjungitur* Mss. pauci et edd. vett. nonnullæ cum Grut. et al.—2 Al. *sat magnam.*—3 Tres Mss. Gœrenzii *ut* omittunt.—4 Mss. pauci et edd. vett. plures *et dilig.* Tum, Baz. Hervag. Junt. *ab his.*

CAP. XV. 5 *Epic. is vid.* edd. vett. *Epic. is qui vid.* Mss. quinque, cum Gœrenz. et Schutz.—6 *Nihil perfecit* Vratisl. Baz. et Ven. 1471. *nihil fecit* Ald. Manut. Grut. et Oliv. *nihil egit* conjecit Lamb.—7 Mss. plerique et edd. Baz. Junt. Hervag. et al. *Adversantur.*—8 Ern. e conj. Davisii recepit

NOTÆ

[a] *Præstigiis*] Præstigias plerique deducunt a *præ* et στέγω, *tego*, quasi præstigiæ, seu prætegiæ, quod tegant oculos: Vossius post Isidorum a *præstringendo:* Lambinus a *præstinguendo*, aitque Latine dici *præstingere* aciem oculorum; *præstringere* autem Latinum non esse.

Digitized by Google

fallacibus et captiosis interrogationibus circumscripti atque decepti, quidam, cum eas dissolvere non possunt, desciscunt a veritate. Oportet igitur et ea, quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promtu habere, de quibus jam diximus; et esse armatos, ut occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque discutere: quod deinceps[9] facere constitui. 47. Exponam igitur generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam illa solent[10] non confuse loqui. Primum conantur ostendere, multa posse videri esse, quæ omnino nulla sint,[1] cum animi inaniter moveantur eodem modo rebus iis quæ nullæ sint, ut iis[2] quæ sint. Nam cum dicatis, (inquiunt) visa quædam mitti a Deo, velut ea quæ in somnis[3][f] videantur, quæque oraculis, auspiciis, extis declarentur [*p*. 13.] (hæc enim aiunt probari Stoicis,[4] quos contra disputant); quærunt, quonam modo, falsa visa quæ sint, ea Deus efficere possit probabilia; quæ autem plane proxime ad verum accedant,[5] efficere non possit? aut, si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdifficiliter, internoscantur tamen?[6] et, si hæc, cur non inter quæ nihil sit omnino? 48. Deinde, cum mens moveatur ipsa per sese, ut et ea declarant, quæ cogitatione depingimus, et ea quæ vel furiosis vel dormientibus[7]

circ. sint, probb. Wetzel. et Rathio. Ceteri *circ. sunt*. Ante *possint* Lamb. e conj. addidit negativam particulam *non*.—9 Ms. Gœrenzii *quod dein deinceps*.—10 *Illi solent* Paris. 5. Reg. Cantab. Gud. Vratisl. Vienn. Ven. 1471. 1494. Baz. cum Lall. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. In Paris. 2. pronomen deest. Paris. 1. 4. *qui etiam* (vel *et*) *illi solent*. Rath. conjecit legend. *non fuse loqui*.—1 Paris. 1. 4. et Mss. Ursini cum Dav. Ern. Gœrenz. Schutz. et Orell. *nulla sint*: ceteri *nulla sunt*. Pro *inaniter*, quod Walker delevit, Davis. suspic. *frequenter* legend.—2 *His* utrobique Baz. Hervag. Junt.—3 Mss. pleriqne et edd. Hervag. Junt. Manut. cum Grut. *in somniis*.—4 *Prob. a Stoicis* Mss. plerique et edd. vett. nonnullæ cum Grut. et Oliv. Pro *quærunt* Faber conj. *quæ nam*; Rath. maluit *quæritur*. Pro *quonam* Gud. 1. habet *et*; al. *quodam*: unde Gœrenz. conj. *quo demum* legend.—5 Baz. Hervag. Junt. Manut. *accedunt*.—6 ψ *intern.?* *tamen*. Ric. Bentl. proposuit *quæ perdiff., aut quæ ne intern. quidem*. Mox, *nihil intersit omnino* e duobus Mss. (in quibus tamen *inter* superscriptum est) dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Paulo post, *declarent* Gud. Ven. 1494. Baz.—7 Al. *vel dorm. vel fur*. Tum, *non, inquiunt* Mss. pauci cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *non, inquam* Mss

NOTÆ

[f] *Quæ in somnis* [*somniis*] De ea fide, quæ somniis, oraculis, auspiciis, extis adhibebatur, dicetur lib. de Divin.

videntur, nonne (inquiunt) verisimile sit, sic etiam mentem moveri, ut non modo non internoscat,[8] visa vera illa sint, anne falsa, sed ut in his nihil intersit omnino? ut si qui tremerent et exalbescerent vel ipsi per se, motu mentis aliquo, vel objecta terribili re extrinsecus, nihil esset,[9] qui distingueretur tremor ille et pallor, neque quicquam interesset inter intestinum et oblatum.[g] Postremo si nulla visa sunt[10] probabilia, quæ falsa sint, alia ratio est. Sin autem sunt, cur non etiam, quæ non facile internoscantur? cur non ut plane nihil intersit? præsertim cum ipsi[1] dicatis, sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in visis distinctio appareat.

XVI. 49. Ad has omnes visiones inanes Antiochus quidem permulta[2] dicebat; et erat de hac una re unius diei disputatio. Mihi autem non idem faciendum puto; sed ipsa capita dicenda; et primum quidem hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur; quod genus minime in philosophia[3] probari solet, cum aliquid minutatim et gradatim additur, aut demitur. Soritas[h] hos vocant,[4] qui acervum efficiunt uno addito grano: vitiosum sane et captiosum genus. Sic enim ascenditis:

plerique et edd. vett. *sin quam* Ven. 1471. *nonne quanquam* Paris. 2.—8 Grut. et al. *ut non modo intern.* Dein, *vera visa* Gud. *vera illa visa* N: *visa illa vesana* Vratisl. Postea, pro *in his* quidam legi malunt *inter hæc.*—9 *Nihil ut interesset* Mss. nonnulli: *nihil interesset* Pal. 1. Paris. 1. 2. 3. Hervag. Manut. *nihil esset* Dav. e conj. cum Ern. et Hülsemann. *nihil ut esset* ceteri. Mox, *neque ut quicquam* Mss. et edd. præter Dav. Ern. et Hülsemann. qui auctoritate Ms. Cantab. *ut* omittunt. Tum, in ψ deest *inter*. Pro *intestinum* Ven. Hervag. et al. habent *impertitum;* nonnulli maluerunt *imperatum.*—10 N, ψ, Dresd. *visa sint.*—1 Nonnulli *ipsi* omittunt.

CAP. XVI. 2 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. Oliv. Hülsemann. Gœrenz. et Orell. *quidem et permulta.*—3 ψ, Reg. Cantab. Paris. 1. 2. 5. Ven. 1471. Baz. *a philosophia.*—4 *Sor. hæc voc.* ψ: *Sor. hoc voc.* Mss. pauci et edd. quædam vett. cum Dav. Pro *quia* Mss. nonnulli et edd. vett. habent

NOTÆ

[g] *Intestinum et oblatum*] 'Modus intestinus' Academicis dicebatur, qui unicuique a natura intus tribueretur; 'oblatus,' qui fortuitis casibus offerretur homini extrinsecus. Manut.

[h] *Soritas*] Sorites dictus, a *σωρὸς*, *cumulus, acervus*: quod multa pronuntiata accumularentur. Syllogismus Chrysippeus vulgo appellatus, quod eo frequenter uteretur Chrysippus.

Si tale visum objectum est a Deo dormienti, ut probabile sit, cur non etiam ut valde verisimile? cur deinde non, ut difficiliter[5] a vero internoscatur? deinde, ut ne internoscatur quidem? postremo, ut nihil inter hoc et illud intersit? Huc si perveneris, me tibi primum quidque[6] concedente, meum vitium fuerit; sin ipse tua sponte processeris, tuum. 50. Quis enim tibi dederit, aut omnia Deum posse, aut ita facturum esse, si possit? Quomodo autem sumis, ut, si quid cui simile esse possit, sequatur, ut etiam internosci difficiliter[7] possit? deinde, ut ne internosci quidem? postremo, ut eadem sint? ut, si lupi canibus similes, eosdem dices ad extremum. Et quidem honestis similia sunt quædam non honesta, et bonis non bona, et artificiosis minime artificiosa. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse? Ne repugnantia quidem videmus? Nihil est enim, quod de suo genere in aliud genus transferri possit. At si efficeretur, ut inter visa differentium generum nihil interesset, reperirentur quæ et in suo genere essent, et in alieno. 51. Quod fieri qui potest? Omnium deinde inanium visorum una depulsio est, sive illa cogitatione informantur (quod fieri solere concedimus), sive in quiete,[i] sive per vinum, sive per insaniam: nam ab omnibus ejusdem modi[8] visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Quis enim, cum sibi fingit aliquid, et cogitatione depingit, non, simul ac se ipse commovit,[9] atque ad se revocavit,

[i] *Præterea, visa omnia inania uno eodemque modo rejiciemus, sive illa habeantur cogitatione extra somnum, quod fieri solere concedimus, sive in quiete et somno, &c.*

qui.—5 Gud. *cur demum non ut diff.* Hervag. *cur non demum ut diff.* ψ *cur deinde ut non diff.* et paulo post *ut non intern.*—6 Ern. conj. *quodque.*—7 *Difficiliter internosci* Mss. nonnulli, Junt. Lamb. Dav. *difficulter intern.* Hervag. Tum, *possint* e conj. edidit Davis. Pro *deinde* Lamb. conj. *cur non.* In ed. Hervag. legitur *ut ne vix nosci;* unde Manut. Car. Steph. et Lamb. exhibent *ut ne vix internosci.* Statim, tres Mss. Gœrenzii *aut eadem sint:* edd. vett. paucæ *ut eadem sit:* Manut. Car. Steph. Lamb. et Oliv. dederunt *ut idem sit.* Porro, *et ut si lupi* ψ et duo Mss. Gœrenzii: *ita si lupi* conj. Dav. In Reg. a m. sec. et Cantab. legitur *sint can. sim.* Lamb. et Hülsemann. habent *can. sint sim.* Pro *dices* Wopkens. Lectt. Tull. p. 96. volebat *dicas.*—8 Lamb. *ejusmodi.*—9 Lamb. suspic. *ipse commonuit* legend. Ab ed. Junt. abest *ipse,*

Digitized by Google

sentit quid intersit inter perspicua et inania? Eadem ratio est somniorum. Num censes Ennium, cum in hortis cum Ser. Galba,[i] vicino suo, ambulavisset, dixisse, Visus sum mihi cum Galba ambulare? At, cum somniavit, ita narravit:[10]

Visus Homerus adesse poëta.

Idemque in Epicharmo;[k]

Nam videbar somniare me et ego esse[1] mortuum.

[p. 14.] Itaque, simul ut experrecti sumus, visa illa contemnimus; neque ita habemus, ut ea quæ in[2] foro gessimus. XVII. 52. At enim dum[3] videntur, eadem est in somnis species horum, et eorum quæ vigilantes videmus. Plurimum[4] interest. Sed id omittamus: illud enim dicimus, non eandem esse vim neque integritatem dormientium et vigilantium, nec mente, nec sensu. Ne vinolenti quidem[5] quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii: dubitant, hæsitant, revocant se interdum; iisque,[6] quæ videntur, imbecillius assentiuntur: cumque edormiverunt, illa visa quam levia fuerint,[7] intelligunt. Quod idem contingit insanis; ut et, incipientes furere, sentiant

—10 Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. recepit *narrat*.—1 Lamb. conj. *med ego esse*, vel *ego med esse:* unde Davis. edidit *med ego esse*. Hülsemann. e conj. recepit *memet egisse:* Gœrenz. Schutz. et Orell. *memet esse*, ut volebat Ern. Mox, pro *simul ut* Manut. habet *simul ac*. Lamb. *ut* omisit.—2 Ed. Junt. non agnoscit præpositionem.

CAP. XVII. 3 ψ, quatuor codd. Gœrenzii, ed. Ven. 1494. et Baz. habent *cum*. Tum *somniis* legitur in Baz. Hervag. Vict. Manut. et Lamb. Statim post, *species et eorum* Orell. ut Lamb. recepit in ed. 1566. Vocc. *horum, et* omittuntur in codd. nonnullis, item in edd. Baz. Hervag. Vict. Manut. Gœrenz. et Orell. *species, ac eorum* recepit Davis. e conjectura.—4 *Primum* U, cum edd. Vict. et Manut.—5 Omnes codd. Gœrenzii præter N, cum edd. Baz. et Vict. ignorant *quidem:* ψ habet *Nec vinolenti*, omisso *quidem*.—6 *Hisque* Baz. Hervag. Vict. Gœrenz. et Schutz. *hiisque* Gud.—7 *Fuerunt* Baz. Hervag. et Vict. Paucis interjectis, Gud. præcedente *et* neglecta, præbet

NOTÆ

[i] *Cum Ser. Galba*] E gente Sulpicia. Is orator est, de quo tam multa Cicero tum in Bruto, tum libris de Orat. qui ex Hispaniensi prætura, accusante M. Catone, fere damnatus est, quod Lusitanorum vim magnam, quanquam interposita fide, interemisset. Consul fuit an. 609.

[k] *In Epicharmo*] Nomen est alicujus Enniani poëmatis. Incertum, an ille Epicharmus sit, Pythagoræ auditor, auctorque comœdiæ, de quo Laërt. et Suidas. Certe nullius alius alibi est mentio.

Digitized by Google

et dicant, aliquid, quod non sit, id[8] videri sibi; et, cum relaxentur, sentiant, atque illa dicant Alcmæonis:[1]

Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum
aspectu.

53. At enim ipse sapiens sustinet se in furore, ne approbet falsa pro veris. Et alias quidem sæpe, si aut in sensibus ipsius est aliqua forte gravitas aut tarditas, aut obscuriora[9] sunt quæ videntur, aut a perspiciendo temporis brevitate excluditur. Quanquam totum hoc, sapientem aliquando sustinere assensionem, contra vos est. Si enim inter visa nihil interesset, aut semper sustineret, aut nunquam. Sed ex hoc genere toto[10] perspici potest levitas orationis eorum, qui omnia cupiunt confundere. Quærimus gravitatis, constantiæ, firmitatis, sapientiæ judicium: utimur exemplis somniantium, furiosorum, ebriosorum.[1] Illud attendimus in hoc omni genere quam inconstanter loquamur. Non enim proferremus vino aut somno oppressos, aut mente captos, tam absurde, ut tum[a] diceremus interesse inter vigilantium[k] visa et sobriorum et sanorum, et eorum qui essent aliter affecti; tum nihil interesse. 54. Ne hoc quidem cernunt, omnia se reddere incerta; quod nolunt (ea dico incerta, quæ ἄδηλα Græci):

[k] *Ut modo diceremus interesse, modo diceremus non interesse, inter vigilantium, &c.*

insipientes furore.—8 Pronomen *id* deest in ed. Lamb. Verba *et dicant . . . relaxentur* haud inveniuntur in Ms. U. Paulo post, *Sed mi neutiquam* malebat Gœrenz.—9 *Aut si obscuriora* conjecit Lamb.—10 *Tota* codd. nonnulli et edd. vett. cum Baz. Gœrenz. et Schutz. Paulo infra, voc. *orationis* deest in ed. Hülseman.—1 *Ebriorum* Manut. et Davis. e codice uno: *et ebriosorum* ed. Hervag. Statim, *Num illud attendimus* e conjectura dedit Gœrenz. cum Schutz. et Orell. *Illud attendamus* Manut. et Lamb. *Nec illud attendimus* conj. Ursinus. Davis. *non* indi maluit. Mox, *proferemus vino* ψ.—2 *Cum* ψ et

NOTÆ

[1] *Alcmæonis*] Argumentum cujusdam tragœdiæ, cujus fragmenta extant in collectaneis Petri Scriverii. At quis ille Alcmæon sit, haud facile dixeris. 1. An Alcmæon, Theseo suppar, unde nobilis familia Alcmæonidarum, Athenis? Suidas. 2. An philosophus, secta Pythagoræus, patria Crotoniates? Jooss. 3. An poëta qui floruit Olymp. xxx.? L. Girald. Nos eum esse putamus, qui Theseo suppar, filius Amphiarai, ac matris parricidio nobilis.

Digitized by Google

si enim res se ita habeant,[3] ut nihil intersit, utrum ita cui videatur, ut insano, an sano; cui possit exploratum esse de sua sanitate? quod velle efficere, non mediocris insaniæ est. Similitudines vero[m] aut geminorum, aut signorum annulis impressorum, pueriliter consectantur. Quis enim[4] nostrum similitudines negat esse, cum eæ plurimis in rebus appareant? sed, si satis est ad tollendam cognitionem, similia[5] esse multa multorum; cur eo non estis contenti, præsertim concedentibus nobis? et cur id potius contenditis, quod rerum natura non patitur, ut non suo quidque genere sit tale, quale est? nec sit in duobus aut pluribus nulla re differens ulla communitas?[6] ut sibi sint et ova ovorum, et apes apium simillimæ. 55. Quid pugnas igitur? aut quid tibi vis in geminis? conceditur enim similes esse; quo contentus esse potueras. Tu autem vis eosdem plane esse,[7] non similes; quod fieri nullo modo potest. Dein confugis ad physicos[n] eos, qui maxime in Academia irridentur; a quibus ne tu quidem jam te abstinebis:[8] et ais Democritum dicere, innumerabiles esse mundos, et quidem sic quosdam inter se non solum simi-

edd. vett. nonnullæ.—3 *Se ita habet* e conjectura recepit Gœrenz. *se ita habeat* Schutz. et Orell. Mox, *ut ins. aut sano* U, Gud. et edd. vett. nonnullæ: *ut ins. ut aut sano* al. Schutz. e conj. delevit *ut*, quod Orell. uncis inclusit. Paulo post, edd. nonnullæ *insania.*—4 ψ *Quid enim.*—5 Baz. Hervag. Junt. *simillima.* Mox, *cur potius id cont.* Mss. pauci et edd. veteres nonnullæ. Deinde, *quidque in genere* Lamb.—6 *Nulla re diff. nulla comm.* Paris. 3. Baz. Ven. 1471. prob. Lamb. *ulla re diff. ulla comm.* conj. Schutz. *ulla, re diff., communitas* volebat Gœrenz. In Ms. Cantab. legitur *nulla re diff. comm.* Tum, Gud. et Baz. *ut igitur sint:* Guyetus conj. *at sibi sint;* Lamb. *at tibi sint;* Dav. *at, si vis, sint;* Schutz. *Sint, ut sunt;* Gœrenz. *ut sint;* Orell. *comm. Sunt et ova, &c.*—7 Al. *esse plane.* Gœrenz. in Præf. p. xvii. censet negativam particulam ante *similes* delend. Mox, Baz. Hervag. Manut. Lamb. *Deinde confugis.*—8 Crat. *ne tu jam quidem te abst.* In Gud. deest *quidem.* Gœrenz. volebat *ne jam quidem tu te abst.* Mox, *inter se esse* Mss. plerique et edd. Ven. 1494. Hervag. Junt. *inter sese* N, cum Manut. Lamb. et Orell.—

NOTÆ

[m] *Similitudines vero*] Ad confirmandam visorum similitudinem solebant novi Academici proferre exemplum tum fratrum geminorum, tum signorum ex annulis impressorum: unde concluderent quædam esse quæ dignosci inter se non possent.

[n] *Confugis ad physicos*] Epicureos, qui hanc de mundo naturæ principiis a Democrito sententiam acceperant.

Digitized by Google

les, sed undique perfecte et absolute ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit, et eos quidem innumerabiles:[9] itemque homines. Deinde postulas, ut, si mundus ita sit par alteri mundo, ut inter eos ne minimum quidem intersit, concedatur tibi, ut in hoc quoque nostro mundo aliquid alicui par sit,[10] ut nihil differat, nihil intersit. Cur enim, inquies, cum[1] ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat, in reliquis mundis, et in his quidem innumerabilibus, innumerabiles Q. Lutatii Catuli[o] non modo possint esse, sed etiam sint, in hoc tanto mundo Catulus alter non possit effici? XVIII. 56. [*p.* 15.] Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non assentior: potiusque refello,[2] propter id, quod dilucide docetur a politioribus physicis, singularum rerum singulas proprietates esse. Fac enim antiquos illos Servilios,[p] qui gemini fuerunt, tam similes,[3] quam dicuntur; num censes etiam eosdem fuisse? non cognoscebantur foris; at domi: non ab alienis; at a suis. An non videmus, hoc usu venire,[4] ut quos nunquam putassemus a nobis internosci posse, eos, consuetudine adhibita, tam facile internoscere-

9 ψ et al. *intersit. Eo quoque inn.* Mss. nonnulli cum Gœrenz. *int., et eo quoque inn.* Mss. plerique et edd. Hervag. Steph. cum Schutz. *et eo quidem inn.* Lamb. et Hülsemann. de sententia Manutii deleverunt verba *et eos quidem inn.* —10 Mss. plerique et edd. vett. paucæ cum Dav. Gœrenz. et Orell. *alicui sic sit par:* alii Mss. et edd. Ven. 1494. Baz. Hervag. Manut. Lamb. *alicui sic par sit:* Schutz. *alicui par sic sit.*—1 ψ, N, et Gud. *cum* omittunt. Mox, *et iis quidem innumerabilibus* auctoritate Ms. Cantab. dederunt Dav. et Hülsemann. *et in iis quidem innumerabilibus* Orell.

Cap. XVIII. 2 *Potiusque refellam* Mss. pauci et edd. ante Dav. qui cum edd. seqq. auctoritate sex Mstorum et ed. Ven. 1471. dedit *potiusque refello,* ut etiam legitur in quatuor Mss. Gœrenzii. Dav. conj. *prorsusque refello per id quod diluc.* Mox, omittunt *singulas* duo Mss. Gœrenzii.—3 Post *similes* Reg. a m. sec. et Cantab. cum Lamb. et Dav. addunt *fuisse.* Tum, *unde censes* duo Mss. Gœrenzii. Paulo post, *Non internoscebantur foris* maluit Walker;

NOTÆ

[o] Q. *Lutatii Catuli*] De Catulis dictum est supra.

[p] *Illos Servilios*] Quintum et Publium, qui uno partu ex Q. Cæpione nati sunt simillimi. Hinc invectum in eam familiam cognomen Geminorum. Publius bis consul fuit, primum an. 505. deinde 515. Quintus quas in republica dignitates gesserit, non extat. Meminit tamen Pighius ejus quæsturæ provincialis ad an. 591.

Digitized by Google

mus, uti[5] ne minimum quidem similes viderentur? 57. Hic, pugnes licet, non repugnabo: quinetiam concedam, illum ipsum sapientem, de quo omnis hic sermo est, cum ei res similes[6] occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum assensum, nec unquam ulli viso assensurum, nisi quod tale fuerit, quale falsum esse[7] non possit. Sed ad ceteras res habet quandam artem, qua vera a falsis possit distinguere: et ad similitudines istas usus adhibendus est. Ut mater geminos internoscit consuetudine oculorum, sic tu internosces, si assueveris. Videsne, ut in proverbio[8] sit ovorum inter se similitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures (salvis rebus illis[q]) qui gallinas alere permultas quæstus causa solerent: hi cum ovum inspexerant, quæ id gallina[r] peperisset, dicere[9] solebant. Neque id est contra nos. 58. Nam nobis satis est, ova illa internoscere: nihil enim magis assentiri potest,[10] hoc

Non dignoscebantur foris Dav.—4 Dav. conj. *venisse.*—5 In ψ, Gud. Dresd. et Vratisl. non legitur *uti.* Ven. 1494. Hervag. Junt. *ne* omittunt. Schutz. conj. *ut qui ne min.* Ante *viderentur* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. addunt *fuisse.* Dein, *Hic, pugnent licet* Manut.—6 Mss. pauci *cum res similes ei.* Gœrenz. censet *ei* delendum. Manut. habet *occurrent.* Tum, *dinotatas* duo Mss. Gœrenzii.—7 *Quale esse falsum* Gud. et edd. vett. plures. Gœrenz. auctoritate duorum Mstorum *esse* delevit. Mox, *Sed et ad cet. res* ψ, Vratisl. Reg. Cantab. cum Gœrenz. Schutz. et Orell.—8 Gœrenz. mavult *Vides, ne ut in prov.* cum interrogatione sublata.—9 Crat. et Hervag. *discernere*, prob. Manutio. Mox, ψ, Eliens. Reg. *contra vos.* Dav. conj. *Atque id est contra vos.* Tum, ψ *Nam vobis.* Post *ova illa* N, Gud. Vienn. et Bas. addunt *non.* —10 *Assentiri par est* e conj. Davisii dederunt Gœrenz. et Schutz. *assentiri possum* malebat Ern. Vide Nott. Varr. Statim, *esse, quasi inter illa* conj.

NOTÆ

[q] *Salvis rebus illis*] Id est, quamdiu floruerunt Deli. Delus insula est maris Ægæi, inter Cyclades, oraculo Apollinis quondam frequens, variis appellata nominibus, Asteria, Ortygia, Midia, Cynthon; Plin. Delos dicta a voce Græca, quæ manifestum sonat, quippe quæ in diluvio Ogygis, quod Deucalionæum 600. annis antecessit, prima de aquis emerserit. In ea nec parere nec defunctos sepelire, nec canem alere fas erat. Thucyd. lib. iv. Floruit usque ad tempora Menophanis cujusdam, qui cum Mithridatis copiarum dux esset, insulam præsidio carentem cum classe invasit, Deliisque omnibus sub corona venditis, urbem solo æquavit. Pausan. in Laconicis. Volffangus Lazius de Rebus Græcis.

[r] *Quæ id gallina*] De eo more ait Muretus in notis manuscriptis mentionem haberi apud Varronem de Re Rustica.

Digitized by Google

illud esse, quam si inter illa omnino nihil interesset.[l] Habeo enim regulam, ut talia visa vera judicem, qualia falsa esse non possint.[1] Ab hac mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum discedere, ne confundam omnia. Veri enim et falsi non modo cognitio, sed et natura[2] tolletur, si nihil erit, quod intersit: ut etiam illud absurdum sit, quod interdum soletis dicere, cum visa in animos[3] imprimantur, non vos id dicere, inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species[s] et quasdam formas eorum. Quasi vero non specie visa judicentur; quæ fidem nullam habebunt, sublata veri et falsi nota. 59. Illud vero perabsurdum, quod dicitis, probabilia vos sequi, si re nulla impediamini.[4] Primum qui potestis non impediri, cum a veris falsa non distent? deinde quod judicium est veri, cum sit commune falsi? Ex his illa necessario nata est ἐποχὴ,[t] id est assensionis retentio;[5] in qua melius sibi constitit Arcesilas, si vera sunt, quæ de Carneade nonnulli existimant. Si enim percipi nihil potest (quod utrique visum est), tollendus assensus est. Quid enim est tam futile, quam quicquam approbare non cognitum? Carneadem autem etiam heri audiebamus solitum esse delabi interdum,[6] ut diceret, opinaturum (id est, peccaturum) esse sapientem. Mihi porro

[l] *De nulla enim re magis affirmari potest, hoc illud est, quam de illis inter quas nihil omnino interest.*

Madvig. Nonnulli h. l. esse corruptum putabant.—1 *Possent* U: *possunt* Grut. Dav. et al.—2 Erl. Dresd. et edd. vett. nonnullæ, cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *sed etiam nat.*—3 *In animis* Paris. Lamb. Dav. Hülsemann. Gœrenz. et Orell. Mox, Lamb. *vos non id dicere.* Paucis interjectis, reponit Walker *et quasi formas eorum.*—4 Hervag. *impediremini.*—5 Verba *id est assensionis retentio* Manutio et Lambino suspecta sunt.—6 Lamb. scripsit *hac sol. esse delabi:* Davis. conj. *sol. esse eo labi int., ut diceret:* Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. dedit *sol. esse eo delabi int., ut dic.* Tum, pro *id*

NOTÆ

[s] *Sed inter species*] Tria igitur diligenter distinguenda: 1. visa; 2. impressiones visorum; 3. species seu formæ visorum. Visa sunt ipsa objecta. Impressiones sunt cognitiones objectorum. Species, seu formæ, sunt ea phantasmata quæ in animo post cognitionem remanent, et quorum contemplatione res præteritas recordamur.

[t] Ἐποχὴ] Apud Academicos erat retentio seu suspensio assensus. Cic. ad Attic. XIII. 1.

Digitized by Google

non tam certum est, esse aliquid, quod comprehendi possit, de quo jam [7] nimium etiam diu disputo, quam sapientem nihil opinari, id est, nunquam assentiri rei vel falsæ vel incognitæ. 60. Restat illud, quod dicunt, veri inveniendi causa contra omnia dici oportere, et pro omnibus. Volo igitur videre, quid invenerint.[8] Non solemus, inquit,[u] ostendere. Quæ sunt tandem ista mysteria? aut cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram? Ut, qui audient,[9] inquit, ratione potius quam auctoritate ducantur. Quid si utroque? [10] num pejus est? unum tamen illud non celant, nihil esse, quod percipi possit. An in eo auctoritas nihil obest? [*p.* 16.] mihi quidem videtur vel plurimum: quis enim ista tam aperte perspicueque et perversa et falsa secutus esset, nisi tanta in Arcesila, multo etiam major [1] in Carneade, et copia rerum, et dicendi vis fuisset?

XIX. Hæc Antiochus [2] fere et Alexandriæ [x] tum, et multis annis post, multo etiam asseverantius [3] in Syria, cum esset mecum paulo ante quam est mortuus. 61. Sed jam confirmata causa, te, hominem amicissimum, (me autem appellabat) et aliquot annis minorem natu, non dubitabo monere: Tune, cum tantis laudibus philosophiam extuleris, Hortensiumque nostrum dissentientem commoveris, eam philosophiam sequere, quæ confundit vera cum falsis, spoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat

est ψ et al. exhibent *item*.—7 In Ms. Steph. et ed. Hervag. *jam* omittitur. Mox, Gud. *sap. nihil opinari*, *in animo commune*, *nunquam ass. &c.*—8 In Gud. et Dresd. non leguntur verba *quid invenerint*; pro quibus ψ habet *quid invenerit*.—9 ψ *quid audient*.—10 *Utrinque* Dresd. *utroque* tres Mss. cum Dav. et edd. seqq. *utrumque* ceteri. Dein, *illud non celamus* ψ, Paris. 5. Reg. Cantab. tres Mss. Gœrenzii, et ed. Ven. 1471. 'Forte *celamur*,' inquit Gulielm. —1 Gud. *multo quoque maj*.

Cap. XIX. 2 Edd. nonnullæ *Antonius*, errore typographico.—3 Duo Mss. Gœrenzii *asseveratius*. Mox, *esset mortuus* Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. Lamb. Grut. Oliv. et al. Ante *confirmata* Mss. nonnulli et edd. vett. addunt

NOTÆ

[u] *Non solemus, inquit*] Zeno.

[x] *Alexandriæ*] Cum ibi proquæstor esset Lucullus, ut supra dictum est, erat cum illo Antiochus.

Digitized by Google

sensibus?[4] Et Cimmeriis quidem,[y] quibus aspectum solis sive Deus aliquis, sive natura ademerat, sive ejus loci, quem incolebant, situs, ignes tamen aderant, quorum illis[5] uti lumine licebat. Isti autem, quos tu probas, tantis offusis tenebris, ne scintillam quidem ullam nobis ad dispiciendum[6] reliquerunt; quos si sequamur, iis vinculis simus astricti, ut nos commovere nequeamus. 62. Sublata enim assensione, omnem et motum animorum, et actionem[7] rerum sustulerunt: quod non modo recte fieri,[8] sed omnino fieri non potest. Provide etiam, ne uni tibi istam sententiam minime liceat defendere, An tu,[9] cum res occultissimas aperueris, in lucemque protuleris, juratusque dixeris, ea te comperisse (quod mihi quoque licebat, qui ex te illa cognoveram), negabis esse rem ullam, quæ cognosci, comprehendi, percipi possit? Vide, quæso, etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum[10] pulcherrimarum a te ipso minuatur auctoritas. 63. Quæ cum dixisset ille, finem fecit. Hortensius autem vehementer admirans, (quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret: nec mirum: nam nunquam arbitror contra Academiam dictum esse subtilius) me quoque, jocansne, an ita sentiens, (non enim satis intelligebam) cœpit hortari, ut sententia desisterem. Tum mihi Catulus, Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ est habita memoriter, accurate, copiose; taceo; neque te, quo minus, si tibi ita videatur,

etiam.—4 N et Veneti *privat approbatione omni, orbat sens.* prob. Camerario.—5 Al. *quo tum illis.*—6 *Aspiciendum* Mss. pauci et edd. ante Dav. *dispiciendum*, vel *despiciendum* ceteri. Tum, *his vinclis* Dresd. Hervag. Junt. et *sumus astricti* U. Paulo post, Hervag. *movere nequeamus.*—7 Erl. et Junt. *rationem.*—8 Post *recte fieri* Hülsemann. addit verba *non potest.* Mox, Mss. pauci et ed. Baz. *Proinde etiam*; unde Gœrenz. conj. *Proinde vide etiam.*—9 Gœrenz. e conj. edidit *Ain tu.* Dein, Manut. *in lucem prot.* et Lamb. *eas te comp.* Porro, duo Mss. *liquebat*, prob. Gœrenz. Conjecit Lamb. *illas cognov.*—

NOTÆ

[y] *Et Cimmeriis quidem*] Populi erant a Scythis oriundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul a Bosphoro, qui ex iis Bosphorus Cimmerius appellatus est; ubi et oppidum fuit Cimmerion. Plin. VI. 2. Ab aëre ejus regionis crasso et nubilo natum est proverbium, 'Cimmeriæ tenebræ.' Hinc quoque nata fabula, quæ de Cimmeriis circumfertur, populos fuisse in specubus et sub terris degentes.

Digitized by Google

sententiam mutes, deterrendum puto. Illud vero non censuerim, ut ejus auctoritate moveare. Tantum enim non te modo monuit,[1] inquit, arridens, ut caveres, ne quis improbus tribunus plebis[a] (quorum vides quanta copia semper futura sit) arriperet te, et in concione quæreret, qui tibi constares, cum idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Hoc, quæso, ne te terreat.[2] De causa autem ipsa malim quidem te ab hoc dissentire. Sin cesseris, non magnopere mirabor:[m] memini enim Antiochum ipsum, cum annos multos talia[3] sensisset, simul ac visum sit, sententia destitisse. Hæc cum dixisset Catulus, me omnes intueri.[n]

XX. 64. Tum ego, non minus commotus, quam soleo in causis majoribus, hujusmodi quadam oratione[4] sum exorsus: Me, Catule, oratio Luculli de ipsa re ita movit, ut docti hominis, et copiosi, et parati, et nihil prætereuntis eorum quæ pro illa causa dici possent, non tamen ut ei respondere posse[5] diffiderem. Auctoritas autem tanta

[m] *Parum enim abfuit, inquit, arridens, ut caveres ne quis improbus tribunus plebis (quorum vides quanta copia semper futura sit) arriperet te, et in concione quæreret, quomodo tibi ipsi constares et consentires, cum et negares aliquid certi reperiri posse, et certi tamen aliquid te comperisse dixisses. Verum hoc quæso ne te terreat; nam quod pertinet ad rem de qua inter nos disputatur, ego quidem optarem te a Lucullo dissentire: si tamen in ejus abeas sententiam, non magnopere mirabor.* [n] *Cœperunt.*

10 ψ *ne illa rerum quoque.*—1 Mss. plerique et edd. nonnullæ cum Hülsemann. *Tantum enim te non modo mon.* Pal. 1. *Tantum enim te nunc modo mon.* Manut. et Oliv. *Tantum enim te non mon.* Ms. Steph. et ed. Junt. cum Gœrenz. et Schutz. *Tantum enim te modo mon.* Hervag. Lamb. Dav. et Orell. *Tantum enim non te mon.*—2 Ante verba *ne te terr.* ψ, Paris. 1. 2. 4. 5. Reg. Cantab. et al. item Ven. 1471. Baz. Ascens. Hervag. cum Dav. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. addunt *cave.* Mox, *causa autem ista* Paris. 1. 2. 5. et ed. Hervag. Tum, *te quidem* edd. nonnullæ. Gœrenz. malebat *equidem.*—3 ψ et tres Mss. Gœrenzii *alia.* Dein, ψ *sententiam deest.*

CAP. XX. 4 Grut. e Pal. 2. dedit *quasi oratione:* Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. *quandam orationem.*—5 *Respondere me posse* Lamb. *responderi posse*

NOTÆ

[a] *Tribunus plebis*] Tria præsertim erant jura tribunorum plebis. 1. Quemvis tueri contra vim intentatam a superiore. 2. Quibusvis decretis quæ improbarent intercedere. 3. Quemcunque in concionem producere, et cogere, ut quibus de rebus interrogaretur, responderet. De tertio jure mentio hic est.

Digitized by Google

plane me movebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam. Aggrediar igitur, si pauca ante quasi de fama mea [6] dixero. 65. Ego enim si aut ostentatione aliqua adductus, aut studio certandi, ad hanc potissimum philosophiam me applicavi; [7] non modo stultitiam meam, sed etiam mores, et naturam condemnandam puto. Nam, si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur; [p. 17.] ego [8] de omni statu consilioque totius vitæ, aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum alios,[9] tum etiam me ipsum, velim? [*] Itaque, nisi ineptum putarem, in tali disputatione id facere, quod, cum de republica disceptatur, fieri interdum solet; jurarem [10] per Jovem,[a] Deosque penates, me et ardere studio veri reperiendi, et ea sentire, quæ dicerem. 66. Qui enim possum [1] non cupere verum invenire, cum gaudeam, si simile veri quid invenerim? Sed, ut hoc pulcherrimum esse judicem,[2] vera videre; sic, pro veris probare falsa, turpissimum est. Nec tamen ego is sum, qui nihil unquam falsi approbem, qui nunquam assentiar, qui nihil opiner: sed quærimus de sapiente. Ego vero ipse et magnus quidem [3] sum opinator (non enim sum sapiens), et meas cogitationes sic dirigo, non ad illam parvulam Cynosuram,[b]

* *Egone velim aut certare cum aliis pugnaciter de consilio ad vitam recte agendam necessario, et de illa quam postulavit Lucullus in agendo constantia? aut illo consilio illaque constantia tum alios, tum meipsum frustrari? Utrumque facerem, et pertinaciæ damnandus essem, et calumniæ.*

Lamb. et Hülsemann. In Ms. Vict. deest *posse*.—6 Gud. caret *mea*.—7 Junt. *applicui*. Mox, *naturam contaminandam* duo Mss. Gœrenzii. Postea, Lamb. *minimis in rebus*.—8 Mss. plerique et edd. ante Steph. *ergo*.—9 Mss. multi *tum alios*. Tum, ψ *Itaque, velim, nisi inept*. Ante verba *in tali disp*. Lamb. inseruit *cum*. Porro, U habet *facerem*.—10 ψ *jurare me*.—1 Rath. conj. *possim*. Mox, *veri* non est in ψ.—2 Hervag. *judicem esse*. Ern. volebat *judico*. Gœrenz. e conj. cum Schutz. *sic* delevit.—3 Manut. et Lamb. *quidam*, prob.

NOTÆ

[a] *Jurarem per Jovem*] Jurisjurandi varia erant genera variis gentibus: Persæ per Mithram seu Solem; Thebani per Osiridem; Cappadoces per montem quem colebant; Iones per Cramben; Syracusani cereis ignitis tactis; Armenii per Agnaitidem Deam; Aphri per viros insignes qui apud se vixissent; Indi per aquam Sardaricinam, &c. De religione jurisjurandi vide Gellium, VII. 18.

Digitized by Google

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

ut ait Aratus; eoque directius gubernant, quod eam tenent,[4]

Quæ, cursu interiore, brevi convertitur orbe;

sed ad Helicen, et clarissimos Septemtriones, id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas.[5] Eo fit, ut errem et vager latius. Sed non de me (ut dixi), sed de sapiente quæritur. Visa enim ista, cum acriter mentem sensumve pepulerunt, accipio; hisque[6] interdum etiam assentior; nec percipio tamen. Nihil enim arbitror posse percipi. Non sum sapiens: itaque visis cedo, neque possum resistere. Sapientis autem hanc censet Arcesilas vim esse maximam, Zenoni assentiens, cavere ne capiatur; ne fallatur, videre. Nihil est enim ab[7] ea cogitatione, quam habemus de gravitate sapientis, errore, levitate, temeritate dijunctius.[8] 67. Quid igitur loquar de firmitate sapientis? quem quidem nihil opinari tu quoque, Luculle, concedis. Quod quoniam a te probatur (ut præpostere tecum agam; mox referam[9] me ad ordinem) hæc primum conclusio, quam habeat vim, considera. XXI. Si ulli rei sapiens assentietur unquam, aliquando etiam opinabitur: nunquam autem opinabitur: nulli igitur rei assentietur. Hanc conclusionem Arcesilas probabat: confirmabat[10] enim et primum et secundum. Carneades nonnunquam secundum[1]

Orellio.—4 Duo Mss. et edd. Hervag. Junt. Crat. cum Gœrenz. et Orell. *teneant*. Tum, pro *convertitur* ψ, Gud. Dresd. Vratisl. et Ven. 1494. habent *convchitur*. Postea, U *ad elicen*.—5 Gud. Dresd. Vienn. Baz. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *limatas*. Verba *id est . . . elimatas* Schutz. uncis inclusit. In ψ et Vratisl. legitur *attenue limatas*.—6 Junt. et Orell. *iisque:* Hervag. *his*, omissa copula.—7 Duo Mss. Gœrenzii carent præpositione.—8 Al. *disjunctius*. Tum, ψ *quicquid ergo loq*.—9 Junt. *agam, jam enim ref.*

CAP. XXI. 10 Mss. pauci et edd. pleræque ante Dav. *probat: confirmabat;* vel *probat: confirmat*. In U deest *enim*.—1 *Nonnunquam et secund.* Lamb. *nunquam secund.* e Ms. dedit Gœrenz. Pro *secundum* ψ et Dresd. habent *sed*. Ante *illud* Faber addit *et*. Pro *Ita sequebatur* Mss. plerique et

NOTÆ

[b] *Cynosuram*] De Cynosura, Phœnicibus, Arato, Helice dicetur commodius lib. de Nat. Deor. Impræsentia scire sufficiat Cynosuram esse Ursam Minorem; Helicen vero Ursam Majorem, quæ quia magis a polo distat quam Ursa Minor, majores quoque circa polum gyros agit.

Digitized by Google

illud dabat, assentiri aliquando. Ita sequebatur etiam opinari; quod tu non vis, et recte, ut mihi videris. Sed illud primum, sapientem, si assensurus esset, etiam opinaturum, falsum esse et Stoici dicunt, et eorum astipulator Antiochus: posse enim eum falsa a veris, et quæ non possint percipi,[2] ab iis quæ possint, distinguere. 68. Nobis autem primum, etiamsi quid percipi possit, tamen ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse videtur et lubrica. Quamobrem cum tam vitiosum esse constet, assentiri quicquam aut falsum aut incognitum; sustinenda est potius omnis assensio, ne præcipitet, si temere processerit. Ita enim finitima[3] sunt falsa veris, eaque quæ percipi non possunt, iis quæ possunt, (si modo ea sunt quædam: jam enim videbimus) ut tam præcipitem in locum non debeat se sapiens committere. Sin autem, omnino nihil esse, quod percipi possit, a me sumsero,[4] et, quod tu mihi das, accepero, sapientem nihil opinari; effectum illud erit, sapientem assensus omnes cohibiturum: ut tibi videndum sit,[5] idne malis, an aliquid opinaturum esse sapientem. Neutrum, inquies, illorum. Nitamur igitur, nihil posse percipi: etenim de eo omnis est controversia.

XXII. 69. [*p.* 18.] Sed prius pauca cum Antiocho, qui hæc ipsa, quæ a me defenduntur, et didicit[6] apud Philonem tam diu,[c] ut constaret diutius didicisse neminem, et scripsit de his rebus acutissime, et idem hæc non acrius[7]

edd. ante Manut. exhibent *id assequebatur;* N *id sequebatur.* Manut. conj. *secundum illud dabat opinari aliquando; ita sequebatur etiam assentiri.*—2 *Possunt perc.* Grut. et *ab his* Hervag. Junt. Gœrenz. et Schutz. In ψ non leguntur verba *ab iis, quæ possint.*—3 ψ *Ita etiam fin.* Dein, *eaque quæ percipi non possunt* ψ, Reg. Cantab. Paris. 2. 4. Ven. 1471. *eaque quæ percipi possunt* edd. vett. Paulo post, *ut tamen in præcip. loc.* Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. Manut. Lamb. 1566. cum Oliv. Conjecit Lamb. *in tam præcip. loc.*—4 ψ *submisero.* Tum, Paris. 2. 5. *quod tu das,* omisso *mihi.*—5 Al. *ut vid. tibi sit.* Mox, *illorum* Ernesto suspectum est.

CAP. XXII. 6 ψ *dicit,* et mox *diutius dixisse.*—7 *Hoc ut acrius* Baz. *hæc*

NOTÆ

[c] *Apud Philonem tam diu*] Cum Academiam Philo nonnisi annos ferme octo rexerit, dicendus est Antiochus per id tantum tempus sub ejus disciplina fuisse.

Digitized by Google

accusavit in senectute, quam antea defensitaverat. Quamvis igitur fuerit acutus, ut fuit, tamen inconstantia [d] levatur auctoritas. Quis, inquam, enim iste dies illuxerit, quæro, qui illi ostenderit, eam, quam multos annos esse negavisset,[8] veri et falsi notam? Excogitavit aliquid? eadem dicit, quæ Stoici: pœnituit eum[9] illa sensisse? cur non se transtulit ad alios, et maxime ad Stoicos? eorum enim erat propria[10] ista dissensio. Quid? eum Mnesarchi [e] pœnitebat? quid? Dardani? [f] qui erant Athenis tum principes Stoicorum. Nunquam a Philone discessit, nisi posteaquam ipse cœpit, qui se audirent, habere. 70. Unde autem subito vetus Academia revocata[1] est? Nominis dignitatem videtur, cum a re ipsa descisceret, retinere voluisse; quod erant,[2] qui illum gloriæ causa facerent sperare, etiam fore, ut ii, qui se sequerentur, Antiochii vocarentur. Mihi autem magis videtur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum: etenim de ceteris sunt

non actius Gud. *hæc non acuratius* Ms. Gœrenzii: *non acutius hæc* e conj. edidit Gœrenz. Hervag. *non* omittit, ut volebat Ern. Mox, ψ et al. *defensaverat*. Postea, *elevatur auct*. Hervag. et *Quisquam enim iste* ψ, Reg. Cantab. Paris. 1. 2. 4. 5. Ms. Vict. Ven. 1471. Baz. *Quis enim unquam iste* Lamb. 1566. *Quis enim iste* Lamb. 1584. e Mss. cum Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Quisnam enim iste* conj. Dav.—8 *Negitavisset* Mss. nonnulli cum Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. *negitasset* Vienn. *cogitasset* Paris. 2. 4. et Ven. 1494. —9 Paris. 4. 5. et Reg. *eum* omittunt.—10 In ψ deest *propria*. Dein, *ista defensio* Mss. nonnulli et edd. Baz. Hervag. Manut. Lamb. In Paris. 5. et Ms. Ursini legitur *Quid enim? Mnes. pœn*. sic etiam Hülsemann.—1 Manut. *renovata*.—2 Gœrenz. e conj. cum Schutz. *quid? erant*. Dein, *qui illum gloriæ causa facerent* Veneti codd. *qui illum gloriæ causa fecissent* Paris. 1. *qui illum gloriæ causa fecerunt* Mss. plerique et edd. Baz. Hervag. Ascens. *qui illum gloriæ causa faceret* Pal. 1. *qui illud gloriæ causa fecerunt* al. *qui illum gloriæ causa fecisse dicerent; sperare enim fore* e Reg. a m. sec. et Cantab. edidit Dav. quem Oliv. secutus est. Camerarius e conj. et Lamb. 1566. cum Orell. *qui illum gloriæ causa facere dicerent; sperare etiam fore*, ut volebat Ern. Pro *sperare* Dav. *sperasse* legi jubet. Schutz. delevit *etiam*, quod Gœrenz. uncis inclusit. Porro, *ut hi* Baz. Hervag. Junt. Gœrenz. et Schutz. Denique,

NOTÆ

[d] *Inconstantia*] Quippe qui ab Academicis ad Stoicos transierit.

[e] *Mnesarchi*] Stoicus fuit, auditor Panætii, cui in schola Atheniensi successit. Floruit quo tempore Antiochus. Philoni Athenis operam dabat.

[f] *Quid? Dardani*] De altero illo Stoicorum principe nihil extat; floruisse tantum Athenis constat cum Mnesarcho.

Digitized by Google

inter illos nonnulla communia: hæc Academicorum est una sententia, quam reliquorum philosophorum nemo probet. Itaque cessit: et ut ii,[3] qui sub Novis solem non ferunt, item ille, cum æstuaret, veterum, ut Mænianorum,[g] sic Academicorum, umbram secutus est. 71. Quoque solebat uti argumento tum, cum ei placebat, nihil posse percipi, cum quæreret, Dionysius ille[h] Heracleotes, utrum comprehendisset certa illa nota, qua assentiri dicitis oportere, illudne, quod multos annos tenuisset, Zenonique magistro credidisset, honestum quod esset, id bonum solum esse; an, quod postea defensitavisset, honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum; qui ex illius commutata sententia docere vellet, nihil ita signari in animis nostris a vero posse, quod non eodem modo possit a falso; is curavit,[4] quod argumentum ex Dionysio ipse sumsisset, ex eo ceteri sumerent. XXIII. 72. Sed cum hoc alio loco[5] plura, nunc ad ea, quæ a te, Luculle, dicta sunt.

U *Antiochi revocarentur.*—3 Hervag. Manut. Steph. Lamb. *ut enim hi.* Pro *sub nubes*, quod omnes Mss. habent, Faber legit *sub Novis*, quod Ern. Schutz. Gœrenz. et Orell. receperunt. Manut. Dav. Oliv. et Hülsemann. dederunt *sub nube.* Lamb. conj. *qui nisi sub nube*, et Jo. Clericus *qui sine nube:* amicus Davisii *qui subinde solem:* Dav. *qui, sudum tum est, solem.* Postea, pro *Mænianorum* codices nonnulli exhibent *mænium.*—4 Gœrenz.e conj. edidit *his cur.* Ante *quod arg.* Lamb. addit *ut.* Conjecit Rath. *uti argumento, tum ei plac.... comprehendisset certi illa nota...an hoc, quod postea...summum bonum? quum ex illius...modo posset a falso; is curavit, ut, quod arg. &c.*

CAP. XXIII. 5 Mss. plerique *Sed cum ex hoc alio loco:* Hervag. Lamb. Grut.

NOTÆ

g *Mænianorum*] Mæniana, seu Meniana ædificia, dicuntur projectiones quædam, seu tigna quædam ultra molem ædificii prominentia: sic dicta a Mænio censore, qui primus hanc ædificii formam invenit, cum ea conditione Catoni et Flacco censoribus domum suam vendidisset, ut sibi columna restaret, cui tectum postea et tabulata imposuit, ut inde et ipse et posteri spectare munus gladiatorum possent. Ex illo columna Mæniana appellata est.

h *Dionysius ille*] Ex multitudine Dionysiorum, Pythagorarum, Socratum, &c. orti multiplices in historia errores. Fuerunt enim celebres Pythagoræ 28. Hippocrates ferme 20. totidem Socrates, Platones 16. Aristoteles 30. totidem Heraclides; Dionysii vero 50. Fuit hic Heracleotes, Stoicus, discipulus Menedemi juxta Suidam, Heraclidis Pontici et Alenini juxta Laërt. Zenonis juxta Cic. Is cum e renibus laboraret, dolorem tandem confessus est malum esse. Cic. Tusc. l. II. Grandis natu defecit a Stoicis ad Epicurum. Athen.

Digitized by Google

Et primum, quod initio dixisti, videamus, quale sit: similiter a nobis de antiquis philosophis[6] commemorari, atque seditiosi solerent claros viros, sed tamen populares aliquos nominare.[p] Illi, cum res non bonas[7] tractent, similes bonorum videri volunt: nos autem dicimus, ea[8] nobis videri, quæ vosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis. Anaxagoras nivem nigram dixit esse: ferres me, si ego idem dicerem? tu, ne si dubitarem quidem. At quis est hic? num sophistes?[9][i] (sic enim appellantur ii, qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur) maxima fuit et gravitatis et ingenii gloria. 73. Quid loquar[10] de Democrito? quem cum eo conferre possumus, non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus[1] ordiri, Hæc loquor de universis.[k] Nihil excipit, de quo non profiteatur. Quid enim esse potest extra universa? Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reli-

[p] *Idem nos de antiquis philosophis dicere, quod homines seditiosi de viris claris sed popularibus tamen dicunt.* Vide notas.

et al. *cum hæc alio loco:* Junt. *cum hoc alio loco:* Dav. e conj. cum Ern. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell. *cum hoc alio loco.*—6 Lamb. conjecit *antiquos philosophos:* amicus Davisii *antiquis physicis,* ut supra cap. 5. Mox, abest *solerent* a Pal. 2. prob. Grut. *Solent* dedit Hülsemann.—7 Mss. plerique *res bonas,* omissa negativa particula; unde Faber et Guyetus corrigunt *res novas.*—8 N, Vienn. Junt. cum Gœrenz. et Orell. *ea dicimus.*—9 U ψ, Pall. et edd. ante Manut. *quis est nunc iste soph.* Tum, *appellabantur hi* Gœrenz. e Mss. cum Schutz. *appellabantur* quoque Pall. et edd. vett. nonnullæ, cum Grut. et al. Porro, *philosophabantur* habent N, Vienn. Hervag. cum Gœrenz. et Orell.—10 Manut. *Quid loquor.* Mox, Dresd. *possimus.*—1 Edd. vett. ple-

NOTÆ

Ad Cyrenaicos, ut alii volunt, Olymp. 124.

[i] *Num sophistes*] Late patuit in ultima antiquitate sophistæ nomen. 1. Artifices omnes, teste Suida, sophistæ dicti. 2. Mox iis præsertim qui liberalibus artibus excellerent; puta medicis, Suid. musicis, Athen. poëtis. 3. A poëtis ad philosophos transiit, inter quos Solon primus Sophista vocitatus est. Isocr. et Themistius. Eaque tempestate honorifica erat appellatio, mox ad ardeliones quosdam hominesque ambitionis plenos deducta est, tumque invidiosa esse cœpit. Atque in id genus sophistarum sæpe stylum acuit Plato. 4. Tandem sophistæ nomen conquievit in iis qui docerent eloquentiam.

[k] *Hæc loquor de universis*] Hæc sunt verba ambitiosa quibus Democritus aut librum aliquem suum, aut orationem quampiam inchoavit.

Digitized by Google

quisque inferioris ætatis? qui mihi, cum illo collati, quintæ classis[1] videntur. Atque is non hoc dicit, quod nos, qui veri esse aliquid non negamus, percipi posse negamus: ille verum esse plane negat:[2] esse sensus quidem non obscuros dicit, nec tenebricosos: (sic enim appellat eos is, qui hunc maxime est admiratus, Chius Metrodorus[m] initio libri, qui est de natura.) Nego, inquit, scire nos, sciamusne aliquid, an nihil sciamus; ne idipsum quidem nescire, aut scire,[3] nec omnino, sitne aliquid, an nihil sit. 74. [*p.* 19.] Furere tibi Empedocles videtur; at mihi dignissimum rebus iis, de quibus loquitur, sonum fundere. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus, si parum magnam vim censet in iis[4] esse ad ea, quæ sub eos subjecta sunt, judicanda? Parmenides,[n] Xenophanes,[o] minus bonis quanquam

ræque *qui sit illa eius.*—2 Gœrenz. e Mss. cum Schutz. recepit *ille esse verum plane negat:* Orell. e conj. Madvigii *ille verum plane negat esse,* omisso *esse* ante *sensus quidem.* Pro *non* Mss. nonnulli habent *nec*, et pro *nec* ante *tenebr.* Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. dedit *sed.* Ern. conj. *et obsc....et tenebr.* Dav. *sed obsc....sed teneb.* Lamb. *sed obscuros et tenebr.* Guyetus volebat *siquidem dicit, sed obsc. sed tenebr.* Post *appellat eos* τελείαν στιγμὴν posuit Orell. e conj. Madvigii.—3 Post *scire* Mss. nonnulli addunt *nos*; Hervag. Junt. Mannt. Lamb. Oliv. *scire nos.* Schutz. e conj. dedit *Nego, inquit, scire nos aliquid; ne id ipsum quidem scire, sciamusne aliquid, an nihil sciamus: nec omn.*—4 *His* bis Hervag. Junt. Gœrenz. et Schutz. Dein, Gud. *quæ sub*

NOTÆ

[1] *Quintæ classis*] Sex in classes populus a Servio Tullio distributus est, idque ex censu: harum nonnisi quinque celebratæ, ultimæ non habebatur ratio, quæ proletariorum et capite censorum fuit: quintæ igitur classis dicebantur, qui postremi ordinis. Plura Gell. VII. 13. et XIX. 8.

[m] *Chius Metrodorus*] Hunc supra inter Metrodoros ascripsimus. Democriti discipulus fuit, Hippocratis magister. Cic. Tuscul. l. II.

[n] *Parmenides*] Pyretis filius, nobili inter Eleatas genere, discipulus Xenophanis Colophonii, vel, auctore Theophrasto, Anaximandri Milesii: scripsit Physiologiam versibus, et alia quædam soluta oratione, teste Platone in dial. Parmenides, sive de Ideis. Terram globosam esse, sitamque in medio mundi docuit; Laërt. Floruit Olymp. 69. quo tempore et Heraclitus; Aldobrand. Hominem ortum e limo esse asseruit, quæ et veterum philosophorum videtur opinio fuisse; Plato multis in locis. In Menexeno c. 366. in Protagora c. 287. in Polit. c. 122.

[o] *Xenophanes*] Colophonius, Dexii, ut Laërt. Ortomenis, ut Apollodorus ait, filius. Patria ejectus in Sicilia vixit, æqualis Anaximandri: iambos in Homerum et Hesiodum scripsit. Athen. Filios propriis manibus humi mandavit. Demetr. Phaler.

Digitized by Google

versibus, sed tamen[5] illis versibus increpant eorum arrogantiam, quasi irati, qui cum sciri nihil possit, audeant se scire[6] dicere. Et ab his aiebas removendum Socratem et Platonem. Cur? An de ullis certius possum[7] dicere? Vixisse cum his equidem videor: ita multi sermones perscripti sunt, e quibus dubitari non possit, quin Socrati nihil sit visum sciri posse. Excepit unum tantum, scire se, nihil se scire: nihil amplius. Quid dicam de Platone? qui certe tam multis libris hæc[8] persecutus non esset, nisi probavisset: ironiam enim alterius,[p] perpetuam præsertim, nulla fuit ratio persequi. XXIV. 75. Videorne tibi, non ut Saturninus,[9][q] nominare modo illustres homines, sed etiam[10] imitari nunquam, nisi clarum, nisi nobilem? Atqui habebam molestos vobis, sed minutos, Stilponem,[r] Diodorum,[s]

ipsos subj. sunt.—5 Ms. Gœrenzii et edd. Ven. 1494. Baz. cum Gœrenz. *tamen* omittunt. 'Potius leg. *sed tamen illi vers.*' Orell.—6 Post *scire* Ms. Vict. addit *nihil.* Mox, *aiebat* Mss. pauci et edd. ante Lamb.—7 *De illis* ψ, et *certius possumus* Ms. Ursini. Tum, *præscripti sunt* N, Ms. Vict. et Junt. *proscripti* Pal. 2. *prædicti* al. *prædicti et præscripti sunt* tres Mss. Gœrenzii et ed. Ven. 1494. *prædicti et perscripti sunt* Vratisl.—8 Baz. Hervag. Junt. et Orell. *hoc.*

CAP. XXIV. 9 Al. *Saturnius.*—10 Gœrenz. auctoritate octo Mss. delevit *etiam.* In Ms. Vict. legitur *sed mutari.* Pro *nunquam* Dav. conj. *neminem.* Lall. e conj. Manutii recepit *sed etiam imitari? num quem nisi cl.* Mox, *Atque hab.* Baz. et Manut. Tum, *sed munitos, si libonem, Diod.* ψ. In edd. Hervag.

NOTÆ

p *Ironiam enim alterius*] Socratis, qui de rebus ironice disputabat, ut dictum est supra.

q *Non ut Saturninus*] Alludit ad tribunos et homines seditiosos, de quibus supra. Fuit hic P. Apuleius Saturninus, qui T. Gracchi in tribunatu collega fragmento subsellii eundem in fuga prolapsum primus vulneravit. Plut.

r *Stilponem* [*Stilbonem*] Fulvius Ursinus bene legit *Stilponem.* Magister fuit Metrodori cujusdam Theorematici dicti. Laërt. l. II. non obscurus inter Socraticos, quorum hic seriem habeto: Æschines, Antisthenes, Aristippus, Bryso, Cebes, Coriscus, Critobolus, Ctesippus, Epigenes, Erastus, Euclides, Glauco, Hermogenes, Lysanias, Sphettius, Neleus, Phædon, Plato, Simmias, Simon, Stilpo, Diodorus, Xenophon.

s *Diodorum*] Hic est Diodorus Chronus, Socraticus, magister Zenonis Cittæi et Philonis. Laërt. l. II. ubi de Socraticis. Vixit regnante Ptolemæo Socere. Dialecticus appellatus, et a Sext. Emp. Διαλεκτικώτατος. Quinque filias habuit et ipsas philosophiæ studio insignes. Clem. Alexandr. l. IV. Strom. De Diodoris aliis alias.

Digitized by Google

Alexinum,[t] quorum sunt contorta et aculeata quædam sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. Sed quid eos colligam, cum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?[u] Quam multa ille contra sensus, quam multa contra omnia quæ in consuetudine probantur, dissolvit! Idem mihi quidem[1] non videtur: sed dissolverit sane: certe tam multa non collegisset, quæ nos fallerent probabilitate magna, nisi videret,[2] his resisti non facile posse. 76. Quid Cyrenæi[x] videntur? minime[3] contemnti philosophi; qui negant esse quicquam, quod percipi possit extrinsecus; ea se sola percipere, quæ tactu intimo sentiant, ut dolorem, ut voluptatem:[4] neque se, quo quid colore aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire,[5] affici se quodammodo.

Satis multa de auctoribus: quanquam ex me quæsieras, nonne putarem post illos veteres, tot sæculis, inveniri verum potuisse, tot ingeniis, tantisque studiis quærentibus. Quid inventum sit, paulo post videro,[6] te ipso quoque judice. Arcesilam vero non obtrectandi causa cum Zenone

Junt. et Manut. *Stilbonem.*—1 Hülsemann. de sententia Manutii et Fabri sic distinxit, *probantur? dissolvit idem; mihi quidem &c.* Lall. et Orell. e conj. Davisii *probantur! At dissolvit idem. Mihi quidem &c.* Davis. edidit *probantur? At dissolvit. Idem mihi quidem &c.*—2 Gœrenz. et Schutz. e Mss. receperunt *ni vid.* Pro *his* Manut. et Orell. habent *iis.*—3 *Quid Cyrenæi? videntur mihi min,* Junt. *Quid Cyrenæi? min.* de sententia Gruteri et Guyeti dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Verbum *videntur* glossema videbatur Grutero et Guyeto. Quidam, teste Lambino, legi voluerunt, *videntur mihi quidem non cont. phil.* alii, *videnturne tibi cont. phil.* Pro *qui negant* Lamb. conj. *hi negant.*—4 U *aut volupt.* Hervag. Manut. Lamb. *et volupt.* —5 Gud. Ven. 1494. Bas. et Gœrenz. *sentire* omittunt.—6 Ern. conj. *videbo.* Pro *quoque* Mss. multi et edd. Hervag. Junt. Manut. cum Gœrenz. Schutz. et

NOTÆ

[t] *Alexinum*] Patria Eleus, Eubulidis successor, philosophus eristicus, rixarum adeo studiosus, ut contradictorius seu ἐλεγξῖνος nuncupatus sit, infensissimus Zenonis adversarius, necnon Aristotelis, in quem Alexini petulantiam notat Hermippus lib. I. de Aristotele apud Athen. 15. 16.

[u] *Porticum Stoicorum*] Porticus Græce στοὰ, unde Stoici, et Stoicorum princeps Zeno, quod primus in στοᾷ docuerit. Ante Zenonem poëtæ in stoa illa docuerunt, unde et Stoici itidem dicti, juxta Eratosthenem.

[x] *Quid Cyrenæi*] Ab Aristippo Cyrenaico dicti, quæ secta deinde tres in familias abiit; Hegesiacam, Anniceriam, et Theodoriam.

Digitized by Google

pugnavisse, sed verum invenire voluisse, sic intelligitur. 77. Nemo, inquam,[7] superiorum non modo expresserat,[q] sed ne dixerat quidem, posse hominem nihil opinari: nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti.[8] Visa est Arcesilæ cum vera sententia, tum honesta, et digna sapiente. Quæsivit de Zenone fortasse, quid futurum esset, si nec percipere quicquam posset sapiens, nec opinari sapientis esset. Ille, credo, Nihil opinatur;[9] quoniam esset, quod percipi posset. Quid ergo id esset?[10] Visum, credo. Quale igitur visum? tum illum ita definivisse, Ex eo quod esset, sicut esset, impressum, et signatum, et effictum.[1] Post requisitum, etiamne, si ejusmodi esset visum verum, quale vel falsum. Hic Zenonem vidisse acute,[y] nullum esse visum, quod percipi posset, si id tale esset ab eo quod est, ut ejusdemmodi[2] ab eo quod non est, posset esse. Recte consensit Arcesilas; ad definitionem additum:[3] neque enim falsum percipi posse, neque verum, si esset tale, quale vel falsum. Incubuit autem in eas disputationes, ut doceret, nullum tale esse visum a vero, ut non ejusdemmodi etiam a falso posset[4] esse. 78. Hæc autem est una contentio, quæ adhuc permanserit: [*p.* 20.] nam illud, nulli rei assensurum esse sapientem, nihil ad hanc controversiam pertinebat. Licebat enim nihil percipere, et tamen opinari; quod a Carneade dicitur probatum. Equidem Cli-

[q] *Disputando vicerat.*

Orell. habent *quidem.*—7 *Unquam* ψ, Reg. Cantab. cum Lamb. Pro *expresserat* Dav. conj. *exposuerat.*—8 ψ *nec. est sap.*—9 *Opinaturum* Mss. pauci et edd. Hervag. Lamb. cum Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell.—10 Junt. Lamb. Dav. *esset id.*—1 Lamb. et edd. seqq. e conj. Manutii *effictum:* ceteri *effectum.* Pro *etiamne, si* ψ habet *nisi.* Tum, *ejusdem modi* Gœrenz. Schutz. et Orell. e conj. Davisii. Vocab. *vel* ante *falsum* omittunt Hervag. Junt. Manut. et Lamb. Pro verbis *vidisse acute* in ψ legitur *fuisse acutum.*—2 *Ejusmodi* omnes Mss. et edd. præter Ern. Gœrenz. Schutz. et Orell. qui e conj. dederunt *ejusdem modi.*—3 ψ *aditum.* Dein, post *esset tale* ψ, Paris. 1. 2. 4. Reg. Cantab. et edd. vett. paucæ addunt *verum.*—4 Ern. e conj. cum Schutz. *posset.* Ceteri *possit.* Tum, *Hæc est una cont.*, omisso *autem,* Mss. plerique

NOTÆ

[y] *Vidisse acute*] Visum, seu *φαντασία*, definitur apud Laërt. lib. VII. *ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη, καὶ ἐναποτετυπωμένη, καὶ ἐναπισφραγισμένη.*

Digitized by Google

tomacho[5] plus, quam Philoni, aut Metrodoro, credens, hoc magis ab eo disputatum, quam probatum puto. XXV. 79. Sed id omittamus. Illud certe,[6] opinatione et perceptione sublata, sequitur, omnium assensionum retentio: ut, si ostendero, nihil posse percipi, tu concedas[7] nunquam assensurum esse.

Quid ergo est, quod percipi possit, si ne sensus quidem vera nuntiant? quos tu, Luculle,[8] communi loco defendis: quod ne id facere posses, idcirco heri, non necessario loco, contra sensus tam multa dixeram. Tu autem te negas infracto remo,[9] neque columbæ collo, commoveri. Primum cur? nam et in remo sentio non esse id, quod videatur; et in columba plures videri colores, nec esse plus uno. Deinde nihilne præterea diximus? maneant illa omnia: lacerat[10] ista causa;[a] veraces suos esse sensus dicit. Igitur semper auctorem habes eum,[1] qui magno suo periculo causam agat. Eo enim rem demittit Epicurus, si unus sensus semel in vita mentitus sit, nulli unquam esse credendum. 80. Hoc est verum esse,[2] confidere suis testibus, et importune insistere!

et ed. Baz. cum Dav. Gœrenz. et Orell.—5 Gœrenz. e conj. dedit *Equidem enim Clit.*

Cap. xxv. 6 Dav. conj. *cerne.*—7 Idem correxit *te conc.* Pro *nunquam* Baz. et Hervag. exhibent *nihil.*—8 ψ *quos cum Lucullo.* Pro *communi* in ed. Baz. et Junt. legitur *omni.* Dein, Baz. *quod ne istud fac. poss.* Hülsemann. de sententia Manutii *id* delevit. Vid. Nott. Varr.—9 Amicus Davisii conj. *inflexo remo.*—10 Pro *lacerat* Ascens. et Crat. habent *latrat*, Hervag. *lateat*, Hülsemann. *lacera*, Schutz. *laborat* e conj. Ernesti. Cantab. et Reg. a m. sec. dant *Maneant illa omnia: jaceat ista causa; veraces nos* (Reg. *vos*) *esse*: Mss. Lambiniani et Ven. 1471. *Maneant illa omnia lacerat ista tam veracis nos esse*: Pal. 2. *lacerat iste causa veraci, &c.* Conjecit Guyetus *Mane. Tua illa omnia lacerat ista causa; veraces, &c.* Faber *jacebat ista causa; veraces, &c.* Davis. *Manent illa omnia: blaterat iste tamen, et veraces, &c.* Pro *veraces suos* in Paris. 1. 4. legitur *vera vos;* Paris. 5. *veracis nos.* Orell. dedit *Maneant illa omnia; jaceat ista causa:* Gœrenz. *Si maneant illa omnia, laceratis istam causam.*—1 Mss. nonnulli et edd. vett. *habes et eum.* Mox, *dimittit* al.—2 Gœrenz. e conj. et Schutz. deleverunt *verum esse.* Pro *importune* Ms.

NOTÆ

[a] *Lacerat ista causa* [*ista causam*] Fulv. Ursinus legit *lacerat iste causam qui veraces, &c.* aliter, 'Lacerat Themista causam.' Erat autem Themista mulier quædam Epicuræa. Manutius legi vult, *latrat ista causa veraces suos esse sensus:* sic Lucretius lib. II. dixit, 'nonne videtis Nil aliud sibi naturam latrare, nisi,' &c.

Digitized by Google

Itaque Timagoras[a] Epicureus negat sibi unquam, cum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas: opinionis enim esse mendacium, non oculorum: quasi quæratur, quid sit, non quid videatur. Sed[3] hic quidem majorum similis.[r] Tu vero, qui visa sensibus alia vera dicas esse, alia falsa, qui ea distinguis? Desine,[4] quæso, communibus locis: domi nobis ista nascuntur. Si quis Deus[5] te interroget, sanis modo et integris sensibus, num amplius quid desideras?[s] quid respondeas? Utinam quidem roget! Audias, quam nobiscum male egerit. Ut enim vera videamus, quam longe videmus?[6] Ego Catuli Cumanam ex hoc[b] loco regionem video; Pompeianum[c] non cerno: neque quicquam interjectum est, quod obstet: sed intendi

[r] *Sed Timagoras ille sentit ut veteres, quorum sententia fuit, Visa a falsis internosci non posse.*

[s] *Ne afferas, ut solent tuæ opinionis defensores, locos communes; his enim nos quoque uti possumus; domi enim nobis ista nascuntur, sic nobis familiares quoque sunt. Si quis Deus te interroget, te, inquam, qui sanis modo et integris sensibus es, an aliquid præter sanos sensus desideres.*

Vict. habet *inporta,* unde Gulielm. *in porta.*—3 Pro *Sed* Gœrenz. e duobus Mss. recepit *sit;* alii et edd. Baz. Hervag. Junt. *sic.*—4 ψ, Baz. *et des.* Gœrenz. e conj. cum Schutz. *sed des.*—5 Mss. plerique et edd. *Si, inquis, Deus.* Mox, *quid desideres* Lamb. et *quod respondeas* Gœrenz. e conj. Tum, U *Uti quidem rog.* Porro, *Audiat...agatur* Manut. Steph. Lamb. et Oliv. *Audies...agerent* Mss. plerique et edd. Baz. Junt. *Audias...egerint* Hervag. Grut. Davis. *Audiat...egerit* e Mss. dederunt Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Egerit* e Pal. 1. edidit Ern. *Audias...agatur* habet Hülsemann.—6 *Videmus* e Ms. Ursini dederunt Lall. Ern. Hülsemann. Schutz. et Orell. *videbimus* ceteri. *Viderimus* conj. Davis. Dein, *Cumanum* Mss. pauci cum Davis. Schutz. et Orell. In Paris. 1. 2. legitur *Ego Catule cum in aliquo annum ex h. l. cerno, regionem video:* Paris. 4. *Ego Catulle cum animi ex h. l. terno regionem video:* Paris. 5. *Ego Catule cum in alio annum ex hoc loco cerno, regionem video:* ψ, Reg. et Cantab. *Ego, Catule, Cumanum ex h. l. cerno, regionem video, Pompeianum non cerno,* quod recepit Hülsemann. Dav. et Orell. e Ms. Ursini dederunt *Ego Catuli Cumanum ex hoc loco video: Pompeianum non cerno:* Gœrenz. e conj. *Ego Catuli Cumanum*

NOTÆ

[a] *Timagoras*] De Epicureo illo nihil mihi compertum est. Meminit Suidas Timagoræ cujusdam, sed a nostro, ut opinor, diversi.

[b] *Cumanam ex hoc*] Catulus villam habuit Cumis juxta Baulos, ubi præsens disputatio habetur. Lipsius, Epist. Quæst. v. 17.

[c] *Pompeianum*] Villam Ciceronis, de qua sæpe in Epistt. præsertim ad Att. prope Pompeios, urbem in Calabria, non longe a Vesuvio monte. Cluver. Ital. Antiq.

Digitized by Google

longius acies[7] non potest. O præclarum prospectum! Puteolos[d] videmus: at familiarem nostrum Avianum,[8] [e] fortasse in porticu Neptuni[f] ambulantem, non videmus. 81. At ille nescio qui,[9] [g] qui in scholis nominari solet, mille et octoginta[h] stadia quod abesset, videbat; quædam volucres longius. Responderem igitur audacter isti vestro Deo, me plane his oculis non esse contentum. Dicet[10] me acrius videre, quam ullos pisces fortasse; qui neque videntur a nobis, et nunc quidem sub oculis sunt; neque ipsi nos suspicere possunt. Ergo, ut illis aqua, sic nobis aër crassus offunditur. At amplius non desideramus. Quid?

ex hoc loco, Pompeianum non cerno. Vid. Nott. Varr.—7 In ψ deest *acies.*—8 *Canianum* Gud. *Octavium* Vratisl. *tananum* al. *Carianum* al. Gœrenz. Schutz. et Orell. addunt prænomen C. Tum, *portico* al.—9 Hülsemann. e conj. *nescio quis.* Mox, *octingenta stadia* Hervag. Junt. Lamb. *octinginta* al. Dein, ψ et Paris. 5. *videbat quasdam vol. long.* Paris. 1. 2. 4. *videbant videbat quasdam vol. long.* Dav. legi jussit *videbat: vident quædam vol. long.*—10 U, Manut. Lamb. et al. *Dicit.* Pro *acrius* nonnulli, teste Lamb., legi volunt *acutius.* Tum, *illos pisces* e Ms. dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell. qui con-

NOTÆ

[d] *Puteolos*] Oppidum est haud procul a Lucrino lacu. Olim navale Cumanorum: at sub belli Punici temporibus, nova Romanorum colonia habitari cœpit, dictumque Puteoli vel a puteorum copia vel a putore aquarum illius tractus. Festus et Strabo. Ibi fuit villa Ciceronis, quam Puteolanum suum appellavit, postea Academiam. Ad Attic. XIV. 17. et 18. De aquis Tullianæ illius villæ elegans extat epigramma apud Plin. XXXI. 3. cujus hic clausulam habe: 'Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ, Languida quæ infuso lumina rore levant. Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope. Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem, Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.'

[e] *Avianum*] Illius apud veteres scriptores nulla est mentio.

[f] *In porticu Neptuni*] Quid illa porticus esset, plane obscurum est. Meminit quidem Livius lib. XXXVIII. 'Neptunii cujusdam fontis salutiferi apud Tarracinam;' et Vitruvius VIII. 3. 'Neptuniarum quoque aquarum, sed quæ mortiferæ essent.' Neutrarum hic haberi mentionem crediderim, sed porticus alicujus quæ in Puteolano esset, quæque Neptuni porticus vocitaretur, ut sensus sit: Videmus quidem Puteolanum; sed quod in Puteolano minimum est, cujusmodi Neptuni porticus, non videmus.

[g] *Ille nescio qui*] Argus, auctore Manutio: Strabo, teste Plinio l. VII. c. 2.

[h] *Mille et octoginta* [*mille et octingenta*] Plin. l. VII. c. 21. 180,000 passus tradit. Addit Fulvius Ursinus eundem secundo bello Punico, a Lilybæo, Siciliæ promontorio, classis Carthagine exeuntis numerum dixisse.

Digitized by Google

talpam[i] non desiderare[1] lumen putas? neque tam quereretur cum Deo, quod parum longe, quam quod falsum videret.[2] Videsne navem illam? Stare nobis videtur; at iis, qui in navi sunt, moveri hæc villa. Quære rationem, cur ita videatur: quam ut maxime inveneris, (quod haud scio, an non[3] possis) non tu verum testem habere, sed eum non sine causa falsum testimonium dicere ostenderis. XXVI. 82. Quid[4] ego de navi? vidi enim a te remum contemni: majora fortasse quæris. Quid potest esse sole majus?[k] quem mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. Epicurus autem posse putat etiam minorem[5] esse eum, quam videatur, sed non multo: ne majorem quidem multo putat esse, vel tantum esse, quantus videatur: ut oculi aut nihil mentiantur, aut non multum mentiantur.[6] [*p.* 21.] Ubi igitur illud est, 'semel?'[t] Sed ab hoc credulo, qui nunquam sensus men-

[t] *De quo superius mentionem habuisti, cum diceres, sensus si vel semel fallaces sint, nunquam veraces esse posse.*

jecit legend. *quam multos illos fortasse.*—1 *Quid? talpam non des.* e Ms. receperunt Dav. Ern. et Hülsemann. *Quid? talpam num desid.* ceteri. In ψ legitur *putes.*—2 *Quererer ... viderem* U, Manut. Steph. Lamb. Oliv. et Orell.—3 Jo. Clericus volebat *non* deleri: Guyetus legi jussit *anne possis.* Tum, Lamb. *non te verum:* Dav. malebat *non tu verum te testem.*

CAP. XXVI. 4 Ern. conj. *sed quid*, prob. Gœrenzio.—5 ψ *majorem*, et mox *nec maj.* Mss. pauci et edd. Baz. Hervag. cum Gœrenz. et Orell. Tum, *putant* ψ, Baz. Hervag. Junt.—6 *Ut oculi aut non multum, aut nihil ment.* ψ, Reg. Cantab. Paris. 2. 4. 5. Ven. 1471. Ascens. Hervag. et Dav. *ut oculi aut nihil, aut non multum ment.* Lamb. *ut oculi aut multum aut nihil ment.* Vratisl. *ut oculi aut non multum ment., aut nihil* e quatuor Mss. receperunt Gœrenz.

NOTÆ

[i] *Quid? talpam*] An oculos habeat variæ sunt sententiæ: Galenus humorem illis vitreum et crystallinum, necnon tunicam tribuit, earumque oculos propter imbecillitatem interiores esse scripsit. Aristoteles negavit illis quidem oculos esse, sed situm et descriptionem oculorum habere, si prætensa membrana detrahatur. Ita et Plin. et Albert. Aldrovandus cum Scaligero visionem iis imbecillam concedit; non ut sub terra videant, sed ut lumen evitent.

[k] *Sole majus*] De solis magnitudine variæ variorum fuerunt opiniones. Inter veteres Ptolemæus existimavit quinque diametros terræ continere; Aristarchus sex septemve. Inter recentiores, Albategnius, Copernicus, Tycho, Longomontanus, 5. Keplerus 15. Lansbergius, Bullialdus 7. Ricciolus 33.

Digitized by Google

tiri putat, discedamus; qui[7] ne nunc quidem, cum ille sol, qui tanta incitatione fertur, ut, celeritas ejus[1] quanta sit, ne cogitari quidem possit, tamen nobis stare videatur.[8] Sed, ut minuam controversiam, videte, quæso, quam in parvulis sitis.[9] 83. Quatuor sunt capita, quæ concludant,[10] nihil esse, quod nosci, percipi, comprehendi possit; de quo hæc tota quæstio est. E quibus primum est, esse aliquod visum falsum; secundum, non posse id percipi; tertium, inter quæ visa nihil intersit, fieri non posse, ut eorum alia percipi possint, alia non possint; quartum, nullum esse visum verum a sensu profectum, cui non appositum[1] sit visum aliud, quod ab eo nihil intersit, quodque percipi non possit. Horum quatuor capitum secundum et tertium omnes concedunt. Primum Epicurus non dat. Vos, quibuscum res est, id quoque conceditis. Omnis pugna de quarto est. 84. Qui igitur P. Servilium Geminum videbat, si Quintum[2] se videre putabat, incidebat in ejusmodi visum, quod percipi non posset; quia nulla nota verum distinguebatur a falso: qua distinctione sublata, quam haberet, in C. Cotta[3][m] (qui bis cum Gemino[n] consul fuit) agnoscendo,

Schutz. et Orell.—7 Lamb. 1566. *qui* omittit. Post *quidem* Hervag. Ascens. Junt. et Oliv. addunt *putat*.—8 Lamb. *stare nobis videtur*.—9 *In parvulis sita sit* e conj. dedit Lamb. *in parvo lis sit* e conj. Durandi edidit Orell.—10 Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Dav. *concludunt*. Pro *nosci* Lamb. volebat *cognosci*.—1 '*Oppositum* Gœrenz. Schutz. errore typographico.' *Orell.* Post *visum aliud* Lamb. addit *falsum*.—2 *Sed Quint.* e tribus Mss. receperunt Gœrenz. et Schutz. Tum, *in hujusmodi visum* Baz. et Hervag.—3 *Quam hab. M.*

NOTÆ

[1] *Celeritas ejus*] De celeritate solis ab ortu in occasum variæ itidem opiniones pro varietate distantiæ solis a terra: percurrere ait diametros terræ—

	die una	*hora una*
Ptolemæus	7325	505
Albategnius	6952	289
Copernicus	7071	294¾
Tycho	7222	300 11/12

[m] *C. Cotta* [*M. Cotta*] Cum Servilio bis consul fuit, non M. Cotta, sed Caius, primum an. 501. deinde 505. Primo consulatu in Siciliam profectus, Pœnis Siculisque terra marique non semel victis, expugnaverat Himeram et Liparam urbes. Zonar. et Oros. Celebris est illa ejus expeditio pœnis propter neglecta sua mandata exactis; et duobus tribunis militaribus, Q. Cassio et Valerio, quorum hunc virgis cædi jussit, tribunatum abrogavit. Zonar. Secundo consulatu Pœnos terrestri bello iterum persecutus est; quo bello concessum est ut qui cives prædatum in Africam

Digitized by Google

ejusmodi notam, quæ falsa esse non posset? Negas tantam similitudinem in rerum natura esse. Pugnas omnino, sed cum adversario facili. Ne sit sane: videri certe potest. Fallet igitur sensum: et, si una fefellerit similitudo, dubia omnia reddiderit. Sublato enim judicio illo, quo oportet agnosci; etiam si ipse erit, quem videris, qui tibi videtur,[4] tamen non ea nota judicabis, qua dicis oportere, ut non possit esse ejusdemmodi falsa. 85. Quando igitur potest tibi P. Geminus, Quintus videri, quid habes explorati,[5] cur non possit tibi Cotta videri, qui non sit, quoniam aliquid videtur esse, quod non est? Omnia dicis sui generis esse; nihil esse idem, quod sit aliud. Stoicum est quidem,[6] nec admodum credibile, nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius, nullum granum. Hæc refelli possunt: sed pugnare nolo. Ad id enim, quod agitur, nihil interest, omnibusne partibus visa res nihil differat, an internosci non possit, etiam si differat: sed, si hominum similitudo tanta esse non potest, ne signorum quidem? Dic mihi, Lysippus[o] eodem ære, eadem temperatione, eodem

Cotta Hervag. Junt. Lamb. et al. *quam hab. C. Cotta* e Ms. edidit Lamb. Ante *Gemino* Dav. et Orell. auctoritate Reg. et Cantab. addunt prænomen *P.* Tum, *agnoscendum* Paris. 5. et Ven. 1471. *ad noscendum* Reg. a m. sec. Cantab. et Lamb. *ad noscendum eum ejusmodi notam*, vel *agnoscendo ei ejusm. notam* volebat Davis. Postea, *possit* Mss. nonnulli et edd. Baz. Hervag. Junt. Lamb. Grut. et al.—4 ψ, Paris. 4. 5. Reg. Cantab. Ven. 1471. Baz. Dav. Ern. et Hülsemann. *videtur:* ceteri *videbitur*. Mox, Lamb. *dicis esse op.*—5 Gud. et Vienn. *exploratu:* Mss. nonnulli et edd. Baz. Hervag. *exploratum*, prob. Gœrenzio. Dein, Ms. Gœrenzii *cur non possit id tibi . . . quod non sit;* unde ipse conjecit *cur non possit item tibi.* Orell. legi jubet *C. Cotta.*—6 *Sed est quidem* Reg. a m. pr. Paris. 5. et Ven. 1471. *est id quidem* Lamb. *id est*

NOTÆ

navigare cuperent, suis impensis naves exstruerent. Iisque exstructis Romani non oram tantum Africæ maritimam populari, sed regium quoque oppidum Hipponem invadere ausi sunt, et in portu navigia incendere. Atque ibi singulare illud ingenii Romani specimen eluxit. Cum enim Hipponenses catenis portum clausissent, miles Romanus, immissis magno impetu in catenas proris, transiit omnis in puppes, ut prora attolleretur; mox in proras denuo concurrens evacuatis puppibus, catenas superavit.

[n] *Bis cum Gemino*] Cum Publio, de quo supra.

[o] *Lysippus*] Nobilis statuarius, a quo uno se fingi voluit Alexander, ut ab Apelle pingi.

Digitized by Google

cælo, aqua, ceteris omnibus, centum Alexandros[7] ejusdem modi facere non posset? Qua igitur notione discerneres? 86. Quid si in ejusdemmodi[8] cera centum sigilla hoc annulo[p] impressero? ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio? an tibi erit quærendus annularius aliqui,[9] quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum,[q] qui ova agnosceret? XXVII. Sed adhibes artem advocatam etiam sensibus. Pictor videt, quæ nos non videmus: et, simul inflavit tibicen, a perito[10] carmen agnoscitur. Quid? hoc nonne videtur contra te valere, si sine magnis artificiis, (ad quæ pauci accedunt, nostri quidem generis, admodum) nec videre, nec audire possumus?[1] Jam illa præclara, quanto artificio esset sensus nostros, mentemque, et totam constructionem hominis fabricata natura,[u] cur non[2] extimescam opinandi temeritatem? 87. Etiamne hoc affirmare potes, Luculle, esse aliquam vim, cum prudentia et con-

[u] *Jam vero præclara sunt ea quæ dixisti, cum disputares quanto artificio natura fabricata esset sensus nostros.*

quidem e quinque Mss. edidit Dav. In N legitur *Illud Stoicum quidem*. Tum, Oliv. *incredibile*.—7 U ψ et tres Mss. Gœrenzii et edd. vett. paucæ *certum Alexandrum*. Statim, *possit* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Dav. *potuisset* volebat Ern. Pro *notione* ψ et Hülsemann. exhibent *ratione*. Denique, *discernes* Lamb.—8 Edd. vett. *ejusmodi*. Mox, Lamb. *ecqua*.—9 Hervag. Lamb. et Hülsemann. *aliquis*. Dein, *agnosceret* e Pal. 2. et Paris. 5. recepit Ern. quem Hülsemann. secutus est. Ceteri *cognosceret*. Dav. conj. *dignosceret*.

Cap. XXVII. 10 ψ *tibicina perito*.—1 Paris. 4. 5. et Reg. *audire possimus*. Pro *præclara* amicus Davisii conj. *physica* legend.—2 Ven. 1471. Ascens. Junt. Dav. Hülsemann. Gœrenz. et Orell. distinguunt *natura! Cur non, &c.*

NOTÆ

[p] *Hoc annulo*] De annulorum origine, figura, usu, dicendum aliquid. 1. Originem repetunt non a Prometheo, ut quidam fabulantur; non a prima servorum manumissione, ut alii; non a principum insignibus, ut multi; sed a servorum origine vetustissima. 2. Figura multiplex: alii utrinque pervii ut catenarum annuli; alii una ex parte pervii qua digitum admitterent, ex altera clausi, quali utuntur fœminæ ad suendum. Inter pervios alius apyros dicebatur, qui omnino rotundus et pala carens; alius alithus, qui non pala quidem sed gemma careret. 3. Usus itidem multiplex: fuit enim annulus sponsæ pronubus, annulus divortii, annulus magistratus, annulus furum, annulus magicus, annulus nobilitatis, annulus juramenti, annulus ad artes, annulus sigilli: quæ omnia erudite Fortunius Licetus de Annulis Antiquis.

[q] *Deliacum illum*] De quo supra Lucullus.

Digitized by Google

silio scilicet, quæ finxerit, vel, ut[3] tuo verbo utar, quæ fabricata sit, hominem? Qualis ista fabrica est? ubi adhibita? quando? cur? quo modo? Tractantur ista ingeniose: disputantur etiam eleganter. Denique videantur[4] sane, ne affirmentur modo. Sed de physicis mox, et quidem ob eam causam, ne tu, qui idem me facturum paulo ante dixeris, videare mentitus. [p. 22.] Sed ut[5] ad ea, quæ clariora sunt, veniam; res jam universas profundam; de quibus volumina impleta sunt non a nostris solum, sed etiam a Chrysippo: de quo queri solent Stoici, dum studiose omnia conquisierit contra sensus et perspicuitatem, contraque omnem consuetudinem, contraque rationem, ipsum, sibi respondentem, inferiorem[6] fuisse: itaque ab eo armatum esse[r] Carneadem. 88. Ea sunt ejusmodi,[7] quæ a te diligentissime tractata sunt. Dormientium, et vinolentorum, et furiosorum, visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium, siccorum, sanorum: quo modo? quia cum experrectus esset Ennius, non diceret[8] se vidisse Homerum, sed visum esse: Alcmæo[9] autem,

Sed mihi neutiquam cor consentit.

Similia de vinolentis. Quasi quisquam neget, et qui[10] experrectus sit, eum somnia; et, cujus furor consederit, putare non fuisse ea vera, quæ essent sibi visa in furore. Sed non id agitur: tum, cum videntur, quo modo videantur,[1] id quæritur: nisi vero Ennium non putamus ita totum illud audivisse,

—3 Lamb. *ut* omittit. Mox, in edd. Hervag. Lamb. legitur *ubi adhibita est.* —4 Davis. conj. *probentur.*—5 Ms. Steph. *videare esse ment.* *Sed ut &c.* Davis. volebat *videare mentitus esse.* *Ut*...*res jam univ. non profundam.*—6 Lamb. *se ipso inf.*—7 Schutz. e conj. Gœrenzii *ejusdem modi.*—8 Gœrenz. et Orell. auctoritate duorum Mstorum *diceret* deleverunt.—9 ψ *Alcineo.* Tum, ψ *Sed mihi neutiquam videtur cor consentire.*—10 In U deest *qui.* Tum, *somniare* Mss. pauci et edd. vett. nonnullæ cum Hülsemann. *somniasse* Lamb. *eum non somniare* dedit Manut.—1 *Videantur quomodo videntur* ψ, Hervag. Junt. Dav. *videantur quomodo viderentur* Eliens. Cantab. Paris. 4. 5. quatuor Mss.

NOTÆ

[r] *Armatum esse*] Chrysippus Stoicus varia adversus doctrinam suam argumenta excogitaverat, quæ deinde refelleret; sed quod minus responsiones quam argumenta proburentur, his Carneades usus est, quibus Stoicos exagitaret.

Digitized by Google

O pietas animi,[s]

(si modo id somniavit) ut si[2] vigilans audiret: experrectus enim potuit illa visa putare, ut erant, et[3] somnia: dormienti vero, æque ac vigilanti, probabantur. Quid? Iliona[t] somno illo,

Mater, te appello ..,[u]

nonne ita[4] credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet? unde enim illa?

Age, adsta; mane;[x] audi itera dum cademmet ista mihi:[5]

num videtur minorem habere visis, quam vigilantes, fidem? XXVIII. 89. Quid loquar de insanis? qualis tandem fuit affinis tuus,[y] Catule,[6] Tuditanus?[z] quisquam sanissimus tam certa putat, quæ videt, quam is putabat, quæ videbantur? quid ille, qui,

Gœrenzii et ed. Ven. 1471. *videbantur quomodo viderentur* e conj. Davisii dederunt Schutz. et Orell.—2 Davis. *si* uncis inclusit.—3 Orell. de sententia Lambini delevit copulam. Conjecit Davis. *illa visa falsa putare ut erant, et somnia;* vel *illa visa putare, ut erant, esse somnia.* Mox, Davis. volebat *vigilantis.* Tum, *probantur* Mss. nonnulli et edd. ante Grut.—4 *Nonne illa* Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. Davisii recepit *nonne ita*, ut legitur in ψ. Dein, *ut vere experrecta* Baz. Hervag. Lamb.—5 *Age, adsta ... eadem et ista mihi* Mss. et edd. Hervag. Junt. et Lamb. *Adsta: mane: audi: iteradum eadem istæc mihi* Manut. et Orell. *Age, adsta ... cademmet istæc mihi* Gœrenz.

NOTÆ

[s] *O pietas animi*] Est illud excerptum ex aliqua Ennii tragœdia, forte ex Alcmæone: quanquam non extat illud fragmentum inter collectanea Petri Scriverii.

[t] *Quid? Iliona*] 'Maxima natarum Priami,' Virg. Æn. l. I. Polymnestori Thraciæ regi matrimonio juncta.

[u] *Mater, te appello*] Hecubam ab Iliona compellari male sensit Manutius: nam Ilionam ipsam ab aliquo ejus filio evocari, liquet ex sequenti parte fragmenti, quam habet Pseudoporphyr. in Horat. Sat. II. 3. 'Mater, te appello, quæ curam somno suspenso levas, Neque te mei miseret: surge et sepeli gnatum.'

[x] *Age, adsta; mane*] Hoc carmen iterum repetitur, Tuscul. l. I. Ex Iliona quoque tragœdia excerptum.

[y] *Affinis tuus*] Quo gradu Catulo affinis fuerit Tuditanus, obscurum est propter amplitudinem et Semproniæ gentis, ex qua Tuditanus, et Lutatiæ, ex qua Catulus.

[z] *Tuditanus*] Ex gente Sempronia; avus Fulviæ, uxoris M. Antonii. Insaniæ specimen dedit cum patrimonium populo diripiendum sparsit, togamque velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus est. Ejus tamen testamentum centumviri comprobaverunt, magisque, quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum duxerunt.

Digitized by Google

Video, video[a] te vivum, Ulysses,[7] dum licet:

nonne etiam bis exclamavit se videre, cum omnino non videret? Quid? apud Euripidem Hercules,[b] cum ut Eurysthei filios,[c] ita suos configebat sagittis; cum uxorem interimebat,[d] cum conabatur etiam patrem;[e] non perinde movebatur falsis, ut veris moveretur?[8] Quid? ipse Alcmæo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem, incitato[9] furore,

Unde hæc flamma oritur?

et illa deinceps,

Incede, incede;[10] adsunt, adsunt: me, me expetunt.

Quid, cum virginis fidem implorat?

Fer mi auxilium: pestem abige a me:
Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat.
Cæruleæ, incinctæ[f] igni,[1] incedunt:
Circumstant cum ardentibus tædis.

Num dubitas, quin sibi hæc videre videatur? itemque cetera:

Intendit crinitus Apollo
Arcum auratum, luna innixus.[2]
Diana facem jacit a læva.

90. Qui magis hæc crederet, si essent, quam credebat,

CAP. XXVIII. 6 ψ *Catullus*. Mox, U *putet*.—7 *Vive, Ulixes* e lib. III. de Orat. § 162. edidit Schutz. quem Gœrenz. et Orell. secuti sunt. Mox, Mss. pauci et edd. vett. pleræque cum Schutz. Gœrenz. et Orell. *se exclam*.—8 *Ut si veris mov.* legend. vel *moveretur* delend. censebat Gœrenz. Tum, in ψ legitur *Quid enim ipse*.—9 Davis. conj. *incitatus*, prob. Ern.—10 *Incende, incende* Hervag. Manut. Lamb. Verba *adsunt me* in U et ψ desunt.—1 *Cærulea incinctæ angui* Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. Dein, U ψ, Baz. Hervag. Manut. *incendunt*.—2 Ascens. Cam. et al. *innixus lunat*; unde *lunat innixus* dederunt Gœrenz. et Schutz. *genu innixus* Lamb. *Luna, innixans* correxit

NOTÆ

[a] *Video, video*] Ab Ajace Telamonio hæc efferri putat Lambinus: at fragmentum illud non extat inter collectanea fragmentorum Ennianorum.

[b] *Euripidem Hercules*] In tragœdia quæ inscribitur Hercules Furens.

[c] *Eurysthei filios*] Eurystheus Stheneli Mycenarum regis filius fuit: Junonis odio obsequens, Herculem, oraculi jussu, sibi subditum, ad laboriosissimas expeditiones misit.

[d] *Uxorem interimebat*] Megaram, filiam Creontis.

[e] *Etiam patrem*] Amphitryonem.

[f] *Cæruleæ, incinctæ*] Scriverius legit, *Cæruleo incinctæ angui incedunt*.

Digitized by Google

quia videbantur? Apparet enim jam cor cum oculis consentire. Omnia autem hæc proferuntur, ut illud efficiatur, quo certius nihil potest esse: inter visa vera et falsa, ad animi assensum, nihil interesse. Vos autem nihil agitis; cum falsa illa[3] vel furiosorum vel somniantium, recordatione ipsorum, refellitis. Non enim id quæritur, qualis recordatio fieri soleat eorum qui experrecti sint, aut eorum qui furere destiterint;[4] [p. 23.] sed qualis visio fuerit aut furentium aut somniantium, tum cum commovebantur. Sed abeo a sensibus.

91. Quid est, quod ratione percipi possit? Dialecticam inventam esse dicitis, veri et falsi quasi[5] disceptatricem, et judicem. Cujus veri et falsi? et in qua re? In geometriane, quid sit verum vel falsum, dialecticus judicabit, an in literis, aut in musicis?[6 s] At ea non novit. In philosophia igitur? Sol quantus sit, quid ad illum? quod sit summum bonum, quid habet, ut queat judicare? quid igitur judicabit? Quæ conjunctio, quæ disjunctio vera sit,[7] quid ambigue dictum sit, quid sequatur quamque rem, quid repugnet? Si hæc, et horum similia, judicat, de se ipsa judicat: plus autem pollicebatur: nam hæc quidem judicare, ad ceteras res, quæ sunt in philosophia multæ atque magnæ, non est satis. 92. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis,[8] videte, ne contra vos tota nata sit: quæ primo progressu festive[9] tradit elementa loquendi, et ambiguorum intelligentiam, concludendique rationem: tum, paucis

Wakefield ad Lucret. III. 1013. Mox, ψ *faces*, prob. Gœrenzio.—3 Al. *illa falsa.*—4 *Sunt* . . . *destiterunt* Lamb. et Dav. *sint* . . . *destiterint* e conj. Davisii receperunt Ern. et edd. seqq. *sunt* . . . *destiterint* ceteri.—5 N et Hülsemann. *quasi* omittunt.—6 *An in musicis* Mss. nonnulli cum Davis. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell.—7 Gud. Dresd. *quid disjunctione verum sit.* In Ven. 1494. quoque legitur *quid.*—8 Dresd. *parte pon.* N *ponitis arte:* Manut. et Lamb. *in ea arte tantum.* Statim, vox *nata* suspecta erat Ernesto.—9 *Progressu* ψ, Dresd. et *festine* Mss. pauci et ed. Baz.

NOTÆ

s *In musicis*] Musices inventor, si Plinio l. VII. credimus, Amphion, Jovis ex Antiopa filius; si Græcis, Dionysius; si Eusebio, Præp. Evang. l. x. Zethus et Amphion fratres, qui Cadmi temporibus vixerunt; si Solino, Cretenses; si Polybio, Arcadum majores; si Diodoro, Mercurius.

additis, venit ad soritas, lubricum sane, et periculosum locum: quod tu modo dicebas esse vitiosum interrogandi genus. XXIX. Quid ergo? istius vitii num nostra culpa est? rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re[10] statuere possimus, quatenus: nec hoc in acervo tritici solum, unde nomen est, sed nulla omnino in re minutatim interrogati: dives, pauper; clarus, obscurus sit; multa, pauca; magna, parva; longa, brevia; lata, angusta; quanto aut addito aut demto, certum respondeamus, non habemus. At vitiosi sunt soritæ. 93. Frangite[1] igitur eos, si potestis, ne molesti sint: erunt enim, nisi cavetis. Cautum est, inquit. Placet enim Chrysippo, cum gradatim interrogetur, verbi causa, tria, pauca sint, anne multa; aliquanto prius, quam ad multa perveniat,[2] quiescere, id est,[3] quod ab iis dicitur, ἡσυχάζειν.[h] Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modo quiescas. Sed quid proficit? sequitur enim, qui te ex somno excitet, et eodem modo interroget: quo in numero[4] conticuisti, si ad eum numerum unum addidero, multane erunt? Progrediere[5] rursus, quoad videbitur. Quid plura? hoc enim fateris: neque ultimum te paucorum, neque primum multorum respondere posse: cujus generis error ita manat, ut non videam, quo non possit accedere. 94. Nihil me lædit, inquit. Ego enim, ut agitator callidus,[i] prius quam ad

CAP. XXIX. 10 Duo Mss. Gœrenzii *ut nulla in re.* Post *quatenus* Hülsemann. addit interrogandi signum. Tum, *nè hoc* edd. vett. nonnullæ. Pro *solum* edd. Ven. Crat. Ascens. et al. exhibent *summum.* Porro, *sed ulla omnino in re* Manut. Lamb. Dav. et Hülsemann. Denique, *interroganti* Mss. pauci et edd. pleræque ante Dav.—1 *Angite* U ψ et al. *Agite* al. *Fugite* correxit Guyetus. Mox, *caveatis* Ven. 1494. Crat. Hervag. Manut. et Lamb.—2 E Ms. uno receperunt Gœrenz. et Schutz. *perveniatur,* ut volebat Ern. qui etiam conj. *pervenias.*—3 In Vratisl. *est* omittitur. Pro *iis* tres Mss. Gœrenzii et edd. Hervag. Crat. Ascens. Junt. habent *his;* sic etiam dederunt Gœrenz. et Schutz. qui mox e Dresd. receperunt *proficitur:* Hülsemann. e conj. Davisii *proficis:* Davis. etiam proposuit *prosit.*—4 *Quod in numero* Mss. nonnulli et edd. Hervag. Junt. Manut. Tum, *conticuisti* duo Mss.—5 ψ *progredere:* Gud. *progrediero:* edd. vett. *progrediar.* Mox, *fateberis* volebat Lamb.—

NOTÆ

[h] Ἡσυχάζειν] Quod est, *in otio esse, quiescere.*

[i] *Agitator callidus*] Alludit ad illud Lucilii, 'Sustineat currum, ut bonu'

finem veniam, equos sustinebo;[6] eoque magis, si locus is, quo ferantur equi, præceps erit. Sic me, inquit, ante sustinebo,[7] nec diutius captiose interroganti respondebo. Si habes, quod liqueat, neque respondes; superbis:[8] si non habes, ne tu quidem percipis. Si, quia obscura, concedo: sed negas te usque ad obscura progredi. Illustribus igitur rebus insistis: si id tantummodo, ut taceas, nihil assequeris: quid enim ad illum qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? Sin autem usque ad novem, verbi gratia, sine dubitatione respondes[9] pauca esse, in decimo insistis; etiam a certis et illustrioribus cohibes assensum. Hoc idem me in obscuris facere non sinis. Nihil igitur te contra soritas ars ista adjuvat; quæ[10] nec augenti nec minuenti, quid aut primum sit aut postremum, docet. 95. Quid, quod eadem illa ars, quasi Penelope[1] telam[k] retexens, tollit ad extremum superiora? utrum ea vestra, an nostra culpa est? Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuntietur (id autem appellatur[2] ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum. Quid igitur? hæc vera, an falsa sunt? [p. 24.] Si te mentiri dicis, idque verum dicis; mentiri, verum dicis.[3]

6 Davis. conj. *veniat, equos sustinebit*, et mox ex Eliens. dedit *ferrentur*.—7 *Sustineo* ψ, Cantab. Paris. 1. 2. et Mss. Gœrenzii, item Junt. Gœrenz. Schutz. et Orell. Dein, *respondeo* ψ, Cantab. Paris. 1. 5. Ms. Vict. Pall. Reg. Ven. 1471. Junt. Grut. Gœrenz. Schutz. et Orell.—8 *Superbi* U et Pal. 1. *superbe* Baz. Manut. Lamb. *superbus* al. Mox, *perspicis* edd. pleræque ante Davis. *percipi* Paris. 5. Pro *percipis. Si* in Dresd. legitur *persipissi*; in duobus Mss. Gœrenzii *percepisti*.—9 ψ et Junt. *respondeas*. Tum, U *in undecimo*. Paulo post, Schutz. et Orell. *illustribus*, ut voluerunt Lamb. et Gœrenz.—10 Baz. et Hervag. *quod*. Dein, *nec augendi nec minuendi* Mss. et edd. ante Dav. qui cum edd. seqq. e conj. Lamb. dedit *nec augenti nec minuenti*. Brutus conj. *nec augendo nec minuendo*.—1 Lamb. et Grut. *Penelopæ*.—2 Mss. plerique et edd. Hervag. Junt. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *appellant*.—3 Ven. 1494. Med. et al. *mentiris, verum dicis mentiri, verum dicis*: Hervag. *idque verum mentiris, verum dicis*: Schutz. e conj. dedit *idque verum dicis, mentiris, an verum dicis*: Gœrenz. e Mss. nonnullis cum Orell. recepit *idque*

NOTÆ

sæpe agitator, equosque :' quod carmen denuo refert Tull. l. XIII. ad Attic. ep. 21. ubi retentionem illam aurigæ similem ait ἐποχῇ Carneadis. Locum consule.

[k] *Penelope telam*] Locutio proverbialis, cui locum Homer. dedit, qui l. II. Odyss. fingit Penelopen, noctu, ut procos ludificaretur, retexere solitam quod interdiu texuisset.

Digitized by Google

Hæc scilicet inexplicabilia esse dicitis: quod est odiosius; quam illa, quæ nos incomprehensa,[4] et non percepta dicimus. XXX. Sed hæc omitto. Illud quæro, si ista explicari non possunt, nec eorum ullum judicium invenitur, ut respondere possitis, verane an falsa sint; ubi est illa definitio, Effatum est[5] id, quod aut verum aut falsum sit? Rebus sumtis, adjungam, ex his sequendas esse alias, alias improbandas, quæ sint in genere contrario. 96. Quo modo igitur hoc conclusum esse judicas? Si dicis, nunc lucere, et verum dicis; lucet igitur.[6] Probatis certe genus, et rectissime conclusum dicitis. Itaque in docendo, eum primum concludendi modum traditis. Aut,[7] quicquid igitur eodem modo concluditur, probabitis, aut ars ista nulla est. Vide[8] ergo, hanc conclusionem probaturusne sis: Si dicis te mentiri, verumque dicis, mentiris: dicis autem te mentiri, verumque dicis: mentiris igitur.[1] Qui potes hanc non probare, cum probaveris ejusdem generis superiorem? Hæc Chrysippea sunt, ne ab ipso quidem dissoluta. Quid enim faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet: lucet autem: lucet igitur. Cederet[9] scilicet: ipsa enim ratio connexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere. Quid[10] ergo hæc ab illa conclusione differt? Si mentiris, mentiris:

verum dicis, mentiris. Ern. voluit aut *mentiris* scribendum et delendum *verum dicis*, aut scribend. *mentiris an verum dicis.*—4 ψ, Paris. 2. 4. 5. Reg. Cantab. omnes Mss. Gœrenzii, et edd. Ven. 1471. Baz. Hervag. Junt. item Gœrenz. et Orell. *non comprehensa.*

CAP. XXX. 5 *Effectum esse* ψ: *effatum esse* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Dav. Oliv. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum, ψ *falsum sit, rebus sumptis, adjungam? Ex his sequendas esse, alias improb.*—6 Manut. Lamb. Brutus, Ald. Oliv. et Hülsemann. *si dicis nunc lucere, et verum dicis, lucet; dicis autem lucere, et verum dicis, lucet igitur:* Gœrenz. et Schutz. *Si dicis lucere, et verum dicis, lucet. Dicis autem nunc lucere, et verum dicis; lucet igitur.*—7 Gœrenz. *Aut* uncis inclusit. Schutz. delevit.—8 ψ, Pall. Baz. Hervag. Junt. *Video.*—9 Mss. nonnulli et edd. Hervag. Manut. *Crederet.*—10 Pro *Quid* Davis. malebat *Qui,* et pro *ergo* Gud. Baz. Hervag. et Crat. habent *igi-*

NOTÆ

1 *Mentiris igitur*] Chrysippus apud Lucian. has captionum formas fræna vocat; quod iis os adversariorum tanquam fræno obstringeretur. Earum multiplex genus: Crocodilites, Quintil. v. 10. Electra, Syr. Dialog. Script. Protagoricon, Gell. v. 10. Opertus, Utis, Ceratinæ, Quintil. I. de quibus omnibus Cresolius prolixe.

Digitized by Google

mentiris autem: mentiris igitur. Hoc negas[1] te posse nec approbare nec improbare. Qui igitur magis illud? 97. Si ars, si ratio, si via, si vis denique conclusionis valet; eadem est in utroque. Sed hoc extremum eorum est. Postulant, ut excipiantur hæc inexplicabilia. Tribunum aliquem[m] censeo adeant:[2] a me istam exceptionem nunquam impetrabunt. Etenim cum ab Epicuro (qui totam dialecticam et contemnit et irridet) non impetrent, ut verum esse concedat, quod ita effabimur, Aut vivet cras Hermachus,[n] aut non vivet (cum dialectici sic statuant, omne, quod ita disjunctum sit, quasi, 'aut etiam, aut non,' non modo verum esse, sed etiam necessarium); vide, quam sit catus[3] is, quem isti tardum putant. Si enim, inquit, alterutrum concessero, necessarium esse necesse erit, cras Hermachum aut vivere aut non vivere: nulla autem est in natura rerum talis necessitas. Cum hoc igitur dialectici pugnent,[4] id est, Antiochus, et Stoici; totam enim evertit dialecticam: nam si e contrariis disjunctio, (contraria autem ea dico, cum alterum ait,[5] alterum negat) si talis disjunctio falsa potest esse, nulla vera est. 98. Mecum vero quid habent litium; qui ipsorum disciplinam sequor? Cum aliquid hujusmodi inciderat,[6] sic ludere Carneades solebat: Si recte conclusi,[7] teneo: sin vitiose, minam Diogenes[o] reddet: ab eo enim

tur. Tum, *hoc* Baz. Hervag. Junt.—1 ψ *Non negas.*—2 *Videant* N, ψ, Pal. 2. Just. Gronov. 1692. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell.—3 *Cautus* omnes Mss. et edd. præter Dav. Ern. et Hülsemann. qui e conj. Lambini receperunt *catus.* Pro *is* in U legitur *iis.* Verba *enim inquit alterutrum* absunt a quatuor Mss. Gœrenzii et Vienn.—4 ψ *pugnant.*—5 Edd. vett. *aiat.* Dein, *neget* Mss. plerique et edd. vett.—6 Dresd. *incidebat.* Pro *ludere* tres Mss. Gœrenzii et edd. Baz. Hervag. exhibent *concludere.*—7 Mss. nonnulli et edd. vett. pleræque cum Grut. *conclusit.* Ante *teneo* Davis. *te* addi voluit. Tum, U *Dio-*

NOTÆ

[m] *Tribunum aliquem*] Dictum jam supra de joco illo, qui ex eo profectus est, quod tribunorum esset aut reprobare aut approbare quicquid in republica fieret.

[n] *Vivet cras Hermachus*] Nomen Hermachi sumitur hic pro exemplo; sic a philosophis recentioribus quicquid de homine universim dicitur, in Petro exemplum statui solet.

[o] *Minam Diogenes*] Mina singulariter apud Græcos erat, quod apud Latinos libra, et pondo. Centum drachmas continebat, seu centum denarios, quod Minerval fuit docentibus dialecticam. Sensus igitur hu-

Digitized by Google

Stoico dialecticam[8] didicerat: hæc autem merces erat dialecticorum. Sequor igitur eas vias, quas didici ab Antiocho: nec reperio, quomodo judicem,[9] Si lucet, lucet, verum esse, ob eam causam, quod ita didici, omne, quod ipsum ex se connexum sit, verum esse: non judicem, Si mentiris, mentiris, eodem modo esse connexum. Aut igitur hoc et illud; aut nisi hoc, ne illud quidem judicabo.

XXXI. Sed, ut omnes istos aculeos, et totum[10] tortuosum genus disputandi relinquamus, ostendamusque, qui simus: jam, explicata tota Carneadis sententia, Antiochia[1] ista corruent universa. Nec vero quicquam ita dicam, ut quisquam id fingi suspicetur. [p. 25.] A Clitomacho sumam, qui usque ad senectutem cum Carneade fuit, homo et acutus, ut Pœnus,[p] et valde studiosus ac diligens: et quatuor[2] ejus libri sunt de sustinendis assensionibus: hæc autem, quæ jam dicam, sunt sumta de primo. 99. Duo placet esse Carneadi genera visorum:[3] in uno hanc divisionem, Alia visa esse, quæ percipi possint, alia quæ[4] non possint: in altero autem, Alia visa esse probabilia, alia non probabilia. Itaque, quæ contra sensus, contraque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem divisionem: contra posteriorem nihil dici oportere. Quare ita placere, tale visum nullum esse, ut perceptio consequeretur;[5] ut autem probatio, multa. Etenim contra naturam esset, si probabile nihil esset: et sequitur omnis vitæ ea, quam tu,

geni: ψ *Diogenis.* Porro, *reddat* Manut. et Oliv.—8 *Dialectica* e Gud. dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Mox, *Sequar* U ψ et al. ac etiam edd. pleræque ante Grut.—9 Davis. legi jubet *quomodo cum jud.*

CAP. XXXI. 10 Lamb. conj. *et hoc totum.*—1 *Antiochi* Paris. 4. et al. *Antiochie* Gud. Vienn. Dresd. *Antiochea* Reg. et Hülsemann.—2 Davis. conj. *diligens etiam. Quatuor.* Mox, Lamb. *sumpta sunt.*—3 Manut. et Lamb. *visorum genera.*—4 Post *quæ* Mss. nonnulli et ed. Vict. cum Dav. addunt *percipi.*

NOTÆ

jus loci est: Si vitiose conclusi, reddat mihi Diogenes pecuniam quam illi, ut doceret dialecticam, persolveram. Diogenes Babylonius fuit, ut opinor, nam et Stoicus fuit et suppar Carneadi. Floruit ille Olymp. 159. hic 162.

p *Ut Pœnus*] Erat videlicet Clitomachus Carthaginensis, ut supra dictum.

Digitized by Google

Lucülle, commemorabas, eversio.[6] Itaque et sensibus probanda multa sunt: teneatur modo illud, non inesse in his quicquam tale, quale non etiam falsum, nihil ab eo differens, esse possit. Sic, quicquid acciderit specie probabile, si nihil se offeret, quod sit probabilitati illi contrarium, utetur eo sapiens: ac sic omnis ratio vitæ gubernabitur. Etenim is quoque, qui a vobis[7] sapiens inducitur, multas equitur probabilia, non comprehensa, neque percepta, neque assensa, sed similia veri; quæ nisi probet, omnis vita tollatur. 100. Quid enim? conscendens navem sapiens, num comprehensum[8] animo habet atque perceptum, se ex sententia navigaturum? qui potest? Sed si jam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo navigio, bono gubernatore, hac tranquillitate;[9] probabile videatur, se illuc venturum esse salvum. Hujusmodi igitur visis consilia capiet et agendi, et non agendi: faciliorque erit, ut albam esse nivem probet, quam erat Anaxagoras, qui id non modo ita esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta[10] esset, albam ipsam esse, ne videri quidem. Et quæcumque res eum sic attinget, ut sit visum illud probabile, neque ulla re impeditum, movebitur. Non enim est e saxo sculptus,[1] aut e robore[q] dolatus:[r] habet corpus; habet animum: movetur mente; movetur sensibus; ut ei multa vera[2] videantur; 101. neque tamen habere[3] insignem illam et propriam percipiendi notam: eoque sapientem non assen-

—5 Hervag. *sequeretur*, ut voluerunt Lamb. et Ern.—6 Edd. nonnullæ copulam omittunt. Mox, in Dresd. Paris. 4. et Ms. Vict. legitur *eversionem;* unde Davis. legi jubet *contra nat. esse . . . nihil esset, et sequi omnis vitæ eam, quam . . . eversionem.*—7 Ms. Ursini, Paris. 5. et Ven. 1471. *a nobis.*—8 ψ *non compr.*—9 ψ, Dresd. Hervag. Junt. et al. *ac tranq.* Tum, *ei videatur* Lamb. —10 *Congregata* Mss. et edd. ante Steph. qui cum edd. seqq. e conj. Manutii dedit *concreta:* Camerarius conj. *congelata.*—1 Crat. et Hervag. *scalptus.* Dein, *aut ebore dolatus* Mss. plerique et edd. vett.—2 Mss. Gœrenzii et edd. Bas. Hervag. Junt. Gœrenz. et Orell. *vera multa.*—3 Lamb. conj. *habet.*—

NOTÆ

[q] *E robore*] Genus est quercus durissimum.

[r] *Dolatus*] Dolare est materiam æquabilem ex aspera reddere. Olim 'dolitus' pro dolatus dicebatur.

Digitized by Google

tiri,[4] quia possit ejusdemmodi existere falsum aliquod, cujusmodi hoc verum. Neque nos contra sensus aliter dicimus, ac Stoici, qui multa falsa esse dicunt, longeque aliter se habere, ac sensibus videantur. XXXII. Hoc autem si ita sit, ut unum modo sensibus falsum[5] videatur; præsto est, qui neget, rem ullam percipi posse sensibus. Ita, nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero vestro, perceptio et comprehensio tollitur. Quod est caput Epicuri? Si ullum sensibus[6] visum falsum est, nihil percipi potest. Quod vestrum? Sunt falsa sensus visa. Quid sequitur? Ut taceam, conclusio ipsa loquitur,[7] Nihil posse percipi.[x] Non concedo, inquit, Epicuro. Certa igitur cum illo, qui a te totus diversus est: noli mecum, qui hoc quidem certe, falsi esse aliquid in sensibus, tibi assentior. 102. Quanquam nihil mihi tam mirum videtur, quam ista dici, ab Antiocho quidem maxime, cui erant,[8] quæ paulo ante dixi, notissima. Licet enim hæc quivis arbitratu suo reprehendat, quod negemus rem ullam percipi posse; certe levior reprehensio[9] est. Quod tamen dicimus esse quædam probabilia, non videtur hoc satis esse vobis. Ne sit.[y] Illa[10] certe debemus effugere, quæ a te vel maxime agitata sunt. Nihil igitur cernis? nihil audis? nihil tibi est perspicuum? Explicavi paulo ante, Clitomacho auctore, quo modo ista Carneades diceret. [*p.* 26.] Accipe, quemadmodum eadem

[x] *Ex uno Epicuri principio, et ex altero Stoicorum, quæ vestra secta est, principio concluditur nullam esse perceptionem et comprehensionem. Quodnam est principium Epicuri? Hoc, Si ullum sensibus visum falsum est, nihil percipi potest. Quodnam est Stoicorum, et vestrum principium? Hoc, Sunt falsa sensus visa. Quid ex his duobus principiis sequitur? Quamvis taceam, conclusio ipsa loquitur, Nihil posse percipi.*

[y] *Esto, per me licet, hoc non sit satis.*

4 Davis. conj. *eoque sapiens non assentitur*, vel *eoque sapientis est non assentiri.*

CAP. XXXII. 5 Duo Mss. Gœrenzii, Ven. 1494. Baz. omittunt *falsum;* unde Gœrenz. conjecit legend. *ut unum sensibus modo videatur.*—6 Novem Mss. et edd. Ven. 1471. Baz. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *sensus.* Verbum *potest* omittunt quinque Mss. Baz. et Gœrenz.—7 ψ *loquatur.*—8 Post *erant* Gud. Reg. Cantab. Paris. 5. Ven. 1471. Baz. et Dav. addunt *ea.*—9 N et Pal. 2. *responsio:* U *apprehensio:* Gud. *comprehensio.*—10 ψ et Paris. 5. *ne sic illa:* Baz. Hervag. Junt. *nec sic illa:* Davis. correxit *næ sic*, aut *vel sic*

Digitized by Google

dicantur[1] à Clitomacho, in eo libro, quem ad C. Lucilium[s] scripsit poëtam, cum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum,[t] eum, qui consul cum M' Manilio[u] fuit. Scripsit igitur his fere[2] verbis: sunt enim mihi nota, propterea quod earum ipsarum rerum, de quibus agimus, prima institutio, et quasi disciplina illo libro continetur; sed scriptum est ita: 103. 'Academicis placere, esse rerum ejusmodi dissimilitudines,[3] ut aliæ probabiles videantur, aliæ contra; id autem non esse satis, cur alia percipi posse[4] dicas, alia non posse; propterea quod multa falsa probabilia sint; nihil autem falsi perceptum et cognitum possit esse.' Itaque, ait, vehementer errare eos, qui dicant, ab Academia sensus eripi, a quibus nunquam[5] dictum sit, aut colorem aut saporem aut sonum nullum esse; illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri et certi notam. 104. Quæ cum exposuisset, adjungit,[6] dupliciter dici assensus sustinere sapientem: uno modo, cum hoc intelligatur, omnino eum rei nulli assentiri; altero, cum se a respondendo, ut aut[7] approbet quid aut improbet, sustineat, ut neque neget aliquid, neque aiat. Id

illa.—1 Edd. vett. cum Grut. *ea dicantur.*—2 In duobus Mss. Gœrenzii *fere* omittitur.—3 Edd. vett. plures *similitudines.*—4 Al. *posse percipi.*—5 Baz. Hervag. Junt. *nonnunquam.*—6 A duobus Mss. abest *adjungit.*—7 In Pal. 2. et tribus Mss. Gœrenzii omittitur *ut aut.* Desunt *aut improbet* in Paris. 5. et *quid aut improbet* in Cantab. Exhibent edd. vett. pleræque *ut aut appr., aut impr. quid.* Schutzius de sententia Gruteri delevit verba *ut aut approbet*

NOTÆ

[s] *Ad C. Lucilium*] Poëtam celebrem, patria Auruncanum; aliqui tamen Canusinum fecere. Natus est quo tempore Romani Carthaginem deditione occuparunt. Ejus soror avia fuit Pompeii Magni. Porphyr. apud Horat. Eo genere satiræ, quo cives Romani nominatim ac palam carperentur, ultimus usus est. Lex enim a populo Romano rogata est, (quod et Athenienses prius fecerant rogante Alcibiade) ne quenquam nominatim carpere versibus liceret; unde inductum genus aliud satiræ, quo Varro in Menippeis, et Petronius usi sunt.

[t] *Ad L. Censorinum*] E gente Marcia, qui mox censor fuit. Celebris est ejus consulatus, et obsidione Carthaginis, de qua passim auctores, et ludis sæcularibus Romæ quartum factis. Censorin. de Die Natali, l. II.

[u] *Cum M' Manilio*] Manilios nonnulli cum Manliis perperam confundunt. Utraque gens consularis, sed Manliorum longe nobilior.

Digitized by Google

cum ita sit, alterum placere, ut nunquam assentiatur; alterum tenere, ut sequens probabilitatem, ubicumque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut Etiam, aut Non, respondere possit: nec, ut placeat [8] eum, qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, moveri tamen, et agere aliquid, reliquit [9] ejusmodi visa, quibus ad actionem excitemur: item ea, quæ interrogati in utramque partem respondere possimus,[10] sequentes tantummodo quod ita visum sit, dum sine assensu: neque tamen [1] omnia ejusmodi visa approbari, sed ea quæ nulla re impediantur. 105. Hæc si vobis non probamus, sint falsa sane: invidiosa certe non sunt. Non enim lucem eripimus: sed ea, quæ vos percipi comprehendique, eadem nos, si modo probabilia sint, videri dicimus.

XXXIII. Sic igitur inducto et constituto probabili,[2] et eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato, vides profecto, Luculle, jacere jam illud tuum perspicuitatis patrocinium. Iisdem enim hic sapiens, de quo loquor,[3] oculis, quibus iste vester cœlum, terram, mare intuebitur; iisdem sensibus reliqua, quæ sub quemque sensum cadunt,[4] sentiet. Mare illud, quod nunc, Favonio nascente,[x] purpureum videtur, idem huic nostro videbitur; nec tamen assentietur; quia nobismetipsis modo cœruleum videbatur, mane flavum;[5] [y] quodque nunc, quia a sole collucet, al-

quid, aut impr. quæ Dav. Gœrenz. et Orell. uncis includunt.—8 *Nam cum placeat* Lamb. *Hic ut placeat*, Hülsemann. e conj. Manutii: *Et cum placeat* volebat Davis.—9 Ald. *relinquit*: Davis. conj. *relinqui*. Tum, U *hujusmodi*.—10 Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. Lamb. Oliv. *possumus*.—1 Duo Mss. Gœrenzii *nequeant tum*: Paris. 2. 4. 5. Reg. Cantab. et Ven. 1471. *nequeant tamen*. Dein, *visa approbat* e Ms. recepit Manut.

Cap. XXXIII. 2 U ψ, duo Pall. Mss. Gœrenzii et edd. vett. nonnullæ *inducta et constituta probabilia*.—3 *Loquimur* Vratisl. *loquitur* Gud. Pro *vester* ψ et omnes Mss. Gœrenzii habent *videtur*.—4 *Cadent* e duobus Mss. dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Mox, pro *quod* Manut. Steph. et Lamb. exhibent *quidem*.—5 Reg. Paris. 1. 2. 5. Cantab. nonnulli Mss. Lambiniani, quatuor Mss. Gœrenzii, et Ven. 1471. *atrum*: Paris. 4. et Ms. Vict. *acrum*.

NOTÆ

[x] *Favonio nascente*] Latinis Favonius, Græcis Zephyrus, quasi *ζωηφόρος, vitam ferens*. Ventus flans ab occasu æquinoctiali.

[y] *Mane flavum*] Commodius alii *ravum*. Color est medius inter flavum

bescit, et vibrat, dissimileque est proximo ei continenti:[6] ut, etiam si possis rationem reddere, cur id eveniat, tamen non possis id verum esse, quod videbatur oculis,[7] defendere. 106. Unde memoria, si nihil percipimus?[8] (sic enim quærebas) quod meminisse visa, nisi comprehensa, non possumus. Quid? Polyænus,[z] qui magnus mathematicus fuisse dicitur, is, posteaquam, Epicuro assentiens, totam geometriam esse falsam[9] credidit, num illa etiam, quæ sciebat, oblitus est? Atqui, falsum quod est, id[10] percipi non potest, ut vobismetipsis placet. Si igitur memoria perceptarum comprehensarumque rerum est, omnia, quæ quisque meminit, habet ea comprehensa, atque percepta. Falsi autem comprehendi nihil potest: et omnia meminit Scyron[a] Epicuri dogmata: vera igitur illa sunt nunc[1] omnia. [*p.* 27.] Hoc per me licet: sed tibi aut concedendum est[2] ita esse, quod minime vis; aut memoriam mihi remittas, oportet, et facile[3] esse ei locum, etiam si comprehensio perceptioque nulla sit. 107. Quid fiet artibus?[4] quibus? iisne, quæ ipsæ fatentur conjectura se plus uti, quam scientia; an his,[5] quæ tantum id, quod videtur, sequuntur, nec habent istam artem vestram, qua vera et falsa dijudicent?[6]

Nonius legit *nunc rerum*, quod dederunt Lamb. Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum, *qua a sole* e tribus Mss. receperunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Conjiciebat Davis. *quaque nunc a sole*.—6 Lamb. edidit *prox. et cont.* probb. Dav. et Ern.—7 In ψ deest *oculis*.—8 *Percepimus* ψ et Baz. H. l. sic distinguunt Gud. Vratisl. Ven. 1494. Baz. Gœrenz. Schutz. et Orell. *si nihil percipimus? Sic enim quærebas? Quid? meminisse.*—9 Al. *falsam esse.*—10 Baz. et Hervag. *falsum quidem id.* Mox, *nobismetipsis* Mss. nonnulli et edd. vett.—1 Davis. *nunc illa sunt.*—2 Mss. pauci et edd. vett. nonnullæ *est* omittunt.—3 Pro *facile* Mss. Ursini et Manutii habent *facias*, prob. Davisio, qui conjecit scribendum *fateare*. In Reg. Cantab. Paris. 4. 5. Ms. Vict. et Ven. 1471. legitur *facere*: Hervag. *facilem*.—4 Post *artibus* ψ addit *his*.—5 Al. *iis*.—6 Reg. Gud. Paris. 5. Baz. Hervag. *quæ . . . dijudicet*: Paris. 2. *qua . . . dijudicet*. Mox, *limina* Paris. 5. *vincula* vel *munimina* conj. Davis. *columina* vole-

NOTÆ

et cæsium, sive ex fulvo in nigrum desinens. Festus. Horat. Od. III. 27. 'Aut ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino.'

[z] *Polyænus*] Meminit quidem Suidas duplicis Polyæni, sed utriusque a nostro diversi. Hic discipulus fuit Epicuri, cujus et in testamento locum habet.

[a] *Meminit Scyron*] Epicureus nobilis, ætate Ciceronis: cujus mentio iterum est lib. II. de Fin.

Digitized by Google

Sed illa sunt lumina duo, quæ maxime causam istam continent. Primum enim negatis fieri posse, ut quisquam nulli rei assentiatur. At id quidem perspicuum est: cum Panætius (princeps prope, meo quidem judicio, Stoicorum) ea de re dubitare se dicat, quam omnes, præter eum, Stoici certissimam putant, vera esse haruspicum[7] auspicia, oracula, somnia, vaticinationes; seque ab assensu sustineat. Quod is[8] potest facere de iis rebus, quas illi, a quibus ipse didicit, certas habuerint; cur id sapiens de reliquis rebus[9] facere non possit? An est aliquid, quod positum[10] vel improbare vel approbare possit, dubitare non possit? An tu in soritis poteris hoc,[1] cum voles; ille in reliquis rebus non poterit eodem modo insistere,[2] præsertim cum possit sine assensione ipsam verisimilitudinem non impeditam sequi? 108. Alterum est, quod negatis actionem ullius rei posse in eo esse, qui nullam rem assensu suo comprobet. Primum enim videri oportet, in quo sit etiam[3] assensus: dicunt enim Stoici, sensus ipsos assensus esse; quos quoniam appetitio consequatur, actionem sequi: tolli autem omnia, si visa tollantur. XXXIV. Hac de re in utramque partem et dicta sunt et scripta multa;[4] sed brevi res potest tota confici. Ego enim etsi maximam actionem puto, repugnare visis, obsistere opinionibus, assensus lubricos sustinere, credoque Clitomacho ita scribenti, Herculi[5] quendam laborem exantlatum a Carneade, quod, ut feram et immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem et temeritatem, extraxisset:

bat Ric. Bentleius.—7 *Haruspicinam* e conj. Ernesti receperunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Conjecit Faber *haruspicia*.—8 *Quod si is* Paris. Hervag. Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. Post *facere* Mss. pauci et edd. Baz. Manut. addunt *ut*, quod Gœrenz. Schutz. et Orell. in *vel* mutaverunt. Dein, al. *de his rebus*.—9 Gœrenz. e conj. cum Schutz. delevit *rebus*.—10 Gud. Dresd. Vratisl. Ven. 1494. *quo posito:* unde Gœrenz. conj. *an est, quo posito aliquid*. Statim, *approbare possis* conjecit Guyetus. Tum, *dubitari* Mss. pauci, edd. Baz. Junt. Manut. Grut. *improbari . . . approbari, dubitari* Hervag. et Lamb. Conjecit Davis. *vel improbare, vel approbare possit, dubitare non possit*.—1 Hervag. et Lamb. *hoc* omittunt.—2 Pal. 1. *eodem studio ins*.—3 *Etiam* Ernesto suspectum est.

CAP. XXXIV. 4 Mss. plerique et edd. ante Davis. *multa, vide superiora*.—5 Hervag. *Herculis*. Tum, *exanclatum* Mss. nonnulli et ed. Junt. cum Manut. Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. *exaridatum* Dresd. et Vratisl. *exanhe-*

Digitized by Google

tamen, ut ea pars defensionis relinquatur, quid impediet actionem ejus, qui probabilia sequitur, nulla re impediente? 109. Hoc, inquit, ipsum impediet,[6] quod statuet, ne id quidem, quod probet, posse percipi. Jam istuc[7] te quoque impediet, in navigando, et in conserendo, in uxore ducenda, in liberis procreandis, plurimisque in rebus, in quibus nihil sequere, præter probabile.

Et tamen illud usitatum, et sæpe repudiatum refers, non ut Antipater, sed, ut ais, pressius. Nam Antipatrum reprehensum,[8] quod diceret, consentaneum esse ei, qui affirmaret nihil posse comprehendi, id ipsum saltem dicere posse comprehendi: quod ipsi Antiocho pingue videbatur,[b] et sibi ipsum[9] contrarium. Non enim potest convenienter dici, nihil comprehendi posse, si quicquam comprehendi[10] posse dicatur. Illo modo potius putat urgendum fuisse Carneadem: cum sapientis nullum decretum esse possit, nisi comprehensum, perceptum, cognitum; ut hoc ipsum decretum, quod sapientis esset, nihil posse percipi, fateretur esse perceptum: proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat, et sine decretis vitam agere possit.[1] 110. Sed ut illa habet probabilia, non percepta, sic hoc ipsum, nihil posse percipi. Nam si in hoc haberet cognitionis notam, eadem uteretur in ceteris: quam quoniam non habet, utitur probabilibus.[2] Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur, et incerta reddere. Non

latum Pal. 1.—6 Ven. 1494. *quid impedit . . . Hoc ipsum inquit imp.*—7 *Nam istuc* Hervag. *Jam istud* Gœrenz. et Schutz. Tum, *imp. in navig., in conser.* Manut. Steph. Lamb. Schutz. et Orell. *imp. et in navig. et in cons.* Mss. pauci et edd. Baz. Hervag. cum Gœrenz.—8 Paris. 2. et al. *responsum.*—9 Mss. pauci et edd. vett. omittunt *ipsum.* Ed. Gothofr. *sibi ipsi* exhibet.—10 *Si quicquid compr.* Vratisl. *si id ipsum compr.* Manut. *si ipsum compr.* Junt. Lamb. et al. *si id* vel *hoc ipsum compr.* conjecit Ern.—1 *Et sine decr. vitam agere non possit* ψ et edd. vett. *nec sine decr. vitam agere possit* conj. Lamb. Dein, *Sed ut ille habet* Mss. nonnulli et Ven. 1494. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *Sed ut alia habet* correxit Davis.—2 Ms. Gœrenzii, Ven. 1494. et

NOTÆ

[b] *Pingue videbatur*] Deductum videtur ab adagio, 'pingui Minerva:' nisi forte dicas adagium ipsum inde deductum.

Digitized by Google

enim, quemadmodum, si quæsitum ex eo sit, stellarum numerus par an impar sit; item,[3] si de officio, multisque aliis de rebus, in quibus versatus[4] exercitatusque sit, nescire se dicat. [*p*. 28.] In incertis enim nihil est probabile:[5] in quibus autem est, in his non deerit sapienti, nec quid faciat, nec quid respondeat.[6]

111. Ne illam quidem prætermisisti, Luculle, reprehensionem Antiochi (nec mirum: in primis enim est nobilis) qua solebat dicere Antiochus Philonem maxime perturbatum:[7] cum enim sumeretur unum, esse quædam falsa visa; alterum, nihil ea differre a veris; non attendere, superius illud ea re[8] a se esse concessum, quod videretur esse quædam in visis differentia; eam tolli altero, quo neget[9] visa a falsis vera differre: nihil tam repugnare. Id ita esset, si nos verum omnino tolleremus. Non facimus: nam tam vera quam falsa cernimus: sed probandi species est:[10] percipiendi signum nullum habemus.

XXXV. 112. Ac[1] mihi videor nimis etiam nunc agere jejune. Cum sit enim campus, in quo possit exultare[2] oratio, cur eam in tantas angustias,[3] et in Stoicorum dumeta compellimus? Si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui id[4] percipi posse diceret, quod impressum esset e vero; neque adhiberet illam magnam accessionem, quo modo imprimi non posset a falso; cum simplici homine simpliciter agerem; nec magnopere contenderem; atque etiam, si, cum ego nihil dicerem posse comprehendi, diceret ille,

Baz. *probabili*.—3 Crat. Hervag. et al. *itidem*.—4 Mss. nonnulli et edd. vett, *versatur*. Tum, ψ *exercitatus*, *nescire se dicat*. In duobus Mss. et Ven. 1494. *sit* omittitur.—5 Ven. 1494, Baz. et Hervag. *nihil esse prob*. Verbum *est* auctoritate trium Mstorum delevit Gœrenz.—6 Baz. Hervag. Manut. *neque quid fac*., *neque quid resp*. ψ *nec quis faciat*, *nec quid resp*. Lamb, *neque quod fac*., *neque quod resp*.—7 Baz. et Hervag. *conturbatum*.—8 Omittunt *ea re* ψ et Pal. 2. Voces *a se* non leguntur in Paris. 1. 2. 5. Reg. Cantab. Ven. 1471. et Baz, Conjecit Davis. *superius illud a se conc*. Volebat Gœrenz. *superius illud ea re a sese conc*.—9 Baz. et Junt. *quod neget*. Dein, Lamb. *a falsis visa vera*.—10 Unus Ms. caret *est*, prob. Gœrenzio.

Cap. xxxv. 1 Baz. et Hervag. *At*.—2 *Exultare possit* quatuor Mss. et ed. Junt. cum Gœrenz. Schutz. et Orell.—3 Al. *tantas in ang*. Præpositionem ante *Stoicorum* omittunt Mss. et ed. Junt. cum Gœrenz. et Orell.—4 In Gud. et Dresd. deest *id*. Unus Ms, et Ven. 1494. exhibent *quid perc*. N *quid id perc*. Mox, *a vero* Hervag. Cam. Lamb: prob. Rath. Tum, ψ *adhæreret* ....

Digitized by Google

sapientem interdum opinari; non repugnarem; præsertim ne Carneade[5] quidem huic loco valde repugnante: nunc quid facere possum? 113. Quæro enim, quid sit, quod comprehendi possit. Respondet mihi non Aristoteles, aut Theophrastus, ne Xenocrates quidem, aut Polemo; sed mihi minor[e] est; tale verum,[6] quale falsum esse non possit. Nihil ejusmodi invenio. Itaque[7] incognito nimirum assentiar, id est, opinabor. Hoc mihi et Peripatetici, et vetus Academia concedit: vos negatis, Antiochus in primis; qui me valde movet; vel quod amavi hominem, sicut ille me; vel quod ita judico,[8] politissimum et acutissimum omnium nostræ memoriæ philosophorum.[9] A quo primum quæro, quo tandem modo sit ejus Academiæ, cujus esse se profiteatur? Ut omittam alia, hæc duo, de quibus agitur, quis unquam dixit aut veteris Academiæ, aut Peripateticorum? vel id solum percipi posse, quod esset verum tale, quale falsum esse non posset: vel sapientem nihil opinari? Certe nemo. Horum neutrum ante Zenonem magnopere defensum est. Ego tamen utrumque verum puto: nec dico temporis causa; sed ita[10] plane probo. XXXVI. 114. Illud ferre non[1] possum. Tu, cum me incognito assentiri vetes, idque turpissimum esse dicas, et plenissimum temeritatis; tantum[2] tibi arroges, ut exponas disciplinam sapientiæ, naturam rerum omnium evolvas, mores fingas, fines bonorum malorumque constituas, officia describas, quam vitam[3] ingrediar, definias; idemque etiam disputandi et

que modo.—5 ψ *nec a Carneade.*—6 Unus Ms. *sed qui minor et jam tale verum;* unde Gœrenz. Schutz. et Orell. dederunt *sed qui minor etiam; tale verum:* Davis. e duobus Mss. *sed qui minor est: tale verum:* Manut. Lamb. et Orell. *sed nihilo minor: quod est tale verum:* edd. vett. paucæ cum Hülsemann. *sed nihil minor: esse tale verum:* Turnebus corr. *sed mihi minores; tale verum.*—7 Pro *Itaque* U habet *Atque.* Pro *incognito nimirum* Mss. nonnulli, Hervag. Junt. Manut. Grut. et al. exhibent *in cognitione nimirum:* Mss. pauci et ed. Baz. *in cognitione mirum.*—8 Davis. conj. *vel quod illum jud.*—9 Gud. Ven. 1494. et Ascens. *nostræ mem. philos. omnium.*—10 Davis. volebat *sed ista.* Loco *probo* Hervag. habet *puto.*

CAP. XXXVI. 1 In U deest *non.*—2 Davis. malebat *tamen.*—3 Durand.

NOTÆ

[e] *Sed mihi minor* [*sed nihilo minor*] et Theophrasto nihilo minor. Ursin. Zeno Stoicorum princeps, Aristotele

Digitized by Google

intelligendi judicium dicas te et artificium traditurum: perficies, ut ego, ista innumerabilia complectens, nusquam labar? nihil opiner? quæ tandem ea est disciplina, ad quam me deducas, si ab hac abstraxeris? Vereor, ne subarroganter facias, si dixeris tuam. Atqui ita dicas, necesse est. Neque vero tu solus, sed me[4] ad suam quisque rapiet. 115. Age, restitero Peripateticis, qui sibi cum oratoribus cognationem esse, qui claros viros,[d] a se instructos, dicant,[5] rempublicam sæpe rexisse: sustinuero Epicureos, tot meos familiares, tam bonos, tam inter se amantes[e] viros: Diodoto[6] quid faciam Stoico, quem a puero audivi? [*p.* 29.] qui mecum vivit tot annos; qui habitat apud me; quem et admiror et diligo; qui ista Antiochea[7] contemnit. Nostra, inquies, sola vera sunt. Certe sola, si vera: plura enim vera discrepantia esse non possunt. Utrum igitur nos impudentes,[8] qui labi nolumus; an illi arrogantes, qui sibi persuaserint, scire se solos omnia? Non me quidem, inquit,[9] sed sapientem dico scire. Optime: nempe ista scire, quæ sunt in tua disciplina. Hoc primum quale est, a non sapiente explicari sapientiam?[10] Sed discedamus a nobismetipsis: de sapiente loquamur; de quo (ut sæpe jam dixi) omnis hæc quæstio est.

116. In tres igitur partes[f] et a plerisque et a nobismet-

proposuit *viam* legend. Pro *idemque* Paris. 2. 4. 5. Reg. Cantab. Ven. 1471. Baz. et Dav. dant *atque*.—4 Tres Mss. Gœrenzii, Ven. 1494. Baz. Gœrenz. Schutz. et Orell. *me* omittunt.—5 Lamb. *dicunt*.—6 U, Hervag. Lamb. et al. *Diodoro*.—7 Baz. Manut. Lamb. et Orell. *Antiochia*.—8 Paris. 4. et Lamb. *imprudentes*.—9 In U non legitur *inquit*.—10 Nonnullæ edd. vett. *explicari*

NOTÆ

[d] *Claros viros*] Scripserat Nicander Alexandrinus librum de Discipulis Aristotelis; horum nuda nomina Jonssius habet ferme ad nonaginta.

[e] *Inter se amantes*] Maxime coluit amicitias Epicurus, totque sibi paravit amicos, ut numerosæ urbi pares esse potuerint, Laërt. quem veluti hæreditario jure morem tenuerunt ejus discipuli, 'philosophorum genus minime malitiosum, sed simplex et fidele.' Cic. alibi et lib. I. de Fin. 'Epicurus una in domo, et ea quidem angusta, quam magnos, quantaque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges! quod fit etiam nunc ab Epicureis.'

[f] *In tres igitur partes*] Physicam, ethicam, politicam.

Digitized by Google

ipsis[1] distributa sapientia est. Primum ergo, si placet, quæ de natura rerum sunt quæsita,[2] videamus; velut illud ante.[3] Estne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit? Non quæro rationes eas, quæ ex conjectura pendent; quæ disputationibus huc et illuc trahuntur, nullam adhibent persuadendi necessitatem. Geometræ provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere; et qui omnia vobis, quæ[4] describunt, probant. Non quæro ex his illa initia mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt: Punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat: Extremitatem, et[5] quasi libramentum,[s] in quo nulla omnino crassitudo sit, lineamento[6] sine ulla latitudine carentem. Hæc cum vera esse concessero; si adjiciam[7] jusjurandum, sapientemne prius quam Archimedes eo inspectante rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur, multis partibus solem majorem esse, quam terram, juraturum putas? Si fecerit, solem ipsum, quem Deum censet[8] esse, contemserit. 117. Quodsi geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in docendo, vos ipsi ut dicitis; næ ille longe aberit, ut argumentis credat philosophorum: aut, si est crediturus, quorum potissimum? Omnia physicorum licet explicare: sed longum est. Quæro tamen, quem sequatur. Finge aliquem nunc

sapientem.—1 ψ, Reg. Manut. et Orell. *a vobismetipsis*, prob. Davis.—2 *Sint quæsita* Baz. Junt. Manut.—3 Mss. et edd. vett. paucæ *a te;* Gœrenz. dedit *vel, ut illud ante.* Davis. et Ern. voluerunt *verum illud ante.* Mox, pro *errore* Ric. Bentleius conj. *tumore* legend.—4 *Omnia quæ vobis* Dresd. *omnia quæ nobis* Vratisl. *Nobis* quoque exhibent Hervag. et Lambinus.—5 Lamb. *et* omittit.—6 Unus Ms. Baz. et Lambin. *lineamentum*, unde *lineamentum, longitudinem latitudine carentem* dederunt Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. sed Schutz. verba *lineamentum . . . carentem* ante *extremitatem* transposuit: *lineam autem longitudinem latitudine carentem* conjecit Ursinus: *lineam autem sine ulla latitudine carentem* volebat Manut.—7 *Adjiciamus* U ψ et tres Pall. *adigam* Lamb. Oliv. Hülsemann. et Schutz. e conj. Manutii. Dein, U ψ *sapientem nec:* Schutz. *sapientem, eumne.* Pro *prius quam* Lall. e conj. Petri Fabri dedit *postquam*, ut voluerunt Dav. Ern. et Orell.—8 Ed. vet. *censent.* Crat. et Hervag. exhibent *si ferreum solem ip-*

NOTÆ

s *Quasi libramentum*] Quæ vulgo superficies est.

Digitized by Google

fieri sapientem, nondum esse: quam potissimum sententiam eliget et disciplinam?[9] etsi quamcumque eliget, insipiens eliget. Sed sit ingenio divino, quem unum e physicis potissimum probabit?[10] nec plus uno poterit. Non persequor quæstiones infinitas: tantum de principiis rerum, e quibus omnia constant, videamus quem probet: est enim inter magnos homines summa dissensio. XXXVII. Princeps Thales,[h] unus e septem, cui sex reliquos concessisse primas[1] ferunt, ex aqua dixit[i] constare omnia. 118. At hoc Anaximandro,[k] populari et sodali suo, non persuasit. Is enim infinitatem naturæ[l] dixit esse, e qua[2] omnia gignerentur. Post, ejus auditor Anaximenes,[m] infinitum aëra:[n] sed ea, quæ ex eo orirentur, definita: gigni

sum, quem Deum esse censet, contenderit.—9 *Quam potiss. sententiam melius eliget aut disciplinam* Mss. nonnulli cum Lamb. Dav. et Hülsemann. *qua potiss. sententia melius eliget disciplinam* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. *quam potiss. sententiam et disciplinam melius eliget? si, &c.* Hervag. *qua potiss. sententiam melius eligat disciplinam* edd. Ven. *quam potiss. sent. melius eliget et disciplinam* Ms. Gryphii: *quam potiss. sententiam eliget et discipl.* e conj. Davisii receperunt Ern. Gœrenz. Schutz. et Orell. *qua potiss. scientia eliget melius? Discipl. &c.* volebat Grut. Tum, Davis. conj. *quamcunque elegerit*, prob. Ern. —10 ψ, Paris. 2. Reg. et Ven. 1471. *probabitis:* Cantab. *probabimus.* Dein, Hervag. Junt. Manut. Dav. et Hülsemann. *nec enim plus uno pot.* Paris. 2. 4. *nec ne plus uno pot.*

CAP. XXXVII. 1 *Consensisse primos* Mss. nonnulli et edd. vett. *consensisse primas* al.—2 Mss. pauci et ed. Grut. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *a qua.*

NOTÆ

[h] *Thales*] Ex Thelidarum familia, qui Phœnicum nobilissimi a Cadmo et Agenore originem repetunt: in Milesiorum civitatem ascriptus est, cum antea in Ægypto philosophatus esset.

[i] *Ex aqua dixit*] Idem de illo referunt Laërt. in ejus vita, Arist. Phys. I. 6. Plut. de Placit. Philos. l. I. apud quem vide rationes quibus hanc opinionem suam Thales confirmaret.

[k] *Anaximandro*] Non Praxidami, ut male Clem. Stromat. l. I. sed Praxiadis, filius. Simplic. in Arist. Natus Mileti, unde coloniam duxit in Apolloniam. Ælian. Var. Hist. III. 17.

[l] *Infinitatem naturæ*] Quod Græci τὸ ἄπειρον, Cicero *infinitatem* vertit. Infinitatem autem illam non numero, sed magnitudine metiebatur Anaximander; unum enim aiebat esse rerum initium, idque magnitudine infinitum. Simplic. in Phys. I.

[m] *Anaximenes*] Item Milesius Anaximandri discipulus.

[n] *Infinitum aëra*] Ex hoc Tullii loco, et ex Aristotelis interpretibus in Phys. I. patet Anaximenem unum agnovisse principium rerum, 'infinitum aëra.' Perperam igitur Laërt. duo eum principia statuisse scribit, 'infinitum' et 'aëra.'

Digitized by Google

autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia: Anaxagoras,[o] materiam infinitam: sed ex ea particulas,[3] similes inter se, minutas; eas primum confusas, postea in ordinem adductas a[4] mente divina:[p] Xenophanes,[q] paulo etiam antiquior, unum esse omnia, neque id esse mutabile; et id esse Deum,[5] neque natum unquam, et sempiternum, conglobata figura: Parmenides,[r] ignem, qui moveat terram, quæ ab eo formetur: Leucippus,[s] plenum, et inane: Democritus huic in hoc similis, uberior in ceteris: Empedocles, hæc pervulgata, et nota quatuor: Heraclitus, ignem: Melissus, hoc, quod esset infinitum, et immutabile, et fuisse semper, et fore. [*p.* 30.] Plato ex materia in se omnia[6] recipiente mundum esse factum censet a Deo sempiternum. Pythagorei, ex[7] numeris, et mathematicorum initiis, proficisci volunt omnia. Ex his eliget vester sapiens unum aliquem, credo, quem sequatur: ceteri, tot viri et tanti, repudiati ab eo, condemnatique discedent.[8] 119. Quamcumque vero sententiam probaverit, eam sic animo comprehensam habebit, ut ea quæ sensibus: nec magis ap-

—3 *Sed particulas* Reg. *sed eas particulas* nonnullæ edd. vett. Dein, *similes interesse minutas* ψ: *similes inter se et min.* al. *Infinitam, id est, particulas similes inter se et minutas* dedit Lamb. *sed ex ea particulas similes inter se, et minutas eas, primum confusas* conj. Davis.—4 Præpositionem omittunt ψ, Baz. Hervag. Junt. Manut.—5 Baz. et Hervag. *verum Deum.* Tum, *usquam* Mss. pauci, Grut. et Davis. In Reg. Paris. 2. 4. Ascens. et Ven. 1471. legitur *unquam quicquam.* Ante *conglobata* Lamb. addit copulam *et.* Davis. conjecit legend. *et id esse Deum et sempiternum, conglob. figura; neque natum unquam quicquam.*—6 In ψ *omnia* deest.—7 Pall. et edd. vett. paucæ præpositionem omittunt. Gud. et Baz. non agnoscunt copulam *et.*—8 Tres Mss. Gœrenzii, Ven. 1494.

NOTÆ

[o] *Anaxagoras*] Mens cognominatus est vel propter sapientiam, Plut. in Periclis Vita, vel quod mentem, alterum cum materia principium rerum esse dixit. Laërt.

[p] *A mente divina*] Cum ceteri ante Anaxagoram philosophi unum esse principium rerum docuissent, licet alius aliud; ipse primus mentem adjecit, quæ efficientis principii rationem haberet. Simplic. in I. Arist. Plura nos l. I. de Nat. Deor.

[q] *Xenophanes*] De illius opinione vide l. I. de Nat. Deor.

[r] *Parmenides*] Simplic. Phys. I. refert versus ipsos Parmenidis.

[s] *Leucippus*] Inane ita principium rerum esse dicebat, ut non separatum a corporibus, sed iis interjectum esse vellet, quæ Democriti quoque opinio fuit. Philopon. in Physic. c. de Vacuo.

Digitized by Google

probabit nunc lucere, quam, quoniam Stoicus est, hunc mundum[9] esse sapientem, habere mentem, quæ et se et ipsum fabricata sit, et omnia moderetur, moveat, regat. Erit ei persuasum etiam,[10] solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, Deos esse, quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet[1] et transeat: fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.[t] XXXVIII. Sint ista vera: (vides enim jam me fateri aliquid esse veri) comprehendi ea tamen et percipi, nego. Cum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi[2] ista dixerit; veniet, flumen orationis aureum fundens Aristoteles, qui illum desipere dicat: neque enim ortum esse unquam mundum,[u] quod nulla fuerit, novo consilio inito,[3] tam præclari operis inceptio; et ita eum esse[4] undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum existere,[5] ut hic ornatus unquam dilapsus occidat. Tibi hoc repudiare, illud autem superius, sicut caput et famam tuam, defendere[6] necesse erit; mihi, ne ut dubitem quidem,[7] relinquatur? 120. Ut omittam levitatem temere assentientium, quanti libertas ista[8] æstimanda est, non mihi necesse esse, quod tibi est? Cur Deus, omnia nostri[9] causa cum faceret, (sic enim vultis) tantam vim

Baz. Crat. Hervag. *discedant.*—9 Pal. 1. *approbabit. Num lucere quanquam Stoicus est huc mundum:* Pal. 2. *approbabit num lucere quam quoniam Stoicus est, hunc mundum:* Gud. *approbabit num lucere, quanquam Stoicus est, hunc mundum.*—10 Mss. pauci et edd. Ven. 1471. Hervag. et Ascens. *Erit enim pers. etiam.* Pronomen *ei* omittunt N, Junt. Manut. Grut.—1 Mss. plerique et ed. Baz. cum Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. *permanet.*

CAP. XXXVIII. 2 Manut. Steph. et Lamb. non agnoscunt *tibi.* Tum, *illud flumen* Hervag. Junt.—3 Mss. nonnulli et edd. vett. paucæ *initio.*—4 Al. *esse eum.*—5 Walker legit *efficere;* unde Davis. volebat *nulla sen. diuturnitasve temp. efficere.*—6 Pal. 2. *sicut caput e flamma tuum defend.*—7 *Quid* ψ; et *relinquetur* Lamb. *quum mihi ne ut . . . relinquatur* e Ms. recepit Gœrenz.—8 Paris. 4. 5. Eliens. Cantab. Ms. Ursini et Mss. Gœrenzii, cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *ipsa.*—9 E Mss. paucis et Lactantio Instit. VII. 4. 11. *nostra* dederunt Gœrenz. Schutz. et Orell. qui mox cum Lactantio l. l. dederunt *cur tam*

NOTÆ

[t] *Ardore deflagret*] De illa opinione nos in l. I. de Nat. Deor.

[u] *Neque enim ortum esse unquam mundum*] Hanc Aristotelis sententiam alii aliter tradunt; ipse certe aliis hanc suam sententiam rationibus confirmat.

Digitized by Google

natricum[x] viperarumque fecerit? cur mortifera tam multa perniciosa terra marique disperserit? Negatis hæc tam polite, tamque subtiliter effici potuisse sine divina aliqua solertia; cujus quidem vos majestatem deducitis usque ad apium formicarumque perfectionem; ut etiam inter Deos Myrmecides[10 y] aliquis, minutorum opusculorum fabricator, fuisse videatur. 121. Negas sine Deo posse quicquam.[1] Ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato, qui det isti Deo immunitatem[z] magni quidem muneris. Sed cum[2] sacerdotes Deorum[a] vacationem habeant, quanto est æquius habere ipsos Deos! Negat opera Deorum se uti ad fabricandum mundum.[3] Quæcumque sint, docet, omnia esse effecta[4] natura: nec, ut ille, qui asperis et lævibus et hamatis uncinatisque[b] corporibus concreta[5] hæc esse dicat, interjecto inani. Somnia censet hæc esse Democriti, non docentis, sed optantis.[6] Ipse autem, singulas mundi partes persequens, quicquid aut sit, aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse docet ponderibus et motibus. Sic[7] ille et Deum opere magno liberat, et me timore. Quis enim potest, cum

---

multa pestifera. In Cantab. non legitur *perniciosa*: unde Orell. uncis inclusit. Lamb. conjecit legend. *cur mortifera tam multa, tam multa perniciosa.* Hervag. Junt. et Dav. *cur mortifera tam multa perniciosa.*—10 Al. *Myrmicides.* Tum, *inimicorum opusculorum* Pal. 2. et Ms. Vict.—1 Davis. conj. *posse quicquam esse*, prob. Ern.—2 *Et quum* volebat Gœrenz.—3 In ψ non legitur *mundum.*—4 Al. *effecta esse.*—5 Nonius in voc. 'Uncinatum' legit *corpusculis concreta.* —6 Hervag. et Ascens. *sed opinantis*: Guyetus correxit *sed potantis.*—7 Pro *Sic* Paris. 2. 4. 5. Reg. Cantab. dant *Ne;* Crat. Davis. Hülsemann. Gœrenz.

NOTÆ

[x] *Natricum*] Serpentis aquatilis genus. Lucan. 'et natrix violator aquæ,' &c. De Caligula dixit apud Sueton. Tiberius, 'exitio suo omniumque Caium vivere, et se natricem populo Romano, Phaëtontem orbi terrarum educare.'

[y] *Myrmecides*] Statuarius, qui ex ebore quadrigam, quam musca alis obtegeret, et navem quam apicula pennis absconderet, effinxit. Ælian. Hist. l. I. Varro de L. L. l. VI.

[z] *Deo immunitatem*] Atque ideo maxime Physicus dictus, quod 'omnem vim divinam in natura sitam esse doceret.' Cic. de Nat. Deor. l. I.

[a] *Sacerdotes Deorum*] Exemti erant sacerdotes ab urbanis negotiis, militiaque; quanquam a militia non tam jure magistratus quam ætatis, neque enim sacerdotio ante annum quinquagesimum initiabantur.

[b] *Uncinatisque*] Opinionem Epicuri et Democriti vide in lib. de Nat. Deor.

Digitized by Google

existimet a Deo se curari,[8] non et dies et noctes divinum numen horrere? et si quid adversi acciderit, (quod cui non accidit?) extimescere, ne id jure evenerit? Nec Stratoni tamen assentior, nec vero[9] tibi. Modo hoc, modo illud probabilius videtur. XXXIX. 122. Latent ista omnia, Luculle, crassis occultata[10] et circumfusa tenebris, ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quæ penetrare in cœlum, terram intrare possit. Corpora nostra non novimus: qui sint situs partium, quam vim quæque pars habeat, ignoramus. Itaque medici ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt, ut viderentur.[1] Nec eo tamen aiunt empirici [c] notiora esse illa; quia possit fieri, ut patefacta et detecta[2] mutentur. [*p.* 31.] Sed ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus, ut videamus, terra penitusne[3] defixa sit, et quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat? 123. Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium. Portenta videntur: sed tamen neque ille, qui dixit, jurare posset ita se rem habere, neque ego non ita. Etiam dicitis,[4] esse e regione nobis, e contraria parte terræ, qui ad-

Schutz. et Orell. *Nat.* Dein, *opera magna* Lamb.—8 Baz. Hervag. Junt. *curari se a Deo:* al. *se curari a Deo.*—9 Baz. Hervag. Junt. Lamb. *neque vero.*

CAP. XXXIX. 10 '*Obscurata* e Martiano Capella v. p. 168. Grotii præferebat Durand. Martianus habet *Latent ista omnia, Varro, magis* (an *magnis?*) *obscurata et circumfusa tenebris.* Hæc ego pro versiculo antiqui poëtæ habere nequeo, id quod visum est Gœrenzio et Schutzio; eo magis, quod si Martiano ulla fides tribuenda est in prima ed. fuit *magnis*, voc. sane non poëticum. Rem conficit Acad. I. § 44. et Lactantius Instit. III. 28. 12. 'Anaxagoras pronuntiat, circumfusa esse tenebris omnia.' Hoc ergo dictum obversabatur Tullio, pronuntianti *ténebris*, non *tenébris.*' Orell.—1 *Ut ea viderent* nonnullæ edd. vett. *ut viderent* correxit Guyetus. Mox, *empiricis* U ψ, et Mss. nonnulli Gœrenzii, item Hervag. Junt. Lamb. *epicurici* Paris. 5.—2 U, Gud. Vienn. Reg. Paris. 2. 4. 5. Ms. Vict. et ed. Ven. 1471. *dejecta:* Hülsemann. edidit *desecta:* Gulielm. volebat *disjecta.*—3 Mss. nonnulli, Mannt. et Lamb. *terrane penitus.* Mox, *an medio pend.* Paris. 1. 2. 5. Reg. et Cantab.—4 N, ψ

NOTÆ

[c] *Empirici*] Serapion primus omnium nihil rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in usu et experimentis eam posuit; quem Apollonius et Glaucias, et aliquanto post Heraclides Tarentinus et aliqui non mediocres viri secuti, ex ipsa professione se Empiricos appellaverunt.

Digitized by Google

versis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas[5][d] vocatis. Cur mihi magis succensetis, qui ista non aspernor, quam eis, qui, cum audiunt, desipere vos arbitrantur? Hicetas[6] Syracusius[e] (ut ait Theophrastus) cœlum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia, stare censet; neque præter terram,[f] rem ullam in mundo moveri; quæ cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat, eadem effici omnia, quasi[7] stante terra cœlum moveretur. Atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius. Quid tu, Epicure? loquere. Putas solem esse[8] tantulum? Ego ne vobis quidem tantum, sed et vos ab illo irridemini; et ipsi illum vicissim eluditis. Liber igitur a tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, qui nihil istorum sciri putat[9] posse. Sed redeo ad animum, et corpus. 124. Satisne tandem ea nota sunt nobis, quæ nervorum natura sit, quæ venarum? tenemusne quid animus sit?[10] ubi sit? denique,

---

neque ego. Non enim etiam dic. Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. Dav. Oliv. Hülsemann. *neque ego. Nonne etiam dic.* Gœrenz. e Mss. cum Schutz. et Orell. *neque ego, non ita. Dicitis etiam.* Aliquid deesse censebat Jo. Clericus, qui supplevit *neque ego non habere. Nonne etiam dicitis.* Mox, Pal. 2. *in regione.* Verba *e contraria parte terræ* Lambino suspecta sunt. Gœrenz. mavult *et contraria parte terræ.* Tum, ψ *quia adversis part.*—5 Al. Ἀντίποδας. —6 Pro *Hicetas* ψ, Paris. 5. et Ven. 1471. habent *Hic et a;* Reg. *Hiceta;* Pal. 2. *Hec. etas;* Mss. pauci et edd. vett. *Nicetas.* Mox, al. *stare omnia.*— 7 *Quæ si* e conj. Manutii dederunt Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell.— 8 Al. *esse solem.* Mox, Reg. Paris. 2. 4. 5. Mss. tres Gœrenzii, Ms. Vict. et Ven. 1471. cum Lall. Gœrenz. et Schutz. *Egone? vos* (*nos* Paris. 2. 4. et Ven. 1471.) *quidem tantum:* Orell. e conj. Lambini *Ego ne bis quidem tantum.* Guyetus conj. *Egone? vix quidem tantum:* Faber et Castillon *Ego ne nobis quidem tantum.* In U et ψ non legitur *Sed.*—9 ψ et al. *putant.*—10 *Quid sit nobis* Gud. Dresd. *quid sit animus* N, Vratisl. Ven. 1494. Crat. Hervag.

NOTÆ

[d] *Quos Antipodas*] Ea opinio tanquam anilis olim rejiciebatur; meminit tamen illius Laërt. in Pythagora.

[e] *Hicetas* [*Nicetas*] *Syracusius*] Lambinus et Octavianus Ferrerius legendum putant *Hicetas*, ex Laërt. qui in Philolao Crotoniensi ait Hicetam Syracusium primum sensisse terram in orbem circumferri. Plut. quoque de Placit. Phil. *Οἰκέτην* eum vocat: sed mendose scripta est prima nominis syllaba. Eusebius enim, qui ex Plut. locum transfert, Ἱκέτην scribit, Præp. Evang.

[f] *Præter terram*] Hanc sententiam Laërtius tribuit Philolao Crotoniatæ, unde Bullialdus, insignis nostræ ætatis astronomus, suum de terræ motu librum Philolaum inscripsit.

Digitized by Google

sitne, aut, ut Dicæarcho[g] visum est, ne sit quidem ullus? si est, tresne partes habeat, ut Platoni placuit, rationis, iræ, cupiditatis; an simplex unusque sit? Si unus et simplex,[1] utrum sit ignis,[h] an anima, an sanguis? an, ut Xenocrates,[2] mens nullo corpore? quod intelligi, quale sit, vix potest. Et, quicquid est, mortale sit[3] an æternum? nam utramque in partem multa dicuntur. XL. Horum aliquid vestro sapienti certum videtur: nostro, ne quid maxime quidem probabile sit, occurrit. Ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta. 125. Sin agis verecundius, et me accusas, non quod tuis rationibus non assentiar, sed quod nullis; vincam animum; cuique assentiar, deligam. Quem potissimum? Quem? Democritum? semper enim (ut scitis) studiosus nobilitatis fui.[a][4] Urgebor jam omnium vestrum convicio. Tune aut inane quicquam putes esse, cum ita completa et conferta sint omnia, ut et quod movebitur corporum, cedat; et qua quodque[5] cesserit, aliud illico subsequatur? aut atomos ullas, e quibus quicquid efficiatur, illarum sit dissimillimum? aut sine aliqua mente rem ullam effici posse præclaram? et, cum in uno mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabiles, supra, infra, dextra, sinistra, ante, post, alios dissi-

[a] *Studiosus fui rerum nobiliorum et illustriorum, qualis est schola Democriti, qui inter omnes philosophos maxime conspicuus est.*

animus quid sit conj. Gœrenz. Dein, *sitne, an, ut Dic.* e conj. Lambini dederunt Dav. et Gœrenz.—1 *Si unum et simplex* Eliens. *et si unus et simplex* Paris. 5. Gud. et Vratisl. *si simplex*, omissis *unus et*, Junt. Mannt. Lamb. —2 Al. *Xenocrati*. Pro *mens* Gœrenz. Schutz. et Orell. dederunt *numerus* e conj. Ric. Bentleii.—3 In ψ et al. non legitur *sit*. Tum, *utraque in parte*, vel *in utraque parte*, Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut.

Cap. XL. 4 Hervag. et Junt. *fuit*.—5 Ern. e conj. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *quodque:* ceteri *quidque*. Lamb. conj. legend. *quacunque quodque moveatur corpus, ea aliud cedat, et qua quodque cesserit:* Davis. volebat *ut ei*

NOTÆ

[g] *Dicæarcho*] Patria Messenius, Aristotelis auditor, philosophus idem, orator, ac geometra. Scripsit de rebus Spartiatarum librum, qui quotannis in ephororum prætorio, adolescentibus legeretur, ex Lacedæmoniorum senatusconsulto. Fuit et alius Dicæarchus, Lacedæmonius, grammaticus, auditor Aristarchi.

[h] *Utrum sit ignis*] Varias de anima opiniones vide in lib. de Nat. Deor.

Digitized by Google

miles, alios ejusdemmodi mundos esse? et, ut nos nunc sumus ad Baulos, Puteolosque videmus;[6] sic innumerabiles paribus in locis esse, eisdem[7] nominibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, formis, ætatibus, eisdem de rebus disputantes? et, si nunc, aut si etiam dormientes, aliquid animo videre videamur, imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere? 126. Tu vero ista ne asciveris,[8] neve fueris commenticiis rebus assensus. Nihil sentire, est melius quam tam prava sentire. Non ergo id agitur, ut aliquid assensu meo comprobem: quæ tu[9] vide, ne impudenter etiam postules, non solum arroganter; præsertim cum ista tua[10] mihi ne probabilia quidem videantur. Nec enim divinationem, quam probatis, ullam esse arbitror: fatumque illud etiam, quo omnia contineri dicitis, contemno. [*p.* 32.] Ne exædificatum quidem hunc mundum divino consilio existimo: atque[1] haud scio, an ita sit. XLI. Sed cur rapior[2] in invidiam? licetne per vos nescire, quod nescio? an Stoicis ipsis inter se disceptare, mihi[3] cum iis non licebit? Zenoni, et reliquis fere Stoicis, Æther videtur[i] summus Deus, mente præditus, qua omnia regantur. Cleanthes, qui quasi majorum est gentium[k] Stoicus, Zenonis auditor, Solem dominari, et rerum potiri putat. Itaque cogimur[4] dissensione sapientum, dominum nos-

quod movebitur corpori cedatur, &c.—6 *Sumus . . . videamus* Baz. Hervag. Junt. Manut. *simus . . . videamus* Mss. plerique cum Gœrenz. Schutz. et Orell. In Cantab. legitur *simul . . . videmus.*—7 Gœrenz. e duobus Mss. dedit *eisdem esse.*—8 Manut. et Lamb. *ne ista asc.* Pro *commenticiis* U habet *commendatus.*—9 Davis. conj. *quod tu*, prob. Ern.—10 U *cum ipsa tua.* In ψ non legitur *quidem.*—1 Dav. conj. *atqui.*

CAP. XLI. 2 Hervag. Junt. *sed cum rap.*—3 Omittunt *mihi* ψ, Gud. Mss. Davisiani, edd. Baz. Hervag. Junt. et Dav. Dein, al. *cum his.* Porro, *licet* legunt Paris. 1. 2. 4. 5. Reg. Gud. Vratisl. Ven. 1471. et Hülsemann.—4 *Ita*

NOTÆ

[i] *Æther videtur*] Mundum Stoici modo pro cœlo, modo pro cœlestibus corporibus quæ in orbem moverentur, modo pro ipso universo sumebant, in quo cum Aristotele eandem partitionem agnoscente consentiebant, hoc uno diversi, quod mundum Deum esse Stoici, non Aristoteles doceret.

[k] *Majorum gentium*] Inter patricios alii majorum, alii minorum gentium reges dicebantur; majorum quidem, quos Romulus ex Albanis allegit; minorum vero qui a Prisco, ut tradit Livius, vel a Bruto, ut Tacitus, allecti essent.

Digitized by Google

trum ignorare; quippe qui nesciamus, Soli anÆtheri serviamus. Solis autem magnitudo[5] (ipse enim hic radiatus me intueri videtur) admonet, ut crebro faciam mentionem sui. Vos ergo hujus magnitudinem quasi decempeda[l] (hinc enim me, quasi malis architectis, mensuræ vestræ nego hoc) permensi refertis.[m] Ergo credere dubium est, uter nostrum sit (leniter[6] ut dicam) verecundior? 127. Neque tamen istas quæstiones physicorum exterminandas puto. Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi[7] pabulum consideratio contemplatioque naturæ: erigimur; elatiores[8] fieri videmur; humana despicimus: cogitantesque supera atque cœlestia, hæc nostra, ut exigua et minima,[9] contemnimus. Indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum, habet oblec-

cog. U ψ, omnes Mss. Davisii et Gœrenzii, item ed. Junt. cum Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell.—5 Post *magnitudo* Lamb. addit *quam obscura est*. Pro *magnitudo* ψ habet *magnitudinem*; Davis. volebat *claritudo*. Pro *admonet* in ψ legitur *admonens*; Orell. e conj. Fabri recepit *ac monet*. Postea, pro *ergo* nonnulli habent *vero*, et pro *hujus* quidam *ejus*. Dein, *quasi decempeda permensi refertis. Hic ego me, quasi malis architectis, mensuræ vestræ nego credere. Dubium est*, &c. conj. Manut. unde Lamb. et Oliv. dederunt *quasi decempeda permensi refertis. Huic me mensuræ vestræ et vobis, quasi malis arch.* nego ego *credere. Dubium est*, &c. Hülsemann. *quasi decempeda*, (*hinc enim me quasi malis arch. mensuræ vestræ nego hoc*) *permensi refertis. Ergo credere dubium est*, &c. Gœrenz. et Schutz. *quasi decempeda permensi, refertis: hinc me* (Schutz. *ref.: ego me*) *quasi malis arch., mens. vestræ nego credere. Hoc ergo, credo, dubium est*, &c. Orell. e conj. Madvigii *Solis autem magnitudo* (*ipse enim hic radiatus me intueri videtur, ac monet, ut crebro faciam ment. sui:*) *vos ergo hujus magn., quasi decempeda permensi, refertis: huic me, quasi malis architectis, mens. vestræ nego credere. Hoc ergo dubium est*, &c. Pro *hinc* Eliens. Paris. 5. Cantab. Ven. 1471. Ascens. habent *huic*. In ψ et ed. Junt. non legitur *enim*.—6 Al. *leviter*. Dein, U et Junt. *Nec tamen*.—7 *Quasi quoddam* Gud. Baz. Hervag.—8 *Latiores* Mss. nonnulli et edd. Hervag. Junt. *altiores* e Ms. dederunt Davis. Lall. Hülsemann. Mox, *cogitantesque* Hervag.

NOTÆ

[l] *Quasi decempeda*] Pertica qua mensuratur terra, a numero pedum dicta, sicut quincupeda a quinque pedibus.

[m] *Permensi refertis*] Locus corruptissimus. Sic emendat Lambinus: *vos vero hujus magnitudinem quasi decempeda permensi refertis. Huic me mensuræ vestræ, et vobis, quasi malis architectis, nego ego credere. Dubium est uter nostrum sit, leviter ut dicam, verecundior.* Manut. vero, *vos vero hujus magnitudinem quasi decempeda permensi refertis. Hic ego me, quasi malis architectis, mensuræ vestræ nego credere. Dubium est uter nostrum sit, leviter ut dicam, verecundior.*

Digitized by Google

tationem. Si vero aliquid occurret,[10] quod verisimile videatur; humanissima[1] completur animus voluptate. 128. Quæret igitur hæc et vester sapiens, et hic noster: sed vester, ut assentiatur, credat, affirmet: noster, ut vereatur temere opinari; præclareque agi secum putet, si in ejusmodi rebus, verisimile quod sit, invenerit. Veniamus nunc ad bonorum malorumque notionem: sed paululum[2] ante dicendum est. Non mihi videntur[3] considerare, cum physica ista valde affirmant, earum etiam rerum auctoritatem, si quæ[4] illustriores videantur, amittere.[a] Non enim magis assentiuntur neque approbant,[5] lucere nunc, quam, cum cornix cecinerit,[a] tum aliquid eam aut jubere aut vetare: nec magis affirmabunt, signum illud,[6] si erunt mensi,[b] sex pedum esse, quam solem, quem metiri non possunt, plus quam duodeviginti partibus majorem esse, quam terram. Ex quo illa conclusio nascitur: si, sol quantus sit, percipi non potest; qui ceteras res eodem modo, quo magnitudinem solis, approbat, is eas res non percipit. Magnitudo autem solis percipi non potest: qui igitur approbat,[7] quasi percipiat, nullam rem percipit. Responderint, posse percipi, quantus sol sit. Non repugnabo, dummodo eodem pacto cetera percipi comprehendique dicant: nec enim

[a] *Non mihi videntur considerare se, cum affirmant clara esse et certa quæ a physicis traduntur, detrahere fidem rebus etiam illustrioribus.*
[b] *Statuam aliquam quam mensi fuerint.*

Junt.—9 Lamb. volebat *minuta.*—10 Paris. 5. Baz. et Hülsemann. *occurrit.*—1 Ric. Bentleius conj. *divinissima.* Tum, Lamb. *complebitur.*—2 Mss. nonnulli, Baz. Gœrenz. Schutz. et Orell. *paullum.* Ante *cum* Lamb. *se* addi voluit.—3 Gud. *quod non vid.* Dresd. et Vratisl. *quod ut non vid.* U et Junt. *quod at non vid.* Dein, *physici* Mss. plerique et edd. vett.—4 Pro *si quæ* in nonnullis Mss. et Ven. 1471. *sicque;* Paris. 5. *sitque.*—5 Ern. conjecit *assentientur neque approbabunt.* Pro *nunc quam* in ψ legitur *nusquam.*—6 *Signum ullum* Eliens. Reg. Cantab. Paris. 4. 5. tres Mss. Gœrenzii et edd. Ven. 1471. Baz. cum Davis. et Hülsemann. Tum, *si erunt sex mensi pedum* Baz. Hervag. Junt.—7 *Qui igitur id approb.* Paris. 2. 4. 5. Reg. Cantab. quinque Mss. Gœrenzii, et ed. Junt. cum Lamb. Dav. Hülsemann. Gœrenz. et Orell. *qui igitur illud approb.* Mss. panci, ed. Ven. 1471. et Baz.

NOTÆ

[a] *Cornix cecinerit*] Cornix si plena voce et rauca diu crocitet, pluviam portendit; si ter quaterve et presso gutture, serenitatem.

possunt dicere, aliud alio magis minusve comprehendi; quoniam omnium rerum una est definitio comprehendendi.

XLII. 129. Sed, quod cœperam: Quid habemus in rebus[8] bonis et malis explorati? Nempe fines constituendi sunt, ad quos et bonorum et malorum summa referatur: Qua de re est igitur inter summos viros major dissensio? et omitto illa,[9] quæ relicta jam videntur, et[10] Herillum,[o] qui in cognitione et scientia summum bonum ponit; qui cum Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo dissenserit, et quam non multum a Platone Megarici, quorum[1] fuit nobilis disciplina, cujus (ut scriptum video) princeps[p] Xenophanes, quem modo nominavi: deinde eum secuti, Parmenides, et Zeno. Itaque ab his Eleatici[2] philosophi[q] nominabantur. Post Euclides,[r] Socratis discipulus, Megareus; a quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum et simile, et idem semper.[3] Hi quoque multa a Platone. {*p.* 33.} A Mene-

CAP. XLII. 8 In U deest *rebus.*—9 Lamb. *Omitto et illa.*—10 Paris. 4. caret copula, pro qua Davis. volebat *ut.* Pro *Herillum* ψ et Baz. habent *illum;* quidam *Eryllum,* unde Camerarius suadet *Erylum.*—1 U ψ, Paris. 2. 4. 5. Reg. Cantab. Ven. 1471. Ascens. Baz. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *a Platone. Megaricorum* (U ψ et Ascens. *Megari*) *quorum.*—2 ψ, Reg. Cantab. tres Pall. et quinque Parisienses, *Eretriaci;* sic etiam nonnullæ edd. vett.

NOTÆ

[o] *Et Herillum*] Duplex bonum distinguebat: alterum, finem dicebat esse; alterum, id quod fini subjiciatur, ὑποτελίδα. Finis erat scientia et cognitio. Ὑποτελίδος nomine continebatur id quod ad summam quidem boni non conferret, sed non esset negligendum. Plura l. IV. de Fin.

[p] *Princeps*] Megaricorum secta sub Xenophane Eleatica nunquam dicta est; sed sub Zenone Eleate: ejus tamen sectæ principem Cicero Xenophanem vocat, propterea quod Zeno dogma a Xenophane magistro acceperit, quanquam in multis ab eo deflexerit.

[q] *Eleatici philosophi*] A Parmenide et Zenone, qui Eleates erant, appellati, ut a Menedemo Eretrio Eretriaci, ab Euclide Megareo Megarici. Porro tres illas familias una appellatione Eristicorum, ac interdum dialecticorum, contineri reperies.

[r] *Euclides*] Errant qui Euclidem hunc eum putant esse, cujus extant Elementa Geometrica. 1. Nihil a Socratico scriptum esse de rebus mathematicis memorat Laërt. sed sex duntaxat dialogos; Lampriam, Æschinem, Phœnicem, Critonem, Alcibiadem, et Amatorium. 2. Non leve temporum est intervallum. Megaricus fuit Socratis discipulus, præceptor Eubulidis Milesii, cujus auditor Demosthenes: geometra vero floruit temporibus Ptolemæi Lagidæ,

Digitized by Google

demo autem, quod is Eretria[4][s] fuit, Eretriaci appellati; quorum omne bonum in mente positum, et mentis acie, qua verum cerneretur. Illi[5] similia, sed, opinor, explicata uberius et ornatius. 130. Hos si contemnimus, et jam abjectos putamus; illos certe minus despicere debemus, Aristonem, qui, cum Zenonis fuisset auditor, re probavit ea,[6] quæ ille verbis, Nihil esse bonum, nisi virtutem; neque malum, nisi quod virtuti esset contrarium: in mediis ea momenta,[t] quæ Zeno voluit, nulla esse censuit. Huic summum bonum est, in his rebus neutram in partem moveri; quæ ἀδιαφορία[u] ab ipso dicitur. Pyrrho[7] autem, ea ne sentire quidem sapientem; quæ ἀπάθεια nominatur.[8] Has igitur tot sententias ut[9] omittamus; hæc nunc videamus, quæ diu multumque defensa sunt. 131. Alii voluptatem finem esse[10] voluerunt; quorum princeps Aristippus, qui Socratem audierat; unde Cyrenaici. Post Epicurus, cujus est disciplina nunc notior; neque tamen cum[1] Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens. Voluptatem autem[2] et

—3 *Et idem et semper* Mss. pauci et edd. Baz. Hervag. Lamb.—4 *Erecta* Vratisl. *Eretrias* edd. pleræque ante Dav. *Eretrius* volebant P. Faber, Lamb. et Guyetus.—5 Pro *illi* Mss. nonnulli et ed. Baz. exhibent *ulli;* Hervag. Junt. Manut. Lamb. *illis;* Orell. e conj. Madvigii *Herilli:* Gœrenz. volebat *illi*.—6 Edd. vett. paucæ *illa*.—7 Davis. conj. *Pyrrhoni*.—8 *Quæ ἀπαθῆ* (sic) *nominatur* Junt. et Oliv. *quæ ἀπάθη nominantur* Baz. et Manut.—9 Manut. et Lamb. *ut* omittunt. Tum, *hæc videamus, quæ nunc diu* Mss. et edd. ante Lamb.—10 Post *esse* Mss. pauci et Baz. cum Davis. addunt *bonorum*.—1 Tres Mss. Gœrenzii *neque tum cum*. In Gud. deest *tamen*.—2 Quinque

NOTÆ

eoque regnante primus Alexandriæ docuit mathesim, ut ex Proclo Diadocho videre est.

[s] *Quod is Eretria* [*Eretrius*] Eretriensis dictus tum quod Eretriæ in Eubœa natus, tum quod ibidem scholam constituerit.

[t] *In mediis ea momenta*] Virtutem inter ac vitium, medium aliquid collocabat Zeno, quod neque bonum esset neque malum, puta opes, valetudinem. Aristo autem et Pyrrho negabant quicquam interesse; similemque aiebant esse sapientem histrionis, qui sive Thersitis sive Agamemnonis personam susceperit, utrumque apte sustineat. Arrianus in Epicteti Enchiridio, c. 23. Arriani enim est hic liber, non Epicteti, ut ex Simplicio discimus. Vide Stobæum l. Περὶ Περιστάσεων, et Maximum Tyrium, dissert. 37.

[u] *'Αδιαφορία*] Quasi indifferentia. Haud absimile est quod de illo Laërt. in Aristone: 'Finem Aristo dixit esse indifferentem se habere ad ea quæ inter virtutem et vitium sunt.'

Digitized by Google

honestatem finem esse Callipho censuit: vacare omni molestia, Hieronymus: hoc idem cum honestate, Diodorus. Ambo[3] hi Peripatetici. Honeste autem vivere, fruentem rebus iis[4] quas primas homini natura conciliet, et vetus Academia censuit, ut indicant scripta Polemonis, quem[5] Antiochus probat maxime, et Aristoteles; ejusque amici[6] nunc proxime videntur accedere. Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret[7] Stoicis, summum bonum esse, frui iis rebus quas primas natura conciliavisset. Honestum autem, quod ducatur[8] a conciliatione naturæ,[x] Zeno statuit finem esse bonorum; qui inventor et princeps Stoicorum fuit. XLIII. 132. Jam illud perspicuum est, omnibus[9] iis finibus bonorum, quos exposui, malorum fines esse contrarios. Ad vos nunc refero, quem sequar? modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat: Quemlibet, modo aliquem. Nihil potest dici inconsideratius. Cupio sequi Stoicos. Licetne? (omitto, per ipsum[10] Aristotelem, meo judicio in philosophia prope singularem) per ipsum Antiochum? qui appellabatur Academicus; erat quidem, si perpauca mutavisset,[11][y] germanissimus Stoicus. Erit igitur res jam in discrimine. Nam

Mss. Davisii et ed. Ven. 1471. non agnoscunt *autem*. Pro *finem* ψ habet *finis*; Manut. et Lamb. *fines*. Post *esse* quatuor Mss. Gœrenzii, Ven. 1471. Baz. et Dav. addunt *bonorum*.—3 In U deest *ambo*.—4 Baz. Hervag. Junt. Gœrenz. et Schutz. *his*.—5 Hervag. et Junt. *quæ*.—6 *Æmuli* receperunt Durand. et Hülsemann. e conj. Ric. Bentleii. Pro *nunc* Mss. nonnulli habent *hæc*, probb. Bentl. et Ern.—7 Ms. Paris. *ut se opp.* Verbum *esse* post *summum bonum* Ern. deleri jubet. Dein, Baz. Hervag. Junt. Dav. Gœrenz. et Schutz. *frui his rebus*.—8 *Honesta autem videre quod ducatur* Paris. 2. 4. 5. Ven. 1471. Baz. *Honeste autem vivere, quod ducatur* e Reg. recepit Lallem., prob. Dav.

CAP. XLIII. 9 ψ *persp. est in omn.* Tum, *his finibus* al.—10 Mss. et ed. Baz. cum Dav. Gœrenz. Schutz. et Orell. *ipsum* omittunt.—1 Ric. Bentl.

NOTÆ

[x] *A conciliatione naturæ*] 'Placet his,' inquit Cic. l. III. de Fin. 'simul atque natum sit et animal' ipsum sibi conciliari et commendari ad se conservandum. Et Laërt. in Zenone, primam hanc animantis appetitionem fuisse dicunt se ipsum tuendi atque servandi, natura ipsum sibi conciliante.

[y] *Si perpauca mutavisset*] Ut de κριτηρίῳ aliisque non paucis rebus ad Stoicos accedebat; ita in multis quoque veterem Academiam instauravit.

Digitized by Google

aut Stoicus constituatur[2] sapiens, aut veteris Academiæ. Utrumque non potest: est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio: nam omnis ratio vitæ definitione summi boni continetur; de qua qui dissident, de omni ratione vitæ[3] dissident. Non potest igitur uterque esse sapiens, quoniam tantopere dissentiunt, sed alter:[4] si Polemoneus, peccat Stoicus, rei falsæ assentiens. Vos quidem[5] nihil dicitis a sapiente tam alienum esse. Sin vera[6] sunt Zenonis, eadem in veteres Academicos Peripateticosque dicenda. Hic igitur neutri assentiens, si nunquam, uter est prudentior?[7] 133. Quid? cum ipse Antiochus dissentit quibusdam in rebus ab iis,[8] quos amat, Stoicis; nonne indicat, non posse illa probanda[9] esse sapienti? Placet Stoicis, omnia peccata esse paria:[a] at hoc Antiocho vehementissime displicet. Liceat tandem mihi considerare, utram sententiam sequar. Præcide,[10] inquit: statue aliquando quidlibet. Quid?[1] quæ dicuntur quidem et acuta mihi videntur in utramque partem, et paria; nonne caveam, ne scelus faciam? [*p.* 34.] scelus enim dicebas esse, Luculle, dogma prodere. Contineo igitur me, ne in-

conj. *nisi perpaucis mutav.* Dein, *Stoicis* Mss. nonnulli et edd. vett.—2 Ern. volebat *constituetur.* In Ms. Vict. legitur *consideratur.*—3 Al. *vitæ ratione,* et mox *sapiens esse.*—4 Faber conj. *sit alter.* In ψ *sed aliter.*—5 *Vos num quidem, &c.* ψ, Ascens. et Junt.—6 U *Si vera.*—7 Manut. conj. *Hic ig. neutri assentietis: sin utrique, uter est prud.* Lamb. correxit *si nunquam uter sit sapiens, apparebit; nonne utroque est, &c.* Guyetus, *assentietis. Sin unquam; uter est prud.* Faber *Hic ig. neutri assentiens nunquam uter est prud.* Davis. *assentiens, si usquam, utroque est prud.* Pal. 2. *neutri assentientes:* Reg. Cantab. Paris. 2. Ven. 1471. *interest prudentior.* Ric. Bentl. volebat *Hic ig. neutri assentiens, si quicquam interest prudentior.* Hülsemann. censet vocem excidisse post *nunquam:* Schutz. conj. legend. *utroque est prud.*—8 Al. *ab his.*—9 Manut. e Ms. *probabilia.* Dav. e conj. Lambini *non esse illa probanda sapienti.* In Cantab. legitur *non posse esse illa probanda sapienti.*—10 ψ *Præcede.* Gronov. correxit *Decide.*—1 In ψ deest *Quid.* Manut. *quid* omittit. Mss. multi et edd. vett. non agnoscunt *quidem*, quod Orell. uncis inclusit. In ed. Ascens. est *quid quælibet dicuntur, quod et ac., &c.* Paris. 2. 5. *quidlibet. Quælibet dicuntur, quæ et ac., &c.* Pal. 2. et Cantab. *quidlibet: quælibet dicuntur, quæ et ac.* Reg. *quidlibet. Quæcunque dicuntur, quæ et acuta mihi videntur.* Davis. conj. *quidlibet. Quid? cum quæ dicuntur quidem, et acuta mihi vid.* Guyetus, *quid? quod quæ dicuntur et acuta mihi vid.* Ric. Bentl. *quid? cum*

NOTÆ

[a] *Peccata esse paria*] Vide Paradoxa.

Digitized by Google

cognito assentiar; quod mihi tecum est dogma commune. Ecce multo major etiam dissensio. 134. Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam, inquit: beatam, sed non beatissimam. Deus ille, qui nihil censuit deesse virtuti: homuncio hic, qui multa putat, præter virtutem, homini partim cara[2] esse, partim etiam necessaria. Sed ille, vereor, ne virtuti plus tribuat, quam natura patiatur, præsertim Theophrasto multa diserte[3] copioseque dicente. Et hic metuo, ne vix sibi constet; qui cum dicat esse quædam et corporis et fortunæ mala, tamen eum, qui in his omnibus sit, beatum fore censet,[4] si sapiens sit. Distrahor: cum[5] hoc mihi probabilius, tum illud videtur: et tamen, nisi alterutrum sit, virtutem jacere plane puto. 135. Verum in his discrepant. Quid? illa,[6] in quibus consentiunt, num pro veris probare possumus? Sapientis animum nunquam nec cupiditate moveri, nec[7] lætitia efferri. XLIV. Age, hæc probabilia sane sint: num etiam illa? nunquam timere, nunquam dolere. Sapiensne non timeat? nec, si patria deleatur, non doleat?[8] Satis durum: sed Zenoni necessarium; cui, præter honestum, nihil est in bonis: tibi vero, Antioche, minime; cui, præter honestatem, multa bona; præter turpitudinem, multa mala videntur; quæ et venientia metuat sapiens necesse est, et venisse doleat. Sed quæro, quando ista fuerint ab Academia vetere decreta,[9] ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? Mediocritates illi probabant; et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Legimus omnes Crantoris, veteris Academici,[10] 'De Luctu:'

dicantur et acuta, ut mihi videtur.—2 ψ *clara.* In edd. Hervag. Junt. legitur *partim clara esse, partim necessaria.*—3 Lamb. edidit *multa contra diserte.* Schutz. de sententia Gœrenzii vocem *contra* ante *dicente* inseruit. Pro *dicente* Davis. volebat *opponente.*—4 *Censeat* Gud. Vratisl. et Baz. *sentiat* Dresd. —5 Al. *tum.*—6 *Illud* omnes Mss. et edd. Baz. Junt. Manut. Grut. Oliv. et al.—7 Al. *neque . . . neque.*

Cap. XLIV. 8 *Sapiens ne non timeat neque si patria deleatur non dolere neque si deleta sit* Ven. 1471. *Sapiensne non timeat? nec, si patria deleatur? non doleat? nec si deleta sit* Reg. Paris. 2. 4. 5. Cantab. et tres Mss. Gœrenzii cum Gœrenz. Schutz. et Orell. Conjecit Lamb. *Sapiens ne non timeat nec si patria deleatur, doleat?* Dein, *Satis* omittunt Reg. Cantab. Paris. 5. tres Mss. Gœrenzii cum Davis. A Paris. 2. 4. et Ven. 1494. abest *Satis durum.*—9 ψ *dicta.*—10 Idem

Digitized by Google

est enim non magnus, verum aureolus, et, ut Tuberoni[a] Panætius præcipit, ad verbum ediscendus[1] libellus. Atque illi quidem etiam utiliter a natura[2] dicebant permotiones istas animis nostris datas; metum cavendi causa; misericordiam ægritudinemque, clementiæ: ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem[3] esse[b] dicebant; recte, secusne, alias viderimus. 136. Atrocitas quidem ista tua quo modo in veterem Academiam irruperit, nescio. Illa vero ferre non possum, non quo[4] mihi displiceant: sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ Παράδοξα nominantur: sed ubi Xenocrates,[5] ubi Aristoteles ista tetigit? hos enim quasi eosdem esse vultis. Illi unquam dicerent, sapientes solos reges?[*] solos divites? solos formosos? omnia, quæ ubique essent, sapientis esse? neminem consulem, prætorem, imperatorem, nescio an ne quinqueviram quidem[c] quenquam, nisi sapientem: postremo, solum civem, solum liberum? insipientes omnes, peregrinos, exules, servos, furiosos? denique scripta[6] Lycurgi,[d]

[*] *An illi unquam dicerent, quod Stoici dicunt, sapientes solos reges, &c.*

---

grantoris, veteris Academiæ.—1 U *discendus.*—2 Al. *a natura utiliter.*—3 Mss. nonnulli *comitem.* Mox, *alias videbimus* malebat Ern. Dein, Lamb. *Atroc. ista quidem.*—4 Manut. et Lamb. *quod.*—5 ψ et al. *Socrates.* Mox, ψ *hoc enim.*—6 Paris. 5. Reg. Cantab. Davis. Hülsemann. et Orell. *furiosos denique? scripta.*

NOTÆ

[a] *Tuberoni*] Q. Ælius Tubero, L. Æmil. Pauli ex filia nepos, P. Scipionis Æmil. sororis filius. Disciplina Stoicus, insignis jurisconsultus. Pompon. de Orig. Juris. Sed in oratorum nullo numero. Cic. in Bruto. Civis optimus, integerrimus, et Tib. Gracchi hostis acerrimus, vita tamen severus, unde in comitiis prætoriis repulsam tulit. Cum enim mortuo Scipione Æmiliano epulum populo daret, lectulos Punicanos pellibus hœdinis stravit, et pro argenteis vasis Samia exposuit: quæ præpostera frugalitas plebis animos abalienavit.

[b] *Quasi cotem esse*] De cote vide Tusc. l. IV.

[c] *Ne quinqueviram quidem*] De quinqueviris hæc habet Fenestella: 'Quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat, quinqueviri constituti sunt cis Tiberim et ultra Tiberim, qui possent pro magistratibus fungi.' Est quoque apud Liv. mentio de quinqueviris, qui mensarii dicti sunt. Hos ad rem fœnebrem, qui perennis dissidiorum fons erat, componendam consules creavere. Primi fuerunt C. Duillius, P. Decius, Q. Publilius, T. Æmilius.

Digitized by Google

Solonis, duodecim tabulas nostras, non esse leges? ne urbes denique, aut civitates,[7] nisi quæ essent sapientium? 137. Hæc tibi, Luculle, si es assensus Antiocho, familiari tuo, tam sunt defendenda, quam mœnia; mihi autem, bono modo, tantum, quantum videbitur. XLV. Legi apud Clitomachum, cum Carneades et Stoicus Diogenes[e] ad senatum[f] in Capitolio starent, A. Albinum,[g] (qui tum, P. Scipione et M. Marcello consulibus, prætor esset) eum,[8] qui cum avo tuo,[h] Luculle, consul fuit, doctum sane hominem,[9] ut indicat ipsius historia, scripta Græce,[i] jocantem dixisse Carneadi, Ego tibi, Carneade, prætor esse non videor, quia sapiens non sum;[10] nec hæc urbs, nec in ea civitas? Tum ille, Huic Stoico non videris. Aristoteles, aut Xenocrates, quos Antiochus sequi volebat, non dubitavisset, quin et prætor ille esset, et Roma urbs, et eam civitas incoleret. [*p.* 35.] Sed ille noster[1] est plane (ut supra dixi) Stoicus, perpauca balbutiens. 138. Vos autem mihi veremini,[2] ne

Pro *scripta* Gœrenz. volebat *scita*.—7 Lamb. *nec urbes*. Manut. conj. *ne urbes quidem*. In ψ, duobus Mss. Gœrenzii et edd. vett. quibusdam legitur *ne urbis . . civitatis*.

Cap. xlv. 8 Mss. Gœrenzii *prætorem*, vel *prætore tecum*.—9 Hervag. Manut. et Lamb. *sane doctum hom*.—10 U *qui sap. non sum*. Tum, Paris. 5. et tres Mss. Gœrenzii *nam hæc urbs*, et duo alii *nec mea civitas*. N *ne urbs, ne hæc civ*. Pal. 2. *ne hæc urbs, ne civ*.—1 Davis. e conj. cum Lall. dedit *vester*. Mox, *Stoica perpauca* correxit Lamb.—2 Lamb. conj. *Vos autem mihi vereri videmini, &c.* Ric. Bentl. volebat *Vos autem, qui veremini, ne labar ad opinatio-*

NOTÆ

[d] *Lycurgi*] De Solonis Lycurgique legibus, necnon de 12. tabulis, dicetur alias.

[e] *Et Stoicus Diogenes*] De ista Carneadis et Diogenis legatione hæc habet Cic. l. xii. ad Att. 'Quibus consulibus Carneades et legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali. Hæc nunc quæro, quæ causa fuerit; de Oropo opinor; sed certum nescio.' Plura in Catone Majore.

[f] *Ad senatum*] Non in senatu, sed in Capitolio, ubi expectabant dum introduceretur, et a prætore senatus sibi daretur.

[g] *A. Albinum*] Græcarum literarum studiosissimum, ex illustri Posthumiorum gente.

[h] *Cum avo tuo*] Is L. Licinius Lucullus fuit consul. anno 602. Vaccæos Cantabrosque domuit.

[i] *Scripta Græce*] Ab ipso historiæ suæ principio veniam, si quid esset erratum, postulaverat, quod Romanus res Romanas Græce scriberet. At eum venuste reprehendit M. Cato: 'Næ tu, inquit, Aule, nimium nugatores, cum maluisti culpam deprecari quam culpa vacare,' &c.

Digitized by Google

labar ad opinionem, et aliquid asciscam, et comprobem incognitum; quod minime vultis. Quid consilii datis? Testatur sæpe Chrysippus, tres solas[3] esse sententias, quæ defendi possint, de finibus bonorum: circumcidit et amputat multitudinem: aut enim honestatem esse finem, aut voluptatem, aut utrumque: nam qui summum bonum dicant[4] id esse, si vacemus omni molestia, eos invidiosum nomen voluptatis fugere; sed in vicinitate versari: quod facere eos etiam, qui illud idem cum honestate conjungerent: nec multo secus eos, qui ad honestatem prima naturæ commoda adjungerent. Ita tres relinquit[5] sententias, quas putet probabiliter posse defendi. 139. Sit sane ita:[6] quanquam a Polemonis, et Peripateticorum, et Antiochi finibus non facile divellor; neque quicquam habeo adhuc probabilius. Verumtamen video,[7] quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur. Labor eo ut assentiar Epicuro, aut Aristippo: revocat virtus, vel potius reprehendit[8] manu: pecudum illos motus esse dicit: hominem jungit[9] Deo. Possum esse medius: ut, quoniam Aristippus, quasi animum nullum habeamus, corpus solum tuetur; Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum complectitur; ut Calliphontem[10] sequar; cujus quidem sententiam Carneades ita studiose defensitabat, ut eam probare etiam videretur: quanquam Clitomachus affirmabat, nunquam se intelligere potuisse, quid Carneadi probaretur. Sed, si ipsum finem[1] velim sequi, nonne ipsa veritas, et gravis et recta ratio, mihi obversetur? 140. Tu,

---

nem...*quod minime vultis, quid consilii datis?* Gœrenz. proposuit *Vos autem mihi, si veremini, ne labar ad opinionem...incognitum,* (*quod minime vultis,*) *quid consilii datis?*—3 Vratisl. *crissolas.*—4 Manut. Lamb. *dicant summum bonum.*—5 Mss. plerique et edd. vett. *reliquit:* Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. *reliqui.*—6 Lamb. *Sit ita sane.*—7 Guyetus corr. *Verumtamen cum video.* Mox, in U deest *blandiatur.* Dein, *Laboro, ut ass.* Mss. plerique et edd. vett. *Labore, ut ass.* Reg. Paris. 1. 2. 4. 5. et Ms. Vict. *Labor ut ass.* conjecit Manut. *Labor eo, ut ass.* ceteri, e conj. Gruteri.—8 Lamb. *prehendit.*—9 Davis. et Ern. voluerunt *jungi.*—10 *Aut Call.* Mss. nonnulli cum Grut. et al. Lamb. *ut* omittit.—1 Paris. 5. Gud. Davis. Hülsemann. Gœrenz. Schutz. et Orell. non agnoscunt *finem:* Lamb. conjecit *ipsius finem* legend. Mox, *ipsa severitas* Mss. nonnulli cum Manut. Lamb. Grut. et Gœrenz. Pro *obversetur* Lamb. conj. *adversetur* legend. Pro *Tu* Mss. pauci habent *Tum;* unde Gulielm.

Digitized by Google

eum honestas in voluptate contemnenda consistat; honestatem[2] cum voluptate, tanquam hominem cum bellua, copulabis? XLVI. Unum igitur par, quod depugnet, reliquum est, voluptas cum honestate: de quo Chrysippo fuit, quantum ego sentio, non magna contentio. Alterum si sequare,[3] multa ruunt, et maxime communitas cum hominum genere, caritas, amicitia, justitia, reliquæ virtutes; quarum esse nulla potest, nisi erit gratuita. Nam quæ voluptate, quasi mercede aliqua,[4] ad officium impellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio simulatioque virtutis. Audi contra illos, qui nomen honestatis a se ne intelligi quidem dicant, nisi forte, quod gloriosum sit in vulgus, id honestum velimus dicere: fontem omnium bonorum in corpore esse: hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ; a qua qui aberravisset, eum nunquam, quid in vita sequeretur,[5] habiturum. 141. Nihil igitur me putatis,[6] hæc et alia innumerabilia cum audiam, moveri? Tam moveor, quam tu,[7] Luculle: neque me minus hominem, quam te, putaveris. Tantum interest, quod tu, cum es commotus, acquiescis,[8] assentiris, approbas; verum illud, certum comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum vis;[9] deque eo nulla ratione neque pelli neque moveri potes: ego nihil ejusmodi esse arbitror, cui si assensus sim, non assentiar sæpe falso,[10] quoniam vera a falsis nullo discrimine separantur, præsertim cum judicia ista dialecticæ nulla sint.

142. Venio enim jam ad tertiam partem philosophiæ. Aliud judicium Protagoræ[k] est, qui putet[l] id cuique verum

proposuit *Tun'*.—2 Gud. Dresd. Vratisl. et Baz. *si honest.* unde *sic honestatem* dederunt Gœrenz. et Schutz.

CAP. XLVI. 3 N *sequere.*—4 A Gud. abest *aliqua.*—5 Lamb. e conj. Manutii *sequatur.*—6 Nonnulli *putabis.* Gœrenz. proposuit *putas* legend. Ante *hæc* Gœrenz. auctoritate duorum Mstorum addidit *et.*—7 ψ *Tantum moveor, quantum tu.*—8 *Qui es comm.* N, et *asciscis* Gud. Dresd. et Vratisl. unde Gœrenz. conj. *quo es comm., asciscis.*—9 *Fixum fuisse vis* Mss. plerique et edd. vett. cum Lamb. Grut. et al. In ψ *vis* quoque abest.—10 Al.

NOTÆ

[k] *Protagoræ*] Qui dictus est ἄθεος. Diversus a Protagora disciplina Stoico.

Digitized by Google

esto, quod cuique videatur: aliud Cyrenaicorum, qui, præter permotiones intimas, nihil putant esse judicii: aliud Epicuri, qui omne judicium in sensibus, et in rerum notitiis, et in voluptate constituit. [*p.* 36.] Plato autem omne judicium veritatis, veritatemque ipsam, abductam ab opinionibus et a sensibus, cogitationis[2] ipsius et mentis esse voluit. 143. Numquid horum probat noster Antiochus? Ille vero ne majorum quidem suorum. Ubi enim aut Xenocratem sequitur, cujus libri sunt de ratione loquendi multi, et multum probati? aut ipsum Aristotelem, quo profecto nihil est acutius, nihil politius? A Chrysippo pedem nusquam.[3] XLVII. Qui ergo Academici appellamur?[4] an abutimur gloria nominis? aut cur cogimur eos sequi, qui inter se dissident? In hoc ipso, quod in elementis dialectici docent, quo modo judicare oporteat, verum falsumne sit, si quid ita connexum est, ut hoc, Si dies est, lucet; quanta contentio est! Aliter Diodoto,[5] aliter Philoni, Chrysippo aliter placet. Quid? cum Cleanthe, doctore suo, quam multis rebus[l] Chrysippus dissidet? Quid? duo vel principes dialecticorum, Antipater et Archidemus,[6][m] opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiunt? 144. Quid me igitur, Luculle, in invidiam, et tanquam in concionem vocas? et quidem, ut seditiosi tribuni solent, occludi tabernas[n] jubes? Quo enim spectat illud, cum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices[7]

---

falsa.—1 Lamb. Davis. et Rath. voluerunt *putat*.—2 Tres Mss. Gœrenzii *cognitionis*. Mox, *vester Antiochus* Lall. e conj. Davisii.—3 *Nunquam* Mss. et edd. præter Davis. et Ern. qui e Ms. Reg. receperunt *nusquam*.

CAP. XLVII. 4 Manut. et Lamb. *Quid ... appellamur?*—5 Mss. et edd. pleræque *Diodoro*.—6 Al. *Archedemus*. Tum, Junt. *opinosissimi hom.*—7 Pro

NOTÆ

[l] *Quam multis rebus*] Cleanthis doctrina quæ fuerit, non commemorat Laërt. unde suspicio est Zenonis magistri sui opinionibus adhæsisse. Chrysippus vero frequentibus interrogatiunculis solebat uti; v.g. 'Quod non amisisti, habes: cornua non amisisti: ergo cornua habes.' Et, 'Est aliquod caput: illud non habes: ergo caput non habes.'

[m] *Antipater et Archidemus*] De utroque cum nihil extet, opinionum discrimen proferri non potest.

[n] *Occludi tabernas*] Tabernas occludi jubebant tribuni, cum plebem omnem concioni interesse volebant;

Digitized by Google

concitentur? qui si undique omnes convenerint, facile[8] contra vos incitabuntur. Expromam primum illa invidiosa, quod eos omnes, qui in concione stabunt, exules, servos, insanos esse dicatis:[9] deinde ad illa veniam, quæ jam non ad multitudinem, sed ad vosmetipsos, qui adestis, pertinent. Negat enim vos Zeno, negat Antiochus, scire quicquam. Quo modo? inquies: nos enim defendimus; etiam insipientem[10] multa comprehendere. 145. At scire negatis quenquam rem ullam, nisi sapientem: et hoc quidem Zeno gestu conficiebat: nam, cum extensis digitis adversam manum ostenderat, visum, inquiebat, hujusmodi est: deinde, cum paulum digitos constrinxerat,[1] assensus hujusmodi: tum cum plane compresserat, pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, κατάληψιν imposuit. Cum autem lævam manum admoverat,[2] et illum pugnum arcte vehementerque compresserat, scientiam talem esse dicebat; cujus compotem, nisi sapientem, esse neminem. Sed, qui sapientes sint, aut fuerint,[3] ne ipsi quidem solent dicere. 146. Ita tu nunc, Catule, lucere nescis; nec tu,[4] Hortensi, in tua villa [o] nos esse. Num minus[5] hæc invidiose dicuntur? nec tamen nimis eleganter: illa subtilius. Sed, quo modo tu, si nihil comprehen-

opifices ψ exhibet *artifices.*—8 Gœrenz. conj. *facile etiam* legend.—9 *Quo deos omnes nos visa vos esse dicatis* Paris. 1. 2. 4. *quod eos omnes vos insanos esse dicatis* Paris. 5. Reg. Cantab. Ven. 1471. Verba *qui in conc....servos* absunt quoque a tribus Mss. Gœrenzii.—10 Gud. *insipientem etiam.*—1 *Contexerat* ψ: *erexerat* Gud. *extraxerat* Crat. et al. *contraxerat* Cantab. et ed. Junt. cum Davis. *constrinxerat* al.—2 *Lævam manum adverterat* Paris. 4. 5. Reg. et ed. Baz. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *lævam manum pugno admoverat* conj. Lamb. Dein, Davis. proposuit *et illa pugnum arcte veh. compr. Illa, &c.*—3 *Qui sapiens sit, aut fuerit* Mss. pauci et edd. Junt. Manut. Lamb. et Grut. *qui sapientes aut sint, aut fuerint* Mss. plerique et edd. Ven. 1471. Baz. Hervag. cum Dav. Gœrenz. et Schutz.—4 *Neque tu* Lamb. *et tu,* vel *atque tu,* conj. Davis.—5 Manut. *Num nimis:* Lamb. *Non minus.* Mox, *nec tamen mi-*

NOTÆ

volebant autem, cum orationi suæ pondus et momentum præsentia et suffragio plebis addendum erat. Longe aliter Manutius: *Occludi tabernas jubes, ne, inquit, alicubi me reus abdam.* Bene an male, lector viderit.

[o] *In tua villa*] Ad Baulos, de qua supra.

di[6] posset, artificia concidere dicebas, neque mihi dabas, id quod probabile esset, satis magnam vim habere ad artes; sic ego nunc tibi refero, artem sine scientia esse non posse. An pateretur hoc Zeuxis,[p] aut Phidias,[q] aut Polycletus,[7][r] nihil se scire, cum in his esset tanta solertia? Quodsi eos[8] docuisset aliquis, quam vim habere diceretur scientia, desinerent irasci: ne nobis quidem succenserent, cum didicissent id tollere nos, quod nusquam esset; quod autem satis esset ipsis, relinquere. Quam rationem, majorum etiam comprobat diligentia; qui primum jurare 'ex sui animi[s] sententia' quemque voluerunt: deinde ita teneri, 'si sciens falleret,'[t] quod inscientia multa versaretur in vita: tum, qui testimonium diceret, ut 'arbitrari'[u] se diceret, etiam quod ipse vidisset: quæque jurati judices cognovissent, ut ea non esse facta,[9] sed ut 'videri'[x] pronuntiarent.

---

nus Mss. nonnulli, Baz. et Lamb.—6 Al. *compreh. nihil.* Mox, Junt. *nec mihi dab.*—7 Gud. *Polyclitus.*—8 Davis. conj. *qui si eos.*—9 *Ut ea non aut esse fact.* N: *ut ea non ut essent fact.* tres Mss. Gœrenzii: *ut ea non ut esse facta* edd. vett. plures: *ea, non ut, esse facta* Gœrenz. e conj. cum Schutz. et Orell. Tum, *pronuntiarentur* Mss. multi et edd. vett. *pronuntiaretur* Mss. pauci. In ψ legitur *videretur pronuntiaretur.*

NOTÆ

[p] *Zeuxis*] Heracleotes, pictor clarissimus, qui opera sua gratis dare instituit, cum diceret ea nullo pretio emi posse. Multa de illo Plin. lib. xxxv. c. 9.

[q] *Phidias*] Statuarius clarissimus, Diis quam hominibus effingendis artifex melior. Quintil. l. xii. Illius maxime laudantur et Atheniensis Minerva, et Olympius in Elide Jupiter.

[r] *Polycletus*] Insignis statuarius, æqualis et condiscipulus Myronis: discipulos autem habuit, Argium, Asopodorum, Alexim, Aristidem, Phrynonem, de quibus Plin. xxxiv. 8. Insignia ejus opera ibidem habes.

[s] *Ex sui animi*] Juramenti formula, quæ huic alteri respondet, qua nos Galli juramus, *ex conscientia.* Unde orta sit, docet Quintil. viii. 5. 'Sententiam veteres, quod animo sensissent, vocaverunt.' Id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet: nam et juraturi ex animi nostri sententia, et gratulantes ex sententia dicimus. Meminerunt ejus juramenti T. Liv. lib. xxii. et l. xliii. et Petronius Arbiter.

[t] *Si sciens falleret*] Frequens erat apud veteres ea jurandi formula. Cic. ad Fam. vii. 1. Plin. Junior in Gratiar. Act.

[u] *Ut arbitrari*] Extat in orat. pro Fonteio exemplum hujus formulæ testimonii ferendi.

[x] *Sed ut videri*] Extat et hujus exemplum orat. in Verrem.

Digitized by Google

XLVIII. 147. Verum, quoniam non solum nauta significat, sed etiam Favonius ipse insusurrat, navigandi nobis,[10] Luculle, tempus esse, et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. [*p.* 37.] Posthac tamen, cum hæc quæremus, potius de dissensionibus tantis summorum virorum disseramus, de obscuritate naturæ, deque errore tot philosophorum, qui de bonis contrariisque rebus tantopere discrepant, ut, cum plus uno verum esse non possit, jacere necesse sit tot tam[1] nobiles disciplinas; quam de oculorum, sensuumque reliquorum mendaciis, et de sorite, aut pseudomeno;[y] quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. 148. Tum Lucullus, Non moleste, *inquit*, fero, nos hæc contulisse:[2] sæpius enim congredientes nos, et maxime in Tusculanis nostris, si qua videbuntur,[3] requiremus. Optime, inquam: sed quid Catulus sentit? quid Hortensius? Tum Catulus, Egone? inquit. Ad patris revolvor sententiam, quam quidem ille Carneadeam esse dicebat, ut percipi nihil putem posse; assensurum autem non percepto, id est, opinaturum,[4] sapientem existimem: sed ita, ut intelligat[5] se opinari, sciatque nihil esse, quod comprehendi et percipi possit: per ἐποχὴν[6] illam omnium rerum comprobans, illi alteri sententiæ, nihil esse, quod percipi possit, vehementer assentior. Habeo, inquam, sententiam tuam,

CAP. XLVIII. 10 ψ *navigantibus.* Pro *tempus esse* N et Pal. 2. habent *tempus est.* Mox, pro *est*, quod Gœrenz. delevit, Gud. et Vratisl. exhibent *sic;* Dresd. *sit;* N *et.*—1 Manut. Lamb. *tot et tam.*—2 N, Paris. 4. et al. *nos hic contul.* Tum, conj. Davis. *Sæpius autem congred.*—3 Al. *si quæ videb.* Dein, *requiramus* malebat Davis.—4 Gud. *opinatur.*—5 *Ut si intell.* Mss. pauci et edd. Hervag. Junt. In Pal. 2. *sed ita ut si intelligentis opinarique, sciatque.* Davis. conj. *sed ita ut simul intelligat.*—6 Manut. correxit *quare* ἐποχὴν: Lamb. delebat *per:* Ursin. correxit *semper:* Guyetus malebat *insuper:* Faber volebat *nec semper:* Davis. conj. *et* ἐποχὴν: Gœrenz. malebat *pariter*

NOTÆ

[y] *Aut pseudomeno*] Ψευδόμενος species quædam fuit captiosæ argumentationis, propria Stoicorum, quam Tullius *mentientem* reddidit. Quidam ψευδολόγον dicunt. Meminit hujus captionis Laërt. in Euclide et Zenone. Extat apud Athenæum l. IX. Philetæ epitaphium illud: Ξεῖνε, Φιλητᾶς εἰμί· λόγων ὁ ψευδόμενός με Ὤλεσε, καὶ νυκτῶν φροντίδες ἑσπέριοι. *Hospes, Philetas sum: mendax et captiosa ratio me perdidit, et noctium vespertinæ curæ.*

Digitized by Google

nec eam admodum aspernor. Sed tibi quid tandem videtur, Hortensi? Tum ille ridens, Tollendum.[7] [a] Teneo te, inquam: nam ista Academiæ est propria sententia. Ita sermone confecto, Catulus remansit: nos ad naviculas nostras descendimus.[8]

ἀποχήν.—7 Lamb. e conj. Turnebi *Tollendam*: Rath. conj. *Extollendum.*—8 In fine libri ψ habet *Marci Tullii Ciceronis Academicorum Liber tertius explicit*: Gud. 2. *M. T. C. ad Hortensium liber explicit.*

NOTÆ

[a] *Tollendum*] Vox ambigua, et in ambiguo usurpata ab auctoribus. Brutus ad Cic. Fam. Ep. XII. 20. 'Ipsum Cæsarem nihil sane de te questum, nisi dictum, quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum. Se non esse commissurum ut tolli possit.' Affine est quod habet Vell. l. II. 'Hoc est tempus quo Cicero, infinito amore Pompeianarum partium, Cæsarem laudandum, tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.'

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS[a]

BONORUM ET MALORUM

AD BRUTUM[b]

LIBER I.

ARGUMENTUM.

His quinque de Finibus Bonorum et Malorum libris excussæ sunt veterum philosophorum, sed præcipue Epicuri, Stoicorum, et Peripateticorum de Summo Bono et Malo sententiæ; is est enim, quem Finem Bonorum et Malorum, imitatus Græcos, dixit, qui τέλος, quod est in quaque re summum, appellant. c. 12. in fin. Et prima quidem disputatio, quæ in Epicuri sententia versatur et explicanda et rejicienda, duobus primis libris continetur. Ea fingitur habita esse in Cumano Ciceronis, cum eo L. Tor-

NOTÆ

[a] *De Finibus*] Scripti sunt ii libri, quo anno et Academici, C. Julio Cæsare III dictatore et IV consule sine collega; Cicerone annos 62. nato, U.C. 708.

[b] *Ad Brutum*] Misit eos primum ad Atticum, ejusque hortatu nonnihil mutatos Bruto inscripsit, ut extat l. XIII. epist. 21. ad Atticum: 'Dic mihi, placetne tibi, primum, edere injussu meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est divulgare; ex quo λόγοισιν Ἑρμόδωρος. Quid illud? rectumne existimas cuiquam quicquam antequam Bruto, cui te auctore προσφωνῶ. Scripsit enim Balbus ad me, se a te quintum de Finibus librum descripsisse, in quo non sane multa mutavi, sed tamen quædam. Tu autem commode feceris, si reliquos continueris, ne et ἀδιόρθωτα habeat Balbus, ἕωλα Brutus.' Et alibi: 'nunc illam Περὶ Τελῶν σύνταξιν sane mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, despondimus, idque eum non nolle scripsisti.'

quatus et C. Triarius salutandi Ciceronis causa venissent. Torquatus Epicurei partes suscipit, et libro I. explicat Epicuri sententiam. Hujus disputationi præmittitur a Cicerone reprehensio philosophiæ Epicureæ in universum omnis. c. 6. 7. Ipsius autem, quæ Torquato tribuitur, disputationis hæc est summa: Epicurum summum bonum posuisse in voluptate, summum malum in dolore; quod omne animal, simul atque natum sit, voluptate gaudeat, dolorem aspernetur et repellat, quantum possit; ex quo intelligatur, natura id omnibus insitum esse, ut voluptatem summum bonum putent, neque tam argumentatione hic opus esse, quam mediocri admonitione et animadversione; sed rectius agere tamen eos, qui, quod multa contra voluptatem dicantur, rationibus conquisitis de ea re disputandum putent. c. 9. Qui accusent voluptatem, doloremque laudent, non ipsam voluptatem, sed eos potius accusare, qui blanditiis præsentium voluptatum corrupti, futuros dolores non provideant, aut perferendis doloribus parvis majores non repellant. c. 10. neque vero voluptatem intelligi eam solam, quæ suavitate aliqua naturam ipsam moveat, sed eam potissimum, quæ percipiatur, omni dolore detracto; quod ipsa illa molestiæ detractio consecutionem voluptatis afferat. c. 11. voluptatem autem esse summum bonum, dolorem summum malum, ex eo intelligi, quod nihil beatius esse possit eo, qui perpetuis fruatur animo et corpore voluptatibus, nullo dolore nec impediente nec impendente; nil contra miserius eo, qui maximis confectus sit animi corporisque doloribus, nulla spe proposita, fore melius aliquando, nulla neque præsente neque expectata voluptate, c. 12. qui in una virtute, nominis splendore capti, summum bonum ponant, non videre, eam ne expetendam quidem videri, nisi voluptatem efficeret, et esset omnium virtutum quidam ad voluptatem cursus. c. 13—16. nullum igitur esse errorem in ipsis finibus, sed in his rebus, e quibus efficiantur: fateri autem se, animi voluptatem et dolorem e corpore nasci; sed esse tamen animi voluptatem et dolorem majorem eo, qui in corpore sit, quod corpore præsentia tantum sentiamus, animo præterita etiam et futura, quorum magna vis sit ad voluptatem et dolorem augendum, prout sapiens quisque aut stultus sit: itaque Epicurum etiam, nemini nisi sapienti voluptatem illam, nemini nisi stulto dolorem tribuere. c. 17. sqq. neque tandem amicitiam, isto summo bono constituto, tolli, quod omnium rerum, quas ad suaviter vivendum sapientia comparaverit, nihil majus amicitia, nil jucundius sit.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 49.] NON eram nescius, Brute,[c] cum, quæ summis ingeniis, exquisitaque doctrina philosophi

NOTÆ

[c] *Nescius, Brute*] Is M. Brutus est ad quem est quoque liber qui Orator inscribitur. Uxorem habuit Porciam, M. Catonis filiam; sorores duas, quarum altera M. Lepido triumviro, altera C. Cassio nupsit: filius M. Bruti, qui prætor Galliam Cisalpinam, nomine Lepidi consulis, cum occupasset, Mutinæ a Cn. Pompeio obsessus, se suaque illi permisit, cujus tamen imperio continuo post cæsus est.

Digitized by Google

Græco sermone tractavissent,[1] ea Latinis literis mandaremus, fore, ut hic noster labor in varias reprehensiones incurreret: nam quibusdam, et iis quidem non admodum indoctis,[d] totum hoc displicet, philosophari. Quidam autem[e] non id tam[2] reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam operam ponendam in eo[3] non arbitrantur. Erunt etiam,[f] et hi quidem eruditi Græcis literis, contemnentes Latinas, qui se dicant in Græcis legendis operam malle consumere. Postremo aliquos futuros suspicor, qui me ad alias literas vocent; genus hoc scribendi, etsi sit elegans, personæ tamen[g] et dignitatis esse negent. 2. Contra quos omnes dicendum breviter existimo; quanquam philosophiæ quidem[4] vituperatoribus satis responsum est eo libro,[h] quo a nobis philosophia[5] defensa et collaudata est, cum esset accusata et vituperata

Cap. I. 1 Ms. E *tractassent*. Paulo infra, codd. duo Gœrenzii, cum E, *his quidem*, probante Gœrenz. non tamen recipiente.—2 Ms. N *non tam id*: Gud. *tanquam*: Lamb. *id non tam*: U χ P, et Lall. *non id tantum*; Crat. *non id totum*: Manut. *id non totum*: Mars. cum Dav. *non id tum*: Rath. probavit *non ita tum*.—3 *In eo ponendam* Mars. Crat. Junt. et Dav. Mox pro *hi quidem* E ξ *quidem*: ψ *quidem*.—4 Duo codd. Gœrenz. cum ψ *quidem* ignorant. Deinde, ante *eo libro* E ξ, et plures scripti *in* addunt.—5 *Phil. a nobis* Mss. et edd. multæ. Tum *est atque collaudata* E ξ; qui Mss. cum ψ, paulo post omittunt

NOTÆ

[d] *Non admodum indoctis*] Ad Hortensium hæc pertinere aiunt Olivarius, et qui Olivarium toto in libros de Finibus commentario transcripsit de verbo ad verbum, Manutius. Quibus non facile assentietur qui advorterit quanto honorificentiorem de Hortensio mentionem habere consueverit Tullius.

[e] *Quidam autem*] Inter quos Aquilius Gallus, ut itidem tradunt Olivarius et Manutius; qua adducti ratione, ipsi viderint. Manutius quidem fœde lapsus est, qui *Aquilium* et *Gallum* dividat, duosque faciat, qui unus idemque est, Aquilius Gallus, nobilis jurisconsultus, qui præturam cum Cicerone gessit.

[f] *Erunt etiam*] Errant, ut ex ipsa temporum ratione patet, qui Albinum his innui putant, quod eum literarum Græcarum amantissimum supra dictum est.

[g] *Persona tamen*] Simili ferme modo exorsus est in Acad. IV. quare facile adducor ut credam esse hoc unum ex iis exordiis quæ uno volumine collecta haberet, et ex quibus eligeret cum aliquod σύγγραμμα institueret, ut ipse ad Atticum scribit.

[h] *Eo libro*] Quem Hortensium inscripsit. De quo idem habet Tuscul. II. 'Nos autem universæ philosophiæ vituperatoribus respondimus in Hortensio.' Hunc quoque commendat Tuscul. III. et de Divinat. lib. II.

Digitized by Google

ab Hortensio: qui liber cum et tibi probatus videretur, et iis,[6] quos ego posse judicare arbitrarer, plura suscepi, veritus, ne movere hominum studia viderer, retinere non posse. Qui autem, si maxime hoc placeat,[a] moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod, semel admissum,[7] coërceri reprimique non potest; ut propemodum justioribus utamur illis, qui omnino avocent a philosophia, quam his,[8] qui rebus infinitis modum constituant, in reque eo meliore, quo major sit, mediocritatem desiderent. 3. Sive enim ad sapientiam perveniri[9] potest, non paranda nobis solum ea, sed fruenda[10] etiam est: sive hoc difficile est, tamen nec modus est ullus investigandi veri, nisi inveneris: et[11] quærendi defatigatio turpis est, cum id, quod quæritur, sit pulcherrimum. Etenim si delectamur cum scribimus, quis est tam invidus, qui ab eo nos abducat? sin laboramus, quis est,[12] qui alienæ modum statuat industriæ? Nam, ut Terentianus Chremes[1] non inhumanus, qui novum vicinum non vult

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre[13] denique:

non enim illum ab industria, sed ab illiberali labore, deterret; sic isti curiosi, quos offendit noster minime nobis

[a] *Etsi maxime hoc illis placeat.*

voces *et vituperata.*—6 *His* in E. Porro *ect. non possem* ed. Junt. Actutum *si hoc maxime* Lamb. solus.—7 *Semed jam missum* χ: *semel jam missum* U P, Crat. Vict. Grut. et Oliv. *semel missum* Lall. ex aliis Mss. Deinde in E ξ legitur *rep. non posse.*—8 *Iis* in E, Crat. Junt. Manut. Lamb. et Dav. Paulo infra, E ξ habent *re quæ eo meliori loco.*—9 Ms. ξ, *pervenire.* Tum *solum nobis* Manut. et Lamb. *ea nobis solum* Gud. 1.—10 Post *fruenda* verbum *sapientia* legitur in omnibus Mss. et edd. præter cod. Eliensem, Manut. Lamb. Davis. et Ern. Gœrenz. *sapientia est*, Orell. *sapientia*, uncis incluserunt: delevit utrumque Schutz.—11 *Nec* Ms. U. Statim, E ξ *fatigatio.*—12 Verbum *est* omittitur in χ. Mox *non ut Ter.* e codd. Reg. Lall.—13 *Facere* Rich. Bentleii conjectura. Tum verbum *illum* deest in χ.

NOTÆ

[1] *Terentianus Chremes*] In Heautont. act. I. sc. 1. ubi Chremes senex Menedemum senem admonet, verba hæc sunt: 'Nunquam tam mane domo egredior, neque vesperi Domum revertor, quin te in fundo conspicer Fodere aut arare, aut aliquid ferre. Denique Nullum remittis tempus, neque te respicis.' Ex quibus vides vocem 'denique' ad consequentia verba pertinere.

Digitized by Google

injucundus labor. II. 4. His[14] igitur est difficilius satisfacere, qui se Latina scripta[k] dicunt contemnere; in quibus hoc primum est, in quo admirer,[15] cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cum iidem fabellas Latinas, ad verbum de Græcis expressas, non inviti legant.[16] Quis enim tam inimicus pæne nomini Romano est, qui Ennii Medeam,[l] aut Antiopam[m] Pacuvii,[n] spernat, aut rejiciat? qui se[17] iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, [Latinas literas oderit?] Synephebos[o] ego, inquit, potius Cæcilii,[p]

Cap. II. 14 *Iis* Manut. Mox, post voc. *satisfacere*, Rath. voluit maximum punctum apponere. Deinde margo Crat. et Lamb. *Latine*. Pro *in quibus* Rath. maluit *in iis*.—15 *Est, quod demirer* Lamb. *est, quod admirer* Th. Bentl. susp.—16 E ξ *legunt*. Tum tres Mss. Gœrenz. *pæne* post *nomini* ponunt. Verbum *pæne* non est in ψ. Paulo infra, in E est *Anthiopam*.—17 *Quod se* E ξ, et Gœrenz. *Quique se* cod. Eliens. probante Davis. *quum se* susp. Ern. Actatum *literas* Gul. et Brem. deleri viderunt. Bremius et Orellius hoc verbum uncis incluserunt: codd. aliqui, Gœrenz. et Schutz. delent verba *Lat. lit. oderunt*: Davis. et Ern. hæc verba uncis includunt. Mox verbum

NOTÆ

[k] *Qui se Latina scripta*] Tota hæc reprehensio a Varrone exposita est, Acad. I. et a Cicerone confutata modo prope eodem quo hic refellitur.

[l] *Ennii Medeam*] Duplicem Medeam scripsit Ennius. Altera inscripta est 'Medea Exul,' altera 'Medea' absque addito. Hanc ex Euripide vertit. Utriusque fragmenta quæcumque extant collegit Petrus Scriverius in Collectaneis Veterum Tragicorum.

[m] *Antiopam*] Hanc ex Euripide Pacuvius vertit. Fuit vero, ut scribit Pausanias, Antiopa ex Amazonum genere, Orythiæ Amazonum reginæ soror; quam male Olivarius putat esse argumentum hujus fabulæ Pacuvianæ. Aliam nos Antiopam ex Suida commemoravimus, Acad. I. quæ ipsa est de qua hoc loco. De illa Pacuviana fabula, Pers. Sat. I. 'Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.'

[n] *Pacuvii*] Poëta tragicus, suppar Attio, poëtæ item tragico. De utroque præclarum est Quintiliani judicium l. x. cap. 1. 'Tragœdiæ scriptores veterum, Attius atque Pacuvius, clarissimi gravitate sententiarum, verborumque pondere, et auctoritate personarum. Ceterum nitor et summa in excellendis operibus manus magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse: virium tamen Attio plus tribuitur; Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt.'

[o] *Synephebos*] Hoc est, Coadolescentes, comœdiam Menandri, quam Cæcilius Latinam fecit. De illa commodius de Nat. Deor. lib. II.

[p] *Cæcilii*] Statius Cæcilius, nobilis comicus, natione Insuber, genere servus. Statii quippe nomen apud veteres servile fuit. Contubernalis Ennii, eodemque quo ille, anno mortuus, et juxta Janiculum sepultus. Sueton. De illo Varronis est hoc judicium apud Nonium: 'In argumento Cæ-

Digitized by Google

aut Andriam[q] Terentii,[r] quam utramque Menandri[s] legam? 5. A quibus tantum[18] dissentio, ut, cum Sophocles[t] vel optime scripserit Electram, tamen male conversam Attilii[19][u] mihi legendam putem: de quo Licinius[x] 'fer-

Menandri non est in ψ.—18 *A quibus tam* Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. Verbum *vel*, ante *optime*, non est in E ξ.—19 E ξ χ *Aulii*. Pro *Licinius* Lamb. habet *Lucilius*. Hæc verba, *Lic. fer. scr. verum op. scr.* desunt in E ξ. Verba *ferreum .... sit* pro versu sequitrochaico habuit Davis. cum Vossio.

NOTÆ

cilius poscit palmam, in ethesia Terentius, in sermonibus Plautus.'

[q] *Andriam*] Hanc antequam ædilibus traderet Terentius, jussus est Cæcilio recitare, qui eam miratus est. Donat. et D. Hieron. Acta est anno uno post mortem Ennii, ludis Megalensibus, M. Fulvio et M. Glabrione ædilibus curulibus. Egerunt L. Ambivius Turpio et L. Attilius Prænestinus. Modos fecit Flaccus, Claudii F. tibiis paribus dextris et sinistris. Edita M. Marcello et C. Sulpicio coss.

[r] *Terentii*] Patria Carthaginiensis, Terentii Lucani, senatoris, servus, ut tradit Donatus: hunc, Orosium secuti, nonnulli male confuderunt cum Terentio quodam Culleone, qui triumphantis de Carthaginiensibus Scipionis Africani currum secutus est. Post sex editas, quæ extant, fabulas, quintum et trigesimum egressus annum, in Græciam navigavit, vel mores Græcorum percepturus, vel ut opinionem tolleret, qua dicebatur aliena pro suis edere. Aiunt redeuntem e Græcia periisse in mari cum centum et octo fabulis conversis e Menandro. Alii Romam appulisse scribunt, sed ob amissas in mari fabulas, tædio mox fuisse confectum.

[s] *Menandri*] Atheniensis, inter omnes novæ comœdiæ poëtas facile princeps; apud Macedoniæ et Ægypti reges tantæ existimationis, ut ab iis classe per legatos eo invitatus sit. Plin. Dicitur aquis submersus esse dum in Piræeo natat. Centum et octo novemve comœdias scripsit. De illo judicium est hoc Quintil. l. x. c. 1. 'Menander meo quidem judicio diligenter ad cuncta quæ præcipimus, efficienda sufficiat; ita omnem vitæ imaginem expressit; tanta in eo inveniendi copia, eloquendi facultas; ita est omnibus rebus et personis et affectibus accommodatus.' Vide Plut. in libello de Comparatione Aristophanis et Menandri.

[t] *Sophocles*] Poëta tragicus, primus tres histriones instituisse dicitur, et eam quæ τριταγωνιστὴ dicitur. Domi magistratus, et militia provincias obtinuit; imperator enim cum Pericle contra Lacedæmonios missus est. Uvæ acino strangulatum tradunt. Lucianus.

[u] *Attilii*] Volcatius eum inter comicos recenset, licet tragœdias aliquas e Græco verterit. Scribit Suetonius, in C. Julii Cæsaris funerationis processu, inter ludos cantata esse quædam ad miserationem et invidiam cædis accommodata ex Electra Attilii; ubi *Attii*, pro *Attilii*, nomen male reponit Casaubonus.

[x] *De quo Licinius*] *Lucilium* legi vult Fulv. Ursinus. Quod si *Licinium* legas, is sane erit C. Licinius Calvus, amicus Catulli, jocosus poëta, et orator non ignobilis. Diu cum Cicerone iniquissime litem de principatu eloquentiæ habuit. Senec. in Contro-

Digitized by Google

reum scriptorem?'[y] [*p. 50.*] verum, opinor, scriptorem tamen, ut legendus sit.[20] Rudem enim esse omnino[1] in nostris poëtis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi: mihi quidem nulli satis eruditi videntur, quibus nostra ignota sunt. An,[2]

Utinam ne in nemore,[z] ....

nihilominus legimus, quam hoc idem Græcum; quæ autem de bene beateque vivendo a Platone disputata sunt, hæc explicari non placebit Latine? 6. Quodsi nos non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea, quæ dicta sunt ab iis[3] quos probamus, eisque nostrum judicium, et nostrum scribendi ordinem adjungimus; quid habent, cur Græca anteponant iis[4] quæ et splendide dicta sint, neque sint conversa de Græcis? Nam si dicent,[5] ab illis has res esse tractatas; ne ipsos quidem Græcos est cur tam multos legant, quam legendi sunt.[6] Quid enim est a Chrysippo[a] prætermissum in Stoicis? legimus tamen Diogenem,[b] Antipatrum,[c] Mnesarchum,[7] [d] Panætium, multos alios, in pri-

—20 *Ut legendus sit* omittitur in ψ. Tum *enim* non est in E ξ.—1 Gud. 2. *omnino* ignorat: E ξ habent *omnino eam.* Verbum *est* post *segnitiæ* deest in χ. Tum *mihi quod illi* ξ: *mihi quidem illi* E χ ψ. Deinde Ern. conjecit *ignota sint.*—2 χ ψ, Junt. Manut. et Lamb. 1566. *At:* U *Aut:* ξ *Ac.* Mox in E ξ *quanquam hoc:* iidem Mss. paulo post dederunt *hæc vel explicari.*—3 *Ab his* E, Mars. Gœrenz. Schutz.—4 *His* E et Junt. Paulo infra, *dicta sunt* in ξ, Junt. Grut. et aliis edd. vett.—5 *Dicerent* P, Crat. Junt. Manut. et Grut. Statim post, *ab illis omnes res esse* Junt. *ab illis has esse res* Lamb.—6 Hæc verba, *quam legendi sunt,* suspecta Ern. Porro *Quid est enim* Schutz.—7 E

NOTÆ

vera. Accusator acerrimus: Vatinium maxime insectatus est. Unde 'odium Vatinianum.'

[y] *Ferreum scriptorem*] Durissimum quoque poëtam eum vocat l. XIV. epist. 23. Locum hunc aliqui carmen esse putant, et ita legunt: 'Ferreum scriptorem opinor, verum scriptorem tamen Ut legendus sit.'

[z] *Utinam ne in nemore*] Verba sunt nutricis in Medea Ennii. Locus est integer lib. de Fato, et de Nat. Deor. lib. III. translatus ex principio Euripidææ Medeæ, quæ extat.

[a] *A Chrysippo*] Is a Zenone magistro accepta latissime exposuit, fuitque πολυγραφώτατος Stoicorum, de quo celebratur Carneadis versiculus, Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στόα.

[b] *Diogenem*] Stoicum, Zenonis in Stoa successorem. Legatus cum Carneade Romam missus est. De illa legatione nos alias.

[c] *Antipatrum*] Tarsensem, qui post Diogenem Stoicum Stoam obtinuit, de quo supra.

[d] *Mnesarchum*] Discipulum Panætii, post quem Athenis scholam

Digitized by Google

misque familiarem nostrum Posidonium.[e] Quid Theophrastus?[8] mediocriterne delectat, cum tractat locos ab Aristotele ante tractatos? quid Epicurei? num[9] desistunt de iisdem, de quibus et ab Epicuro scriptum est, et ab antiquis, ad arbitrium suum scribere? 7. Quod si Græci leguntur a Græcis, iisdem de rebus alia ratione compositis;[9] quid est, cur nostri a nostris non legantur? III. Quanquam si plane sic verterem[10] Platonem, aut Aristotelem, ut verterunt nostri poëtæ fabulas; male,[11] credo, mererer de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem! Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne[12] faciam, interdictum puto. Locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, et maxime ab iis[13] quos modo nominavi, cum inciderit, ut id apte fieri possit; ut ab Homero Ennius, Afranius[f] a Menandro solet. Nec vero,[14] ut noster Lucilius,[g] recusabo, quo minus omnes mea legant. Utinam esset[15] ille Persius![h] Scipio vero,[i] et

Menesarchum: χ *Menesercum;* ad oram *Manesarcum.* Verba *Mnesarchum, Panætium* suspecta sunt Gœrenzio. Tum E ξ *et multos.*—8 *Quid Theophrastum* U ψ, cod. Morel. et Crat. in margine: *Quid Theophratum* E ξ χ. Deinde in Ms. E legitur *Aristotile.*—9 E ξ *non.* Pro *iisdem* E U, et Orell. habent *eisdem.* Verba hæc, *iisdem . . . comp.* a Paris. 2. Gud. 2. et Spir. absunt: eadem Davis. cancellis coërcuit. Rath. maluit delere vocualam *de.* Pro *compositis* libri nonnulli habent *compositi.*

Cap. III. 10 In quatuor codd. Gœrenz. scribitur *se sic verterem.* Verbum *poëtæ* non est in E ξ.—11 Brem. *non* ante *male* intulit e binis codd.—12 *Neque* Lamb.—13 E U, P, Crat. Junt. Davis. et Gœrenz. *ab his.* Deinde *modo* ignorat Gud. 2. in χ legitur *quos non.* Paulo post, E ξ habent *ante fieri.*—14 *Nec enim* ψ, codd. aliqui, P, et Crat. *Nec enimvero* E ξ.—15 Ed. Junt.

NOTÆ

tenuit.

[e] *Posidonium*] Panætii itidem discipulum Rhodi, ubi post eum docuit.

[f] *Afranius*] Comicus poëta, in togatis scribendis excellens. Horat. Epist. ad Augustum, 'Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.' Cicero peracutum in fabulis et disertum vocat, Ausonius facundum: 'Quam toga facundi scenis agitavit Afrani.' Quod etiam Macrobius, Acron, et Porphyrio testantur; plures ejus fabulæ in grammaticis citantur. Iisdem temporibus in Urbe floruit, quibus Terentius et Cæcilius in senium vergebant. *Girald.*

[g] *Ut noster Lucilius*] De quo in lib. II. de Orat. nam ut C. Lucilius, homo doctus et perurbanus, dicere solebat, ea quæ scriberet neque ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle; quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse de se.

[h] *Persius*] C. Persius, de quo ibidem de Orat. 'Hic enim fuit, ut noramus, omnium fere hominum nostro-

Digitized by Google

Rutilius[k] multo etiam magis! quorum ille judicium reformidans, Tarentinis[l] ait se, et Consentinis,[m] et Siculis[n] scribere. Facete is quidem, sicut alias: sed nec[16] tam docti tunc erant, ad quorum judicium elaboraret; et sunt illius scripta leviora, ut urbanitas summa appareat, doctrina mediocris. 8. Ego autem quem timeam lectorem, cum ad te, ne Græcis quidem cedentem in philosophia, audeam scribere?[17] Quanquam a te ipso id quidem facio provocatus gratissimo[18] mihi libro, quem ad me de virtute misisti.[o] Sed ex eo credo quibusdam usuvenire, ut abhorreant a Latinis, quod inciderint in inculta quædam et hor-

Manut. et Lamb. omittunt *esset*.—16 *Sed neque* E ξ, Davis. Gœrenz. et Orell. Actatum, Davis. habet *docti tum*. Vocabulum *tunc* non est in E ξ.—17 In God. I. et Bas. *audeam in phil. scribere:* Gœrenz. susp. *in philos. ced. aud. scri*

NOTÆ

rum doctissimus.' Laudatur et in Plinii præfatione. Longe diversus a Persio Flacco, satirico poëta, qui nonnisi Tiberio imperante natus est.

[j] *Scipio vero*] Æmilianus, de quo sæpe infra. Sensus autem hujus loci est; Utinam ille Persius hæc mea legeret, Scipio vero et Rutilius multo magis.

[k] *Et Rutilius*] P. Rutilius Rufus, vir doctus, Græcis literis eruditus, Panætii auditor, prope perfectus in Stoicis. Cic. in Bruto. Fuerunt ejus orationes jejunæ. Multa præclara de jure. Is consul cum Cn. Manilio, artem tractandorum armorum longe præstantiorem militibus reddidit, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accersitis. Val. Max. lib. II. cap. 1. Cum Asiam a publicanorum injuriis defendisset, invisus equestri ordini, penes quem ex legibus Gracchanis judicia erant, in exilium pulsus est. Liv. Epit. LXX. Redeundi potestatem cum illi Sullana victoria fecisset, respondit, 'Malo ut patria mei exilii erubescat quam reditu mœreat.' Senec. de Benef. l. VI.

[l] *Tarentinis*] Qui minus eruditi habebantur, et quos oraculum πίονα δῆμον appellavit. Floruit olim Tarentinorum resp. cum Romanis bellum gerere ausa, extrema Magnæ Græciæ urbs, in Messapia seu Calabria, nunc in regno Neapolitano.

[m] *Consentinis*] Consentia, *Cosenza*, Brutiorum alias caput, nunc Calabriæ, in regno Neapolitano, et ex præcipuis regni, ad Busentum fluvium. Ibi obiit Alaricus, Visigothorum rex.

[n] *Siculis*] Siculum nomen in varia abiit proverbia: 1. Siculissare antiquitus usurpatum, vel pro, 'austerum esse et tetricum,' ut Eudemo placet; vel ut aliis, pro improbum et vafrum: 2. Ex furacitate Siculorum, ortum est, 'Siculus omphacizat:' 3. A nugacitate, 'gerræ Siculæ;' 4. A tyrannorum Siculorum immanitate, 'aula Sicula.' Hoc loco Siculorum aut inscitia aut stoliditas carpitur.

[o] *De virtute misisti*] De eo Bruti libro vid. Plut. in Vita Bruti.

Digitized by Google

rida, de male[19] Græcis Latine scripta deterius: quibus ego assentior, dummodo de iisdem[20] rebus ne Græcos quidem legendos putent. Res vero bonas, verbis electis, graviter ornateque dictas,[1] quis non legat? 9. nisi qui se plane Græcum dici velit: ut a Scævola[p] est prætor[2][q] salutatus[r] Athenis[s] Albucius:[t] quem quidem locum cum multa venustate et omni sale idem Lucilius;[3] apud quem præclare Scævola,

Græcum te, Albuci, quam Romanum, atque Sabinum,[u]

---

bere.—18 *Gravissimo* in E.—19 *Malis* edd. vett. multæ, cujus lectionis patrocinium suscepit Brem. alteram tamen non improbans.—20 *Dummodo a se de eisdem* Manut. Lamb. et Grut. Porro E U, quatuor codd. Gœrenzii, P. Mars. Gœrenz. et Orell. legunt *eisdem*. Paulo post in E legitur *putem*.—1 *Dictatas* codd. plerique et edd. ante Lamb. cum Grut. *ditatas* Mss. aliqui: *dilatatas* conjecit Gœrenz. 'Erroris origo apparet e P, qui, omisso *quis*, habet tantummodo *dictatas*. Coaluit utraque vox.' *Orell.*—2 *Prætore* Manut. Davis. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell. Verba *est prætor* usque ad *præclare Scævola* non sunt in χ.—3 '*Quem quidem . . . Lucilius*] Locus corruptus. *Quem quidem jocum* (*jocum* etiam cod. Scalig.) *cum mul. ven. et omni sale ridet Luc.* cod. Ursini: *quem quidem* (Albucium) *lusit cum mul. ven. et omni sale idem Luc.* maluit legi Davis. *quem quidem cum mul. ven. et omni sale ridet Luc.* susp. Gœrenz. *quem quidem jocum cum mul. ven. et omni sale reddit Luc.* Moseri susp.' *Orell.* Post *omni sale* voc. *digna* inseritur in E ξ. Verba *et omni sale* non sunt in ψ. Tum *Scævola* deest in E ξ. Porro pro *Albuci* in E legitur

NOTÆ

[p] *A Scævola*] Q. Mucio Scævola, augure, qui consul fuit 636. Lælii sapientis gener, L. Crassi oratoris socer; quem tum De Nat. Deor. lib. I. tum Orat. de Amicitia loquentem inducit Cicero. Vide ne hunc cum Q. Mucio pontifice maximo confundas, qui vixit iisdem temporibus, collega L. Crassi in consulatu.

[q] *Est prætor*] Lege *prætore*. Quo enim anno Scævola Albucium salutavit, erat prætor in Asia. Albucius vero necdum quæsturam administraverat.

[r] *Salutatus*] A lictoribus quoque Scævolæ et omni comitatu prætoris jocum imitante Græce salutatus est Albucius. Græcas autem id genus salutationes præter morem Romanorum fuisse Pighius, frequentes Fulvius Ursinus ait ex Juvenal. Sat. VI.

[s] *Athenis*] Qua iter habebat, cum in Asiam iret prætor.

[t] *Albucius*] T. Albucius, eques Romanus, homo vanus ac levis, Athenis vivere amabat, et inter Græculos habitu, moribus, et lingua, Græcus videri potius quam Romanus cupiebat.

[u] *Atque Sabinum*] Sabini a Sabino, Sanci filio, dicti, ex Lacedæmoniis quidem ut vulgo existimatur, sed ut Cluverius probat, ex Oscis et Ausonibus oriundi, eam habent Italiæ partem, quæ est ad septentrionem Latii, inter fluvios Narem, Tiberim, et Anienem, et montem Apenninum. Subest nunc ditioni pontificiæ.

Digitized by Google

Municipem [x] Pontii, Tritanni, [y] centurionum,
Præclarorum hominum, ac primorum, signiferumque,
Maluisti dici. Græce ergo [4] prætor Athenis,
Id quod maluisti, te, cum ad me accedis, saluto:
Χαῖρε,[5] inquam, Tite! lictores, turma omnis, cohorsque,
Χαῖρε, Tite![6] hinc hostis [z] mi Albucius, hinc inimicus.[b]

10. Sed jure Mucius.[a] [*p.* 51.] Ego autem satis mirari[7] non queo, unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium. Non est omnino hic docendi locus: sed ita

[b] *Tite Albuci, maluisti te appellari Græcum quam Romanum atque Sabinum, aut civem Ponti, Tritanni, quæ patria est centurionum, præclarorum hominum ac signiferorum; ego igitur, Athenis prætor, saluto te Græce cum ad me accedis, quoniam ita maluisti: χαῖρε, inquam, (id est, salve) Tite Albuci! χαῖρε, turba omnis et cohors lictorum. Hinc mihi hostis est, hinc mihi inimicus Albucius.*

Albuti. Mox E ξ *Pontii Tarentini:* U *Poncii tritami:* χ *poncii tritanii:* Oliv. *Ponti, Tritanni:* Vict. et alii *Titi, Anni.* Paulo infra E habet *signiferum quia:* ξ *signifererum quia.*—4 *Græce ergo . . . maluisti* desunt in E ξ. *Græce ergo ego* Gœrenz. e conjectura, cum Schutz. Deinde *Quod id mal.* multi scripti, tresque codd. Gœrenzii. Tum in E U scribitur *accedis a:* omnes fere edd. præter Ern. *accedi'.*—5 E ξ *Inquam kyere.* Pro *omnis*, E U ξ, et omnes fere edd. præter Ern. *omni':* et statim post E ξ ψ, et ed. Vict. habent *chorusque.*—6 U *χάρηρε:* ξ *kyere.* Actutum *hostis Mucii Alb.* E U ξ ψ χ, codd. plerique, P, Vict. et Mannt. nisi quod E U ξ ψ habent *Mutii*, et ed. Ven. *Muti.* In E ξ χ quoque scribitur *Albutius.*—7 *Mirari* [*satis*] Brem. et sic Schutz. sine uncis. Verbum *satis* omittitur in ξ χ ψ, et codd. multis aliis; quoque in edd. P. Crat. Vict. et Gœrenz. probante Rath. Mox in loco *docendi* χ habet

NOTÆ

[x] *Municipem*] Muncipes ex eo nominati, quod jus adepti essent cum populo Romano munera capiendi. Non semper ejusdem fuere juris: nam primis temporibus aliis civitas cum suffragio, aliis sine suffragii jure data. Quibus cum suffragio data, ii Romanis vivebant legibus, et jus habebant petendi Romæ magistratus: quibus sine suffragio data, ii suis vivebant legibus, neque Romæ ad dignitates admittebantur. Postea exæquatum est jus municipiorum, et omnibus suffragii ferendi potestas delata. Denique et hæc conditio mutata est, quod municipes, suæ libertatis amantes, vivere mallent Romanis soluti legibus. Unde lex municipalis.

[y] *Tritanni* [*Titi Anni*] Locum istum, qui sane mendosus est, varii varie legunt. Omnium optime, ut arbitror, Pighius, *Municipem Ponti Tritanni, centurionum.* Pontus Tritannus autem, ut ille suspicatur, fuit vetus et obsoletum municipii nomen quondam in agro Sabino.

[z] *Hinc hostis*] Postea enim repetundarum accusatus est Albucio Scævola.

[a] *Sed jure Mucius*] Jure ridebat Albucium, qui cum Romanus esset, Græcus videri volebat.

Digitized by Google

sentio, et sæpe disserui, Latinam linguam non modo non[8] inopem,[b] ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. Quando enim, vel nobis dicam,[9] aut oratoribus bonis, aut poëtis, postea quidem quam fuit quem imitarentur, ullus orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus defuit? IV. Ego vero, cum forensibus operis,[10] laboribus, periculis, non deseruisse mihi videar[11] præsidium, in quo a populo Romano locatus sim; debeo[12] profecto, quantumcumque possim, in eo quoque elaborare, ut sint opera, studio, labore meo doctiores cives mei, nec cum istis tantopere pugnare, qui Græca legere malint,[13] (modo legant illa ipsa, nec simulent) et iis servire, qui vel utrisque literis uti velint, vel, si suas habent,[14] illas non magnopere desiderent. 11. Qui autem alia malunt scribi a nobis, æqui esse debent, quod et scripta multa sunt, sic ut plura nemini[15] e nostris, et scribentur fortasse plura, si vita suppetet: et tamen qui diligenter hæc, quæ de philosophia literis mandamus, legere assueverit, judicabit nulla ad legendum his esse potiora. Quid est enim[16] in vita tantopere quærendum, quam cum omnia in philosophia, tum id, quod his libris quæritur, quid sit finis, quid extremum, quid

dicendi.—8 Codd. aliqui omittunt *non*, probante Lall. Statim post, Davis· edidit *et vulgo putant* e codice Eliensi. Verbum *etiam*, ante *esse*, deest in E ξ.—9 Orell. e Vict. *nobis, vel dicam:* ξ χ ψ, Lamb. Davis. Oliv. Lall. *ne nobis dicam*. Pro *aut* in χ scribitur *vel*.

Cap. IV. 10 χ, et Mss. alii *operibus*.—11 Omnes Mss. et edd. habent *videor* præter Ern. qui dedit *videar*, ut olim quoque Clericus suaserat. Mox *locatus sum* legitur in omnibus Mss. et odd. præter U, et edd. P, Crat. Vict. et Ern.—12 *Tum debeo* conjecit Lamb. Mox *possum* est in E. Deinde pro *elaborare* U, tres codd. Gœrenz. et edd. vett. quædam *laborare*. Præpositio *cum*, ante *istis*, non est in E. Paulo infra, *quam Græca* scribitur in ξ.—13 *Malunt* Lamb. Actufum *ipsa illa* duo codd. Gœrenz. et al. cum P, Crat. et Orell. *ea ipsa* E ξ: Gœrenz. omittit verbum *illa*, cum Ms. Spir. *illa ipsi* conjecit Davis. *re ipsa* legi maluit Rath. Tum pro *nec* E U ξ χ habent *ne*. Porro E, duo Mss. Gœrenz. et ed. Vict. *his servire*.—14 *Habeant* Lamb. Mox pro *debent* Lamb. habet *debeant*.—15 E ψ *memini*. Post voc. *plura* inseritur conjunctiva particula *et*. Pro *assueverit* E et Weg. præbent *assuerit*.—16 *Quid enim est* Lamb. Mox *quis sit finis* Gud. 2. et codd. alii, cum Crat. Vict. et Lamb. Post verbum *natura* in edd. vett. multis *nostra* additur.

NOTÆ

[b] *Non modo non inopem*] Erat illa quidem inops temporibus Lucretii: 'Nec me animi fallit Graiorum obscura reperta Difficile illustrare Latinis versibus esse; Multa novis verbis præsertim cum sit agendum, Propter egestatem linguæ et rerum novitatem.'

Digitized by Google

ultimum, quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda? quid sequatur natura, ut summum ex rebus expetendis? quid fugiat, ut extremum malorum? qua de re cum sit inter doctissimos magna dissensio,[17] quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quod[18] in omni munere vitæ optimum et verissimum sit, exquirere? 12. An, partus ancillæ[c] sitne in fructu habendus, disseretur inter principes civitatis, P. Scævolam,[d] M' Manilium,[19][e] ab hisque M. Brutus[f] dissentiet, (quod et acutum genus est, et ad usus civium non inutile) nosque ea scripta, reliquaque ejusdem generis et legimus libenter, et legemus; hæc, quæ vitam continent omnem, negligentur?[20] Nam, ut sint illa vendibiliora, hæc uberiora certe sunt: quanquam id quidem licebit iis existimare,[1] qui legerint. Nos autem hanc omnem quæstionem de finibus bonorum et malorum fere a nobis explicatam esse his[2] literis ar-

Deinde E U ξ χ ψ *ex rebus expetendum.*—17 E U ξ χ ψ, septem codd. Davisii, omnes Mss. Gœrenz. cum P, Mars. Crat. Davis. Brem. Gœrenz. et Orell. *summa dissensio.* Gud. 2. *doctissima dissensio*, sic ut *doctissimos* ignoret. Paulo infra, *quid alienum putem* Ms. Steph. et Vict. probante Davis. qui conjecit *qui alienum putem*, non improbante Ern. minus probante Orell.—18 *Quid* omnes edd. ante Grut. cum Oliv. Lall. et Orell. ceteri *quod*, errore typographico, ut ait Orell. Statim post, *omni in munere* Vict.—19 *M. que Manilium* ξ, Vict. *M. que Manlium* E. *M. Manlium* χ ψ. Paucis post, Brem. omittit verba *reliquaque ejusdem generis.*—20 E U ξ, et ed. Vict. *negliguntur.*—1 E et Vict. *his existimare:* χ *iis estimare.* Mox in E ξ *communem quæst.*—2 *Iis* Ms. Weg. Mannt. Lamb. et Oliv. Statim pro *literis* codd. aliqui

NOTÆ

[c] *An, partus ancillæ*] Quæstio in jure celebris ea ætate fuit, et apud jurisconsultos vehementer disputata, an partus ancillæ ejusdem domini esset cujus est ancilla; aliter quæstio proponebatur, 'an partus sequeretur ventrem.'

[d] *P. Scævolam*] In tanta multitudine Scævolarum et Maniliorum ægre statui possit qui sint isti. Verosimilius est eos esse quos Cicero in Bruto conjungit, ubi M. Manilium non multo minus prudenter quam P. Scævolam causas orasse dicit. Fuit hic consul 618. frater Quinti, cum quo ædilis 572. et prætor 574.

[e] *M' Manilium*] Publii filium, quæstorem 587. ac suo tempore consulem. Hujus opinor esse nummum æreum qui extat, artis elegantissimæ, cum navi rostrata, et Herculis capite.

[f] *M. Brutus*] Pater ejus qui Cæsarem occidit: is cum Galliam teneret, a Pompeio Mutinæ obsessus, veritusque ne a suis desereretur, suam eorumque salutem Pompeio commisit; dimissus inde cum ad Padum pervenisset, Pompeii jussu interemtus est.

Digitized by Google

bitramur,[g] in quibus, quantum potuimus, non modo quid nobis[2] probaretur, sed etiam quid a singulis philosophiæ disciplinis diceretur, persecuti sumus.

v. 13. Ut autem a facillimis ordiamur, prima veniat in medium Epicuri ratio, quæ plerisque notissima est: quam a nobis sic intelliges expositam, ut ab ipsis, qui eam disciplinam probant,[3] non soleat accuratius explicari; verum enim invenire volumus, non tanquam adversarium aliquem convincere. Accurate autem quondam a L. Torquato,[h] homine omni doctrina erudito, defensa est Epicuri sententia de voluptate; a meque ei responsum, cum C. Triarius,[i] in primis gravis et doctus adolescens, ei disputationi interesset. 14. Nam cum ad me in Cumanum,[4] salutandi causa, uterque venisset, pauca primo inter nos de literis, quarum summum erat in utroque studium; deinde Torquatus: Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam, quid sit, quod Epicurum nostrum, non tu quidem[5] oderis, ut fere faciunt qui ab eo dissentiunt, sed certe non

libris, probantibus Lamb. Lall. Gœrenz. et Rath.—3 E ξ *a nobis*. Paulo post, Gud. 2. et Spir. *discipulis*. Denique E ξ *prosecuti sumus*.

NOTÆ

g *His literis arbitramur*] Legit Muretus *iis libris;* qui autem sint ii libri, non facile suspiceris, nisi forte velis esse Academicos qui perierunt.

h *A L. Torquato*] Is est qui hujus disputationis pars est maxima; e nobili Manlio Torquato oriundus; non is qui consul 688. in quo omnes hujus libri interpretes lapsi sunt; sed filius ejus, ut ex libro sequente colligitur: 'Te ipsum, dignissimum majoribus tuis, voluptasne induxit ut adolescentulus eriperes P. Sullæ consulatum? quem cum ad patrem tuum retulisses, fortissimum virum, qualis ille vel consul, vel civis, cum semper, tum post consulatum fuit!' Ex hoc loco vides Torquato illi, quicum Cicero de Finibus disputat, patrem fuisse consulem. Torquati autem consulis 688. pater consul non fuit: non is igitur cum Cicerone disputat. Locus errori relictus est quod uterque Ciceronis amicissimus fuerit, et de utroque sæpe apud eum mentio sit, unde proclive fuerit eos confundi. Torquatus hic noster Sullam conjurationis Catilinæ postulavit, et aliquanto post in bello Africano contra Cæsarem periit, prætor an. 704.

i *Cum C. Triarius*] E gente Valeria, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulit. Legatus Luculli in Asia et Ponto, contra Mithridatem infeliciter pugnavit; periit in bello civili secutus Pompeium. Hujus liberorum tutor fuit Cicero, ad Att. XII. Est de illo honorifica mentio in Bruto.

Digitized by Google

probes, eum, quem ego arbitror unum vidisse verum,[k] maximisque erroribus[6] animos hominum liberavisse, et omnia tradidisse, quæ pertinerent ad bene beateque vivendum. [p. 52.] Sed existimo, te, sicut nostrum Triarium, minus eo delectari, quod ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti, orationis ornamenta[7] [l] neglexerit: nam illuc quidem adduci vix possum, ut ea, quæ senserit ille, tibi[8] non vera videantur. 15. Vide quantum, inquam, fallare, Torquate. Oratio me istius philosophi non offendit:[9] nam et complectitur verbis, quod vult, et dicit plane, quod intelligam: et tamen a philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. Re mihi non æque satisfacit,[10] et quidem locis pluribus: sed quot homines, tot sententiæ: falli igitur possumus. Quamobrem tandem, inquit, non satisfacit?[11] te enim judicem æquum puto; modo, quæ dicat ille, bene noris. 16. Nisi mihi[12] Phædrum, inquam, mentitum, aut Zenonem[m] putas (quorum

Cap. v. 4 ξ *cumiamum*.—5 *Non quidem tu* Vict.—6 Ms. Weg. *maximis terroribus*: Gud. 1. *maximis erroribus*. Tum Lamb. *hominum animos*. Mox in E χ ψ, P, Crat. Vict. Manut. Davis. Lall. scribitur *pertinent*; in ξ *partinent*. Paulo infra, ξ χ, Mss. plerique, P, Crat. Gœrenz. Schutz. et Orell. *minus ab eo*. Tum *quod illa* E et Ven.—7 *Ornamenta orationis* Mars. et Hervag. Pro *neglexerit* E et Gud. 2. *contempserit*: ξ *contepserit*.—8 Rath. maluit legi *mihi*. Mox in E est *videatur*. Deinde pro *fallare* χ ψ habent *fallere*.——9 *Non offendit philosophi* Schutz. e Ms. Gud. 1. Pro *nam* in ψ scribitur *non cum*. Post voc. *tamen* pronomen *ego* additur in E ξ.—10 E ξ ψ, plerique alii codd. cum ed. Vict. *satisfecit*.—11 E, cum aliis codd. *satisfecit*.—12 E ξ U,

NOTÆ

[k] *Unum vidisse verum*] Idem habet Lucretius: 'Tu, pater, es rerum inventor; tu patria nobis Suppeditas præcepta; tuisque ex, inclyte, chartis, Floriferis ut apes in saltibus omnia libant.'

[l] *Orationis ornamenta*] Usus est Epicurus oratione rerum maxime propria; atque eo nomine ab Aristophane grammatico reprehensus est. Elegantias autem verborum non modo non sectatus, sed insectatus est.

[m] *Phædrum aut Zenonem*] Fuit uterque professione Epicureus, Zeno quidem is est, de quo Tusc. III. 'Hoc dicit et ille Græculus, me audiente, Athenis senex Zeno.' Et De Nat. Deor. lib. I. 'Quem Philo noster Coryphæum Epicureorum appellare solebat.' Fuit et alter Zeno Epicureus, Apollodori auditor. Laërt. De Phædro autem ad Fam. lib. XIII. epist. 1. 'Qui nobis, cum pueri essemus, antequam Philonem cognovissemus, valde ut philosophus, postea tamen, ut vir bonus, et suavis et officiosus, probatur.'

Digitized by Google

utrumque audivi, cum mihi nihil sane præter sedulitatem probarent) omnes mihi Epicuri sententiæ satis notæ sunt: atque eos, quos nominavi, cum Attico nostro frequenter audivi; cum miraretur[13] ille quidem utrumque, Phædrum autem etiam amaret: quotidieque inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus: neque erat unquam controversia, quid ego intelligerem, sed quid probarem. VI. Quid igitur est, inquit? audire enim cupio, quid[14] non probes.

17. Principio, inquam, in physicis, quibus maxime gloriatur, primum[15] totus est alienus. Democrito adjicit, perpauca mutans,[n] sed ita, ut ea, quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Ille atomos,[o] (quas appellat) id est, corpora individua, propter soliditatem censet[16] in infinito inani (in quo nihil nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum[17] sit) ita ferri, ut concursionibus inter se cohærescant: ex quo efficiantur ea, quæ sint, quæque cernantur, omnia: eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex æterno[18] tempore, intelligi convenire. 18. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non fere labitur: quanquam utriusque cum multa non probo, tum illud[19] in primis, quod, cum in rerum natura duo[p] quærenda sint, unum, quæ materia sit, ex qua

duo Mss. Gœrenz. cum aliis codd. P, et Vien. *Hic mihi:* Manut. et Lamb. *Hic nisi mihi:* alii *Hinc nisi mihi.* Vict. *nisi tu*, omisso *mihi*, quod ex hujus solius auctoritate recepit Davis. Mox pro *Attico* in E ξ scribitur *a Tito.*—13 *Admiraretur* Lamb.—14 Ms. ξ *quod.*

Cap. VI. 15 *Primum* suspectum Davis. (*propemodum* conjicienti) et Ern. Mox pro *adjicit*, ξ habet *addicit; χ adjecit:* cod. Ursini *adhærescit:* Davis. suspicabatur *accedit*, probante Ruhnk. ad Rutil. p. 15—16 Camer. Lamb. 1566. Davis. Brem. et Orell. ita distinguunt: *id est, corpora individua propter soliditatem, censet.* Paulo infra, verbum *nihil* omittitur in Manut. et Lamb. *nihil æque nec summum* Vict.—17 Ex auctoritate Mss. nonnullorum Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell. habent *citimum.*—18 E *terno.*—19 E ξ *tamen id.*

NOTÆ

[n] *Perpauca mutans*] Refert Plut. ea in quibus Democritum Epicurus secutus est. Et ipse tamen Epicurus vehementer negabat quicquam se ab eo accepisse.

[o] *Ille atomos*] De illis ceteris physicis Epicuri principiis commodius alibi dicetur.

[p] *In rerum natura duo*] Idem in Anaximandro et Anaximene arguit Plut. qui materiam unicum esse rerum omnium principium voluerunt.

Digitized by Google

quæque res efficiatur; alterum, quæ vis sit, quæ quidque efficiat; de materia disseruerunt; vim, et causam efficiendi reliquerunt. Sed hoc commune vitium: illæ Epicuri propriæ ruinæ. Censet enim, eadem illa individua et solida corpora ferri suo deorsum[1] pondere ad lineam; hunc naturalem esse omnium corporum motum. 19. Deinde ibidem homo acutus, cum illud occurreret; si omnia deorsum[2] e regione ferrentur, et, ut dixi, ad lineam, nunquam fore, ut atomus altera alteram posset attingere; itaque[3] attulit rem commenticiam: declinare dixit[q] atomum perpaulum: quo nihil posset fieri minus: ita effici complexiones, et copulationes, et adhæsitationes atomorum inter se: ex quo efficeretur mundus, omnesque partes mundi, quæque in eo essent. Quæ cum res tota ficta sit[4] pueriliter, tum ne efficit quidem quod vult: nam et ipsa declinatio ad libidinem fingitur; (ait enim declinare atomum sine causa: cum[5] nihil turpius physico, quam fieri sine causa[r] quicquam dicere) et illum motum naturalem omnium ponderum, ut ipse constituit, e regione inferiorem locum petentium,

Mox pro *efficiatur*, in E ξ scribitur *gignantur vel efficiantur*.—20 Gud. 2. N, Gœrenz. et Schutz. *quodque*. Statim post, E ξ *disserunt*. Mox Brem. voc. *Epicuri* omittit.—1 *Deorsum* suspectum fuit Gœrenz. hanc vocem ignorat Ms. Weg. In Ms. N legitur *deorsum suo*. Paulo post, Davis. legi vult *Deinde idem*: Gud. 2. *dem̃ inde*.—2 *Deorsus* Davis. e Pal. 1. cum Schutz. Actutum, pro *ferrentur* in E scribitur *efferentur*.—3 *Ita* Lamb. Voc. *itaque* suspectum est Manut. Ursin. Ern. et Lall. Mox in E ξ *ut complexiones*. Porro in Ms. E copulativa particula non est ante *adhæsitationes*: Mss. Gud. 1. et Weg. habent *adescitationes*: Gud. 2. *adhæsitiones*: N, alii Mss. Crat. Vict. Manut. Lamb. et Brem. *adhæsiones*. Deinde legitur in Gud. 1. *inter se atomorum*.—4 *Est* volebat Heind. Statim post, E ξ habent *pueriliterve*. Mox in loco *tum ne*, E ξ, Weg. Crat. præbent *tamen non*. Porro χ, omnes Mss. Davis. et alii, cum P, Vict. et Ruhnk. ad Rutil. p. 129. omittunt *quidem*, probante Davis. Tum pro *ait* in χ scribitur *at*.—5 Omnes Mss. et edd. præbent *quo* præter Ern. qui e Bruti conjectura dedit *cum*. Mox verba *quam fieri . . . dicere* de Manutii sententia delevit Lamb. Pro *quidquam* ed. Vict.

NOTÆ

Stoici duo admittebant, *τὴν ὕλην καὶ τὸ ποιοῦν*.

[q] *Declinare dixit*] Lucret. 'Quare etiam atque etiam paulum inclinare necesse est Corpora, nec plusquam minimum; ne fingere motus Obliquos videamur, et id res vera refutet.'

[r] *Quam fieri sine causa*] Est enim apud physicos illud receptum *τὸ ἀναίτιον ὅλως ἀνύπαρκτον εἶναι*.

Digitized by Google

sine causa eripuit atomis: nec tamen id, cujus causa hæc[6] finxerat, assecutus est. 20. Nam si omnes atomi declinabunt, nullæ unquam cohærescent: sin[7] aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur; primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur:[8] [*p.* 53.] deinde eadem illa atomorum, in quo etiam Democritus hæret, turbulenta concursio hunc mundi ornatum efficere non poterit. Ne illud quidem physici,[9] credere aliquid esse minimum: quod profecto nunquam putavisset, si a Polyæno,[s] familiari suo, geometriam[10] discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque[11] perfecto. Huic bipedalis[t] fortasse: tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paulo aut majorem aut minorem. 21. Ita, quæ mutat, ea corrumpit: quæ sequitur,[12] sunt tota Democriti; atomi, inane, imagines, quæ idola[13] nominant,[u] quorum incursione non solum vide-

dedit *quidquid.*—6 Mss. E, Eliens. 2. et Paris. 3. cum ed. Davis. habent *quo*, probante Ern. editio Jo. de Col. præbet *id.* Paulo infra, pro *si* Manut. et Lamb. *sive.*—7 Ern. et Schutz. legunt *sin* e Davisii conjectura. Actutum *ferrentur* legitur in Ms. E.—8 ξ *ferentur et.*—9 *Physici est* ξ χ, Manut. Lamb. et Oliv. Deinde pro *profecto* in χ est *perfecto.*—10 *Geometrica*, de J. F. Gron. conjectura, edere volebat Brem. Tum ed. Vict. omisit *ipsum.*—11 *Geometricaque* in χ. Mox pro *Ita, quæ* in χ legitur *Itaque.*—12 *Sequitur quæ* ξ χ: *sequuntur* Ms. Eliens. 2. probantibus Davis. et Rath. Deinde E ξ χ ψ *atomi inanes.*—13 Brem. et edd. seqq. Græce dederunt εἴδωλα. Pro *nominant* in E ξ est *vocant.* Tum in E ξ χ ψ *quorum incursionem.* Verbis *quæ* .... *cogi-*

NOTÆ

[s] *Si a Polyæno*] Lampsacenus fuit, Athenodori filius, vir modestus et amabilis. Laërt. De illo mentiò est Acad. IV.

[t] *Huic bipedalis*] Hac nitebatur ratione, quod quæ fulgent et ignita sunt, e quantiscumque spatiis cernantur, nihilo contractiora apparere opinaretur.

[u] *Quæ idola nominant*] De iis imaginibus lepide jocatur ad C. Cassium scribens lib. XV. epist. 16. 'Fit enim nescio qui, ut quasi coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te: neque id κατ' εἴδη, ἢ φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam ne te fugiat, Catius Insuber, Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargetius, etiam ante Democritus, εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiamsi oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt; animus qui possit, ego non video. Doceas tu me oportebit, cum salvus veneris, in meane potestate sit spectrum tuum; ut simul ac mihi collibitum sit de te

Digitized by Google

amus, sed etiam cogitemus: infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν [14] vocant, tota ab illo est: tum innumerabiles mundi,[x] qui et oriantur, et intereant quotidie: quæ etsi mihi nullo modo probantur, tamen Democritum, laudatum a ceteris, ab hoc [15] qui eum unum secutus est, nollem vituperatum.[y] VII. 22. Jam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac [16] disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester, plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus [z] est. Tollit definitiones: nihil de dividendo ac partiendo docet: non, quo modo efficiatur concludaturque ratio, tradit: non, qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendit. Judicia [17] rerum in sensibus ponit; [a] quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne judicium veri et falsi putat. 23. [In tertia vero parte, quæ est de vita et moribus, in constitutione finis, nil generosum sapit, atque magnificum.[18]] Confirmat illud vel maxime, quod ipsa natura, (ut ait ille) asciscat et reprobet, id est,[19] volup-

temus parenthesis signa addidit Gœrenz.—14 ξ *apiriam:* χ *appiriam.* Mox pro *tum* in E legitur *cum;* qui Ms. statim post, omittit copulativam particulam *et* ante *oriantur.*—15 *Ad hæc* E ξ. Actutum χ ψ, codd. fere omnes, P, Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. præbent *secutus esset.*

CAP. VII. 16 E ξ *aut.* Deinde in ξ *logice.* Paulo infra Lamb. habet *inermus.*—17 Brem. *Judicium.* Mox pro *putat* in E ξ scribitur *putatur.*—18 Hæc verba, *In tertia . . . magnificum* omittuntur in E U ξ χ ψ, et edd. vett. omnibus præter Manut. et Lamb. qui tamen improbabat; et edd. seqq. præter Ern. qui uncis inclusit. Post verbum *Confirmat* inseritur *autem* in E U ξ χ ψ, multis aliis codd. et edd. fere omnibus, præter Manut. Grut. et Ern. Mox E U χ habent *sciscat;* Oliv. *asciscat.*—19 *Id esse* suspicabatur Davis. pro-

NOTÆ

cogitare, illud occurrat; neque solum de te, qui mihi hæres in medullis, sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, ejus εἴδωλον mihi advolet ad pectus.'

[x] *Innumerabiles mundi*] De mundorum infinitate Laërt. in epist. Epicuri ad Herodotum, et Lucret. l. II. nos commode de Nat. Deor.

[y] *Nollem vituperatum*] Negabat Epicurus ullum se magistrum habuisse. Ideo, quos magistros audiverat, variis vexabat contumeliis; præsertim Democritum, quem ληρόκριτον vocabat. Quantum illi tamen deberet, perspicuum est ex illo Metrodori Epicurei apud Plut. Nisi præisset Democritus, nunquam ad sapientiam aspirasset Epicurus.

[z] *Inermis ac nudus*] Quin etiam dialecticos omnes maledictis fixit, πολυφθόρους vocans.

[a] *In sensibus ponit*] Hos vocitabat κριτήρια τῆς ἀληθείας, quæ refellere nulla ratio queat. Si tuis, inquit, diffidas sensibus omnibus; nihil supererit ad quod confugiens judicare possis. Laërt.

Digitized by Google

tatem et dolorem. Ad hæc, et quæ sequamur, et quæ fugiamus, refert omnia: quod quanquam Aristippi est, a Cyrenaicisque melius liberiusque[20] defenditur;[b] tamen ejusmodi esse judico, ut nihil homine videatur indignius. Ad majora enim quædam nos natura genuit et conformavit, ut mihi quidem videtur. Ac[1] fieri potest, ut errem: sed ita prorsus existimo, neque eum Torquatum,[c] qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hosti[d] detraxisse, ut aliquam ex eo perciperet corpore voluptatem,[2] aut cum Latinis[e] tertio consulatu conflixisse apud Veserim[f] propter voluptatem. Quod vero securi filium percusserit,[3] privavisse se etiam videtur multis voluptatibus, cum ipsi naturæ patrioque amori prætulerit jus majestatis atque imperii. 24. Quid? T.[4] Torquatus,[g] (is, qui consul cum Cn. Octavio[h] fuit) cum illam severitatem in eo filio[i] adhi-

bante Bremio. Deinde verba *et quæ sequamur* non sunt in ed. Bremiana: in ed. Manut. et Lamb. legitur *et quæ fug. et quæ seq.*—20 '*Liberiusque*] *Uberiusque* Vict. Memorabilis lectio, a nemine animadversa.' *Orell.* Mox pro *judico* in E ξ est *judicio:* et paulo infra iidem Mss. præbent *formavit.*—1 E *At.* Deinde in ξ χ scribitur *neque enim Torq.* et statim post, iidem Mss. habent *prius:* Oliv. *primus.*—2 Gœrenz. e codd. suis, cum Schutz. et Orell. *voluptatem corpore:* Gud. 1. *vol. corporis:* codd. aliqui, Manut. et Lamb. *corporis vol.* Tum pro *Veserim* Mss. multi, P, et Crat. *Vesuvium.*—3 *Percusserit filium* Mss. aliqui, cum P, Vict. Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. Paulo infra Ms. χ exhibet *patriæ quoque amori prætulerit;* E ξ *patrioque amori prætulit.*—4 Omnes edd. præter Manut. Ern. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell.

NOTÆ

[b] *Liberiusque defenditur*] Sic opinionem defendit Aristippus apud Laërt. Nos, inquit, statim a pueris ad voluptatem accommodati sumus, idque facimus etiamnum animis sponte sua agentibus; quam si semel fuerimus adepti, nihil ultra requirimus.

[c] *Eum Torquatum*] Duplex Manliorum gens, altera patricia, plebeia altera.

[d] *Torquem illum hosti*] Insignem T. Manlii pugnam cum Gallo corpore prægrandi describunt prolixe T. Liv. et Gell. l. IX. c. 13. ex Q. Claudii Quadrigarii annalibus.

[e] *Aut cum Latinis*] Funestum utrique consuli bellum, unius domui, alterius capiti. Manlius quidem in filium pœna capitis animadvertit; Decius vero pro patria se devovit.

[f] *Apud Veserim*] Fluvius est Campaniæ, apud montem Vesuvium fluens in Craterem sinum. Livius.

[g] *T. [L.] Torquatus*] Non Lucii, sed Titi prænomen habuit. Consul 588.

[h] *Cn. Octavio*] Homo novus, Cic. de Off. lib. I. Primus ex illa familia consul factus, quod magnificam ædificasset, et plenam dignitatis in Palatio do-

Digitized by Google

buit, quem in adoptionem D. Silano[k] emancipaverat, ut eum,[5] Macedonum legatis accusantibus, quod pecunias prætorem in provincia cepisse arguerent, causam apud se[l] dicere juberet; reque ex utraque parte audita, pronuntiaret, eum non talem videri fuisse in imperio, quales ejus majores fuissent, et in conspectum suum venire vetuit;[6] numquid videtur tibi de voluptatibus suis cogitavisse? Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria et pro suis suscipit, ut non modo nullam captet, sed etiam prætereat omnes voluptates, dolores denique quosvis suscipere malit,[7] quam deserere ullam officii partem; ad ea, quæ hoc non minus declarant, sed videntur leviora, veniamus. 25. Quid tibi, Torquate? quid huic Triario literæ, quid historiæ, cognitioque rerum,[8] quid poëtarum evolutio, quid tanta tot versuum memoria voluptatis affert? Nec mihi illud dixeris: Hæc enim ipsa mihi sunt voluptati; et[9] erant illa Torquatis. [*p.* 54.] Nunquam hoc ita defendit Epicurus; ne-

habent prænomen *L.*—5 E ξ *ut cum.* Mox, in ed. Brem. est *in provincia prætorem cepisse:* in E ξ *prætorem in provincia reperisse.* Statim, in E *arguerent causamque:* in ξ *argueretur causamque apud se diceret juberetque re.* Mox pro *videri*, Gud. 1. et Weg. *fidei:* Gud. 2. *fideli.*—6 *Vetaret* suspicabatur Ern. improbante Rath. Tum in ed. Vict. legitur *tibi videtur:* et in Ms. E est *cogitasse.*—7 E *malle.* Locus hic corruptus videbatur Davis. et Brem. qui verba *dolores . . . partem* uncis incluserunt. 'Bene hæc se habent: res omnis posita est in significatione particularum 'ut' et 'denique.'' *Rath.* Mox in E ξ scribitur *hæc non minus:* in χ *hoc modo non minus.*—8 *Quid historiæ cognitio, cognitioque rerum* suspicabatur Brem. *quod cognitio rerum* Gœrenz. et Schutz. e conjectura. Paulo infra, duo codd. Gœrenz. præbent *afferunt:* Ms. χ *affer-*

NOTÆ

mum. Navalem de Perseo rege triumphum egit.

[i] *In eo filio*] Is fuit D. Junius Silanus Manlianus.

[k] *D. Silano*] Adoptio hæc probatur nummo argenteo D. Silani, quo torquis, insigne familiæ Manlianæ, impressus visitur. Fuit ille nobili quidem Juniorum gente; sed obscurus ipse, nec ad dignitates, quod sciam, provectus.

[l] *Causam apud se*] Impetravit, cum summo consensu amplissimi ordinis, et eorum qui questum venerant, ut non prætori sed sibi cognitio causæ mandaretur. Domi igitur auditis per biduum testibus, tertio die filium condemnavit. Silanus, patria sententia perculsus, suspendio proxima nocte vitam finivit. Filii exequiis pater non interfuit; et cum maxime funus duceretur, domi sedens, consulere se volentibus, ex instituto suo vacuas aures præbuit.

Digitized by Google

que vero tu, Triari,[10] aut quisquam eorum, qui aut saperet aliquid, aut ista didicisset. Et, quod quæritur sæpe, cur tam multi sint[11] Epicurei;[m] sunt aliæ quoque causæ; sed multitudinem hoc maxime allicit, quod ita putat[12] dici ab illo, recta et honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est, voluptatem. Homines optimi non intelligunt, totam rationem everti, si ita se res[13] habeat. Nam si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte et per se esse jucunda, per se esset et virtus, et cognitio rerum, (quod minime ille vult) expetenda. 26. Hæc[14] igitur Epicuri non probo, inquam: de cetero, vellem equidem aut ipse[15] doctrinis fuisset instructior[n] (est enim, quod ita tibi videri necesse est, non satis politus iis[16] artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur), aut ne deterruisset alios a studiis: quanquam te quidem video minime esse deterritum.

VIII. Quæ cum dixissem,[17] magis ut illum provocarem, quam ut ipse loquerer; tum Triarius, leniter arridens, Tu quidem, inquit, totum Epicurum pæne e[18] philosophorum

tur.—9 Rath. conjecit *ut.* Mox in E ξ legitur *Nunquam hæc.*—10 Pro *tu* U χ habent *Troii.* Verbum *Triari* omittitur in Pall. pluribus, Mss. N et Spir. cum P, Manut. Lamb. Davis. Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell. Pro *Triari* Brem. habet *Torquate,* e conjectura. Statim post, *aut quispiam* scribitur in Ms. E. Deinde in ξ est *sapere.*—11 Edd. vett. ante Lamb. cum Grut. præbent *sunt.* Mox, χ, Spir. N, Gud. 2. cum ed. P, *hæc max. allicit,* probante Gœrenz.—12 Gud. 1. Weg. alii Mss. et Orell. habent *putant,* non improbante Brem. Ed. Lamb. *dici putat.* Tum *hon. quæ sunt* in χ. Statim, voc. *ea* omittitur in ξ.—13 Mss. Spir. N, Gud. 1. et ed. Mars. *res se.* Paulo infra, conjunctiva particula *et,* ante *virtus,* non est in E ξ.—14 *Hoc* in χ. Pro *inquam* E ξ *unquam.*—15 *Ille ipse* ed. Vict.—16 Ms. E et ed. Vict. *his.* Denique ξ χ ψ, et ed. Oliv. *a studio.*

CAP. VIII. 17 Ms. E *dixisset.*—18 Idem Ms. *ex.* Mox, *Quid enim ei legi-*

NOTÆ

[m] *Tam multi sint Epicurei*] Præclarus est in eam rem locus Lactantii: 'Epicurus, ut ad se multitudinem attrahat, apposita cujusque moribus loquitur. Desidiosum vetat literas discere; avarum populari largitione liberat; ignavum prohibet accedere ad rempublicam; pigrum exercere, timidum militare: fugienti turbam solitudo laudatur; qui nimium parcus est, discit aqua et polenta vitam posse tolerare,' &c.

[n] *Fuisset instructior*] Celebre est carmen quod Epicurus passim obtrudebat, *παιδίαν δὲ πᾶσαν φεύγετε μακάριοι.* Carmen illud nonnulli corrupte legi putant. Vide Menagium in Epist. ad Pythoclem.

Digitized by Google

choro sustulisti. Quid ei reliquisti, nisi te, quoquo modo loqueretur,[19] intelligere, quid diceret? Aliena dixit[20] in physicis, nec ea ipsa, quæ tibi probarentur: si qua in his corrigere voluit, deteriora fecit: disserendi artem nullam habuit: voluptatem cum summum bonum diceret, primum in eo ipso parum vidit: deinde hoc quoque alienum; nam ante Aristippus, et ille melius![1] Addidisti ad extremum, etiam indoctum fuisse. 27. Fieri, inquam, o Triari,[2] nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes ejus, a quo dissentias: quid enim me prohiberet[3] Epicureum esse, si probarem, quæ ille diceret? cum præsertim illa perdiscere ludus esset.

Quamobrem dissentientium[4] inter se reprehensiones[*] non sunt vituperandæ: maledicta, contumeliæ, tum iracundiæ, contentiones,[5] concertationesque in disputando pertinaces, indignæ mihi philosophia videri solent. 28. Tunc[6] Torquatus, Prorsus, inquit, assentior: neque enim disputari sine reprehensione, nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari[7] potest. Sed ad hæc, nisi molestum

tur in ed. Manut. et Lamb.—19 *Nisi id, te, quoque modo loq.* Manut. *nisi te, quoque id modo loq.* Lamb. et Brem. hic voc. *id* uncis inclusit: *nisi te quoque, ut id modo loq.* E ξ χ ψ, P, Crat. et Vict. Mox pro *diceret* ξ habet *liceret.*—20 E ξ, edd. vett. ante Grut. cum Oliv. et Brem. *dicit.* Paulo post, *si quæ in his* Mss. nonnulli, Grut. et Orell. *sed si quæ in his* plerique codd. Manut. et Lamb. *sed si quæ in iis* ed. Vict. Actutum, ante verbum *deteriora,* E ξ habent conjunctivam particulam *et.* Deinde pro *artem* iidem Mss. exhibent *partem.* Mox in Gud. 2. *Aristippus ante.*—1 Post verbum *melius* E U ξ χ ψ, alii codd. cum P, et Vict. inseruerunt *etenim quoniam* (ed. Vict. *quasi*) *detractis de homine sensibus.*—2 Tres codd. Gœrenzii exhibent *Triario.* Davis. Schutz. et Orell. omittunt interjectionem *O.* Paulo infra, in Ms. E legitur *quod non probes.*—3 *Prohibet* ed. Ven. Tum in Ms. E scribitur *Epicurum.*—4 E U ξ χ ψ *disserentium.*—5 *Tum iracundæ contentiones* Mars. Davis. Lall. et Gœrenz. probante Rath. *iracundæ cont.* omisso *tum,* legitur in ed. Lamb. Mox verba *in disputando* haud inveniuntur in Par. 2. Gud. 2. Spir. et ed. Gœrenz. Davis. hæc voc. cancellis coërcuit. Tum *philosophia mihi* omnes fere edd. præter Manut. Lamb. Davis. Ern. et Schutz. Mss. E ξ præbent *mihi in phylosophia.*—6 E U ξ χ, alii codd. Gœrenz. et Orell. habent *Tum:* ceteri *Tunc.*—7 E ξ, Spir. et Gud. 1. cum ed. Gœrenz. non admittunt gemi-

NOTÆ

[*] *Inter se reprehensiones*] Idem sentit Socrates in Gorgia Platonis: *ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί· τῶν ἡδέος μὲν ἂν ἐλεγχθέντων εἴτι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι· ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴτις τὶ μὴ ἀληθὲς λέγοι.*

Digitized by Google

est, habeo quæ velim. At me, inquam, nisi te audire vellem, censes hæc dicturum fuisse? Utrum igitur [8] percurri omnem Epicuri disciplinam placet, an de una voluptate quæri, de qua omne certamen [9] est? Tuo vero id quidem, inquam, arbitratu. Sic faciam igitur, inquit: unam rem explicabo, eamque maximam. De physicis alias, et quidem tibi et declinationem istam atomorum, et magnitudinem solis probabo, et Democriti errata ab Epicuro reprehensa [10] et correcta permulta. Nunc dicam de voluptate; nihil scilicet novi, ea tamen, quæ te ipsum probaturum esse [11] confidam. Certe, inquam, pertinax non ero: tibique, si mihi probabis ea quæ dices, libenter assentiar. 29. Probabo, inquit; modo ista sis æquitate, quam [12] ostendis: sed uti oratione perpetua malo, quam interrogare aut interrogari. Ut placet, inquam. Tunc dicere exorsus est.

IX. Primum igitur, inquit, sic agam,[13] ut ipsi auctori hujus disciplinæ placet: constituam, quid et quale sit id, de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, sed ut ratione et via procedat oratio. Quærimus igitur, quid sit extremum, quid [14] ultimum bonorum; quod, omnium philosophorum sententia, tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat: ipsum autem nusquam. Hoc [15] Epicurus in voluptate ponit, quod summum bonum esse vult; summumque malum, dolorem; idque instituit docere sic: 30. [*p.* 55.] 'Omne animal, simul atque natum sit, volup-

natum verbum *disputari.* Actutum, Mss. quidam, Davis. Schutz. et Orell. legunt *An me.* Statim post, *nisi a te* E ξ, qui iidem Mss. etiam exhibent *censes hoc dicturum.*—8 *Utrum igitur, inquit* Par. 2. Eliens. 1. Davis. et Orell. ceteri omittunt *inquit.*—9 Ms. E *bene certamen: ξ bene certatum.* Tum verba *id quidem* in E ξ, *inquam* in U χ omittuntur. Post verbum *arbitratu* E ξ addunt *quidem.*—10 Brem. conjecit *deprehensa.*—11 Verbum *esse* non est in E ξ; qui Mss. paulo infra in loco *probabis* præbent *probaveris,* favente Grut. Tum paulo infra E ξ omittunt *inquit.*—12 Ed. Vict. *qua.* Mox *Tum dicere* ξ χ.

CAP. IX. 13 *Agam sic* P, Manut. et Lamb. *sic agamus* E. Paulo infra, *non quod ignorare* legitur in ed. Lamb.—14 Pro *quid* Pal. 1. N, Spir. Gud. 1. et Davis. habent *et.* Actutum in Ms. χ scribitur *quid, omnium populorum sent.* —15 E ξ *Hæc.* Verba *quod summum . . . vult* uncis incluserunt Davis. et Schutz. Hasce voces nescit Gud. 2. et, excepta prima, etiam Par. 2. Actutum, pro *dolorem,* Davis. e conjectura, et Schutz. legunt *in dolore.* Statim

Digitized by Google

tatem appetere, eaque gaudere, ut summo bono; dolorem aspernari, ut summum malum, et, quantum possit, a se repellere: idque facere nondum depravatum, ipsa natura incorrupte atque integre judicante.'[16] Itaque negat opus esse ratione, neque disputatione, quam ob rem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit. Sentiri hoc[17] putat, ut calere ignem, nivem esse albam, dulce mel; quorum nihil oportere exquisitis rationibus confirmari: tantum satis esse admonere: interesse enim inter argumentum conclusionemque rationis, et inter mediocrem animadversionem[p] atque admonitionem:[18] altera, occulta quædam et quasi involuta aperiri; altera, promta et aperta judicari.[19] Etenim quoniam, detractis de homine sensibus, reliqui nihil est; necesse est,[20] quid aut ad naturam, aut contra sit, a natura ipsa judicari.[q] Ea quid percipit, et quid judicat,[1] quo aut petat aut fugiat aliquid, præter voluptatem et dolorem?

---

post, *que* in *idque* Rath. inducendum videtur.—16 Bini codd. Gœrenz. exhibent *indicante*. Paulo infra, Ern. conjecit *atque disp.*—17 E ξ *hæc*. Mox pro *oportere* χ ψ, alii Mss. P, Crat. et Vict. habent *oporteret*: ed. Oliv. *oportet*. Deinde omnes aliæ edd. *confirmare* præter Ern. qui e conjectura edidit *confirmari*, improbante Rath. Proximum verbum, *tantum*, deleri censebat Ern. Rath. legi maluit *satis esse admonere tantum*.—18 ξ *monitionem*. Deinde pro *occulta* in E ξ est *occultata*. Tum voc. *quasi* deest in χ.—19 Mss. nonnulli, cum edd. Vict. Manut. Lamb. Schutz. et Orell. *indicari*.—20 Davis. conjecit *nec. esse*, probante Ern. Mox, *secundum naturam* in E U ξ χ ψ, Manut. et Lamb. *ad naturam aptum* Lall. de Pearcii conjectura. Post verbum *judicari* codd. aliqui, cum edd. P, Crat. Manut. et Lamb. habent *voluptatem etiam et per se expetendam esse, et dolorem ipsum per se esse fugiendum*. Præter hæc, E U ξ χ etiam exhibent, *Voluptatem etiam et per se expetendam esse et dolorem per se esse fugiendum*.—1 *Ecquid præcipit? ecquid judicat* Gœrenz. e codd. nonnullis: *Ecquid percipit, ecquid judicat* Orell. *Et quid percipit aut quid jud.* ed. P: *En quid percipit aut quid jud.* ed. Vict. *En quid percipit, et quid jud.* χ ψ, et ed. Crat. *Ea quid percipit, aut quid jud.* Davis. *Etenim quid percipit, et quid jud.* margo ed. Crat. Manut. et Lamb. *At quid percipit, et quid jud.* Ms. Ursini; *At ea quid percipit, et quid jud.* dedit Brem. e conjectura: *En qui percipit, et*

NOTÆ

[p] *Mediocrem animadversionem*] Animadversio sive admonitio, *αἴσθησις* seu *πάθημα*, Epicureis erat, cum res aliqua oculis aut quovis sensu corporis perciperetur sine contentione animi: argumentum seu conclusio rationis, ἀπόδειξις cum exquisitis rationibus confirmaretur. Priori, quam *ἐπιλόγισμον* interdum vocabant, in summi boni explicatione semper utebatur Epicurus. Posteriore opus esse negabat.

[q] *A natura ipsa judicari*] Muretus censet expungenda esse quæ sequuntur, usque ad illa verba, 'sunt autem quidam e nostris.'

Digitized by Google

31. Sunt autem quidam e nostris,[r] qui hæc subtilius velint tradere, et negent satis esse, quid bonum sit, aut quid malum, sensu judicari: sed animo etiam ac ratione intelligi posse, et voluptatem ipsam per se[2] esse expetendam, et dolorem ipsum per se esse fugiendum. Itaque aiunt hanc quasi naturalem, atque insitam in animis nostris inesse notionem, ut[3] alterum esse appetendum, alterum aspernandum sentiamus. Alii autem, (quibus ego assentior) cum a philosophis compluribus permulta dicantur,[4] cur nec voluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor, non existimant oportere nimium nos causæ confidere, sed et argumentandum, et accurate disserendum, et rationibus conquisitis, de voluptate et dolore, disputandum putant. X. 32. Sed ut perspiciatis,[5] [s] unde omnis iste natus sit error voluptatem accusantium, doloremque laudantium, totam rem aperiam: eaque ipsa, quæ ab illo inventore veritatis, et quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo. Nemo enim[6] ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur, aut odit, aut fugit; sed quia consequuntur[7] magni dolores eos qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci velit; sed quia nonnun-

qui jud. E ξ: *Ei quid percipit et quid jud.* Ms. N et Spir.—2 *Et per se* Gud. 2. et Weg. Deinde verbum *esse* ante *fugiendum* non est in ed. Lamb.—3 E ξ *et.* Mox in Ms. ξ *alterum esse aspernandum.* Verbum *ego,* ante *assentior,* deest in E ξ.—4 Ms. E *quum pluribus perm. dicuntur:* U ξ χ *compluribus perm. dicuntur:* ed. P et Mannt. *quum a phil. comp. perm. dicuntur:* Lamb. ed. *quoniam a phil. comp. perm. dicuntur.* Pro *compluribus* in ed. Vict. *tamen pluribus:* in Ms. Steph. *tamen compluribus.* Mox pro *causæ* in E scribitur *esse;* qui Ms. cum ξ, statim post exhibet *sed etiam argum.*

CAP. X. 5 E ξ *perspicias.* Deinde *error natus sit* Mannt. et Lamb.—6 Voc. *enim* non est in ξ. Mox pro *odit* E U ξ χ habent *oderit.*—7 Ed. Vict. *conse-*

NOTÆ

[r] *Sunt autem quidam e nostris*] Cyrenaici, qui, auctore Plut. permotiones et visiones quas in se habebant, negabant satis esse firmas ad rerum comprobationem. In quo ipsi secum pugnabant: quippe qui, ut ex Academicis patet, præter permotiones intimas nihil putarent esse judicii.

[s] *Sed ut perspiciatis*] Lege hæc prolixius in epist. ad Menecæum, et in libello *κυριῶν δοξῶν*. Laërt.

Digitized by Google

quam ejusmodi tempora incidunt,[8] ut labore et dolore magnam aliquam quærat voluptatem. Ut enim ad minima veniam, quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? Quis autem vel eum jure reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, quam[9] nihil molestiæ consequatur, vel illum, qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla pariatur? 33. At vero eos et accusamus, et justo odio[10] dignissimos ducimus, qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores et quas[11] molestias excepturi sint, occæcati cupiditate, non provident; similique sunt in culpa, qui officia deserunt mollitia animi, id est, laborum et dolorum fuga. Et harum quidem rerum facilis est et expedita distinctio: nam libero tempore, cum soluta[12] nobis est eligendi optio, cumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placeat,[13] facere possimus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor repellendus.[14] Temporibus autem quibusdam,[1] et aut officiis debitis, aut rerum necessitatibus, sæpe eveniet,[15] ut et voluptates repudiandæ sint, et molestiæ non recusandæ. [p. 56.] Itaque earum[16] rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut rejiciendis voluptatibus majores alias consequatur,[17] aut perferendis doloribus asperiores repellat.

quatur. Paulo post, pro *ratione* in Ms. Spir. legitur *recte.*—8 *Incidunt tempora* Manut. et Lamb.—9 E ψ, alii codd. et edd. ante Lamb. *qua*, quod defendunt Matth. et Brem. In Ms. U legitur *quia.*—10 In Ms. E *Aut vero eos accusamus et multo odio:* in ξ *Aut vere eos accusamus, et multo odis:* pro *At* χ habet *Atque.* Tum *multo odio* Mss. nonnulli, ut Bentl. volebat. Idem suspicabatur *summo odio.*—11 Manut. omisit conjunctivam particulam *et:* Lamb. habet *quasque.* Porro Ed. Vict. exhibet *excepturi sunt.* Statim post, in Ms. U est *obcæcati.*—12 *Solita* E ξ, et ed. Oliv. *absoluta* χ ψ. Statim post, pronomen *nobis* omittitur in ξ. Mox pro *nihil* in E scribitur *nil.*—13 *Placet* ed. Vict. Tum in Ms. E negativa particula *non* inseritur ante verbum *possimus.* —14 Mss. aliqui, cum edd. P, Vict. Manut. et Brem. exhibent *depellendus.* Mox in ed. Manut. et Lamb. *aut officiis debitis*, omisso *et*, ut volebat Brem. Gruterus *et* mutare in *id est* maluit.—15 *Evenit* Junt. Crat. Vict. et Lamb. ut volebat Ern.—16 *Harum* Manut. et Lamb. Mox voc. *hic,* ante *tenetur*, non est in E ξ. Paulo infra, verba *ut aut* transponuntur in edd. vett. quibusdam. —17 E ξ *consequantur.* Pro *perferendis* in E est *quod ferendis*, in ξ *quid feren-*

NOTÆ

[1] *Temporibus autem quibusdam*] Plut. ex Metrodoro: πολλάκις προσεπτύσα- μεν ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς.

34. Hanc ego cum teneam sententiam, quid[18] est, cur verear, ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros, quos tu paulo ante, cum[19] memoriter, tum etiam erga nos amice et benevole, collegisti? Nec me tamen, laudandis majoribus meis, corrupisti,[20][u] nec segniorem ad respondendum reddidisti. Quorum facta quemadmodum, quæso, interpretaris? Siccine eos censes aut in armatum hostem impetum fecisse,[1] aut in liberos et in sanguinem suum tam crudeles fuisse, nihil ut de utilitatibus,[2] nihil ut de commodis suis cogitarent? At id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant, itaque turbent,[3] ut, earum motus et impetus quo pertineant, non intelligamus. 35. Tu tam[4] egregios viros censes tantas res gessisse sine causa? Quæ fuerit causa, mox videro: interea hoc tenebo: si ob aliquam causam ista, quæ sine dubio præclara sunt, fecerint, virtutem his ipsam per se[5] causam non fuisse. Torquem detraxit hosti: et quidem se texit,[x] ne interiret. At[6] magnum periculum adiit: in oculis quidem exercitus.[y]

dis. Bini codd. Gœrenzii exhibent *majoris* et *asperioris.*—18 Pro *quid* E ξ habent *cur.* Tum *non* ante *possim* deest in iisdem Mss.—19 Ms. U, multi alii codd. cum edd. P, Manut. et Lamb. præbent *tum.*—20 ξ χ ψ, alii codd. et ed. P *corripuisti.*—1 *Hostem irruisse* Brem. errore typographico, ut ait Orellius. Brem. verba *aut in liberos*, ut glossam, ad uncos condemnavit. Statim post, *atque in sanguinem* N, Spir. Gœrenz. Schutz. et Orell. *aut in sanguinem* edd. ante Davis.—2 Edd. Junt. Crat. Lamb. et Brem. *voluptatibus:* ceteri *utilitatibus.*—3 Codd. nonnulli, cum edd. Vict. et Orell. *atque turbent:* E ξ, codd. alii, edd. P, Gœrenz. et Schutz. *atque turbentur:* U χ ψ, et ed. Crat. *itaque turbentur*, probante Rath. Porro Brem. ex uno cod. Gronovii et altero Davisii edidit *non intelligantur.*—4 E ξ *tamen.*—5 *Per se ipsam* duo codd. Gœrenzii, Mars. Manut. Lamb. et aliæ edd. vett.—6 *Ac* in E: *Ad* in ξ χ ψ. Mox

NOTÆ

[u] *Majoribus meis corrupisti*] Alii, *corripuisti*, sed vulgatam lectionem servandam persuadet l. II. ubi hic locus refelletur.

[x] *Et quidem se texit*] Torquem aureum et sanguinolentum hosti detraxit, sibique in collum imposuit. Unde illi 'Torquati' nomen. Liv. et Q. Claud. Quadrigarius.

[y] *In oculis quidem exercitus*] Galli Via Salaria trans pontem Anienis, ad tertium lapidem castra posuerant, et utrinque summo studio pugnabatur, cum Gallus immani corpore, nudus præter scutum et gladios suos, processit, manuque significans utrinque quiescere; conclamat, si quis secum pugnare vellet, uti prodiret, &c.

Digitized by Google

Quid ex eo consecutus est? laudem et caritatem,[7] [1] quæ sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima. Filium morte mulctavit: si sine causa, nollem me ab eo ortum, tam importuno, tamque crudeli: sin ut dolore suo sanciret militaris imperii disciplinam, exercitumque in gravissimo bello animadversionis metu contineret; saluti prospexit civium, qua intelligebat contineri suam. 36. Atque hæc[8] ratio late patet. In quo enim maxime consuevit jactare vestra se oratio, (tua præsertim, qui studiose antiqua persequeris, claris et fortibus viris commemorandis, eorumque factis non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore, laudandis) id totum evertitur, eo delectu rerum, quem modo dixi, constituto,[9] ut aut voluptates omittantur, majorum voluptatum adipiscendarum causa, aut dolores suscipiantur, majorum dolorum effugiendorum[10] gratia. XI. 37. Sed de clarorum hominum factis illustribus et gloriosis, satis hoc loco dictum sit.[11] Erit enim jam de omnium virtutum cursu ad voluptatem proprius disserendi locus.

Nunc autem explicabo, voluptas ipsa[12] quæ qualisque sit, ut tollatur error omnis imperitorum; intelligaturque[13] ea, quæ voluptaria, delicata, mollis habeatur disciplina, quam gravis, quam continens, quam severa sit. Non enim hanc solam sequimur,[14] quæ suavitate aliqua naturam ip-

et in oculis Ms. E: *et in oculos* Gud. 2. et Weg. Deinde *est consecutus* legitur in N, Spir. Gud. 1. Weg. cum edd. P, Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell.—7 E *claritatem.*—8 *Atque ad hæc* ξ χ, alii Mss. et edd. vett. nonnullæ. Mox, post *jactare*, voc. *vestra* non est in χ.—9 ξ *modo dici, constituto:* χ *modo dixi, constituo.* Actutum, in E ξ scribitur *ut autem.* Mox in E est *voluptatum adipiscendorum.*—10 Gud. 1. et Weg. *fugiendorum.*

CAP. XI. 11 Spir. et Gud. 1. *dictum est.* Statim, pro *Erit* χ habet *Erat.* —12 Voc. *ipsa* deest in ψ. Mox ed. Vict. habet *omnis error imperitorum*: Ms. E *error omnium imperitorum.*—13 Ms. χ *intelligeratque.*—14 E ξ *consequimur.*

NOTÆ

[1] *Laudem et caritatem*] A T. Quintio Penno dictatore pro concione laudatus, et aurea corona donatus est. Triumphi quidem nullibi est mentio, quem tamen ex tam memorabili bello obtinuisse dictatorem verosimile est; et astipulari videtur Fastorum Capitolinorum fragmentum, quod eodem hoc anno duos triumphos notat, quamvis Livius eos omiserit.

Digitized by Google

sam movet,[a] et cum jucunditate quadam percipitur sensibus; sed maximam illam voluptatem habemus, quæ percipitur, omni dolore detracto. Nam quoniam, cum privamur dolore, ipsa liberatione[b] et vacuitate omnis molestiæ gaudemus;[15] (omne autem id, quo gaudemus, voluptas est, ut omne id,[16] quo offendimur, dolor) doloris omnis privatio recte nominata est[17] voluptas. Ut enim, cum cibo et potione fames sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis; sic, in omni re, doloris amotio successionem efficit voluptatis. 38. Itaque non placuit Epicuro, medium esse quiddam[18] inter dolorem et voluptatem: illud enim ipsum, quod quibusdam medium[c] videtur, cum omni dolore caret,[19] non modo voluptatem esse, verum etiam summam voluptatem. Quisquis enim sentit, quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. Omnis[20] autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem; [*p.* 57.] ut postea variari voluptas, distinguique possit; augeri amplificarique non possit. 39. At etiam Athenis (ut a patre[1] audiebam,[d] fa-

Non multo post, ξ habet *et maximam:* in Ms. N est *voluptatem illam habemus.*—15 E ξ *gaudeamus.*—16 Voc. *id* deest in E U ξ χ, Eliens. 1. 2. Med. Balliol. cum edd. P, Lamb. Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell.—17 *Est nominata* ed. Vict. Actutum *enim* non est in E ξ: qui Mss. paulo infra exhibent *potatione;* ed. Vict. *potioneque.* Mox pro *affert* in E ξ scribitur *afferre.*—18 E ξ, N, Spir. Gœrenz. Schutz. et Orell. *quoddam:* ed. P *quidquam.* Porro in χ legitur *illud est ipsum.* Tum pro *videtur,* Rath. maluit legi *videretur.*—19 *Omni dolore carere,* omisso *cum,* Lamb. Brem. et Orell. e conjectura Morelii et Manutii: verbum *cum* haud invenitur in uno cod. Gronovii, et altero Morelii: *quum omni dolore careret* U χ ψ, quinque Mss. Davisii, quatuor Gœrenz. cum edd. Mars. Gœrenz. et Schutz. probante Rath. *cum omni dolore carere* ed. Oliv. *cum omni dolore caret* ceteri; quæ verba Davis. uncis inclusit.—20 *Omni* legitur in ξ χ, Mss. aliis quibusdam, et edd. vett. ante Lamb.—1 N, Spir.

NOTÆ

[a] *Naturam ipsam movet*] Contra Cyrenaicos voluptatem in motu constituentes. Sic enim eam magister eorum Aristippus definit: *ἔστιν ἡ ἡδονὴ ἡδεῖα κίνησις, εἰς αἴσθησιν ἀναδιδομένη.*

[b] *Ipsa liberatione*] Sunt hæc excerpta ex Platone lib. IX. de Repub. et Philebo.

[c] *Quod quibusdam medium*] Cyrenaici inter voluptatem et dolorem existimabant medium esse, quod *ἀηδονίαν* sive *ἀλυπίαν* vocarent. Sed hanc quoque Epicurus summam voluptatem putabat esse, et *καταστηματικὴν ἡδονὴν* appellabat.

[d] *A patre audiebam*] L. item Manlio Torquato, qui quæstor in Asia A. U.

Digitized by Google

cete et urbane Stoicos irridente) statua est[e] in Ceramico,[f] Chrysippi sedentis, porrecta manu; quæ manus significet illum in[2] hac esse rogatiuncula delectatum: 'Num quidnam manus[g] tua,[3] sic affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat?' Nihil sane. At, si voluptas esset bonum, desideraret. Ita credo. Non est igitur voluptas bonum. Hoc[4] ne statuam quidem dicturam pater aiebat, si loqui posset. Conclusum est enim contra Cyrenaicos satis acute; nihil ad Epicurum. Nam si ea sola voluptas[5] esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suavitate afflueret et illaberetur;[6] nec manus esse contenta posset ulla[7] vacuitate doloris, sine jucundo motu voluptatis. Sin autem summa voluptas est (ut Epicuro placet) nihil dolere; primum tibi recte, Chrysippe, concessum est, nihil desiderare manum, cum ita esset affecta: secundum non

---

Gud. 2. cum edd. Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. habent *e patre*. Mox, E U χ ψ, Mars. Crat. et Vict. *arridente*: Ms. Spir. Gœrenz. Schutz. et Orell. *ridente*.—2 Præpositio *in* deest in ed. Lamb. Tum in E ξ scribitur *oratiuncula*. Porro, verbum *delectatum* Schutz. delevit; Gœrenz. uncis inclusit.—3 De Bentleii suspicione verbum *tua* uncis inclusit Brem. Paulo infra, vor. prius *affecta* non est in E ξ. Mars. habet *sic affecta, ut nunc est*.—4 *Hec* in Ms. ξ. Mox Ms. N *quam dicturam*: codd. aliqui, et Mars. *dicturam quidem*. Schutz. delevit *quidem*, cum Ms. Leid. de Ruhnken. sententia, ad Rutil. pag. 129. Tum, post *posset* in E U ξ χ ψ additur *verum*. Davis. conjecit *posset. Et vere: conclusum, &c.* Actutum, præpositio *contra* non est in ψ.—5 *Voluptas sola ea* in E.—6 Lamb. in ed. 1566. *allaberetur*, probante Davis.—7 *Illa* Gulielm. susp. non improbante Bremio. Pal. 1. habet *posset nec ulla par*: N *posset ut ulla*: Gud. 2. *posset illa*: Ms. Weg. *posset ne ulla parvitate doloris*: Davis. edidit *posset nec ulla pars vacuitate doloris*. Mox, verbum *summa*, ante

NOTÆ

C. 667. et annis sequentibus pro quæstore L. Sullæ proconsulis fuit. Torquatum hunc Cicero in Bruto ait 'elegantem in dicendo fuisse, in existimando admodum prudentem, toto genere perurbanum.'

[e] *Statua est*] Aënea, ab Aristocreonte, familiari et discipulo Chrysippi, erecta cum hoc epigrammate: Τὸν δὲ νέον Χρύσιππον Ἀριστοκρέων ἀνέθηκε Τῶν Ἀκαδημιακῶν στραγγαλίδων κοπίδα.

[f] *In Ceramico*] Locus erat Athenis, teste Hesychio, ubi scorta prostituebantur. Erant autem duo Ceramici, alter extra muros, alter intra. In suburbano erat statua Chrysippi.

[g] *Num quidnam manus*] Syllogismus ille Ceratinus dicebatur. Quint. lib. I. Talis erat ille: Quod non perdidisti habes; cornua non perdidisti; ergo cornua habes. Familiare veteribus dialecticis argumentandi genus; cujus auctorem alii Chrysippum, alii Eubulidem faciunt; nonnemo Philonem.

Digitized by Google

recte, si voluptas esset bonum, fuisse desideraturam.[8] Idcirco enim non desideraret, quia, quod dolore caret, id in voluptate est.

XII. 40. Extremum autem esse bonorum voluptatem, ex hoc[9] facile perspici potest. Constituamus aliquem magnis, multis, perpetuis fruentem et animo, et corpore voluptatibus, nullo dolore nec impediente nec impendente: quem tandem hoc statu præstabiliorem, aut magis expetendum, possumus dicere?[10] Inesse enim necesse est in eo, qui ita sit affectus, et firmitatem animi, nec mortem nec dolorem timentis, quod mors sensu careat; dolor in longinquitate[h] levis,[11] in gravitate brevis soleat esse; ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio consoletur. 41. Ad ea cum[12] accedit, ut neque divinum numen horreat, nec præteritas voluptates effluere patiatur, earumque assidua recordatione lætetur; quid est, quod huc possit, quod melius sit, accedere?[13] Statue, contra, aliquem confectum tantis animi corporisque doloribus, quanti in hominem maximi[14] cadere possunt, nulla spe proposita, fore levius aliquando,[15] nulla præterea nec præsenti nec expectata[16]

voluptas, non est in ξ. Paulo infra, pro *dolere* χ habet *dolore*.—8 Gud. 2. et Weg. *fuisset desideratura*. In fine capitis Brem. sic transponit, *id est in voluptate*.

CAP. XII. 9 χ *ex quo*. Deinde ψ, quinque Mss. Davisii, omnes Gœrenzii, cum P, Vict. Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. *facillime perspici*: E ξ *facillime percipi*. In proximis, post *constituamus* Gud. 1. et Weg. addunt *autem*. Porro, ante verbum *præstabiliorem* in ed. Manut. et Lamb. *aut* invenitur.—10 Gud. 1. et 2. cum Weg. *possimus dicere*. Mox, Rath. et Davis. conjunctivam particulam *et* ante *firmitatem* deleri jubent: in U scribitur *aut firmitatem*.—11 E ψ *lenis*. Deinde *et ejus magn.* in N, Spir. et Gud. 2. Paulo infra, Mss. Weg. et Vien. *allevationem diuturnitas*: Gœrenz. conjecit *diuturnitas allevationem*. Pro *allevatio*, bini codd. Gœrenzii exhibent *elevatio*: Orell. suspicabatur *levatio*.—12 E ξ χ ψ *tum*. Deinde, pro *nec* in ed. Lamb. legitur *neque*. Mox pro *lætetur* in ξ est *delectetur*.—13 *Huic possit, quod melius sit, accidere* ξ, Manut. Lamb. 1566. Gœrenz. et Schutz. *huic . . . accedere* E U χ ψ, Gud. 2. Mars. et Lamb. 1584. *huc . . . accidere* N et Spir. *hinc . . . accedere* Gud. 1. et Weg.—14 E ξ χ ψ *homine maxime*: U *hominem maxime*. Deinde pro *proposita* ξ habet *preposita*.—15 E *aliquanto nulla præposita spe fore levius aliquanto*: U ξ χ exhibent *aliquanto*. Mox, pro *præterea*, ξ, Crat. Vict. Manut. et Lamb.

NOTÆ

[h] *Dolor in longinquitate*] Plut. οἱ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. μεγάλοι πόνοι συντόμως ἐξάγουσιν, οἱ δὲ

Digitized by Google

voluptate: quid eo miserius dici aut fingi potest? Quod si vita doloribus referta maxime fugienda est, summum profecto malum est, vivere cum dolore. Cui sententiæ consentaneum[1] est, ultimum esse bonorum[17] cum voluptate vivere. Nec enim habet nostra mens quicquam, ubi consistat, tanquam in extremo: omnesque et metus et ægritudines ad dolorem referuntur; nec præterea est res ulla, quæ sua natura aut solicitare[18] possit, aut angere. 42. Præterea et appetendi et refugiendi, et omnino rerum gerendarum initia proficiscuntur aut a voluptate, aut a dolore: quod cum ita sit, perspicuum est, omnes rectas res atque laudabiles eo referri,[19] ut cum voluptate vivatur. Quoniam autem id est vel summum bonum,[20] vel ultimum, vel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes; fatendum est, summum esse bonum jucunde vivere.

XIII. Id qui in una virtute ponunt,[1] splendore nominis capti, quid natura postulet, non intelligunt; errore maximo, si Epicurum audire voluerint, liberabuntur.[2] Istæ enim vestræ eximiæ pulchræque virtutes, nisi voluptatem efficerent, quis eas aut laudabiles aut expetendas arbitraretur?

habent *præterita:* Manut. omittit præcedens verbum *nulla.*—16 *Neque præsenti, neque expectata* E U ξ χ, alii Mss. cum edd. Vict. Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell.—17 E ξ, et edd. vett. *bonum,* probante Rath. Verba *Cui sententiæ...vivere* uncis includuntur a Davisio, de Bentl. et Walk. suspicione. Paulo infra, ante *quidquam,* ξ χ, et ed. Oliv. inserunt *aliud,* probante Davisio. —18 *Quæ aut sua sede naturam sollicitare* Mss. nonnulli et Lamb. Statim post, voc. *aut* in χ deest. Tum pro *angere* in codd. plerisque, P, et Crat. est *tangere;* in Manut. et Lamb. *frangere.* Proximum verbum in ξ scribitur *preterea.*—19 χ, Gud. 1. et Weg. *ferri.*—20 *Summum bonorum* in ψ, Par. 2. Eliens. utroque, Med. aliis Mss. cum edd. P, Crat. Vict. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. Lambinus, cum codice Morelii, omisit *bonorum.* Actutum, *et extremum* legitur in ed. Vict. Pro τέλος in Ms. ξ est *thelos.* Porro χ habet *feruntur omnes.* Idem Ms. pro *jucunde* exhibet *jucundum.*

CAP. XIII. 1 Ante *splendore,* copula *et* additur in omnibus codd. et edd. præter Ern. qui e conjectura delevit. Mox in ξ est *quod natura postulet.*—2 *Liberantur* U χ, cum edd. P, Manut. et Lamb. Deinde post, pro *eximiæ*

NOTÆ

[1] *Cui sententiæ consentaneum*] Tota hæc doctrina legitur in epistola ad Menecæum.

Digitized by Google

Ut enim medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonæ valetudinis causa probamus; et gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet, utilitate, non arte, laudatur; [*p.* 58.] sic sapientia, quæ ars vivendi putanda est, non expeteretur, si nihil efficeret;[3] nunc expetitur, quod est tanquam artifex conquirendæ et comparandæ voluptatis. 43. Quam autem dicam[4] voluptatem, jam videtis, ne invidia verbi labefactetur oratio mea. Nam, cum ignoratione rerum bonarum et malarum maxime hominum vita vexetur; ob eumque errorem et voluptatibus maximis sæpe priventur,[5] et gravissimis animi doloribus torqueantur; sapientia est adhibenda, quæ, et terroribus[6] cupiditatibusque detractis, et omnium falsarum opinionum temeritate derepta,[7] certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem. Sapientia enim est[8] una, quæ mœstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat; qua præceptrice, in tranquillitate vivi potest, omnium cupiditatum ardore restincto. Cupiditates enim sunt[9] insatiabiles; quæ non modo singulos homines, sed universas familias evertunt; totam etiam[10] labefactant sæpe rempublicam. 44. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. Nec hæ sese foris solum jactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt; sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atque discordant: ex quo vitam amarissimam necesse est effici; ut sapiens solus,[11] ampu-

pulchræque, offert Gud. 2. *eximiæque*, *pulchræ* omisso.—3 *Si nihil afferret* Brem. errore typographico, ut ait Orellius.—4 Gud. 2. N, et Spir. *ego dicam.*—5 In ξ *privemur.* Mox pro *gravissimis*, in Ms. U, et codd. nonnullis legitur *purissimis;* in aliis Mss. cum edd. P, Crat. Vict. Manut. et Oliv. *pravissimis;* Pal. 2. cum Davis. et Lallem. *durissimis.* Deinde E ξ exhibent *torqueamur.* Paulo post, Gud. 2. et Weg. *sap. adhibenda est:* Mss. N et Spir. ignorant *est*, probante Gœrenzio.—6 Par. tres, Med. et Eliens. 1. *quod et terroribus*, haud repugnante Davisio: Mss. E, et tres Gœrenzii *quæ et erroribus.* —7 N et Spir. cum edd. Lamb. Brem. Gœrenz. et Orell. *derepta:* P, Crat. Vict. et Manut. *direpta.* Mox pro *præbeat* in E ξ est *præbet.*—8 Gud. 2. Spir. et Weg. cum Gœrenz. et Orell. *est enim:* Ms. N *enim* ignorat. Actutum, in ξ scribitur *quæ præceptrice.* Tum pro *restincto* E ξ præbent *restricto.* —9 *Sunt enim* Beier. Offic. t. II. p. 15.—10 *Totam et* in χ. Paulo post, Mss. Gœrenz. in *sæpe* turbant; unus, cum Marso, particulam omittit; alter ante *labefactant* transmittit. Tum post *odia* E ξ addunt *restringenda.* Statim infra, ξ ψ, cum P, Lamb. et Grut. habent *discidia;* duo codd. Gœrenzii *desidia.*—11 Omnes Mss. et edd. habent *solum* præter Ern. qui e conjecturis

Digitized by Google

tata circumcisaque inanitate omni et errore, naturæ finibus contentus, sine ægritudine possit, et sine metu, vivere. 45. Quæ est enim aut utilior, aut ad bene vivendum aptior partitio,[k] quam illa, qua est usus Epicurus? qui unum genus posuit earum[12] cupiditatum, quæ essent et naturales et necessariæ;[l] alterum, quæ naturales essent, nec tamen necessariæ; tertium, quæ nec naturales nec necessariæ. Quarum ea ratio est, ut necessariæ nec opera multa nec impensa expleantur. 46. Ne naturales[13] quidem multa desiderant, propterea quod ipsa natura divitias, quibus contenta sit,[14] et parabiles et terminatas habet. Inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri potest. XIV. Quod si vitam omnem perturbari videmus[15] errore et inscientia, sapientiamque esse solam, quæ nos a libidinum impetu et[16] formidinum terrore vindicet, et ipsius fortunæ modice ferre doceat injurias, et omnes monstret[17] vias quæ ad quietem et tranquillitatem ferant; quid est, cur dubitemus dicere, et sapientiam propter voluptatem expetendam, et insipientiam propter molestias esse fugiendam? 47. Eademque ratione, ne[18] temperantiam

Lamb. et Davis. edidit *solus*. Mox pro *omni et errore* in ξ est *tum et errore*; in E *omni cum et errore*. Porro in ξ legitur *nat. finibus contentis*.—12 *Illarum* in E. Tum copula *et* ante *naturales* non est in tribus codd. Gœrenzii et aliis quibusdam.—13 Ms. ψ et ed. Schutz. *Nec naturales*: E ξ *Nec naturalem*.—14 Gud. 2. et Weg. ignorant *sit*: Manut. et Lamb. dederunt *contenta est*. Paucis post in E ξ scribitur *terminabiles habet*. Proximum verbum in Ms. E est *Inanum*.

CAP. XIV. 15 Ed. Manut. *videamus perturbari*: ed. Lamb. *videmus perturbari*. Tum pro *inscientia*, E ξ, Spir. Weg. cum edd. Ald. P, Crat. Vict. et Manut. habent *inscitia*.—16 Præpositio *a* ante *formidinum* additur in E ξ χ, Paris. tribus, et Med. cum Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. Mox pro *modice* ξ ψ habent *modeste*, χ *modesta*.—17 χ ψ, Gud. 1. et alii codd. cum Mars. hoc verbum plane ignorant, cujus loco E U ξ, et Gud. 2. cum Crat. Vict. Manut. et Lamb. *doceat* exhibent. Tum verba *quietem, et* desunt in ψ.—18 *Nec* in ξ. Voc. *se* ante *expetendam* non est in χ. Statim post, *esse* deest in Ms. E. Deinde in χ legitur *queritur pacem animis*; in E *quia pacem animus*.

NOTÆ

[k] *Aptior partitio*] De illa partitione iterum in Tusc. I.

[l] *Et naturales et necessariæ*] Naturales et necessarias existimavit Epicurus, quæ dolores amovent, ut qui sitiens bibit; naturales et non necessarias, quæ varietatem duntaxat voluptatis faciunt, nec dolorem detrahunt, ut pretiosi cibi; nec naturales, nec necessariæ sunt, ut coronæ, statuæ, &c.

Digitized by Google

quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia pacem animis afferat, et eos quasi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia est enim,[19] [m] quæ, in rebus aut expetendis aut fugiendis, rationem ut sequamur, monet. Nec enim satis est judicare, quid faciendum, non faciendumve sit: sed stare etiam oportet in eo, quod sit judicatum. Plerique autem, quod tenere atque [20] servare id, quod statuerunt, non possunt, victi et debilitati, objecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos; nec, quid eventurum [1] sit, provident; ob eamque causam, propter voluptatem et parvam et non necessariam, et quæ vel [2] aliter pararetur, et qua etiam carere possent sine dolore, tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora incurrunt: sæpe [3] etiam legum judiciorumque pœnis obligantur. 48. Qui autem ita frui volunt voluptatibus, ut nulli propter eas dolores consequantur; et qui suum judicium retinent, ne,[4] voluptate victi, faciant id quod sentiunt non esse faciendum; hi voluptatem maximam adipiscuntur, prætermittenda voluptate. [*p.* 59.] Iidem etiam [5] dolorem sæpe perpetiuntur, ne, si id non faciant, incidant in majorem. Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter se fugiendam esse; temperantiamque expetendam, non quia voluptates fugiat, sed quia majores consequatur. XV. 49. Eadem fortitudinis ratio [n] reperietur. Nam neque

—19 *Temp. enim est* Gud. 2. et Weg. Voc. *aut* post *rebus* haud invenitur in E ξ. Mox *ut rationem* in ed. Vict. Tum pro *monet* in χ scribitur *moneat.*—20 *Aut* in χ. Deinde ante *statuerunt* Mss. Spir. N, et alii addunt *ipsi.*—1 *Nec, quid proventurum* χ ψ, tres codd. Gœrenzii, cum edd. P, Vict. et Manut. *ne, quid proventurum* E: *ne, quid eventurum* ξ: *nec quid porro eventurum* e cod. suo Ursinus, probante Gœrenzio: *nec, quid perventurum* U.—2 Brem. hæret in *vel:* deinde conjicit *sic* post *aliter,* ut in Par. 2. qui Ms. habet *quæ vel aliter sic, &c.* Davis. susp. *quæ vel aliter sibi &c.* Pro *pararetur* in E ξ legitur *paretur.* Mox in ed. Lamb. *quum in morbos graves.*—3 E ξ *sæpeque.*—4 E ξ *ut.*—5 Voc. *etiam* non est in E ξ: qui Mss. paulo infra, pro *propter se* habent *per se.* Statim post, Mss. Spir. et N præbent *esse fugiendam.* Gœrenz. *esse* omitti voluit.

NOTÆ

[m] *Temperantia est enim*] Platoni *σωφροσύνη* et *ἐγκράτεια*: utramque sic definit: *Σωφροσύνη, καθ' ἣν ὁ ἔχων αἱρετικός ἐστι καὶ εὐλαβητικὸς ὧν χρή· ἐγκράτεια ἀκολούθησις τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ.*

[n] *Fortitudinis ratio*] *Ἀνδρία*, quæ complectitur *εὐτολμίαν, εὐψυχίαν, φι-*

Digitized by Google

laborum perfunctio, neque perpessio dolorum, per se ipsa allicit: nec patientia, nec assiduitates,[6] nec vigiliæ, nec ea ipsa, quæ laudatur, industria, ne fortitudo quidem:[7] sed ista sequimur, ut sine cura metuque vivamus; animumque et corpus, quantum efficere possimus, molestia liberemus. Ut enim mortis metu omnis quietæ vitæ status perturbatur; et ut, succumbere doloribus,[8] eosque humili animo imbecilloque ferre, miserum est; ob eamque debilitatem animi, multi parentes,[9] multi amicos, nonnulli patriam, plerique autem se ipsos penitus perdiderunt; sic robustus animus et excelsus omni est liber cura et angore, cum[10] et mortem contemnit, qua qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qua[11] antequam nati: et ad dolores ita paratus est, ut meminerit, maximos morte finiri, parvos multa habere intervalla requietis,[12] mediocrium nos esse dominos; ut, si tolerabiles sint, feramus; sin minus,[13] æquo animo e vita, cum ea non placeat, tanquam e theatro,[o] exeamus. Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem ignaviamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque laudari suo nomine; sed illas rejici, quia dolorem pariant; has optari, quia voluptatem. XVI. 50. Justitia restat, ut de omni virtute sit dictum; sed similia fere dici possunt. Ut enim sapientiam, temperantiam,[14] fortitudinem, copulatas esse docui cum volup-

CAP. XV. 6 Codd. potiores Gœrenzii, Manut. Lamb. et Orell. legunt *assiduitas.* Voc. *ea* ante *ipsa* omittitur in ξ, Gud. 2. N, Spir. et Weg. cum Gœrenz. et Schutz. Verba *ea ipsa* non sunt in E.—7 *Nec fort. quidem* E U ξ, et alii codd. cum edd. P et Junt. Orellius conjecit hunc locum ita legendum: *nec ea quæ laudatur industria, ne ipsa fortitudo quidem.* Mox pro *possimus* E ξ habent *possumus.*—8 E χ *laboribus.* Paulo post, *eosque qui humili* in E. Statim post, in ed. Brem. legitur *imbecillique* errore typographico, ut ait Orell. —9 *Multi parentes reliquerunt* in edd. P, Junt. et Vict.—10 Mars. omittit *cum:* hoc verbum uncis inclusit Orellius. Camerar. hæc vitiosa judicans, e Vict. commendat *cura et rigore animi etiam mortem contemnit.* In Ms. E legitur *contempnit.*—11 In E ξ omittitur *qua.*—12 P, Manut. et Lamb. *quietis.*—13 *Si minus* E χ, omnes codd. Gœrenzii, alii nonnulli, cum edd. P, Junt. Gœrenz. et Schutz.

NOTÆ

λιτωνίαν, et *καρτερίαν.*

[o] *Tanquam e theatro*] Hac uti similitudine consueverat Epicurus, et similitudine ludentium in convivio. Epict. prima dissert. c. 24. secunda dissert. c. 16. Vide J. Lipsium, Introduct. ad Stoic. Phil. l. III. c. 22.

Digitized by Google

tate, ut ab ea nullo modo nec [15] divelli nec distrahi possint; sic de justitia judicandum est; quæ non modo nunquam nocet cuiquam,[p] [16] sed contra semper alit aliquid,[17] tum vi sua atque natura, quod tranquillet animos; tum spe, nihil earum rerum defuturum, quas natura non [18] depravata desideret. Quemadmodum temeritas, et libido, et ignavia semper animum excruciant, et semper solicitant, turbulentæque sunt; sic * * * cujus in mente [19] consedit,[q] hoc ipso, quod adest, turbulenta non potest fieri; et si vero molita quippiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id [20] fore semper occultum. Plerumque im-

CAP. XVI. 14 *Temperantiam, sapientiam* in ed. Vict.—15 E ξ, et Weg. omittunt priorem *nec.*—16 In E *unquam nocet cuiquam:* in ξ *unquam nocet unquam.*—17 Pro *alit aliquid* Rath. conjecit *allicit*, quam lectionem admittunt Gœrenz. Schutz. et Orell. Verbum *alit* deest in E ξ, et codd. Gœrenzii: *alit quid* scribitur in U χ ψ. Ern. suspic. *agit aliquid;* quæ lectio invenitur in margine ed. Lamb. 1584. Statim post, E ξ, omnes codd. Gœrenzii, cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *quum vi sua.* Verba *sua atque* non sunt in ψ. Tum Gœrenz. maluit legi *quo tranquillet.* Mss. E ξ non habent pronomen *quod.* Paulo post in χ legitur *cum spe.* Actutum in E scribitur *nihil illarum.*—18 E ξ χ ψ, alii Mss. cum P, Crat. Vict. Manut. et Brem. omittunt *non.* Pantagathus, Manut. et Muret. vocem *depravatam* quoque deletam voluerunt, quam uncis inclusit Brem. Statim post, edd. P, Vict. Manut. Lamb. et Gœrenz. edidere *desiderat.* Copulativa particula *Et* legitur ante *Quemadmodum* in ed. Lamb.; etiam, de Matthiæ conjectura, in edd. Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum particula *et* ante *libido* non est in E ξ. Mox iidem Mss. exhibent *turbulentæque sint.*—19 *Sic injustitia, cujus in mente* codex vel conjectura Ursini. Hæc verba Brem. uncis inclusit: sine uncis edidere Gœrenz. Schutz. et Orell. Paulo aliter ed. Lamb. *sic cujus in mente injustitia:* ed. Manut. *sic cujus in mente impietas.* Lall. de Gronovii conjectura, edidit *sic quum vis in mente.* Particula *sic* deest in ξ. Tum pro *hoc ipso* in Ms. E legitur *hoc ipsum.* Actutum. *turbulenta est: si vero* Orell. e Censore Heidelb. *turbulenta: et si vero* Gœrenz. e codd. Pal. 1. N, et Spir. *turbulenta: si vero* Schutz. e conjectura: *turbulenta non potest non fieri: si vero* Lamb. et Lall. *non potest non esse* ed. Manut. Hanc lectionem edidit Brem. nisi quod alterum *non* uncis inclusit. Deinde edd. P et Crat. legunt *et si vero impietas molita quidpiam est.* Hunc locum ita reponit Rath. codd. auctoribus: *sic, cujus in mente consedit injustitia, hoc ipso, quod adest, turbulenta, et si vero quidpiam molita est.*—20 *Id confidet* Pal. 1. Spir. et N, cum edd. Gœrenz. Schutz. et Orell. Mox, E ξ *Plurimum.*

NOTÆ

[p] *Nocet cuiquam*] Dictum contra sophistas aliquos, qui eam interdum nocere vellent, unde justitiam 'alienum bonum' appellabant. Contra quos aliquid habet Plato lib. III. de Rep. Victorius locum hunc explicat lib. II. c. 20. Var. Lect.

[q] *In mente consedit*] Laërt. Τὸ τῆς φύσεως δίκαιον σύμβολον τοῦ συμφέροντος εἰς τὸ μὴ βλάπτειν ἀλλήλους μηδὲ βλάπτεσθαι.

Digitized by Google

proborum facta primo suspicio insequitur; deinde sermo atque fama; tum accusator; tum judex:[1] multi etiam, ut te consule,[r] ipsi se indicaverunt. 51. Quod si qui satis sibi contra hominum conscientiam[2] septi esse et muniti videntur, Deorum tamen horrent; easque ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies[3] exeduntur, a Diis immortalibus, supplicii causa, importari putant. Quæ autem tanta ex improbe[4] factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest, quanta ad augendas, cum conscientia factorum, tum pœna legum, odioque civium? Et tamen in quibusdam neque pecuniæ modus est, neque honoris, neque imperii, nec libidinum, nec epularum, nec reliquarum cupiditatum;[5] quas nulla præda unquam improbe parta minuit; potius inflammat;[6] ut coërcendi magis, quam dedocendi, esse videantur. 52. Invitat igitur vera ratio bene sanos ad justitiam, æquitatem, fidem:[7] neque homini infanti atque impotenti injuste facta conducunt; qui nec facile efficere possit, quod[8] conetur, nec obtinere, si effecerit: et opes, vel fortunæ vel ingenii, liberalitati magis conveniunt; qua qui utuntur,[9] benevolentiam sibi conciliant, et (quod aptissimum est ad quiete vivendum)

que: qui Mss. paulo infra exhibent *insequatur*.—1 Pal. 1. Lamb. Th. Bentl. et Lallem. *index*. Deinde pronomen *qui* ante *satis* non est in E ξ.—2 Edd. Crat. Vict. Mannt. et Lamb. hunc locum ita habent: *quod si qui satis opibus hominum sibi contra consc. &c.* E ξ χ ψ *quod si qui satis animi hominum sibi contra consc. &c.* Deinde cod. Morel. omittit *et muniti*. Mox, verbum *numen* ante *horrent* additur in Ascens. Crat. Lamb. et R. Steph.—3 χ, Paris. tres, Med. Eliens. 2. alii Mss. cum edd. P, Crat. Vict. Davis. et Brem. *noctesque diesque*: Ms. E *noctes diesque*: idem Ms. paulo infra exhibet *importaturi*.—4 Omnes Mss. et edd. *improbis* præter Ern. qui e conjectura edidit *improbe*. Paulo post, *tum conscientia* Ms. E, Lamb. et Schutz. Post, in ed. Lamb. editur *neque libidinum*.—5 *Nec reliquarum cupidinum* ξ: *neque reliquarum cupidinum* E. Mox, in E ξ *ulla præda nunquam*.—6 *Sed auget potius atque inflammat* omnes edd. præter Grut. et Ern.—7 *Fidem* non est in χ. Statim post, *Nam neque* dedit Schutz. Pro *infanti* Davis. volebat *infami*, sicque e cod. Regio Matthiæ *intemperanti*. Tum pro *atque* E U ξ χ ψ, codd. Davis. et Gœrenz. cum edd. Crat. Vict. Lamb. Davis. Gœrenz. et Schutz. habent *aut*.—8 *Id quod* in ed. Vict. Paulo post in ψ legitur *vel ingenia*. Verba *neque homini* .... *conveniunt* Guyeto et Rath. adulterina esse videntur.—9 *Quas qui utantur* ed. Vict.

NOTÆ

[r] *Ut te consule*] Cicerone consule, multi e sociis Catilinæ, premente sceleris conscientia, conjurationem Ciceroni indicarunt. Sallust. et Cic. in Catilin.

Digitized by Google

caritatem; [*p.* 60.] præsertim cum omnino [10] nulla sit causa peccandi. 53. Quæ enim cupiditates a natura proficiscuntur, facile explentur sine ulla injuria: quæ autem inanes sunt, his parendum non est: nihil enim desiderabile concupiscunt; plusque in [11] ipsa injuria [a] detrimenti est, quam in iis rebus emolumenti, quæ pariuntur injuria.[12] Itaque ne justitiam quidem recte quis dixerit per se ipsam optabilem, sed quia jucunditatis vel plurimum afferat. Nam diligi et carum esse, jucundum est, propterea, quia tutiorem vitam, et voluptatem efficit pleniorem.[13] Itaque non ob ea solum incommoda, quæ eveniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus, sed multo etiam magis, quod, cujus in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. 54. Quod si ne ipsarum quidem virtutum laus (in qua maxime ceterorum philosophorum exultat oratio) reperire potest exitum, nisi dirigatur ad voluptatem, voluptas autem est sola, quæ nos [14] vocet ad se, et alliciat suapte natura; non potest esse dubium, quin id sit summum atque extremum bonorum omnium; beateque vivere, nihil [15] aliud sit, nisi cum voluptate vivere. XVII. Huic certæ stabilique [16] sententiæ quæ sint conjuncta, explicabo brevi.

55. Nullus in ipsis error est finibus bonorum et malorum, id est, in voluptate aut in dolore: sed in his [17] rebus pec-

Statim, Ms. E habet *benevolentia.*—10 *Omnino* in χ deest. Deinde in E ξ *a nat. proficiscantur.*—11 ξ omittit præpositionem *in*. Tres codd. Gœrenz. *ulla* post *injuria* ponunt: Ms. Weg. et Mars. *ulla* delent. Actutum, *in his rebus* E U, omnes codd. Gœrenzii, P, Vict. Gœrenz. et Schutz.—12 *Injuria pariuntur* P, Manut. et Lamb. *injuria pariantur* Brem. errore typographico, ut ait Orell. Mox *nec justitiam quoque* ξ: *ne justitiam quoque* E. Paulo post, in eodem Ms. scribitur *qua jucunditatis.*—13 Tres Mss. Gœrenzii *pleniorem voluptatem efficit*: Crat. et aliæ edd. *vol. plen. efficit.*—14 *Nos* in χ deest.—15 *Nil* in ed. Vict.

CAP. XVII. 16 *Certe salubrique* ξ: *certæ salubrique* E: qui Mss. paulo post exhibent *sit conjuncta*, et omittunt præpositionem *in* ante *dolore.*—17 Codd. nonnulli *iis*: Mars. *ipsis*. Mox in E ξ *e quibus efficiatur*; et paucis post

NOTÆ

[a] *In ipsa injuria*] Rationem profert Plato. 'Difficile est,' inquit, 'ut qui aliis multa dat incommoda, is multa alia non accipiat.'

Digitized by Google

cant, cum, e quibus hæc efficiantur, ignorant. Animi autem voluptates et dolores nasci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus. Itaque concedo, quod modo dicebas, cadere causa,[18] si qui e nostris aliter existiment; quos quidem video esse multos, sed imperitos. Quanquam autem et lætitiam nobis voluptas animi,[19] et molestiam dolor afferat; eorum tamen utrumque et ortum esse e corpore, et ad corpus referri; nec ob eam causam non multo majores esse et voluptates et dolores animi, quam corporis: nam corpore nihil, nisi præsens, et quod adest, sentire possumus; animo autem, et præterita et futura. Ut enim [20] æque doleamus animo, cum corpore dolemus; fieri tamen permagna accessio potest, si aliquod æternum et infinitum impendere malum [1] nobis opinemur. Quod idem licet transferre in voluptatem, ut ea [2] major sit, si nihil tale metuamus. 56. Jam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem aut molestiam plus aut ad beatam aut ad miseram vitam afferre momenti, quam eorum utrumvis, si æque diu sit [3] in corpore. Non placet autem, detracta voluptate, ægritudinem statim consequi, nisi in voluptatis locum dolor forte successerit: at, contra, gaudere nosmet omittendis [4] doloribus, etiam si voluptas ea, quæ sensum moveat, nulla successerit. Eoque [5] intelligi potest, quanta voluptas sit non dolere. 57. Sed, ut iis bonis erigimur, quæ expectamus; sic lætamur iis,[6] quæ recordamur.[t]

bus animi autem.—18 *Eos cadere causa* Lamb. solus, qui conjecit *cadere causam:* E U ξ et alii codd. cum ed. P, *cedere causæ:* χ, duo codd. Gœrenz. et Vien. *cedere causa*, probante Gœrenzio. Actutum, ed. Vict. Ern. et Brem. *existiment*, improbante Gœrenz. Verba *causa* .... *quidem* omittuntur in χ. Etiam voc. *autem*, post *quanquam*, non est in E ξ.—19 Delendum *animi* censebat Rath. non favente Gœrenzio. Tum pro *afferat* E U ξ χ habent *afferret*. Deinde in Ms. E *a corpore*.—20 Bini codd. Gœrenz. pro *enim* referunt *non*, quam particulam alii duo ante *doleamus* inserunt. Mox pro *aliquod* χ exhibet *aliquid*.—1 Vulgati ante Davis. cum ed. Grut. *malorum*. Paulo inferius, pro *opinemur* Brem. habet *arbitremur*, errore typographico, ut ait Orellius.—2 Ms. Weg. et ed. Mars. omittunt *ea:* Brem. conjecit *eo*. Mox in Ms. ξ *Nam illud*, et paulo infra, *plus ut aut*.—3 Mss. ξ et Weg. *sint*. Rath. hæc enuntiata transponi jubet: *si æque diu sit in corpore, quam eorum utrumvis.*—4 Ern. legi maluit *amittendis*. Tum pro *etiam si* duo codd. Gœrenzii exhibent *etsi*. Verba *at contra* .... *successerit* non sunt in E ξ.—5 *Eo* P et Manut. Mox *non dolere sit* in edd. P, Crat. Vict. Manut. et Davis.—6 *His bonis* .... *his* in E, omnibus Mss. Gœrenzii, cum edd. P, Vict. Gœrenz. et

Digitized by Google

Stulti autem malorum memoria torquentur: sapientes bona præterita,[7] grata recordatione renovata, delectant. Est autem situm in nobis, ut et adversa quasi perpetua oblivione obruamus, et secunda jucunde ac suaviter meminerimus. Sed cum ea, quæ præterierunt, acri animo et attento intuemur,[8] tunc fit, ut ægritudo sequatur, si illa mala sint; lætitia, si bona. XVIII. O præclaram beate vivendi, et apertam, et simplicem, et directam viam! Cum enim certe nihil homini possit melius esse,[9] quam vacare omni dolore et molestia, perfruique maximis et animi et corporis voluptatibus; videtisne,[10] quam nihil prætermittatur, quod vitam adjuvet, quo facilius id, quod propositum est, summum bonum consequamur? [*p.* 61.] Clamat Epicurus [u] (is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis), non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur; nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde. 58. Neque enim [11] civitas in seditione beata esse potest, nec in discordia dominorum domus: quo minus animus, a se ipse dissidens,[12] secumque discordans, gustare partem ullam liquidæ voluptatis et liberæ potest. Atqui,[13] pugnantibus et contrariis studiis consiliisque semper utens, nihil quieti videre, nihil

Schutz. nisi quod E, cum ξ, in ultimo loco habent *ex his.*—7 ξ *bona memoria et præterita.* Mox in E ξ *situm in bonis.*—8 Orellius, e tribus codd. Gœrenzii, habet *intente intuemur:* Ms. χ *attento intuerem.* Pro *tunc*, E ξ χ, et tres Mss. Gœrenz. cum edd. Gœrenz. Schutz. et Orell. præbent *tum*. Paulo post, ordine inverso, Ms. N habet *si bona, lætitia.*

CAP. XVIII. 9 *Esse melius* Ms. Weg.—10 *Videtis* cod. Spir, Mox in Ms. E *quo vitam adjuvet, quod fac.* &c. ξ *quo vitam adjuvet, quo fac.* &c. Paulo post hi duo Mss. omittunt verba *summum bonum*, et pro *consequamur*, cum χ, exhibent *consequatur*. Deinde pronomen *vos* deest in E. Mox, ante *juste*, copulativa particula *et* additur in E ξ. Tum Gud. 2. ignorat verba *nec sapienter* . . . . *jucunde.*—11 Tres codd. Gœrenzii omittunt *enim*. Mox *potest esse beata* ed. Vict.—12 *A se ipso dissidens ipse* Lamb. in ed. 1584. *a se ipso dissidens* E et Gud. 1.—13 ξ, Ms. Spir. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Atque*, ut volebat Brem. Paulo infra, pro *tranquilli* χ habet *tranquillitati*. Proximum

NOTÆ

[t] *Iis quæ recordamur*] In quo differt Epicurus ab Aristippo, qui nihil ad se attinere dicebat, aut præteritarum voluptatum recordationem, aut futurarum expectationem, sed præsenti duntaxat, eoque quod adsit, bonum omne metiebatur.

[u] *Clamat Epicurus*] Locus est in selectis sententiis, *οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως*, &c.

Digitized by Google

tranquilli, potest. 59. Quod si corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas impeditur, quanto magis animi morbis impediri necesse est! Animi autem morbi sunt cupiditates immensæ et inanes,[14] divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. Accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores, qui animos exedunt,[15] conficiuntque curis, hominum non intelligentium, nihil dolendum esse animo,[16] quod sit a dolore corporis præsenti futurove sejunctum. Nec vero quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. Nemo igitur est[17] eorum non miser. 60. Accedit etiam mors, quæ, quasi saxum Tantalo,[x] semper impendet: tum superstitio, qua qui est imbutus, quietus esse nunquam potest. Præterea bona præterita non meminerunt;[18] præsentibus non fruuntur; futura modo expectant; quæ quia certa esse non possunt, conficiuntur et angore et metu; maximeque cruciantur, cum sero sentiunt, frustra se aut pecuniæ studuisse, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ:[19] nullas enim consequuntur voluptates, quarum potiendi spe inflammati, multos labores magnosque susceperant. 61. Ecce autem alii minuti[y] et an-

verbum, *potest*, uncis includitur a Gœrenz. deletur a Schutz.—14 *Immanes* E ξ, Par. 1. 3. Eliens. 1. 2. Balliol. cum edd. P, Crat. Vict. et Davis. Mox pro *libidinosarum etiam* in E legitur *et etiam et libidinosarum:* in ξ *etiam et libidinosarum.* Voc. *etiam* omittitur in ed. Lamb. Paucis infra, pro *Accedunt* E ξ habent *Accidunt.*—15 *Exedunt animos* Mss. Spir. et N. *animos* ignorat Gud. 2. —16 *Omnino* cod. Stephani, et ed. Vict.—17 E codice Ursini, Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. omittunt *est.* Edd. ante Davis. habent *nemo igitur est non miser.*—18 Ms. χ *meminerint.* Paulo infra, pro *modo* in E ξ scribitur *non.*—

NOTÆ

[x] *Saxum Tantalo*] Supplicium Tantalo aliud alii affingunt. Sunt qui mediis in aquis siti cruciari scribant: 'Quærit aquas in aquis,' &c. Ovid. Sunt qui versari medio in epulo; Virg. 'epulæque ante ora paratæ Regifico luxu: Furiarum maxima juxta Accubat, et manibus prohibet contingere mensas.' Sunt qui ejus imminere capiti saxum, eoque caput percuti si bibere conetur. Euripides. Noxam quoque aliam alii produnt; alii, quod, exceptis hospitio Diis, Pelopem filium suum cæsum inter ceteras epulas apposuisset; alii, quod raptam a Jove Æginam Asopo patri indicasset; alii, quod nectar et ambrosiam sibi a Diis concessam æqualibus impertivisset.

[y] *Alii minuti*] Minutos interpretatur Nonius, scrupulosos, obscuros, λεπτομερεῖς. Melius pusillanimes μικροψύχους. Muret.

Digitized by Google

gusti, aut[20] omnia semper desperantes, aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi:[21] alii autem etiam amatoriis levitatibus dediti, alii petulantes,[1] alii audaces, protervi, iidem intemperantes et ignavi, nunquam in sententia permanentes: quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ. Igitur neque stultorum quisquam beatus, neque sapientum[2] non beatus: multoque hoc melius nos veriusque, quam Stoici.[a] Illi enim negant bonum quicquam esse,[3] nisi nescio quam illam umbram, quod appellant honestum, non tam solido quam splendido nomine: virtutem autem, nixam[4] hoc honesto, nullam requirere voluptatem, atque ad beate vivendum seipsa esse contentam. XIX. 62. Sed possunt hæc quadam ratione dici, non modo non repugnantibus, verum etiam[5] approbantibus nobis. Sic enim ab Epicuro sapiens semper beatus inducitur. Finitas habet cupiditates;[6] negligit mortem; de Diis immortalibus sine ullo metu vera sentit;

19 Ante verbum *nullas* Ms. E addit *aut*. Actutum in ξ *consequentur*.—20 Pro *aut* Davis. e Nonio, cum E ξ, reponit *et*: Gulielm. *animi*, applaudente Grutero. Ursinus putat delendam particulam *aut*, quæ abest a Ms. ejus. Paulo post, Ern. susp. *lucifugæ*.—21 Sic codd. omnes, nisi quod U ξ χ habent *monstruosi*, sed *u* supra lin. ab alia manu. Gœrenz. et Schutz. edidere *morosi* e Lamb. conjectura, probantibus Brem. et Matth. Actutum, pro *etiam* in χ scribitur *et*.—1 *Alii etiam petulantes* E: *alii autem petulantes* ξ: *alii appetendo omnia petulantes* ed. Crat. Tum ante *protervi* in ed. Lamb. est *alii*. Statim post pro *iidem* Ms. E habet *idem*: Brem. conjecit *item*: Schutz. susp. *alii item*: ed. vet. apud Verburg. exhibet *itemque*: Par. 1. 3. et ed. P *id est*. Davis. maluit delere voc. *iidem*, et tunc legere *intemp. aut ignavi, &c.* Par. 2. omittit verbum *iidem*. Hunc totum locum ita legi voluit Rath. *Ecce autem alii min. et ang. et omnia semper desp. alii mal. inv. dif. luc. mal. monstr. alii autem etiam am. lev. ded. alii pet. audaces, prot. iidem intemp. alii ignavi, &c.*—2 *Sapientium* in quatuor codd. Gœrenzii, cum Mars. aliisque edd. vett. Gœrenz. et Orell. Statim post, Ms. ξ omittit negativam particulam *non*: qui Ms. paulo infra præbet *veriusvè quam quod Stoici*: E *veriusque quod Stoici*.—3 N et Gud. 2. transponunt *negant enim*, et ignorant *esse*: Ms. Weg. et ed. Crat. *esse* post *negant* scribunt; quibus e vestigiis veterem lectionem collegit Gœrenz. *illi negant enim, esse bonum quidquam*. Mox in E ξ *quam appellant*.—4 E *aut innixam*: ξ *autem innixam*. Denique, pro *beate* iidem duo Mss. habent *bene*; et paucis post pro *seipsa* χ præbet *seipsam*.

CAP. XIX. 5 *Etiam et* E ξ. Mox in edd. Manut. et Lamb. *beatus semper*: Gud. 2. *beatus* ignorat.—6 *Voluptates* in χ. Paulo post, verbum *dubitat* deest

NOTÆ

[a] *Veriusque quam Stoici*] Hæc duo erant Stoicorum dogmata: 1. Μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι. 2. Αὐταρκῆ εἶναι τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν.

Digitized by Google

non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita.[7] His rebus instructus, semper est in voluptate: neque enim tempus est ullum, quo non plus habeat voluptatum quam dolorum: nam et præterita grate[8] meminit, et præsentibus ita potitur, ut animadvertat, quanta sint ea, quamque jucunda: neque pendet ex futuris, sed expectat illa; fruitur præsentibus; ab iisque[9] vitiis, quæ paulo ante collegi, abest plurimum: et, cum stultorum vitam cum sua comparat, magna afficitur voluptate. Dolores autem, si qui incurrunt, nunquam vim tantam habent, ut non plus habeat sapiens, quod[10] gaudeat, quam quod angatur. 63. Optime vero[11] Epicurus, quod exiguam dicit[a] fortunam intervenire sapienti, maximasque ab eo[12] et gravissimas res consilio ipsius et ratione administrari; [*p.* 62.] neque[13] majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quam ex hoc percipiatur, quod videamus esse finitum. In dialectica autem[b] vestra nullam vim existimavit esse, nec ad melius vivendum, nec ad commodius disserendum. In physicis[c] plurimum posuit.[14] Ea scientia, et verborum

in E ξ.—7 In ψ *e vita:* qui Ms. etiam exhibet *instructis*. Tum *in voluptate est* edd. Manut. et Lamb.—8 E ξ *grave*.—9 *Ab hiisque* ed. Vict. *ab hisque* omnes codd. Gœrenz. et alii, cum edd. Mars. Gœrenz. et Schutz. Deinde in χ legitur *collegit*.—10 Ms. E *quam:* ed. Vict. *quo*, ut volebat Ern. eadem ed. Vict. paulo infra, *quo angatur*.—11 *Autem* in E ξ, Gud. 2. et Weg. Delendum vero censebat Gœrenz. Tum pro *dicit* E ξ præbent *dixit*.—12 Cod. Morel. et Eliens. 1. omittunt *ab eo:* Rossi, Comm. Laërt. p. 316. legit *adeo*. Hæc verba, et *ipsius*, paulo infra, cancellis addixit Davis.—13 Edd. P, Crat. Vict. Manut. et Lamb. habent *nec*. Mox Ms. Weg. et alii nonnulli exhibent *videmus*, probante Davisio. Tum in ed. Lamb. *In dial. vestra:* in E ξ χ *In dial. autem nostra*. Actutum, Mss. N et Spir. omissa voce *vim*, post *disserendum* addunt *viam*; et Gud. 2. *viam* bis, et post *nullam*, et in clausula, exhibet. E ξ χ ψ pro *vim* præbent *viam;* et pro *existimavit* Ms. χ habet *existimat*.—14 E ξ ψ *disserendum in physicis quod tamen plurimum possit ea, &c.*: U *disseren-*

NOTÆ

[a] *Quod exiguam dicit*] Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, &c. in selectis sententiis.

[b] *In dialectica autem*] Huic arti, quam contemsit Epicurus, substituit aliam, quam κανονικὸν appellat: hanc eo libro qui Canon inscriptus est, tractavit. De eo libro intelligendum quod mox legitur, 'servata illa quæ quasi delapsa de cœlo est regula.' Vide Plut. adversus Colotem; et lib. I. de Nat. Deor. Continebat primas philosophiæ institutiones.

[c] *In physicis*] Physicorum adeo studiosus fuit, ut libros 37. de natura conscripserit. Extant epistolæ ejus

Digitized by Google

vis, et natura orationis, et consequentium repugnantiumve ratio potest perspici: omnium autem rerum natura cognita, levamur superstitione, liberamur mortis metu, non conturbamur[15] ignoratione rerum, e qua ipsa horribiles existunt sæpe formidines: denique etiam morati melius[d] erimus, cum didicerimus, quæ[16] natura desideret:[e] tum vero, si stabilem scientiam rerum tenebimus, servata illa (quæ quasi delapsa de cœlo est ad cognitionem omnium) regula,[17] ad quam omnia judicia rerum dirigentur, nunquam, ullius oratione victi, sententia desistemus. 64. Nisi autem rerum natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum judicia defendere. Quicquid porro animo cernimus, id omne[18] oritur a sensibus, qui si omnes veri erunt, (ut Epicuri ratio docet) tum denique poterit aliquid cognosci et percipi:[19] quos qui tollunt, et nihil posse percipi dicunt; ii,[20] remotis sensibus, ne id ipsum quidem expedire pos-

dum in physicis. Quod cum plurimum possint ea, &c. Ms. χ *In physicis quadcunque possint ea.* Multi codd. ante *plurimum*, addunt *quid*, vel *quod cum*, vel *tum*, unde Camer. e conjectura, *In physicis quidem quamplurimum posuit*, quod Brem. recepit: *In physicis quidem plurimum posuit* ed. Vict. *In physicis quidem quum plurimum possint* codd. nonnulli, P, Crat. et Manut. Totum locum sic refinxit Lamb. *Ea scientia fortasse et verborum vis et nat. orat. et cons. rep. ratio potest perspici: in physicis, quod plurimum prosunt, plurimam operam posuit; omnium enim rerum, &c.* Rath. hunc locum ita restituendum putat: *Ea scientia et verb. vis et nat. orat. et cons. rep. ratio potest perspici. In physicis plurimum posuit: omnium enim rerum, &c.* E ξ præbent *repugnantiumque*. Pro *perspici* in χ scribitur *percipi;* et pro *omnium* E ξ habent *omni*.—15 *Turbamur* in χ; sed inter lineam alia manu 'con,' i. e. 'conturbamur.' Mox, pro *e qua ipsa*, ξ *eque ipse:* E *que ipse:* ψ *quæ ipsæ*.—16 *Quid* ed. Vict.—17 *Ad cogn. rerum*) *gloria* in E ξ. Paulo infra, Lamb. in ed. 1584. edidit *dirigantur*, ut volebat Ern. Actutum, χ *nunq. ullius ratione*.—18 Pro *omne* in E scribitur *esse*. Paulo infra, hærent Ern. cui *omnes* friget, et Brem. qui ejus loco *nuntii* suadet.—19 E U ξ χ ψ, et ed. Vict. *recipi*.—20 Mss. E, et alii codd. cum edd. Gœrenz. et Schutz. habent *hi*. Tum in χ *nec id ipsum*. Deinde E ξ habent *tollitur*

NOTÆ

duæ; altera de naturæ cognitione, ad Herodotum; altera de cœlestibus rebus, ad Pythoclem.

[d] *Morati melius*] Moratus, qui sive bonis sive malis moribus præditus est: malis, Plaut. Trucul. IV. 5. bonis, Aulul. 'dum mihi morata veniat, dotata est satis.' Horat. in Arte Poët. 'fabulam moratam.' Plaut. in Asin. 'januam moratam' dixit.

[e] *Natura desideret*] Familiares erant Epicuro illæ sententiæ: 'Si ad naturam vives, nunquam eris pauper; si ad opinionem, nunquam eris dives.' 'Exiguum natura desiderat, opinio immensum.'

Digitized by Google

sunt, quod disserunt. Præterea, sublata cognitione et scientia, tollitur omnis ratio et vitæ degendæ, et rerum gerendarum. Sic e physicis et fortitudo sumitur contra mortis timorem; et constantia contra [1] metum religionis; et sedatio animi, omnium rerum occultarum [2] ignoratione sublata; et moderatio, natura cupiditatum, generibusque [3] earum explicatis; et (ut modo docui) cognitionis regula, et judicio ab eadem illa constituto, veri a falso distinctio traditur.

XX. 65. Restat locus, huic disputationi vel maxime [4] necessarius, de amicitia, quam, si voluptas summum sit bonum, affirmatis nullam omnino fore: de qua Epicurus quidem ita dicit: 'omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse majus amicitia, nihil uberius, nihil jucundius.' Neque vero hoc oratione solum, sed multo magis vita, et factis, [5] et moribus comprobavit. Quod quam magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant; in quibus tam multis, tamque variis, ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum [f] paria reperiuntur, ut ad Orestem [g] pervenias, profectus [6] a Theseo. At vero Epicurus una in domo, et ea quidem angusta, quam magnos, quantaque amoris conspiratione consentientes, tenuit amicorum greges! quod fit etiam nunc ab Epicureis. 66. Sed ad rem redeamus: de hominibus [7] dici non necesse est. Tri-

omnis oratio.—1 Verba *mortis . . . contra* non sunt in χ. Voc. *animi* deest in ψ.—2 Verbum *occultarum* omittitur in Gud. 2. Pro *ignoratione* aliquis conjecit *indagatione.* Paulo infra, in E ξ χ ψ legitur *vera cupiditatum.*—3 Mss. Gud. 2. et Weg. cum ed. Gœrenz. *generibus:* Lamb. mavult *moderatio cupiditatum, natura generibusque.* Deinde voc. *modo* non est in χ.

CAP. XX. 4 *Maximo* Ms. E. Mox transponunt Gud. 2. et Weg. *dicit ita:* unde *dicit* glossæ suspicionem Gœrenzio movet. Voc. *ita* non est in χ. Actutum, pro *beate* E ξ præbent *bene.* Deinde in χ *Neque hoc oratione:* in ξ *Neque vero hac oratione.*—5 χ, et alii codd. cum edd. P, Crat. et Vict. omittunt *et factis.* Paucis post, in Ms. E *Quasi quam.* Tum pro *veterum* ξ habet *vetere.*—6 *Prophanus* in E.—7 *De omnibus* edd. ante Davis. Mox pro *Tribus*

NOTÆ

[f] *Tria vix amicorum*] 1. Thesei et Pirithoi; 2. Achillis et Patrocli; 3. Orestis et Pyladis. Addit Plut. Phintiæ et Damonis, Epaminondæ et Pelopidæ.

[g] *Ad Orestem*] De Orestis, Thesei, et aliorum amicitia, dicetur in Lælio.

Digitized by Google

bus igitur modis video esse a nostris[8] de amicitia disputatum. Alii, cum eas voluptates, quæ ad amicos pertinerent, negarent esse per se ipsas tam expetendas, quam nostras expeteremus (quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare), tuentur tamen eum[9] locum, seque facile, ut mihi videtur, expediunt. Ut enim virtutes, de quibus ante dictum est, sic amicitiam negant posse a voluptate discedere. Nam cum solitudo, et vita sine amicis,[10] insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare; quibus partis confirmatur animus, et a spe pariendarum voluptatum sejungi non potest. 67. Atque ut odia, invidiæ,[11] despicationes, adversantur voluptatibus; sic amicitiæ, non modo fautrices[12] fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis, quam sibi: quibus non solum præsentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteri temporis. [*p.* 63.] Quod quia nullo[13] modo sine amicitia firmam et perpetuam jucunditatem vitæ tenere possumus, neque[14] vero ipsam amicitiam tueri, nisi æque amicos ac[15] nosmetipsos diligamus; idcirco et hoc ipsum efficitur in amicitia, et amicitia cum voluptate connectitur. Nam et lætamur amicorum lætitia æque atque[16] nostra; et pariter dolemus angoribus.

68. Quocirca eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo[17] in seipsum: quosque labores propter suam voluptatem susciperet,[18] eosdem suscipiet propter amici

Vin. refert *pluribus;* et pro *igitur* tres codd. Gœrenzii exhibent *ergo.*—8 E ξ *a nobis.*—9 *Vaccillare*) *tuentur tum eum* in E. Actutum, pro *videtur* in ed. Lamb. est *videntur.* Hunc locum ita legi maluit Rath. deletis reliquis: *Alii enim, ut virtutes, sic amicitiam negant posse a voluptate discedere.*—10 *Sine amicitia* E ξ. Mox Gud. 1. ignorat *partis,* Gud. 2. et N *confirmetur* præbentibus.—11 E U ξ χ ψ *invidia.* Post hoc verbum ξ præbet *disputa dispositiones:* ψ *desperationes:* Gud. 2. *disputationes:* amicus Davisii *disceptationes.* Mox voc. *modo* omittitur in Ms. χ.—12 Scaliger legi voluit *fotrices.* Tum tres Mss. Gœrenzii et Vin. habent *sed et effectrices.*—13 *Quo quia nullo* Mss. E et Weg. *Quodque nullo* susp. Manut.—14 *Nec* in ed. Vict. et Orell. omnes alii *neque.* Paulo infra, ed. Vict. *nisi ipsi æque.*—15 Gœrenz. e codd. cum Orell. *et.*—16 E U ξ χ ψ, alii codd. et Gœrenz. *æque ut:* P, Manut. et Lamb. *æque ac.*—17 *Quo modo* in ed. Lamb. Mox *quos labores* ed. Gœrenzii.—18 *Susceperit* E U ξ χ ψ, quatuor Mss. Gœrenzii, cum edd. P, Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum pro *suscipiet,* E χ ψ, et codd. multi, edd. P, Gœrenz.

Digitized by Google

voluptatem: quæque de virtutibus dicta sunt, quemadmodum hæ semper voluptatibus inhærent,[19] eadem de amicitia dicenda sunt. Præclare enim Epicurus his pæne verbis: 'Eadem,' inquit, 'scientia[20] [b] confirmavit animum, ne quod aut sempiternum aut diuturnum timeret malum, quæ perspexit, in hoc ipso vitæ spatio, amicitiæ præsidium esse firmissimum.' 69. Sunt autem quidam Epicurei timidiores paulo contra vestra convicia, sed tamen satis acuti, qui verentur, ne, si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Itaque primos congressus,[1] copulationesque, et consuetudinum instituendarum voluntates, fieri propter voluptatem: cum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum, ut, etiam si nulla sit utilitas ex[2] amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. Etenim si loca, si fana, si urbes, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, si ludicra, exercendi aut venandi consuetudine,[3] adamare solemus; quanto id in hominum consuetudine facilius fieri poterit,[4] et justius!

et Orell. habent *recipiet*: U *suscipiet*, cum *re* supra lineam: ξ *recipit recipiet*. Deinde Rath. legi voluit, paulo infra, *quippe quas semper vol.*—19 *Inhærerent* Mss. Spir. et N, ut volebat Ern. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. Actutum E ξ *eadem de amic. dicta sunt.*—20 *Sententia* codd. nonnulli, cum edd. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. ut volebat Morelius. Statim post, E ξ *confirmat.* Mox Rath. conjecit *qua perspexit.* Paulo infra, voc. *ipso* deest in E U ξ, et Ms. Weg.—1 E *ica patrios congressus*: ξ *ica patrios congressos.* Tum copulativa particula *et* ante *consuetudinum* omittitur in U χ ψ. Pro *voluntates* χ ψ exhibent *voluptatum*; et pro *voluptatem* ξ habet *voluntatem.* Edd. ante Grut. hunc locum ita edidere: *copulationesque consuetudinum* (*et* hoc loco addit Lamb.) *instituendarum amicitiarum fieri, &c.* nisi quod ed. Vict. dedit *consuetudinem.*—2 *In* ed. Lamb. Mox E ξ *Etenim ipsi si loca.*—3 *Si ludicras exerc. aut ven. consuetudines* Pal. 1. Spir. cum edd. Grut. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell. *si ludicra exerc. aut ven. consuetudines* E U ξ χ ψ, et ed. Crat. Verba *exerc. aut ven.* ab interpolatione profecta Matthiæ videbantur.—4 *Potuerit* χ, omnes codd. Gœrenzii, cum edd. Grut. Gœrenz. Schutz. et Orell. probante Rath. qui paulo infra maluit legi *dicunt*, ut editur in P, Mannt. Lamb. Davis. et Oliv. Actutum in ed. Lamb. *fœdus esse quoddam.* Tum voc. *qui-*

NOTÆ

[b] *Eadem, inquit, scientia*] Lege, *sententia*, ut patet ex eodem loco qui apud Laërtium extat in selectis Epicuri sententiis: ἡ αὐτὴ γνώμη θαῤῥεῖν τε ἐποίησεν ὑπὲρ τὸ μηθὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν, μηδὲ πολυχρόνιον, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡρισμένοις ἀσφάλειαν φιλίας μάλιστα κατεῖναι συντελουμένην.

70. Sunt autem, qui dicant, fœdus quoddam esse sapientum, ut ne minus quidem amicos quam se ipsos diligant: quod et fieri posse [5] intelligimus; et sæpe id videmus; et perspicuum est, nihil ad jucunde vivendum reperiri posse, quod conjunctione tali sit aptius. Quibus ex omnibus judicari potest, non modo non impediri rationem amicitiæ, si summum bonum in voluptate ponatur, sed, sine hoc, institutionem [6] amicitiæ omnino non posse reperiri.

XXI. 71. Quapropter si ea, quæ dixi,[7] sole ipso illustriora et clariora sunt; si omnia dixi hausta e fonte naturæ; si tota ratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est, incorruptis atque integris testibus; si infantes pueri,[8] mutæ etiam bestiæ, pæne loquuntur, magistra ac duce natura, nihil esse prosperum, nisi voluptatem, nihil asperum,[9] nisi dolorem; de quibus neque depravate judicant, neque corrupte; nonne ei maximam gratiam habere debemus, qui, hac [10] exaudita quasi voce naturæ, sic eam firme graviterque comprehenderit, ut omnes bene sanos in viam placatæ,[11] tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret? qui quod tibi parum videtur eruditus, ea causa est, quod nullam eruditionem esse duxit,[12] nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret. 72. An ille tempus aut [13] in poëtis evolvendis, ut ego et Triarius, te hortatore, facimus, consumeret? in quibus nulla solida utilitas, omnisque puerilis

dem ante *amicos* omittitur in E U, Manut. Lamb. Gœrenz. et Orell. *ne minus amicos quidem* Mars. Crat. et Vict. *ne quidem amicos minus* Gud. 2. *ne quidem minus amicos* Ms. Weg.—5 *Posse fieri* Gud. 1. 2. et Spir. editique plures; ut etiam Davis. Gœrenz. et Orell. Statim post, *et sæpe enim videmus* E U ξ χ ψ, omnes Mss. Gœrenz. cum edd. P, Crat. Gœrenz. et Orell. probante Rath. Gœrenz. etiam conjecit *et sæpenumero videmus*. Ed. Vict. *et sæpe id fieri videmus*: Davis. ex Eliens. 1. *et sæpe etiam videmus*: Schutz. conjecit *et sæpe fieri videmus*.—6 *Sine hac institutione* E ξ.

Cap. XXI. 7 *Dixi* delendum censebat Th. Bentl. assentiente Bremio: Schutz. tacite edidit *ut dixi*. Paulo post, Mss. N, Gud. 2. et Spir. *confirmat* ignorant.—8 E ξ *puri*. Tum *si mutæ* Manut. Lamb. et aliæ edd. vett. cum Brem.—9 Edd. Vict. et Lamb. *improsperum*, probante Cam. Actutum, in E scribitur *nec depravate*.—10 U χ, et ed. Mars. habent *hæc*. Hoc verbum non est in edd. Manut. et Lamb. Mox pro *graviterque* Scaliger conjecit *gnaviterque*, probantibus Guyet. et Davis.—11 Ms. χ *placate*: ed. Oliv. *pacatæ*. Deinde E ξ *beatæ* ignorant. Porro ξ habet *qui quid tibi*.—12 Nonnulli codd. et ed. Brem. *dixit*: Gud. 2. *dixerit*.—13 Voc. *aut* non est in E ξ. Mox pro *facimus* ξ præbet *faciunt*: edd. ante Grut. *fecimus*. Proximum verbum

Digitized by Google

est[14] delectatio: aut se, ut Plato, in musicis, geometria, numeris, astris contereret? quæ et, a falsis initiis profecta, vera esse non possunt; et, si essent vera, nihil afferrent, quo jucundius, id est,[15] quo melius, viveremus. Eas ergo artes persequeretur; vivendi artem, tantam, tamque operosam, et perinde fructuosam, relinqueret? [*p.* 64.] Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii[16] indocti, qui, quæ pueros non didicisse turpe est, ea putent[17] usque ad senectutem esse discenda. Quæ cum dixisset, Explicavi, inquit, sententiam meam, et eo quidem consilio, tuum judicium ut cognoscerem: quæ mihi facultas, ut id[18] meo arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam est data.

---

in χ scribitur *consumeretur.*—14 *Est* omittitur in χ. Tum præpositio *a* ante *falsis* haud invenitur in E ξ.—15 Bini codd. Gœrenzii præbent *id* simplex, omisso *est*; duo alii *idem*. Deinde Gud. 2. ignorat voc. *ergo* ante *artes*; et pro *persequeretur* E ξ habent *prosequerentur.*—16 E U, multi alii codd. Mars. Gœrenz. et Schutz. *hi.*—17 E U, codd. plerique, P, Crat. Vict. Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. *putant.*—18 E ξ *ut et*: Mss. nonnulli, et Mars. *ut ea.*

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

AD BRUTUM

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Hic liber in refutanda Torquati disputatione atque universa Epicuri ratione consumitur. Initium facit ab ipso voluptatis vocabulo, quod negat recte ab Epicuro definiri, qui ei non modo eam, quæ in motu sit, hoc est, corpoream, sed etiam, quæ in stabilitate sit, hoc est, vacuitatem a dolore, sive indolentiam subjiciat; quæ res cum sint natura diversæ, uno vocabulo non posse comprehendi, adversante inprimis linguæ Græcæ Latinæque ratione, quarum neque illa ἡδονὴν, neque hæc voluptatem appellet indolentiam; cum Hieronymus, qui summum bonum in indolentia ponat, manifeste disputet contra Aristippum, qui voluptati summi boni vim tribuat. c. 1—10. Ad evertenda deinde ipsius opinionis Epicureæ fundamenta accedit, et ostendit, neque ab animantium ortu recte repeti originem summi boni, nec propterea, quod appetant voluptatem infantes, aspernentur dolorem, voluptatem pro summo bono habendam; cum non tam ad voluptatem appetendam moveantur a natura infantes, quam ut se ipsi diligant, et integros se salvosque velint; neque a sensibus, quorum non sit, de bono et malo judicare, sed de coloribus, sonis, figuris, motu, intervallis, et reliquis hujusmodi sensui subjectis rebus. c. 10—12. Unam ergo rationem audiendam esse, quæ doceat, nihil esse voluptati loci, non modo, ut sola in summi boni sede ponatur, sed ne illo quidem modo, ut ad honestatem applicetur; nullamque esse de summo bono sententiam probandam, nisi quæ aut solam honestatem probet, aut eam initiis naturæ et totius perfectione vitæ locupletet: totam autem sententiam Epicuream hoc uno

Digitized by Google

everti posse, si honestum aliquid ostendatur, quod sit ipsum sua vi propter seque expetendum, h. e. quod, detracta omni utilitate, sine ullis præmiis fructibusque, per se ipsum possit laudari, idque quatuor virtutibus illis Stoicis contineri. Eo constituto c. 14. s. accedit ad omnia ea, quæ a Torquato disputata pro Epicuri sententia erant, eaque ita refellit, ut inprimis, neque virtutibus neque amicitiæ usquam locum esse, ostendat, si ad voluptatem omnia referantur. c. 15—27. deinde vero etiam reliqua persequatur.

I. 1. Hic, cum uterque me intueretur,[1] seseque ad audiendum significarent paratos; Primum, inquam, deprecor, ne me, tanquam philosophum, putetis scholam vobis[2] aliquam[a] explicaturum; quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere unquam probavi. Quando enim Socrates, qui parens philosophiæ[b] jure[3] dici potest, quicquam tale fecit? Eorum erat iste mos, qui tum sophistæ nominabantur; quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias[c] in conventu poscere quæstionem, id est, jubere dicere, qua de re quis vellet[d] audire. Audax neg-

Cap. I. 1 Muretus conjecit *intuerentur*. Paulo infra Lamb. suspicabatur *significaret paratum*. Statim post, verbum *deprecor* omittitur in cod. Morel. —2 Ms. N ignorat *vobis*.—3 *Philosophiæ patrio jure* E ξ. Deinde *tale quicquam* scribitur in Mss. Weg. et Mars. Mox ed. Vict. habet *qui tunc*. Verba *id est* ... *audire* suspicabatur Brem. Paulo post, E ξ, cum edd. Vict. et

NOTÆ

[a] *Scholam vobis aliquam*] Schola erat continuata disputatio in gymnasio inter philosophos habita: interdum θέσις dicebatur, ut ex Paradoxis patet. Ita Plut. quoque σχολὴν usurpat. Et Cic. Tuscul. III. et alibi. 'Itaque dierum quinque scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli.'

[b] *Parens philosophiæ*] Ante Socratem numeri, motus, rerum ortus interitusque, et alia id genus a philosophis tractabantur. Primus ille de moribus agere cœpit, unde philosophiam e cœlo devocasse dicitur.

[c] *Leontinus Gorgias*] Idem in ludis Olympicis Hippias fecit, multique deinceps.

[d] *Qua de re quis vellet*] Genus illud orationis αὐτοσχέδιον nominabant. Philost. Cujus auctorem alii Anaximenem, alii Æschinem, Periclem alii volunt esse. Philost. Gorgias certe primus Athenis ausus est dicere in communi theatro, celebre illud, προβάλλετε, *proponite*. Verbum quoque petebant interdum quo inciperent, Quintil. lib. X. c. 7. Id studium Tarsi olim maxime celebratum est. Strabo lib. XIV. Inter Græcos excelluerunt Polemon, Scopelianus, Phavorinus, Philost. apud Latinos Isæus, Plin. lib. II. ep. ad Hepet. Hanc exercitationem damnat Fab. l. II. c. 4. aitque circulatoriæ jactationis esse. Plut. a pueris arcet, lib. de educ. liber.

Digitized by Google

otium; dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad philosophos nostros esset. 2. Sed et illum, quem nominavi, et ceteros sophistas, (ut e Platone intelligi potest) lusos videmus a Socrate. Is enim, percunctando, atque interrogando, elicere solebat[4] eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut, ad ea quæ ii respondissent, si quid videretur, diceret: qui mos cum a posterioribus non esset retentus, Arcesilas[a] eum revocavit; instituitque, ut ii,[5] qui se audire vellent, non de se quærerent, sed ipsi dicerent, quid sentirent. Quod cum dixissent,[6] ille contra: sed qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam. Apud ceteros autem philosophos, qui quæsivit aliquid, tacet: quod quidem jam fit etiam[7] in Academia. Ubi enim is, qui audire vult, ita dixit, 'Voluptas mihi videtur esse summum bonum;' perpetua oratione contra disputatur; ut facile intelligi possit, eos, qui aliquid sibi videri dicant, non ipsos[8] in ea sententia esse, sed audire velle contraria. 3. Nos commodius agimus: non enim solum Torquatus dixit, quid sentiret, sed etiam cur: ego autem arbitror, quanquam admodum delectatus sum ejus oratione perpetua, tamen commodius, cum in rebus singulis insistas, et intelligas, quid quisque concedat, quid abnuat, ex rebus concessis concludi, quod[9] velis, et ad exitum perveniri. Cum enim fertur, quasi torrens, oratio, quamvis

Lamb. exhibent *et*, ante *impudens*.—4 Ms. χ *dicere solebat*. Verbum *solebat* non est in ξ. Mox in E ξ *ut ad hæc quæ his*: χ *ad hæc quæ ii*, omisso *ut*: codd. plerique, P, Junt. Davis. Brem. Gœrenz. et Orell. habent *ut ad hæc quæ hi*: edd. Crat. et Vict. *ut ad ea quæ hi*. Tum pro *Arcesilas* in ξ χ scribitur *Archesilas*.—5 E, cum edd. P. Vict. Gœrenz. et Schutz. *ut hi*. Statim post, in Ms. χ *qui se audiri*.—6 E ξ *dixisset*. Tum *Sed eum qui aud.* N, Spir. et Weg.—7 Mss. N et Spir. ignorant *etiam*: Ms. Weg. *quod quidem jam etiam fit*: Gud. 2. *qui quidem etiam jam fit*: Gœrenz. conjecit *quodque idem jam fit*.—8 *Nos ipsos* Ms. E. Mox χ præbet *hujus oratione*.—9 ξ χ, cum edd. Manut. Lamb. et Grut. habent *quid*: et paulo infra in ξ est *pervenire*.—

NOTÆ

[a] *Arcesilas*] Princeps Mediæ Academiæ, primus in utramque partem disputavit, et quam Plato docuerat disserendi rationem labefactavit, eamque magis contentiosam interrogando et respondendo fecit.

Digitized by Google

multa cujusquemodi rapiat,[10] nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërceas.

Omnis autem in quærendo,[11] quæ via quadam et ratione habetur, oratio, præscribere primum debet, (ut quibusdam in formulis, 'Ea res agetur,'[12] [f]) ut, inter quos disseritur, conveniat, quid sit id, de quo disseratur. II. 4. Hoc positum in Phædro[g] a Platone probavit Epicurus;[h] sensitque, in omni disputatione id fieri oportere. Sed quod proximum fuit,[1] non vidit: negat enim definiri rem placere; sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos qui ambigunt, conveniat, quid sit id de quo agatur; velut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. Quærimus enim finem bonorum: possumusne scire, hoc quale sit, nisi contulerimus inter nos, cum finem bonorum dixerimus,[2] quid finis, quid etiam sit ipsum bonum? 5. Atqui hæc patefactio quasi rerum opertarum, cum, quid quidque sit, aperitur, definitio est: qua tu etiam imprudens utebare nonnunquam. [*p.* 65.] Nam

10 Ms. E *cujuscunque modi capiat:* Ms. Weg. *cujuscunque modi rapiat.*—11 Davis. verba *in quærendo* uncis coërcuit. Statim infra, Lallem. de Thomæ Bentleii conjectura, edidit *quæ via quidem.*—12 *Ea res agatur* in E U ξ χ ψ, codd. plerisque, P, Crat. Vict. Manut. Davis. et Orell. *ea res agitur* Lall. e codd. nonnullis, probante Rath. *qua de re agatur* duo codd. cum edd. Lamb. et Brem. *quæ res agatur* Mss. nonnulli et ed. Schutz. *ut quibusdam formulis res agatur* Gœrenz. e Ms. Spir. cum quo etiam N et Gud. 2. conspirant, nisi quod ille *agetur*, hic *agitur* refert. Ms. Weg. habet *ut quib. in form. res agatur.* Deinde *quid fit illud* E.

CAP. II. 1 Bini codd. Gœrenzii habent *sit*. Tum pro *placere* referunt Gud. 1. et Ms. Weg. *oportere.*—2 E ξ *disserimus*. Paucis post, Mars. edidit *Atque*, ut volebat Brem. improbante Gœrenzio. Actutum, in ψ scribitur *qua rerum opertarum cum quicquid quid sit:* in χ *quasi rerum opertarum, cum quic-*

NOTÆ

[f] *Ea res agetur*] Vox fori. Legunt Brissonius et Muretus, *qua de re agitur.* Judices in causis quæ apud eos agebantur præcipue spectabant qua de re agebatur. Cic. l. v. De Fin. 'Et ego, Piso, inquam, si est quisquam qui in causis videre soleat qua de re agatur, is es profecto tu.' Idem lib. De Fato: 'Hæc disserens, qua de re agatur, et in quo causa consistat, non videt.' Idem in Bruto: 'Qua de re agitur autem illud, quod multis locis, id ubi esset videbat.' Idem Orat. pro Murena: 'Neque tamen quicquam tam anguste scriptum est, quo ego non possim Qua de re agitur, addere.'

[g] *Positum in Phædro*] Liber est Platonis, ubi de pulchro agit: summa libri est de triplici pulchritudinis genere, animi, corporis, orationis.

[h] *Probavit Epicurus*] In epistola ad Hermodorum, quam refert Laërtius in Epic.

Digitized by Google

hunc[3] ipsum sive finem, sive extremum, sive ultimum, definiebas id esse, quo omnia, quæ recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretur. Præclare hoc quidem. Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse, si opus fuisset, definisses, aut, quod esset natura appetendum; aut, quod prodesset; aut, quod juvaret; aut, quod liberet modo. Idem,[4] nisi molestum est, (quoniam tibi non omnino displicet definire, et id facis cum vis) velim definias,[5] quid sit voluptas; de quo omnis hæc quæstio est. 6. Quasi quis, inquit, sit,[6] qui, quid sit voluptas, nesciat; aut qui, quo magis id intelligat, definitionem aliquam desideret. Me ipsum esse dicerem, inquam,[7] nisi mihi viderer habere bene cognitam voluptatem, et satis firme conceptam animo, atque comprehensam.[8] Nunc autem dico, ipsum Epicurum nescire, et in eo nutare: eumque, qui crebro dicat,[1] diligenter oportere exprimi, quæ vis subjecta sit vocibus, non intelligere interdum, quid sonet hæc vox voluptatis, [id est, quæ res[9] huic voci subjiciatur]. III. Tunc[10] ille, ridens, Hoc vero, inquit, optimum, ut is, qui finem rerum expe-

quid quodque sit. Ms. E etiam pro *quidque* habet *quodque.*—3 E ξ *cum.* Mox, Ern. delendum censebat *id* ante *esse.* Tum pro *usquam* in Ms. E est *nusquam.* —4 *Modo. Nunc idem* E U ξ χ ψ, Grut. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *liberet. Modo idem* edd. ante Grut. Pro *idem* Davis. et Ern. malunt legi *item.* Deinde in tribus codd. Gœrenzii legitur *finire* pro *definire.*—5 *Definire* edd. P, Crat. et Vict. *diffinire* χ: *definires* Mannt. et Lamb. Verba *et id ... definias* desunt in ψ. Paulo infra, *hæc omnis* in ed. Vict.—6 *Quis quæso, inquit, est,* e vestigiis codd. ejus, conjecit Gœrenz. quem sequitur Orellius: *Quisquam, inquit, est* Davis. et Brem. e Pal. 1. in quo tamen, post *quisquam,* additur *si* punctis subnotatum: *Quasi quis, inquit, est* P, Junt. et Crat. *Quisquam sit, inquit* ed. Vict. *Quasi quisquam, inquit, sit* ed. Lamb. Voc. *Quasi* non est in E. Ms. ξ habet *Quasi talis quis, inquit, est:* E U χ ψ *Quasi quis, inquit, est.*—7 E ξ *quidem.* Tum pro *viderer* iidem Mss. præbent *videretur.*—8 χ *compressam.* Porro idem cod. cum Gud. 2. et Weg. exhibent *et in eo mutare:* cod. Vien. *et in eo mutire.*—9 *Vis* edd. Crat. et Vict. Verba *id est .... subjiciatur,* de P. Fabri sententia, uncis includuntur a Davis. Ern. et Brem. delentur a Schutz.

CAP. III. 10 Mss. χ et omnes codd. Gœrenz. cum edd. Mars. Crat.

NOTÆ

[1] *Qui crebro dicat*] Nihil apud Epicurum frequentius ea voce. 'Videndum quæ cuique voci subjecta sit intelligentia, τὰ ὑποτεταγμένα, ne dum certa ratione singula probare nitimur, omnia incerta sint et obscura.' Epist. ad Herodot.

Digitized by Google

tendarum voluptatem esse dicat, id extremum, id ultimum bonorum; id ipsum, quid sit,[11] quale sit, nesciat. Atqui, inquam, aut Epicurus, quid sit voluptas, aut omnes mortales, qui ubique sunt, nesciunt. Quonam, inquit, modo? Quia voluptatem hanc esse[12] sentiunt omnes, quam sensus accipiens movetur, et jucunditate quadam perfunditur.[13] 7. Quid ergo, istam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat? Non semper, inquam: nam interdum nimis etiam novit; quippe qui testificetur, ne intelligere quidem se posse, ubi sit, aut quid[14] sit ullum bonum, præter illud, quod cibo, et potione, et aurium delectatione, et obscœna voluptate[k] capiatur. An hæc ab eo non dicuntur? Quasi vero[15] me pudeat, inquit, istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur, ostendere. Ego vero[16] non dubito, inquam, quin facile possis: nec est, quod te pudeat sapienti assentiri, qui se unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus:[l] nam Metrodorum non putant[17] ipsum professum; sed, cum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse. Septem autem illi, non suo, sed populorum[m] suffragio omnium, nominati sunt. 8. Verum hoc

Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Tum.*—11 *Id ipsum quidem* Pal. 1. N, et Spir. cum Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. Brem. conjecit *quid et quale sit*, probante Rath. Paulo infra, pro *nesciunt* E ξ habent *nesciant.*—12 Ms. Spir. Gœrenz. Schutz. et Orell. omittunt *esse:* transponunt idem Gud. uterque et Weg. post *omnes.*—13 χ *perfungitur.* Actutum, *inquit*, *istam voluptatem* plerique codd. et edd. ante Grut.—14 *Aut quod* ed. Vict. Paucis post, *aut potione* E ξ χ ψ, et omnes edd. præter Vict. Crat. Davis. et Ern. qui habent *et pot.* Tum pro *capiatur* in E ξ est *accipiatur.*—15 U ξ χ, Pal. 1. cum edd. Mars. Crat. Vict. Manut. Lamb. et Davis. omittunt *vero.* Mox Schutz. dedit *ac non possim* e conjectura Gœrenz. Tum *quem. ista dicantur* duo codd. Gœrenzii.—16 Voc. *vero* non est in U χ ψ.—17 *Non puto* Gud. 1. et Pal. 2. cum edd. Oliv. Gœrenz. Schutz. et Orell. Deinde præpositio *ab* ante *Epicuro* deest in χ: et pro *noluisse* E U ξ χ habent *voluisse.* Tum *omnium suffra-*

NOTÆ

[k] *Obscœna voluptate*] Sic enim habet Epicurus: 'Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates quæ sapore percipiuntur, detrahens eas etiam quæ audita et cantibus,' &c. Cic. Tusc. III. et Athenæus.

[l] *Profiteri sit ausus*] Adeo cupidus honoris fuit Epicurus, ut discipulos humi prostratos sibi procidere passus sit. De Colote, insigni Epicureo, id memorat Plut.

[m] *Non suo, sed populorum*] Cum a piscatoribus Ionici quidam juvenes jactum essent mercati, mensamque ii auream seu tripodem expiscati es-

Digitized by Google

loco sumo,[18] verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum nosse, quam ceteros: omnes enim jucundum motum, quo sensus hilaretur,[19] Græce ἡδονὴν, Latine 'voluptatem' vocant. Quid est igitur, inquit, quod requiras? Dicam, inquam, et quidem discendi causa magis, quam quo te aut Epicurum reprehensum velim. Ego quoque, inquit, didicerim libentius, si quid attuleris, quam te reprehenderim.[20] Tenesne igitur, inquam, Hieronymus Rhodius quod dicat esse summum bonum, quo putet omnia referri oportere? Teneo, inquit, finem illi videri, nihil dolere. Quid? idem iste[1] de voluptate quid sentit? 9. Negat esse eam, inquit, propter seipsam expetendam. Aliud igitur esse censet[2] gaudere, aliud non dolere. Et quidem, inquit, vehementer errat: nam (ut paulo ante docui) augendæ voluptatis finis est doloris omnis amotio. Non dolere,[3] inquam, istud quam vim habeat, postea videro: aliam vero vim voluptatis esse, aliam nihil dolendi, nisi valde pertinax fueris, concedas necesse est. Atqui[4] reperies, inquit, in hoc quidem pertinacem: dici enim nihil potest verius. [*p.* 66.] Estne quæso, inquam, sitienti in bibendo voluptas? Quis

gio Manut. et Lamb.—18 E U *summo*. Mox pro *nosse*, Gœrenz. e conjecturâ Davisii, cum Schutz. et Orell. *notasse*. Vocc. *verbis his* uncis inclusit Brem. retento *nosse*, probante Rath.—19 *Hilarentur* Manut. Lamb. et Oliv. *hiarent* E U ξ χ ψ, Mars. et Crat. *hiaretur* N et Spir. cum Pal. 1. atque sic etiam vetus exemplar apud Crat. *hilarent* Ms. Weg. Statim, pro ἡδονὴν E ξ *edonem*; χ *hedonem*. Mox pro *aut Epicurum* in ψ scribitur *Epicurumve*.—20 χ ψ *deprehenderim*. Tum in ξ χ *quid dicat*. Porro, post *omnia* verbum *scilicet* additur in E ξ. Verba *quo . . . oportere* suspecta sunt Davis.—1 *Iste inquam* E ξ. Acutum *propter se expetendam* E, tres codd. Gœrenzii, et alii aliorum.—2 E ξ *censes gaudere aut non dolere*: χ *censet gaudere, aliud non dolere*. Statim post, pro *Et quidem* multi codd. *Equidem*.—3 *Cum non dolere* E χ, et alii codd. *Tum non dolere* ξ, Mars. Crat. et Manut. *Tuum non dolere* Lamb. e conjectura, cum Lall. Gud. 2. autem *Cum vero dolere*, *non* in *vero* mutata, exhibet. Deinde pro *postea* E *postero*. Voc. *vero* non est in E ξ.—4 *Atque* Schutz. errore typographico, ut ait Orellius. Mox pro *Estne* χ habet *Esto*:

NOTÆ

sent, contendentibus singulis, eamque sibi vindicantibus, Apollo consultus jussit dari sapienti. Thaleti, ex omnium suffragio, delata est; hanc ille alteri ex septem sapientibus misit; alter alteri; ventum denique ad Solonem, qui mensam ad Apollinem Delphicum, quippe vere sapientem, mitti jussit. Adeo non sua, sed populi suffragio sapientes habiti sunt.

Digitized by Google

istud,[5] inquit, posset negare? Eademne, inquam, quæ[6] restincta siti? Immo alio genere: restincta enim sitis[7] stabilitatem voluptatis habet, inquit: illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est. Cur igitur, inquam, res tam dissimiles eodem nomine appellas? 10. Quid paulo ante, inquit, dixerim, nonne[8] meministi, cum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri voluptatem? Memini vero, inquam: sed tu istuc dixti[9] bene Latine, parum plane.[a] Varietas enim Latinum[n] verbum est, idque[10] proprie quidem in disparibus coloribus dicitur: sed transfertur in multa disparia: varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna: voluptas etiam varia dici solet,[11] cum percipitur ex multis dissimilibus rebus, dissimiles efficientibus[12] voluptates. Eam si varietatem diceres, intelligerem, ut, etiam non dicente[13] te, intelligo: ista varietas quæ sit,[o] non satis perspicio, quod ais, cum dolore carea-

[a] *Sed tu istud dixisti, bene quidem Latine, sed parum clare.*

et paucis post, in E ξ scribitur *sitiendi in libidine voluptas.*—5 *Quid istud* E ξ: *Quis ista* Gœrenz. e quatuor codd. ejus, cum Schutz. et Orell. Statim pro *posset* tres codd. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. exhibent *possit*, probante Ern.—6 *Eademne quæ*, omisso *inquam*, Brem. e conjectura Davisii: *Eadem neque* E ξ: *Eodem neque* χ: *Eadem æque* ψ. Mox *alia genere* Moseri conjectura.—7 *Nam restincta sitis* E ξ ψ, Gud. 1. Weg. Vien. et alii codd. cum edd. Mars. Crat. Manut. et Lamb. Paucis post, *inquit*, ante *illa*, a Spir. et N abest. Paulo infra, pro *igitur* E ξ habent *modo;* qui iidem Mss. præbent *similes modo nomine.*—8 Brem. conjecit *non.* Mox pro *dolor detractus* E ξ præbent *dolorum detractio.* Tum *Memini non, inquam* in χ.—9 *Istud dixisti* E U χ, Mars. Manut. et Lamb. *istud dixti* Crat. Gœrenz. et Schutz.—10 E ξ *id quod.*—11 *Varia etiam dici solet* Mars. Crat. Manut. et Lamb. *etiam varia potest vel solet* E ξ. Statim post, *e multis* Ms. E, omnes codd. Gœrenzii, et alii, cum edd. Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell.—12 *Dissimiliter efficientibus* χ ψ, et edd. vett. ante Grut. qui e Pal. 1. dedit *dissimiles eff.* quem secuti sunt Davis. et Ern. *dissimiliter afficientibus* E U ξ. Tum in Ms. E *varietates.*—13 *Etiam dicente* E ξ. J. F. Gronovius conjecit *etiam indicente*, quia deerat in suo cod. *non.* Gud. 2. et Weg. *te* ante *non* collocant. Paulo infra, Davis. *quod* deleto ante *ais*, distinctionem maximam poni jubet.

NOTÆ

[n] *Varietas enim Latinum*] Quod Epicureis erat ποικιλμὸς ἡδονῶν. Cicero reddit, *varietas voluptatum.*

[o] *Ista varietas quæ sit*] Hanc Epicuri sententiam paulo aliter tradit Plut. libello, quod ne suavis quidem vita sit juxta Epicurum. Finem communem voluptatum dixit esse amotionem doloris omnis, quod voluptatem augeat, donec dolor omnis detractus sit; eoque detracto, non ultra tendat. Varietates tamen quas-

Digitized by Google

mus, tum in summa voluptate nos esse: cum autem vescamur iis[14] rebus, quæ dulcem motum afferant sensibus, tum esse in motu voluptatem, qui faciat varietatem voluptatum; sed non augeri illam non dolendi voluptatem. Quam cur voluptatem appelles, nescio. IV. 11. An potest, inquit ille,[15] quicquam esse suavius, quam nihil dolere? Immo sit sane nihil melius, inquam, (nondum enim id quæro) num propterea idem voluptas est, quod (ut ita dicam) indolentia?[16] Plane idem, inquit, et maxima quidem, qua fieri nulla major potest. Quid dubitas igitur, inquam, summo bono a te ita constituto, ut id totum in non dolendo sit, id tenere unum, id tueri, id defendere? quid enim necesse est, tanquam meretricem[17] in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? Invidiosum nomen est, infame, suspectum.[18] Itaque hoc frequenter dici solet a vobis, non intelligere nos, quam dicat Epicurus voluptatem. 12. Quod quidem mihi siquando dictum est (est autem dictum non parum sæpe), etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Egone non intelligo, quid sit ἡδονὴ Græce, Latine 'voluptas?' Utram tandem linguam nescio? deinde, qui fit,[19] ut ego nesciam, sciant omnes, quicumque Epicurei

—14 *His* in E, cum edd. Mars. Vict. Gœrenz. et Schutz. Deinde omnes edd. vett. ante Davis. habent *quæ faciat*: E ξ *qui facit*.

CAP. IV. 15 Voc. *ille* uncis includitur in edd. Gœrenz. et Schutz. *ille inquit* legitur in codd. nonnullis, Mars. Crat. et Vict. Paulo post, pro *propterea*, E ξ χ ψ habent *prope*; Gud. 2. et Weg. *proprie*.—16 '*Indoloria* in margine ed. Lamb. 1584. Non commendavit, non recepit Lamb. Recepit Lall. Cf. Sidonium Apollinarem, in Ep. carmini XIV præmissa, qui ea voce usum esse Ciceronem testatur.' *Orell.* Ms. U præbet *indolenciam*. Tum Mss. N, Spir. et Weg. omittunt *idem*. Porro, in codd. nonnullis haud invenitur *ita*, ante *constituto*.—17 *In meretricem* E ξ. Mox, *Sed forte dicitis invidiosum, &c.* in U χ ψ, Gud. 1. 2. Weg. cum edd. Mars. Crat. et Junt. *Sed fortiter dicitis, inv. &c.* conjecit Rath. *Sed inv. &c.* Vict. Manut. et Lamb.—18 *Infamiæ subjectum* ψ, Gud. 2. et Weg. *et infamiæ subjectum* edd. ante Grut. cum Oliv. *infame subjectum* χ. Actutum, in E ξ scribitur *a nobis*. Tum Ms. χ habet *quidem dicat*; et paucis post *demens sum*: et pro *tamen* in ξ scribitur *tum*.—19 *Quid sit* in ξ, *quid fit* in E; qui Mss. paulo infra pro *Epicurei* ha-

NOTÆ

dam non necessarias admittere potest, dum statum eum acquirat, in quo non doleat.

Digitized by Google

esse voluerunt? quod vestri quidem vel optime[20] disputant, nihil opus esse, eum, qui philosophus futurus sit, scire literas. Itaque, ut majores nostri ab aratro[p] abduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset;[q] sic vos de Pelasgis[1] omnibus[r] colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos. 13. Ergo illi intelligunt, quid Epicurus dicat; ego non intelligo? Ut scias me intelligere, primum idem esse voluptatem dico,[2] quod ille ἡδονήν: et quidem sæpe quærimus verbum Latinum par Græco, et quod idem valeat: hic nihil fuit, quod quæreremus. Nullum inveniri potest,[3] quod magis idem declaret Latine, quod

beat *Epicuri*.—20 *Quando vestri quidam vel optimi* Ern. susp. extremam emendationem probante Matthiæ. Pro *quod* ed. Junt. habet *cum*: Davis. maluit legi *quom*: in E ξ χ scribitur *quod nostri quidem*, &c. Mox, *qui futurus sit philosophus* Gœrenz. e tribus codd. Tum Ms. U *adduxerunt Cincin*.—1 *De pagis* Eliens. 1. cum edd. Lall. Gœrenz. Schutz. et Orell. *de plagis* E ξ N, Spir. Gud. 1. cum quibus vett. editi plerique consentiunt: *de pelagis* ψ, Gud, 2. et Weg. *de phigis* χ.—2 *Dico voluptatem* aliqui codd. cum edd. Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell.—3 *Nullum inv. verbum potest* E ξ. Statim post,

NOTÆ

[p] *Ab aratro*] L. Quintius Cincinnatus, cum filius ejus Cæso, ferox juvenis, tribunos plebis, ne legem de creandis decemviris ferrent, sæpius prohibuisset pepulissetque ferro, illique capitis causam dixisset A. Virginius, ac vades ne in carcerem duceretur dare jussisset, desertis vadibus, ad Volscos recepit se. Vadimonii ab eo deserti pater mulctam solvere coactus, bonorum maximam partem in eam rem divendidit, ut trans Tiberim veluti relegatus quatuor jugerum rusculum colens, in tugurio pauper vixerit. Liv. lib. III. Dion. X. Val. Max. IV.

[q] *Ut dictator esset*] Dionysius non ad dictaturam eum vocatum ait, sed ad consulatum: eumque Fasti Capitolini consulem notant biennio ante dictaturam. Livius cum Cicerone convenit. Eos sic conciliari velim, ut dicatur ex aratro primum accitus esse ut C. Claudii collega in consulatu esset; moxque defunctus consulatu iterum se rus recepisse, unde denuo evocatus sit, ut L. Minucium cos. ab Æquis ad Algidum obsessum liberaret. Bis dictator, semel 296. cum de Æquis triumphavit, iterum 314. cum esset octogenario major, atque in ea dictatura celebre judicium tulit, quo Sp. Melius a Servilio Ahala jure cæsus declaratus est.

[r] *De Pelasgis omnibus*] Pelasgi, populi errabundi, Arcadiam primum incoluere, deinde partem Thessaliæ; tum in varias terræ partes divagati, πολυπλανητοὶ dicti sunt. Hesychius. Venisse quoque in Italiam putem, eosque esse quorum opera uterentur Romani in agris colendis, non secus ac Chii et Lacedæmonii Ilotis, Argivi Gymnesiis, Sicyonii Corynephoris. Stephan. Alii mendosum hunc locum putant, leguntque, vel *plagis*, vel *pagis*, vel *pelagis*.

Digitized by Google

Græce ἡδονή,[4] quam declarat 'voluptas.' Huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subjiciunt, lætitiam in animo, commotionem suavem jucunditatis in corpore. Nam et ille[s] apud Trabeam,[t] voluptatem animi nimiam, 'lætitiam' dicit, eandem, quam ille Cæcilianus,[u] qui 'omnibus lætitiis lætum esse' se narrat.[5] Sed hoc interest, quod voluptas dicitur etiam in animo vitiosa res, ut Stoici putant; qui eam sic definiunt: Sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui. Non dicitur lætitia, nec[6] gaudium, in corpore. 14. [*p.* 67.] In eo autem voluptas, omnium Latine loquentium more, ponitur, cum percipitur ea, quæ sensum aliquem moveat, jucunditas: hanc quoque jucunditatem, si vis, transfer in animum:[7] 'juvare' enim in utroque dicitur, ex eoque 'jucundum:' modo intelligas, inter illum qui dicat,

Tanta lætitia auctus[x] sum, ut mihi non constem,[8]

et eum, qui,

Nunc demum mihi[9] animus ardet . . . .

(quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur) esse illum medium,

---

voc. *idem* non est in ξ.—4 Mss. N et Spir. *hedone*. Hoc verbum omittitur in omnibus edd. ante Davis. Tum in E ξ *quod declarat:* in χ *quasi declarat*. Deinde pro *commotionem* ψ in margine præbet *ratiocinationem*. Tres codd. Gœrenz. transponunt proxima verba, *jucunditatis suavem*.—5 *Lætum incessisse narrat* cum suspicatus est Gœrenzius, Schutz. edidit *lætum incessisse se narrat*. Mox, verbum *dicitur* non est in E ξ.—6 *Neque* in ed. Lamb. Paule infra, in Ms. ξ *eaque sensum;* qui Ms. pro *jucunditas* habet *jocunditatis*.—7 χ *transferre in animo:* ψ *transfer in animo:* E ξ *transferre in animum*. Deinde in E U *ex eo quod jucundum*.—8 *Ut nihil constet* E U ξ χ ψ, alii plerique, cum edd. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. *et nihil constetur* Ms. N.—9 *Mi* Bothe,

NOTÆ

[s] *Nam et ille*] Chæreas, qui lætitiam suam his verbis declarat Tuscul. IV. 'Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.'

[t] *Apud Trabeam*] P. Trabea, poëta comicus. Ejus versus aliqui referuntur Tuscul. IV. Mentio est ejus in Epist. Famil. ad Papir. Pætum, et apud Festum et Gellium.

[u] *Ille Cæcilianus*] De Cæcilio dictum est; at quæ persona apud Cæcilium hic innuatur, suspicari non queo.

[x] *Tanta lætitia auctus*] Cujus sint hi versus, incertum. Sane non Epicuri, ut aliqui perperam suspicantur; quis enim carmina scripsisse Epicurum tradidit? refertur alter horum versuum Orat. pro Cælio.

Digitized by Google

(Quanquam hæc inter nos[y] nuper[10] notitia admodum est)

qui nec lætetur, nec angatur; itemque,[11] inter eum qui potiatur expetitis corporis voluptatibus, et eum qui cruciatur summis doloribus, esse eum, qui utroque careat. v. 15. Satisne igitur videor vim verborum tenere? an sum etiam nunc vel Græce loqui, vel Latine, docendus? Et tamen vide,[12] ne, si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cum Græce, ut videor, luculenter sciam; sit aliqua culpa ejus, qui ita loquatur,[13] ut non intelligatur: quod duobus modis sine reprehensione fit; si aut de industria facias,[14] ut Heraclitus,[z] cognomento qui Σκοτεινὸς[a] perhibetur, quia de natura nimis obscure[b] memoravit; aut cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio; qualis est in Timæo Platonis.[c] Epicurus autem, ut opinor, nec[15] non vult, si possit, plane et aperte loqui: nec de re obscura, ut physici; aut artificiosa, ut mathematici; sed de illustri et facili, etiam[16] in vulgus pervul-

Poët. Scen. p. 276.—10 χ ψ, et Gud. 1. omittunt *nuper*: Manut. et Lamb. *supera*.—11 χ, N, et Gud. 2. *que* omittunt. Paucis post, *excrucietur* Gœrenz. e quatuor codd. ejus, cum Schutz. et Orell. Denique, pro *utroque* Lamb. maluit legi *utrioque*.

Cap. v. 12 E ξ *vides*. Deinde *non* ante *intelligam* deest in χ. Mox in E ξ *luculenter scientia si aliqua, &c.*—13 Tres codd. Gœrenz. *loquitur*, ut volebat Davis. probante Gœrenz. Deinde, pro *si aut*, E ξ præbent *si autem*; ed. Lamb. *aut si*.—14 E ξ *faciat*. Tum Gœrenz. putat legendum *is* ante *cognomento*: Mars. transponit *qui cognomento*. Voc. Σκοτεινὸς deest in E: Ms. ξ habet *scrutinus*; χ *scotinus prohibetur*.—15 Voc. *nec* omittitur in E ξ; qui iidem Mss. paulo post habent *cum nec*, et pro *illustri* præbent *illustriori*.—16 *Et jam* Gœrenz. Schutz. et Orell. Statim post, *in vulgus pervagata* N et Spir. cum edd. Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. Ceteri *pervulgata*, præter

NOTÆ

[y] *Quanquam hæc inter nos*] Terentii versus ex Heautontimorumeno.

[z] *Ut Heraclitus*] De illo, in lib. Acad.

[a] Σκοτεινὸς] Tenebricosus.

[b] *Nimis obscure*] Librum Περὶ Φύσεως tractando ita de industria obscuravit, ut inde nomen Σκοτεινοῦ sortitus sit. Aiunt hunc ab Euripide traditum Socrati legendum, eoque lecto Socratem dixisse, 'Præclara sunt quæ intellexi, quanquam Delio natatore opus est, ne quis in eo versans demergatur.' De Nat. Deor. et De Divin.

[c] *In Timæo Platonis*] Hujus libri obscuritas locum fecit proverbio, 'numeris Platonicis obscurius,' quod numerorum similitudine res exponat.

Digitized by Google

gata, loquitur. Quanquam non negatis nos intelligere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat: e quo[17] efficitur, non ut nos non intelligamus, quæ vis sit istius verbi, sed ut ille suo more loquatur, nostrum negligat. 16. Si enim idem dicit, quod Hieronymus, qui censet summum bonum esse, sine ulla molestia vivere; cur mavult dicere voluptatem, quam vacuitatem doloris, ut ille facit,[18] qui, quid dicat, intelligit? Sin autem voluptatem putat[19] adjungendam eam, quæ sit in motu; (sic enim appellat hanc dulcem, in motu,[20] illam nihil dolentis, in stabilitate) quid tendit, cum efficere non possit, ut cuiquam, qui ipse notus sibi sit, (hoc est,[1] qui suam naturam sensumque perspexerit) vacuitas doloris, et voluptas, idem esse videatur? Hoc est vim afferre, Torquate, sensibus; extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. Quis enim est,[2] qui non videat, hæc esse in natura rerum tria? [d] unum, cum in[3] voluptate sumus; alterum, cum in dolore; tertium hoc, in quo nunc quidem[4] sumus (credo idem vos nec in

Vict. qui habet *promulgata:* Gud. 2. *permulgata.* Tum pro *loquitur* E ξ præbent *loquatur.*—17 *Ex quo* Mars. Crat. Vict. Davis. Schutz. et Orellius. Deinde *non ut ne intelligamus* Davis. e Par. 1. 2. cum Brem. *non ut non intell.* E ξ, Weg. et Med. *non ut intell.* U χ ψ, Gud. 1. alii Mss. et Ven. 1494. Mox *sit* ante *istius* deest in ξ. Porro E ξ præbent *neminem negligat;* qui iidem Mss. cum U, pro *dicit* habent *dicat.* Pro *qui censet* E ξ *censeret.*—18 *Faciat* in χ. Pro *intelligit* ed. Lamb. *intelligitur.* Gœrenz. maluit legi *intelligi vult:* Ms. χ *intelligat.*—19 *Vol. putat, dicat* χ ψ, codd. nonnulli, et edd. ante Davis. Bremius conjecit *vol. ducat:* Ms. ξ *vol. dicat:* Ms. E habet neque *putat* nec *dicat.* Tum referunt χ ψ, Gud. 1. 2. Weg. Vien. alii codd. cum Mars. Davis. et Schutz. non *eam*, sed *illam:* in E scribitur *ea:* Manut. *ad illam:* delendum censet pronomen Gœrenz. Tum *quæ in motu sit* Mars. Manut. et Lamb. *quæ fit in motu* Ms. χ. Hunc totum locum e conjectura sic edidit Lamb. *Sin autem voluptatem dicit ad illud adjungendam eam, quæ in motu sit.* Statim post, *appellet* in χ.—20 Schutz. delevit *in motu*, e Davisii conjectura. Actutum, *quid contendit* Lamb. in ed. 1566.—1 *Hic est* in E ξ. Mox, pro *cognitiones* U χ præbent *cogitationes;* cod. Ursini *notiones.*—2 *Quis est enim* e codd. Gœrenz. Schutz. et Orell. Proximum verbum, *qui*, deest in E. In proximis, *hæc* omittitur in Gud. 1. et Weg.—3 Ms. χ non habet præpositionem *in.* Idem Ms. paulo infra exhibet *tertium cum hoc.*—4 *Quidem* omittitur in edd. Manut. et Lamb. prob. Lall. in E ξ scribitur *equidem.* Tum *credo idem nos* E U ξ χ: *credo quidem vos* Mars. Crat. Vict.

NOTÆ

[d] *In natura rerum tria*] Idem habet Plato in Philebo: Ἐκ δὴ τούτων τιθῶμεν τρίτους εἶναι ἡμῖν βίους· ἕνα μὲν ἡδὺν, τὸν δ' αὖ λυπηρὸν, τὸν δ' ἕνα μηδ' ἕτερα.

Digitized by Google

dolore nec in voluptate esse); ut in voluptate sit, qui epuletur; in dolore, qui torqueatur.[5] Tu autem, inter hæc, tantam multitudinem hominum interjectam non vides, nec lætantium, nec dolentium? 17. Non, prorsus, inquit: omnesque, qui sine dolore sint,[6] in voluptate, et ea quidem summa, esse dico. Ergo[7] in eadem voluptate eum, qui alteri misceat mulsum,[e] ipse non sitiens, et eum, qui illud sitiens bibat?

VI. Tum ille, Finem, inquit, interrogandi, si videtur: quod quidem ego a principio ita[8] me malle dixeram, hoc ipsum providens, dialecticas captiones. Rhetorice igitur, inquam, nos mavis,[9] quam dialectice disputare? Quasi vero, inquit, perpetua oratio, rhetorum solum, non etiam philosophorum sit. [*p.* 68.] Zenonis est, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut jam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes; rhetoricam[10] palmæ,[f] dialecticam

et Manut. *credo equidem nos* Lamb. *credo enim nos* Davis. e conjectura: *credo item vos* conjecit Ern.—5 *Cum in vol. sint qui epulentur; in dol. qui torquentur* ed. Crat. et Viet. quam lectionem exhibent E ξ, nisi quod pro *torquentur* ξ habet *torquentur*. Manut. et Lamb. quoque pro *ut* legunt *cum*. Statim post, *inter hanc mult.* in χ. Tum abest *interjectam* ab N et Spir. transponiturque a Gud. 2. *interjectam hominum*.—6 *Non, prorsus, inquit omnesque qui sine dol. sit* ed. Viet. *Non, inquit: prorsus omnes qui sine dol. sint* Lamb. e conjectura. Pro *omnesque* E præbet *omninoque*: in Ms. χ quoque legitur *sine dolore sit*.—7 *Esse. Dico ergo* χ ψ, Gud. 1. et Weg. cum edd. Ham. et Viet. *esse. Dicis ergo* Eliens. 1. *esse dico. Dicis ergo* Davis. e conjectura. Deinde in Ms. χ scribitur *bibit*.

Cap. vi. 8 Codex unus omittit *ita*, probante Davis. Statim post, pro *dixeram* in Ms. χ legitur *dixerim*.—9 *Nos magis* in ξ. Mox voc. *solum* omittitur in Gud. 1. probante Goerenz. qui Ms. sequentia verba ita transponit: *Zenonis hoc est, inquam, Stoici*: Ms. E præbet *hæc Stoici*. Tum in χ *eloquendi ut eam, &c.* Porro E ξ *Aristoteli*. Deinde pro *tributam* E ξ, et Weg. cum aliis nonnullis, *distributam*.—10 *Partes dicere rhetoricam* E ξ χ ψ, Gud. 1. 2.

NOTÆ

[e] *Mulsum*] Potio ex vino et melle concinnata, unde Græcis *οἰνόμελι*, et *μελίκρατον* appellatur. Pollux l. VI. a mulcendo dicta. Est vero mulsum natura sua adjectivum; nam aqua mulsa, lac mulsum dicitur. Sed ἁπλῶς positum pro vino mulso sumitur. Voss.

[f] *Rhetoricam palmæ*] Similitudinem illam habet quoque in Oratore. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset; nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat ejusmodi esse; cum autem diduxerat, et manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.

Digitized by Google

pugno, similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Obsequar igitur voluntati tuæ: dicamque, si potero, rhetorice, sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi; quam [11] necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paulo hebetiorem. 18. Sed dum dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, (quæ una continet omnem et perspicendi quid in quaque re sit, scientiam, et judicandi quale quidque sit, et ratione ac via [12] disputandi) ruit in dicendo, ut mihi quidem videtur; nec ea, quæ docere vult, ulla arte distinguit; ut hæc ipsa, quæ modo loquebamur.[13] Summum a vobis bonum voluptas dicitur: aperiendum est igitur, quid sit voluptas: aliter enim explicari, quod quæritur, non potest. Quam si explicavisset, non tam hæsitaret: aut enim eam voluptatem tueretur, quam Aristippus, id est, qua sensus dulciter ac jucunde movetur; quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent voluptatem: aut, si magis placeret [14] suo more loqui, quam

Omnes Danai [g] Mycenenses,[15] Attica pubes,

reliquique Græci, qui hoc anapæsto [h] citantur; hoc, non

cum edd. Mars. Crat. Vict. et Lamb. Pro *pugno* Ms. N, cum edd. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *pugni:* E U χ, et codd. alii, cum ed. Mars. *pugnis:* ξ *pinguis.* Paucis post, pro *compressius* Crat. edidit *comprehensius.*—11 Ms. ξ *quod.* Statim post in χ *cum pluraliter loquatur.* Mox E ξ *in unaquaque re:* et pro *scientiam* E habet *sciam.*—12 *Ac ratione et via* Mars. Manut. et Lamb. in ed. 1566. *et ratione et via* ed. Vict. *et rationem ac viam* Brem. e conjectura. Tum in χ legitur *docet vult, ulla:* in ψ et N *docet vult, illa.* Pro *distinguit* χ ψ *distingui.* Codd. plerique et edd. ante Lamb. hunc locum ita edidere: *quæ docet, vult ulla arte distingui.*—13 U χ *loquebatur.* Deinde *Summum a nobis* in ξ χ. Mox *quoniam Aristippus* E ξ. Voc. *etiam* ante *pecudes* deest in iisdem Mss.—14 *Placeret ei* ed. Lamb. Post *quam* legitur *ut* in omnibus edd. præter Ern. et Brem. qui delent, de Marcklandi sententia.—15 *Atque Mycenenses* e codd. Lamb. Davis. Oliv. Brem. Gœrenz. et Orell. cum *Attica pubes* versu distincto: *Aut Mycenenses* in ξ χ, omnibus codd. Gœrenzii, et edd. ante Lamb. Tum pro *Attica* Gœrenz. conjecit *Ac-*

NOTÆ

[g] *Omnes Danai*] Sic scribendum ait Turnebus hoc carmen: *Omnes Danai atque Mycenenses, Attica pubes:* secus si scribatur, vacillaturum numerum. Cujus autem sit versus, nec ille, nec alius quisquam tradit.

[h] *Hoc anapæsto*] Anapæsto hic loci non unus versus intelligitur, sed multorum anapæstorum series, Græcis ἀναπαιστικὴ βάσις, quo sensu intelligendum illud Tusc. III. ‘nec siletur

dolere,[16] solum voluptatis nomine appellaret, illud Aristippeum contemneret: aut, si utrumque probaret, ut probat, conjungeret doloris vacuitatem cum voluptate, et duobus ultimis uteretur. 19. Multi enim et magni[17] philosophi hæc ultima bonorum juncta[i] fecerunt, ut Aristoteles, qui virtutis usum cum vitæ perfectæ prosperitate conjunxit. Callipho adjunxit ad honestatem, voluptatem: Diodorus[18] ad eandem honestatem addidit vacuitatem doloris: idem fecisset Epicurus, si sententiam hanc, quæ nunc Hieronymi est,[19] conjunxisset cum Aristippi vetere sententia. Illi enim inter se dissentiunt; propterea singulis finibus utuntur: et, cum uterque Græce egregie loquatur, nec Aristippus, qui voluptatem summum bonum dicit, in voluptate ponit non dolere, neque Hieronymus, qui summum bonum statuit non dolere, voluptatis nomine unquam[20] utitur pro illa indolentia; quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret voluptatem. VII. 20. Duæ sunt enim res quoque, ne tu verba[1] solum putes: unum est, sine dolore esse; alterum, cum voluptate. Vos ex his tam dissimilibus rebus non modo nomen unum (nam id facilius paterer) sed etiam rem unam ex duabus[2] facere conamini: quod fieri nullo

tica, cum N *artica*, Gud. 2. *attita*, et Weg. *arctica* referunt.—16 E χ *dolore*. Mox ϕ, cum edd. Mars. Crat. et Vict. *aut probat*; Ms. U *ut probato*.—17 E ξ *magis*. Tum *hæc* ante *ultima* suspectum fuit Brem. Paulo infra, E U præbent *Calipho*: post hoc verbum copulativa particula *et* additur in ξ. Tum in ϕ *junxit ad honestatem*: in E ξ *adjunxit honestatem ad*.—18 *Diodotus* in ed. Vict. Paulo infra, verbum *addidit* suspectum Ursino et Guyeto: ed. Vict. habet *adjicit*.—19 Verbum *est* omittitur in χ. Postea, ed. Lamb. dedit *neque Aristippus*.—20 Ms. E *nunquam*. Actutum, *qui expetendis* in ξ: *qui ne expetendis* in E. Denique, pro *numeret* Ms. E *immineret*.

CAP. VII. 1 *Ne duo verba* conjecit Rath. improbante Gœrenz. In proximis *dissimilimis rebus* scribitur in E ξ. Abest *rebus* a Gud. 1. et Weg. Tum pro *paterer* in Ms. χ *pateret*.—2 *Duobus* in χ. Verba *ex duabus* suspecta sunt

NOTÆ

illud potentissimi regis anapæstum,' &c. Sic et iambus in Epist. ad Att. est ecloga aut carmen iambicis versibus contextum.

[i] *Ultima bonorum juncta*] Hoc est fines bonorum junxerunt, seu summum bonum non esse unum quiddam et simplex docuerunt; sic Aristoteles non solum honestatem, sed honestatem cum prosperitate conjunctam, summum bonum esse dixit.

Digitized by Google

modo potest. Hic, qui utramque[3] probat, ambobus debuit uti, sicut facit re, neque tamen dividit verbis. Cum enim eam ipsam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, audet dicere, ne suspicari quidem se ullum bonum sejunctum ab illo Aristippeo genere voluptatis:[4] atque ibi hoc dicit, ubi omnis ejus est oratio de summo bono. In alio vero libro,[k] in quo, breviter comprehensis gravissimis sententiis, quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur, scribit his verbis: quæ nota tibi profecto, Torquate,[5] sunt: quis enim vestrum non edidicit Epicuri κυρίας δόξας,[l] id est, quasi[6] maxime ratas? quia gravissimæ sint ad beate vivendum breviter enuntiatæ sententiæ. Animadverte[7] igitur, rectene hanc sententiam interpreter. 21. 'Si ea, quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum, et mortis, et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum; nihil

Ern. Tum pro *fieri* Davis. conjecit *ferri*, probante Ern.—3 Gœrenz. e tribus codd. suis, cum Schutz. et Orell. *utrumque*. Th. Bentl. conjecit *utramque probat ambabus*. Mox in χ *sicuti facit, remque tamen*: in U *sicut facit, remque tamen*. N, Spir. margo Crat. et ed. Manut. in ed. posteriore ignorant *re*: edd. ante Lamb. *fecit; remque tamen*. Tum *ipsam eam* codd. aliqui, Mars. Crat. Vict. Manut. et Lamb. *ejus ipsam eam* E: *ejus ipsam* ξ. Mox, *omnes eodem nomine* Gud. 1. et Weg. Gud. 2. *omnes* ignorat, quod idem Mars. facit. Deinde, pro *Aristippeo* E præbet *Aristippo*.—4 Verba *genere voluptatis* suspecta sunt Davis. Ms. ψ omittit voc. *voluptatis*. Statim post, in E ξ legitur *hæc dicit*. Deinde, *oratio est* Ms. Weg. Crat. et Vict. *omnis oratio ejus est* N et Spir. Verbum *est* omittitur in Gud. 2. et ed. Gœrenz. Mox pro *in quo* Manut. et Lamb. edidere *ubi*.—5 *Profecto, Torquate, tibi* ed. Vict. Actutum E ξ præbent *nostrum non edidit*. Pro κυρίας δόξας in E est *paradoxas*, in ξ *paradoxa*.—6 U ξ χ ψ, alii codd. et edd. ante Grut. omittunt *quasi*. Verba *id . . . ratas* suspecta erant Manut. et Rath. Vocc. *est quasi* non sunt in Ms. E. Tum *quasi gravissimæ sint* in ψ: *quia grav. sunt* in ed. Crat. et Vict. Pro *beate* ξ ψ præbent *bene*. Verba *id est . . . sententiæ* uncis includuntur a Davis. —7 *Animadvertite* in χ. Verbum *sunt* ante *luxuriosis* deletur a Grut. Deinde *voluptatem liberarent* E U ξ : *voluptatum liberaret* χ. Mox in E *quid essent fines cupid. nihil hæreremus*: in ξ *quid essent finis cupid. nihil hæreremus*: in χ *qui essent fines voluptatum; nihil hæreremus*: in ψ et ed. Oliv. *qui essent fines cupid. nihil hæreremus*. Verba, *quod reprehenderemus*, in nullo usquam scripto comparent, et primo addita sunt a Davisio: *nihil haberem, quod reprehenderem* margo Crat. Manut. et Lamb. conjectura e § 23. petita: *nihil haberemus unde eos reprehenderem* Ms U. Tum pro *complerentur* E ξ præbent *complecterentur*.

NOTÆ

[k] *In alio vero libro*] Quem κυρίας δόξας inscripsit, de quo vide notam sequentem.

[l] Κυρίας δόξας] Id est, selectas sententias, quarum bonam partem collegit Laërtius ad calcem lib. x.

Digitized by Google

haberemus, quod reprehenderemus; cum undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens, aut ægrum, id est autem[8] malum.'

[p. 69.] Hoc loco se tenere[9] Triarius non potuit. Obsecro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus? quod mihi quidem visus est, cum sciret, velle tamen confitentem[10] audire Torquatum. At ille non pertimuit, saneque fidenter, Istis quidem ipsis verbis, inquit: sed quid sentiat, non videtis. Si[11] alia sentit, inquam, alia loquitur; nunquam intelligam, quid sentiat: sed plane dicit, quod intelligam.[12] Idque si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, dicit absurde; similiter et si dicat, non reprehendendos parricidas, si nec[13] cupidi sint, nec Deos metuant, nec mortem, nec dolorem. Et tamen, quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dare,[14] aut fingere aliquos, qui, cum luxuriose viverent, a summo philosopho non reprehenderentur eo nomine, duntaxat cetera caverent?[15] 22. Sed tamen nonne reprehenderes, Epicure, luxuriosos ob eam ipsam causam, quod[16] ita viverent, ut persequerentur cujusquemodi voluptates; cum esset præsertim, ut ais tu, summa voluptas nihil dolere? Atqui reperiemus

—8 *Id est autem* deest in ξ; *est autem* haud invenitur in E. Pro *autem* legitur *aut* in edd. ante Grut. cum Oliv. et Brem. Voc. *aut* uncis includitur a Bremio.—9 *Tenere se* codd. nonnulli, cum edd. Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. Deinde, Lamb. Davis. et Brem. e codd. addunt pronomen *te* post verbum *obsecro*.—10 *Tamen vel tum confitentem* in Ms. ξ. Porro *his verbis quidem ipsis* scribitur in E.—11 *Sed* in χ. Mox in E ξ *alia loquatur*.—12 *Sed plane quod intelligit* in ψ. Tum ed. Lamb. habet *ut si dicat*: E ξ *etiam si dicat*.—13 *Si neque* Ms. Spir. et ed. Vict.—14 *Illam exceptionem dari* Ms. ξ. *Dari* legitur in χ ψ, et omnibus edd. præter Manut. Lamb. Davis. et Ern. qui habent *dare*. Mox pro *aliquos* E ξ præbent *alios*.—15 '*Duntaxat cetera caverent*] Locus leviter corruptus. Quia scil. librarii *dumtaxat* pro conjunctione habebant, deleverunt *si* ante vel post voc. *cetera*: vidit hoc Lamb. 1566. edens *repr. eo nomine dumtaxat, si modo cet. cav.* In marg. 1584. proposuit *repr. eo. nom. dumtaxat, dummodo cet. cav.* Sed hoc durius. Jam e constanti usu Cic. *dumtaxat* verbis postponitur; jungendum ergo, *repr. eo nomine dumtaxat*, ut ed. Vict. et Manut.; non, ut Davis. Ern. Brem. et Schutz. *repr. eo nomine, dumtaxat cet. cav.* minus etiam cum Gœrenz. *reprehenderetur, eo nomine dumtaxat cet. cav.* id quod omni sensu caret.' *Orell.* Statim post, pro *nonne* E ξ præbent *non*.—16 Voc. *quod* omittitur in E ξ: qui Mss. cum χ, exhibent *cujusmodi voluptates*. Mox Ms. Weg. et Mars. omittunt pronomen *tu* post *ais*. Gœrenz. conjecit *tu ut ais*. Porro Ern. suspicabatur *repe-*

Digitized by Google

asotos primum [m] ita non religiosos, ut edant de patella: [n] deinde [17] ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide, [o]

Mihi sex menses satis sunt vitæ: septimum Orco [p]
spondeo.

Jam [18] doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio [q] promant: 'si gravis, brevis: si longus, levis.' Unum nescio, quo modo possit, si luxuriosus sit, [19] finitas cupiditates habere. VIII. 23. Quid ergo attinet dicere, 'nihil haberem, quod reprehenderem, [20] si finitas cupiditates haberent?' Hoc est dicere, 'non reprehenderem asotos, si non essent asoti:' isto modo, ne improbos quidem, si essent boni viri. Hic [1] homo severus luxuriam per se ipsam reprehendendam non putat. Et, hercule, Torquate, ut verum loquamur, si voluptas summum bonum est, rec-

---

riamus asotos: E U præbent *reperiemus assotos.*—17 E ξ *demum.* Tum ξ *ut ex hynide:* ψ *ut ex enimide:* χ *ut exhummide:* E *ex Hynide:* ed. Oliv. *et Hymnide.* Porro, in Ms. E *sint vitæ: unum Orco, &c.*—18 *Etiam* Ern. susp. Pro *narthecio* U habet *Nartho,* χ *nartheo.* Deinde *proment* Davis. e Pal. 1. cum Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *promant* ceteri.—19 Th. Bentl. maluit legi *possint, si luxuriosi sint:* Ern. susp. *possit, qui luxuriosus sit.*

CAP. VIII. 20 *Nihil habere quod reprehendendum* χ. Tum pro *haberent* E ξ *haberem.* Paulo infra E U *assotos* et *assoti.* Post voc. *modo* in Ms. ξ additur *non reprobos.*—1 *Sic* Ern. susp. Verba *per se ipsam* haud sunt in E ξ: *per se,* omisso *ipsam,* e codd. dedit Gœrenz. cum Schutz. et Orell. Deinde *hercle* legitur in E et Weg. cum edd. Mars. et Lamb. Tum *si summum bonum voluptas est* codd. nonnulli, cum Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. Verba

NOTÆ

[m] *Asotos primum*] Ἄσωτοι luxuriosi, qui in re familiari soluti sunt; ita ἄσωτοι, propter μὴ σώζειν τὰ ἑαυτῶν.

[n] *Ut edant de patella*] Proverbium in eos qui religionem nihili facerent, ab iis deductum qui ederent de patella, id quod sacris admoveretur. Patellæ autem erant vasa minora, picata, sacrificiis addicta. Cæl. Rhodig. unde a Plauto per jocum appellantur 'Dii Patellarii' qui patellis placarentur.

[o] *Ex Hymnide*] Menandri fabula, quam Latinam fecit Cæcilius, teste Nonio: meminerunt illius Suidas et Athenæus.

[p] *Septimum Orco*] Simile est Lucilii, 'qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimum.'

[q] *De narthecio*] Νάρθηξ Græcis, Latinis est ferula, fruticis genus; cui lignum est pro cortice et medulla pro ligno. Calamum habet fungosum. Iis calamis olim servabantur medicamenta, calamique vocabantur ναρθήκια. Martial. 'artis ebur medicæ narthecia cernis.' Iisdem et servabatur ignis, unde fabulantur Prometheum ferula ignem surripuisse.

Digitized by Google

tissime non putat: nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant, et qui de conviviis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent; qui solem, ut aiunt, nec[2] occidentem unquam viderint, nec orientem; qui, consumtis patrimoniis, egeant. Nemo nostrum istius generis asotos jucunde putat vivere: mundos, elegantes, optimis coquis,[r] pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantes cruditatem; 'quibus vinum defusum[s] e pleno sit: hir, siphon,'[t] ut ait Lucilius, 'cui nihil demsit; jus,[u] et sacculus abstulerit: adhibentes ludos,'[3] et quæ sequuntur, illa, quibus detractis, clamat Epi-

et, hercule .... putat desunt in χ.—2 *Neque* in ed. Vict. Paulo post *sed mundos, elegantis* E: *sed mundos, elegantes* ξ: *mundos, deligentes* U χ. Mox pro *vitantes* E, Gud. 1. Weg. et ed. Crat. habent *vitantis*.—3 '*.... quibu' vinum Defusum e pleno siet, hir siphove (ut ait Lucilius) cui nil Dempsit, vis aut sacculus abstulerit .... adhibentis ludos*] Sic dedi cum Gœrenz. et Schutz. nisi quod hi *siphone*, et Schutz. solus *abstulit*. *Quibus vinum diffusum e pleno sit hirsiphon* (*ut ait Lucil.*) *cui nihil dempsit* (*dum sit* Vict.) *jus et sarculos* (sic) *abstulerit adhibentis ludos* Mars. et Vict. *quibus vinum diffusum* (*defusum* Lamb.) *e pleno siet* (*sit* Lamb.) *œnophoro, ut ait Lucil. cui nil* (*nihil* Lamb.) *dempsit* (*dempserit* Lamb.) *nix et* (*nec* Lamb.) *sacculus abstulerit adhibentis ludos* Manut. et Lamb. *quibu' vinum Defusum e pleno; hir, siphon* (*ut ait Lucil.*) *cui neque dempsit Vis, nec sacculus abstulerit; ludos adhibentis* Brem. *quibus vinum defusum e pleno siet; hir, siphon, ut ait Lucil. cui nihil dempsit; nix et sacculus abstulerit nil: adhibentes ludos* Lall.' *Orell.* Pro *vinum* in E *unum*. Idem Ms. cum U ξ, præbet *diffusum*. Tum in E ξ *est pleno*. Pro *hir, siphon* E *hy-*

NOTÆ

[r] *Optimis coquis*] Apud veteres coqui in servitiis domi non erant; sed ex macello conducebantur. De illorum origine hæc Livius, lib. IX. 'Asiatica victoria peregrinæ luxuriæ origo in urbem defluxit, tunc enim primum epulæ cura et sumtu majore apparari cœptæ; tunc coquus, vilissimum antiquis mancipium, et æstimatione et usu in pretio esse: et quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta.'

[s] *Vinum defusum* [*diffusum*] Diffusum dicitur ad discrimen vini doliaris. Doliare est vinum recens dolio conditum: diffusum, quod e dolio in craterem, e cratere in pateram funditur. Doliare, quod vetustatem, maturitatem, suavitatem, quæ diffuso inest, non haberet, minoris erat pretii. Turneb. l. I. c. 1. idem l. XXVIII. c. 34. legi vult *defusum*; defundere autem, est deorsum fundere, puta in pateram.

[t] [*Œnophoro*] Vas est ferendo vino. Isidor.

[u] *Jus* [*nix*] Solebant veteres per sacculos medicamentis plenos vinum transfundere, aut nivem infundere, ut inde gelidius aut frigidius esset vinum. Quo sensu Martial. 'Sextantes, Calliste, duos infunde Falerni; Tu super æstivas, Alcine, funde nives:' Et alibi, 'et liquidum potet alauda merum:' et, 'solicito transmittere Cæcuba sacco.'

Digitized by Google

curus se nescire, quid sit bonum: Adsint etiam formosi pueri, qui ministrent: respondeat his[4] vestis, argentum, Corinthium,[x] locus ipse, ædificium. 24. Hos ego asotos bene quidem vivere, aut[5] beate, nunquam dixerim. Ex quo efficitur, non ut voluptas ne sit voluptas,[6] sed ut voluptas non sit summum bonum. Nec ille, qui Diogenem Stoicum adolescens, post autem Panætium, audierat, Lælius, eo dictus est sapiens, quod non intelligeret quid suavissimum esset, (nec enim sequitur, ut, cui cor sapiat, ei non sapiat palatum) sed quia parvi id duceret.

O lapathe,[7] [y] ut jactare necesse est, cognitu' cui sis.
In quo[8] Læliu' clamores sophos ille solebat
Edere, compellans[9] gumias[z] ex ordine nostros.

---

rumptio: U *hirsiphon*: ξ *hyrnapho*: ψ *hynimphon*: Spir. *hyreizen*: N *hrysizen*: Gud. 1. *hynim*: Gud. 2. *hisyrphon*. *Ut* ante *sit* omittitur in ψ. Tum pro *demsit* E ξ ψ *dum sit*. Deinde pro *jus* ξ ψ habent *vis*: Rath. conjecit *virus*. Tum in E *sarculos abs. adhibentis ludos*.—4 *Resplendeat his* E, edd. Vict. et Manut. Statim post, *vestis argentum vel Corinthum odrylitium* E: *vestis odrilicium* U. Pro *Corinthium* ξ habet *vel corinthum. odrylitum*: χ *ordrilicium*: ψ, Vict. et Manut. *odrilicium*. Porro, *argentum*, *æs Corinthium aut Deliacum, ædificium, locus ipse* Muret. Var. Lectt. Lamb. et Lall. nisi quod hic *Cor. æs*. Rath. maluit *æs* post *Deliacum* reponere. Voc. *ædificium* uncis includitur a Goerenz. quod Mars. ignorat. Pro *ego*, χ, Gud. 1. et Weg. cum Mars. *ergo*.—5 *Ac* Manut. *at* codd. nonnulli, Lamb. Grut. et Oliv.—6 *Nec sit voluptas* E ξ: hæc verba non sunt in χ; qui Ms. mox exhibet *quod suavissimum*. Verba *ut*, ante *cui*, et *ei non sapiat*, desunt in eodem Ms. Statim, e binis Paris. Davis. *palatum* dedit, eique adhæsere Ern. et Brem. ceteri *palatus*.—7 E ξ *alapathe*; χ *palate*; ψ *lapate*. Pro *necesse est* E ξ *non cessatis*: U ψ *ne cessatis*: χ *cessatis*. Tum verba *cui sis* omittuntur in E ξ: *cognitui qui sis* U: *cognitu qui si* ψ.—8 *Iniquo cognitu* E: *in quo cognitu* U χ ψ: *iniquo cognitus* ξ. Deinde E ξ χ *Lelius*: U ψ *Lælius*.—9 E *compellas*. Proximum verbum scribitur *gumas* in E U ξ χ ψ, aliis codd. et edd. ante Lamb. Tum pro *nostros* E U ξ *nostro*.—

NOTÆ

[x] *Corinthium* [*odrilitium*] Turneb. emendat, *aurum, illicium locus ipse*, ut locum ipsum putet esse illicium conviviis et incitamentum. Muret. vero, *Adsint etiam formosi pueri qui ministrent; respondeat his vestis*, (non *resplendeat*, quæ vox Mureto non videtur Latina) *Corinthium æs aut Deliacum, ædificium, locus ipse*, lib. VI. c. 20. Var. Lect.

[y] *O lapathe*] Lapathus herba apta ad tenuem vitam. Varro. Longe erravit Crinitus, qui viri nomen esse credidit. Porro carmina illa Lucilii sunt.

[z] *Gumias* [*gumas*] *ex ordine*] Plerique emendant, *gumias*, quo nomine gulosi antiquitus vocabantur. Hinc degumiare, quod est devorare. Ab 'ingluvies,' gluto, gulo, gumia, guttur, &c. Festus.

Digitized by Google

Præclare 'Lælius,'[10] et recte 'sophos;' illudque vere:

O Publi,[11] o gurges,[a] Galloni! es homo miser, inquit:
Cœnasti in vita nunquam bene, cum omnia in ista
Consumis squilla,[b] [12] atque acipensere [c] cum decumano.[d]

Is hæc loquitur, qui in voluptate nihil ponens, negat[13] eum bene cœnare, qui omnia ponat in voluptate: et tamen non negat libenter unquam cœnasse Gallonium, (mentiretur enim) sed bene. Ita graviter et severe voluptatem secernit a bono. [p. 70.] Ex quo illud efficitur, qui bene cœnent, omnes libenter cœnare; qui libenter, non continuo bene. Semper Lælius bene. 25. Quid bene? dicit[14] Lucilius, 'cocto, condito.'[e] Sed cedo caput cœnæ:[f] 'Sermone bono.' Quid

[b] *O lapathe, necesse est te laudari ab eo cui cognitus sis. Super ea re Lælius ille, cognomento Sapiens; Lælius, inquam, præclare et recte Sapiens dictus, hæc clamare solebat; .... et illud quidem vere: 'O Publi Galloni, qui Gurges dictus es, miser homo es,' inquit: 'nam nunquam in vita cœnasti bene, cum omnia consumas, ut squillam et magnum acipenserem edas.'*

10 E U, et omnes edd. præter Ern. *Lælius:* ξ χ *lelius.* Voc. *sophos* deest in ξ. *Lælius' præclare, et recte sophos* Crat. Vict. Manut. et Lamb. Tum E ξ *idque vere:* N et Spir. *illud vero:* ed. Lamb. *illeque vere.*—11 E ξ *Publie:* U *Publii.* Statim post, *o gurgites* in χ. Tum E ξ *Gallonius o miser.* Paulo infra, verbum *omnia* non est in χ. Pro *ista* E U ξ habent *isto.*—12 Ms. E ξ *scymula.* Pro *acipensere* E ξ *accubas ere:* U ψ *accubas aere.* Tum ψ, tres codd. Gœrenz. et Vien. *cum decimano:* Gœrenz. *quum decumano:* Lamb. e conjectura edidit *quum in decumano,* probante Davis.—13 Verbum *negat* non est in χ. Pro *ponat* E ξ præbent *ponit;* qui Mss. ante *cœnasse* addunt *bene.*—14 *Dicet* in omnibus edd. præter Grut. et Ern. qui legunt *dicit,* errore typo-

NOTÆ

[a] *O Publi, o gurges*] Fuit P. Gallonius insignis compotator. Meminit illius Cicero in fine Quintianæ, et Horat. Sat. II. 2.

[b] *Consumis squilla*] De illa, nos plura lib. De Nat. Deor. Piscis exiguus qui societatem init cum pinna ad piscationem.

[c] *Acipensere*] Piscis apud antiquos exquisitus; Græce ἔλλοψ, ut Athenæus; γαλεὸν, ut alii putant. In convivia inferri solebat cum tibicinis cantu. Plura nos alias.

[d] *Cum decumano*] Veteres magna omnia decumana dicebant; scuta decumana, decumanos fluctus, decumanam portam, quæ in castris maxima erat.

[e] *Cocto, condito*] Citatur hic locus, qui Lucilii est, l. XIII. ep. 50. ad Atticum: 'Sed bene cocto et Condito, sermone bono, et si quæri' libenter:' quæ quatuor sunt bonæ cœnæ conditiones: 1. coctum: 2. conditum: 3. sermo bonus: 4. libenter seu animo quieto.

[f] *Caput cœnæ*] Caput cœnæ est præcipuum cœnæ ferculum. Ita Tus-

Digitized by Google

ex eo? 'Si quæri',[15] libenter.'* Veniebat enim ad cœnam, ut animo quieto satiaret desideria naturæ. Recte ergo is negat, unquam bene cœnasse Gallonium; recte, miserum; cum præsertim in eo omne studium consumeret: quem libenter cœnasse nemo negat.[16] Cur igitur non bene? quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat. Non igitur nec [17] lapathi suavitatem acipenseri Gallonii Lælius anteponebat, sed suavitatem ipsam negligebat: quod non faceret, si in voluptate summum bonum poneret. IX. Semovenda est igitur voluptas, non solum ut recta sequamini,[18] sed etiam ut loqui deceat frugaliter. 26. Possumusne igitur in vita summum bonum dicere, cum id ne [19] in cœna quidem posse videamur?

Quo modo autem philosophus loquitur tria genera cupiditatum? naturales, et necessarias; naturales, non necessarias; nec naturales, nec necessarias?[20] Primum divisit ineleganter: duo enim genera quæ erant, fecit tria. Hoc est non dividere, sed frangere rem.[1] Qui si diceret, cupi-

* *Semper Lælius bene cœnavit. At quomodo bene cœnavit Lælius? Dicet Lucilius, Quia coctis et conditis semper vescebatur. Sed dic, quod præcipuum in ejus cœna erat. Respondebit Lucilius, Sermones boni. Quid deinde quæris? libenter cœnabat Lælius.*

graphico, ut ait Orellius. Deinde pro *cocto* χ ψ, et ed. Vict. *horto;* et pro *cedo* ψ *celo.*—15 *Si quæris* E: *si sequeris* U χ ψ: *sequitur is* ed. Vict. Paulo post, *satiaret animo quieto* Ms. Weg. et alii, cum edd. Mars. Crat. et Vict. Mox, post voc. *recte* additur in ed. Lamb. e conjectura *dicit.*—16 *Cœnasse non negat* E ξ. Deinde *Cum igitur* in χ.—17 E U ξ ψ, cum edd. Mars. Manut. Lamb. et Rath. delent *nec*, quod verbum uncis includitur a Brem. Pro *lapathi* E U ξ χ præbent *laphati*. Lamb. e conjectura edidit, *Non igitur lapathum, nec lapatki suavitatem.* Tum pro *acipenseri* E ξ *accipienti ore:* U *accubanti heri:* χ *occubunti aere.* Ita edidit Mars. *acubanti ere galloni Lælius anteponebat aliis que erant in mensa tamquam suum, sed suavitatem, &c.*

CAP. IX. 18 *Sequamur* E ξ, Weg. et Mars. Pro *deceat* E ξ habent *debeat:* Nodell. e conjectura *discatis*. Tum *Possumusne ergo* N et Spir. *Poss. igitur voluptatem* Lamb. e conjectura.—19 *Cum quod ne* conjecere Davis. et Ern. improbante Gœrenzio. Pro *loquitur* ξ habet *loquetur*.—20 *Nec necessaria, neque nat. neque necessarias* Ms. E. Ed. Vict. habet copulativam particulam *et* ante *non necessarias*. Mox pro *ineleganter* cod. Morel. *negligenter*, ipso Morelio improbante.—1 Pal. 1. Eliens. 2. N, et Spir. cum edd. Gœrenz. et Orell. omittunt *rem*, quod verbum uncis includunt Davis. et Brem. Tum in

NOTÆ

col. v. 'Cum tyrannus cœnavisset, Dionysius negavit jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum.'

Digitized by Google

ditatum esse duo genera, naturales, et inanes; naturalium quoque item duo,[2] necessarias, et non necessarias; confecta res esset. Qui hæc didicerunt, quæ ille contemnit, sic solent. Vitiosum est enim in dividendo, partem in genere numerare. 27. Sed hoc sane concedamus: contemnit enim disserendi elegantiam: confuse loquitur: gerendus est mos, modo recte sentiat. Et quidem illud ipsum[3] non nimium probo (et tantum patior) philosophum loqui de cupiditatibus finiendis. An potest[4] cupiditas finiri?[a] tollenda est, atque extrahenda radicitus. Quis est enim, in quo sit cupiditas, quin recte cupidus dici possit? Ergo et avarus erit,[5] sed finite; et adulter verum habebit modum; et luxuriosus eodem modo. Qualis ista philosophia est, quæ non interitum afferat pravitatis,[6] sed sit contenta mediocritate vitiorum? quanquam in hac divisione rem ipsam prorsus probo: elegantiam desidero. Appellet hæc desideria naturæ: cupiditatis nomen servet alio; ut,[7] cum de avaritia, cum de intemperantia, cum de maximis vitiis loquetur, eam[8] tanquam capitis accuset. 28. Sed hæc quidem liberius ab eo dicuntur, et sæpius: quod equidem[9] non reprehendo. Est enim tanti philosophi, tamque nobilis, audacter sua decreta defendere.

E ξ *Quod si diceret.*—2 *Naturalium quoque duo* Mss. Gud. 2. et Weg. *naturalium duo* N et Spir. Gœrenz. maluit legi *naturaliumque duo.* Deinde verba *Qui hæc . . . solent* reduxit Grut. e Pal. 3. eademque præstat etiam Crat. in marg. In Ms. ξ scribitur *Qui hoc didiceruntque ille contemnit sic solet.* Mox *hoc sane concedamus* E ξ. Mss. N et Spir. delent *enim.* Pro *contemnit* ξ præbet *contempsit.* Porro in E ξ *dummodo recte sentiat.* Statim post, *Equidem* scribitur in N et Spir. cum edd. Gœrenz. Schutz. et Orell.—3 *Illum ipsum* in ξ. Voc. *ipsum* non est in χ ψ, quatuor codd. Davis. cum edd. Mars. et Davis. Mox pro *tantum* Ms. N et edd. ante Grut. exhibent *tamen.* Præcedens particula *et* uncis includitur a Brem. Actutum, pro *cupiditatibus* in χ est *voluptatibus.*—4 *An quæ potest* E: *An que potest* ξ. Paulo post *cupiditas sit* ed. Vict. Statim, *qui non recte* N et Spir.—5 Verbum *erit* omittitur in ξ, qui Ms. delet copulativam particulam *et* ante *adulter.*—6 Davis. ex Victorii et Th. Bentleii auctoritate, cum ed. Oliv. *pravitati* edidit.—7 *Ut eam* Pal. 1. N, et Spir. cum Gœrenz. et Schutz. Voc. *cum*, ante *de intemperantia*, haud invenitur in Ms. E.—8 Pal. 1. N, et Spir. cum Gœrenz. et Schutz. omittunt *eam*: in cod. Lamb. et ed. Davis. legitur *ea tanquam.*—9 *Et sæpius equidem*

NOTÆ

[a] *Cupiditas finiri*] Stoici tollendas omnino dicebant cupiditates, quia malas prorsus censebant; Peripatetici moderandas, et utilitates datas a natura. Tuscul. IV.

Digitized by Google

Sed tamen ex eo, quod eam voluptatem (quam omnes gentes hoc nomine appellant) videtur amplexari sæpe vehementius, in magnis interdum versatur angustiis, ut, hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa non videatur esse facturus. Deinde,[10] ubi erubuit, (vis enim est permagna naturæ) confugit illuc, ut neget accedere quicquam posse ad voluptatem nihil dolentis. At iste non dolendi status non vocatur voluptas. Non laboro, inquit, de nomine. Quid, quod res alia tota est? Reperiam multos, vel[11] innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis; quibus, quicquid velim, facile persuadeam. 29. Quid ergo dubitamus, quin, si non dolere, voluptas sit summa, non esse in voluptate, dolor sit maximus? Cur id non ita fit? Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio.**

x. Hoc vero non videre,[12] maximo argumento esse, voluptatem illam, qua sublata, neget se intelligere omnino, quid sit bonum; eam autem ita persequitur, quæ palato percipiatur, quæ auribus: [*p.* 71.] cetera addit, quæ si appelles, honos præfandus sit.[13 h] Hoc igitur, quod solum bonum severus et gravis philosophus novit,[14] idem non videt ne expetendum quidem esse, quod eam voluptatem hoc eodem auctore non desideremus, cum dolore careamus. Quam hæc sunt contraria! 30. Hic[15] si definire vel dividere

quod E ξ. Actutum *Et enim* in Ms. χ.—10 *Demum* in E ξ: qui Mss. paulo infra omittunt *enim*.—11 *Et* in Ms. χ. Mox pro *dubitamus* E ξ præbent *dubitas*. Denique, *cur non id tota ita fit* in χ.

Cap. x. 12 *Videt* Brem. e conjectura: Rath. maluit legi *negat*. Tum verbum *esse* deletur a χ ψ, Mars. et Manut. *maximo est argumento, nullam esse voluptatem* Lamb. e conjectura. Hic locus ita legitur in Ms. E: *Hæc vero non videre, maximo argumento, esse voluptatem nullam:* in ξ *hec vero non videtur videre, maximo argumento est, esse voluptatem nullam.* Pro *esse* ed. Oliv. legit *est, esse:* Ms. U *est:* qui Ms. cum χ ψ, pro *illam* habet *ullam.*—13 E ξ *pondus sit:* χ ψ *præstandus sit.* Pro *quod solum* E habet *quidem summum:* ξ *summum.*—14 E ξ *movit.* Iidem Mss. paulo infra, præbent *non expetendum:* χ *ne expectandum.*—15 E *Hæc:* ξ *hec.* Statim post, e Mss. N et Spir. cum Nonio in v. 'Salebræ,' Gœrenz. edidit *si dividere;* quem secuti sunt Schutz.

NOTÆ

h *Honos præfandus sit*] Veteres honorem præfari solebant, ubi quid turpe diceretur.

Digitized by Google

didicisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. Nunc vides,[16] quid faciat. Quam nemo unquam voluptatem appellavit, et hanc in motu voluptatem, quæ duo sunt, unum facit: sic enim has suaves, et quasi dulces voluptates appellat. Interdum [17] ita extenuat, ut M' Curium[i] putes loqui: interdum ita laudat, ut, quid præterea sit bonum, neget se posse ne suspicari quidem. Quæ jam oratio non a philosopho aliquo, sed a censore [k] opprimenda est. Non est enim vitium in oratione solum,[18] sed etiam in moribus. Luxuriam non reprehendit, modo sit vacua infinita cupiditate, et timore. 31. Hoc loco discipulos quærere videtur, ut, qui [19] asoti esse velint, philosophi ante fiant.

A primo, ut opinor,[l] animantium ortu, petitur origo summi boni. Simul atque [20] natum animal est, gaudet volup-

et Orell. Edd. Vict. Lamb. et Oliv. habent *et dividere.*—16 P. Manut. *videlicet;* Ern. *vide* mavult, non probante Gœrenz. Pro *faciat* E ξ *facias.*—17 E Mss. N et Spir. hunc locum ita edidit Gœrenz. *Quam nemo unquam voluptatem appellavit, appellat, atque quæ duo sunt, unum facit. Hanc enim in motu voluptatem (sic enim has suaves, et quasi dul. vol. app.) interdum,* &c. quam lectionem secuti sunt Schutz. (qui *et* ante *quasi* omittit) et Orell. qui voc. *atque* uncis compescuit, quod verbum e conjectura addidit Gœrenz. In E ξ legitur *voluptatem appellaret;* in ed. Oliv. et aliis nonnullis *voluptatem appellat.* Deinde *si enim* E ξ: qui Mss. pro *appellat* habent *appellet.* Tum *M. Curium* E et alii codd. Paulo post, voc. *quid* omittitur in Ms. E: qui, paucis post, habet *neget se posse ve:* χ *negat se posse ne.*—18 *Solum in oratione* edd. ante Grut.—19 *Videtur qui quum* ed. Lamb.—20 *Atque simul dum* in ξ. Deinde verbum

NOTÆ

[i] *Ut M' Curium*] Cognomine Dentatum, quod cum dentibus natus esset; virum tenuis fortunæ, sed summæ virtutis. Insignis ejus modestiæ specimen e multis duplex celebratur: 1. Cum consul esset A. U. 463. sederetque ad focum, oblatum a Samnitium legatis aurum, rapis a se coctis contentus, respuit, dixitque malle se aurum habentibus imperare quam aurum habere: 2. Cum quartum triumphasset, et senatus, ob insignia in remp. merita, agri jugera, ut auctor De Viris Illustribus, quingenta illi decerneret, prærogativam non admisit, noluitque popularis assignationis modum, qui septenum erat jugerum, excedere.

[k] *Sed a censore*] Censorum erat in omnium mores inquirere, disciplinam Romanam regere, cives improbos ignominia notare, &c.

[l] *A primo, ut opinor*] Superiore libro Torquatus a prima animantium appetitione voluptatem summum bonum esse probavit; id jam refellitur.

Digitized by Google

tate, et eam appetit, ut bonum: aspernatur dolorem, ut malum. De malis autem et bonis, ab iis animalibus quæ nondum depravata sint, ait optime judicari. Hæc et tu ita posuisti, et verba vestra sunt. Quam multa vitiosa![1] Summum enim bonum et malum vagiens puer utra voluptate[m] dijudicabit, stante, an movente? quoniam, si Diis placet, ab Epicuro loqui discimus. Si stante, hoc[2] natura videlicet vult, salvam esse se; quod concedimus: si movente, (quod tamen dicitis) nulla turpis voluptas erit, quæ prætermittenda sit: et simul non proficiscitur[3] animal illud modo natum a summa voluptate, quæ est a te posita in non dolendo. 32. Nec tamen argumentum hoc Epicurus a parvis petivit, aut etiam a bestiis, quæ putat esse specula naturæ; ut diceret, ab his,[4] duce natura, hanc voluptatem expeti nihil dolendi. Neque enim hæc movere potest appetitum animi; nec ullum[5] habet ictum, quo pellat animum, status hic non dolendi. Itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At ille pellit, qui permulcet sensum voluptate: itaque[6] Epicurus semper hoc utitur, ut probet, voluptatem natura expeti; quod ea voluptas, quæ in motu

est haud invenitur in E ξ. Actutum χ *ut ea appetit.* Mox *ab his animalibus* in E. Paulo post, idem Ms. *ut verba vestra sunt:* ξ *ut verba nostra sunt.*—1 *Quamquam multum vitiosa* Gud. 2. et alii codd. cum Vict. Crat. et Lamb. *quamquam multa vitiosa* Gud. 1. et Weg. *quam multum vitiosa* Ms. U. Tum in E ξ *utra voluptate diu judicabit.* Statim post, in E ξ *et stante aut movente:* in χ *stante, an monente.* Porro *si diis placet* Schutz. ut volebat Gœrenz. *quomodo non Diis placet* E ξ: *si displicet* omnes codd. Gœrenzii.—2 Ed. Vict. *hæc:* E ξ *hac.* Mox iidem Mss. præbent *quod tantum dicitis.*—3 *Proficiscetur* ed. Manut. et Schutz. Statim, *animal aliud* Gœrenz. et Schutz. e conjectura. E ξ omittunt præpositionem *in* ante *non dolendo.* Tum pro *parvis* ξ habet *pueris.*—4 *Ab iis* ed. Vict.—5 *Nullum* U χ: *illum* cod. Morel. cum edd. Manut. et Grut. Pro *ictum* E ξ præbent *actum.* Tum *animi statum* quinque codd. Oxon. et alii nonnulli, cum edd. Mars. et Vict. Statim post, in Ms. U legitur *hæc.* Paulo post, in E *peccat Epicurus vel Hieronymus:* in ξ *peccat epicurus vel hyeronimus.* Mox *At illa pellit, quæ permulcet sensum, voluptas* e conjectura edidit Lamb.—6 *Atque* Gud. 1. et Weg. Tum pro *utitur* Pal. 1.

NOTÆ

[m] *Utra voluptate*] Duplex voluptatis genus distinguebat Epicurus; alteram stantem vocabat, moventem alteram: stans voluptas posita erat in quiete, movens in motu suavi sed transeunte. Locum hunc, qui subobscurus est, facile intelliges ex iis quæ consequuntur.

Digitized by Google

sit, et parvos[7] ad se alliciat et bestias, non illa stabilis, in qua tantum inest nihil dolere. 33. Qui igitur convenit, ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere? XI. Bestiarum vero nullum judicium puto: quamvis enim depravatæ non sint, pravæ tamen esse possunt. Ut bacillum aliud est inflexum et incurvatum[8] de industria, aliud ita natum; sic ferarum natura, non est illa quidem depravata mala disciplina, sed natura sua.[9] Nec vero, ut voluptatem expetat, natura movet infantem; sed tantum ut se ipse[10] diligat, ut integrum se salvumque velit. Omne enim animal, simul ut ortum est, et seipsum, et omnes partes suas diligit: duasque, quæ maximæ sunt, in primis amplectitur; animum, et corpus: deinde utriusque partes: nam sunt et in animo præcipua quædam, et in corpore; quæ cum leviter agnovit, tunc[11] discernere incipit, ut ea, quæ prima data sunt natura, appetat, asperneturque contraria. In his primis naturalibus voluptas insit, necne, magna quæstio est.[a] 34. [*p.* 72.] Nihil vero putare esse,[12] præter voluptatem, non membra, non sensus, non ingenii motum, non integritatem corporis, non valetudinem, summæ mihi videtur inscitiæ. Atque ab isto[13] capite

2. habent *sititur*, probante Gœrenzio.—7 E ξ *pueros.* Paulo post, *in quo tantum* scribitur in E. Denique *Quid igitur* ξ χ ψ, edd. ante Lamb. et Grut.

Cap. XI. 8 *Curvatum* ξ et Weg.—9 *Sed nata prava* susp. Davis. Tum pro *nec vero*, χ, Gud. 1. 2. Weg. cum aliis, habent *nec ergo*: N et Spir. *nec vere.* Pro *expetat* Ms. χ præbet *expectat.*—10 *Ut seipsum* ed. Vict. Mox *simul ortum est* E ξ: *ut simul ortum*, omisso *est*, χ. Post voc. *duasque*, Manut. et Lamb. addunt *res*: et post *animum* ed. Crat. et Vict. inserunt *scilicet*. Tum pro *deinde* Ms. E habet *et de eodem*; χ *de eodem*. Deinde *et in anima* E ξ.—11 *Tum* N et Spir. cum edd. Gœrenz. Schutz. et Orell. In Ms. E *dum discernere incipit, ut ea, postea data, &c.* in ξ *tunc discernere inquit, incipit, ut ea, postea data, &c.* Verbum *data* cancellis compescitur a Gœrenzio, deletur a Schutzio. Ms. Weg. præbet *lata*, Eliens. *dicta*. Gud. 2. ignorat proximum verbum *sunt*: qui Ms. paucis post, habet *et asperneturque*. Verbum *est*, post *quæstio*, omittitur in Ms. χ.—12 Brem. conjecit *inesse*. Tum E ξ *et non membra*. Mox tres codd. Gœrenzii, et alii nonnulli ignorant verba *non valetudinem*: χ ψ exhibent *non valetudinem corporis*. Statim infra, in χ *summe mihi videtur justitiæ*: in E *summæ mihi videntur inscitiæ.*—13 *Ab ipso* ed. Vict. Mox *et jam ante*

NOTÆ

[a] *Magna quæstio est*] Quam copiose disputat Aphrodisiensis l. IV. ἀπορι-ῶν καὶ λύσεων. Concludit autem non actionem propter voluptatem, sed voluptatem propter actionem esse.

Digitized by Google

fluere necesse est omnem rationem bonorum et malorum. Polemoni, etiam ante Aristoteli, ea prima visa sunt,[o] quæ paulo ante dixi. Ergo nata est sententia veterum Academicorum[p] et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent, secundum naturam vivere; id est, virtute adhibita, frui primis a natura datis. Callipho ad virtutem nihil adjunxit, nisi voluptatem: Diodorus, nisi vacuitatem doloris. His omnibus, quos dixi,[14] consequentes sunt fines bonorum. Aristippo simplex voluptas: Stoicis, consentire[q] naturæ; quod esse volunt e virtute, id est, honeste[15] vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quæ natura evenirent, eligentem ea, quæ essent secundum naturam, rejicientemque contraria. 35. Ita tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi, vel Epicuri;[16] alter Hieronymi; Carneadis tertius: tres, in qui-

Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *etiam et ante* χ: *et ante*, omisso *etiam*, codd. nonnulli, cum edd. Mars. Crat. Vict. Lamb. et Davis. Dein *Ex quo* Brem. e conjectura alicujus apud Lamb. *Hinc ergo* conjecit Lamb. *Eo* Ern. susp. Mox *Calipho* legitur in E. Voc. *nisi* ante *vacuitatem* omittitur in ξ χ ψ, omnibus codd. Gœrenzii, cum edd. Mars. Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell.—14 Rath. maluit legi *quæ dixi*, ut editi quidam servant, Ernestio in his quoque hærente: *quod dixi* χ. Hæc *His . . . bonorum* delenda censet Matthiæ, p. 126.—15 Davis. ex binis Par. et Ms. U *honestate*; Eliens. *cum honestate* referente. Verba *quod ita interpretantur, vivere* desunt in E ξ; qui Mss. paulo infra, cum N, Spir. Gud. 1. edd. ante Davis. et Oliv. habent *eligente ea . . . rejicienteque:* ψ *eligentem ea . . . rejicienteque.*—16 *Vel alius Epicuri* ξ. Deinde pro *Calliphonis* e codd. Gœrenz. Schutz. et Orell. habent *Calliphontis:* E U χ ψ *Caliphontis:* ξ *Calyphontis.* Statim, in E ξ scribitur

NOTÆ

[o] *Ea prima visa sunt*] 'Prima,' seu 'prima a natura data' vocabant isti philosophi primas propensiones nobis a natura inditas.

[p] *Veterum Academicorum*] Veteres Academici et Peripatetici, iidem multis in locis Cicerone dicuntur: quippe ab uno principe Platone profecti. Postea tamen divisi, aliis atque aliis succedentibus scholæ discipulis.

[q] *Stoicis, consentire*] Stoici, dum statuunt summum bonum esse secundum naturam vivere, id aliter atque aliter interpretantur. Zenoni est, secundum virtutem vivere: Chrysippo, vivere ex cognitione eorum quæ natura contingunt: Diogeni Stoico, vivere ex delectu eorum quæ secundum naturam sunt. Quam triplicem interpretationem complectitur hic Cicero: 1. 'Quod esse volunt e virtute, id est honeste vivere; 2. Quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum quæ natura evenirent; 3. Eligentem ea quæ essent secundum naturam.

Digitized by Google

bus honestas cum aliqua accessione, Polemonis, Calliphonis, Diodori: una simplex, cujus Zeno auctor, posita in decore[17] tota, id est, honestate: nam Pyrrho, Aristo, Herillus, jam diu abjecti.[r] Reliqui sibi constiterunt, ut extrema cum initiis[s] convenirent,[18] ut Aristippo voluptas, Hieronymo doloris vacuitas, Carneadi frui principiis naturalibus, esset extremum. XII. Epicurus autem cum in prima commendatione voluptatem[19] dixisset; si eam, quam Aristippus, idem tenere debuit ultimum bonorum, quod ille: sin eam, quam Hieronymus, fecisset idem, ut[20] voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret.

36. Nam, quod ait, sensibus ipsis judicari, voluptatem bonum esse; dolorem, malum; plus tribuit sensibus, quam nobis leges permittunt. Privatarum litium judices sumus: nihil enim possumus judicare,[1] nisi quod est nostri judicii: in quo frustra judices solent, cum sententiam pronuntiant, addere, 'Si quid mei judicii est.'[t] Si enim non fuit eorum judicii, nihilo[2] magis, hoc non addito, illud est ju-

theodori.—17 Ms. Weg. *decoro.* Tum præpositio *in* ante *honestate* apponitur in edd. Junt. Crat. Vict. Manut. Lamb. et Orell. Mox E ξ *constituerunt, ut extrema cum vitiis:* U χ *constituerint, ut extrema cum initiis.*—18 Gud. 2. *conirent.* Denique in E χ *esse extremum.*

Cap. XII. 19 *Voluptatem esse* Lamb. *voluptatem etiamsi*, omisso *dixisset*, E ξ.—20 Pro *ut* in Ms. E scribitur *in*. Deinde negativa particula *non* additur ante *Aristippi* in Eliens. 2. Davis. Lall. Brem. Gœrenz. et Orell. *voluptatem illam in prima*, omisso *Aristippi*, cod. Ursini, Mars. et Schutz.—1 E duo codd. ita edidit Orellius: *permittunt, privatarum litium quum judices sumus. Nihil enim possumus judicare, &c.* Lamb. *permittunt. Privatarum litium quum judices sumus, nihil possumus judicare, &c.* Pal. 1. habet *privarum:* Davis. *pravarum* vel *paucarum* suadet.—2 E ξ *nihil.* Porro negativa particula *non* ante *addito* uncis includitur a Brem. et Orell. Actutum *illud est judicatum. Quid judicant sensus?* Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. de Ern. conjectura: *quid judicat sensus?* Manut. et Lamb. de P. Fabri conjectura: *quid judicatur sensibus?* recepit Lall. de Davisii conjectura. Tum in E ξ scribitur *et ama-*

NOTÆ

[r] *Jam diu abjecti*] Propterea quod rerum omnem delectum abstulerint.

[s] *Ut extrema cum initiis*] Ex singulis vocibus inquit Cicero, philosophi spectandi non sunt, sed ex constantia.

[t] *Si quid mei judicii est*] Illius formulæ judiciorum non meminit Brissonius in formulis, sed istius, 'Videtur.' Ita P. Africanus, Carboni tribuno plebis interroganti quid de morte Tib. Gracchi sentiret, respondit, 'jure cæsum videri.'

Digitized by Google

dicatum, quod judicat sensus: dulce, amarum; lene, asperum; prope, longe; stare, movere; quadratum, rotundum.

37. Quam igitur[3] pronuntiabit sententiam ratio? Adhibita primum divinarum humanarumque rerum scientia, quæ potest appellari rite sapientia; deinde adjunctis virtutibus, quas ratio rerum omnium dominas,[4] tu voluptatum satellites et ministras esse voluisti; quarum[5] adeo omnium sententia pronuntiabit, primum de voluptate, nihil esse ei loci, non modo ut sola ponatur in summi boni sede, quam quærimus, sed ne illo quidem modo, ut ad honestatem applicetur. De vacuitate doloris eadem sententia erit.[6] 38. Rejicietur etiam Carneades: nec ulla[7] de summo bono ratio, aut voluptatis, non dolendive particeps, aut honestatis expers, probabitur. Ita relinquet[8] duas, de quibus etiam atque etiam consideret. Aut enim statuet, nihil esse bonum, nisi honestum; nihil malum, nisi turpe; cetera aut omnino[9] nihil habere momenti, aut tantum, ut nec expetenda nec fugienda, sed eligenda modo aut rejicienda sint: aut anteponet[10] eam, quam cum honestate ornatissimam, tum etiam ipsis initiis naturæ, et totius perfectione vitæ locupletatam videbit. Quod eo liquidius faciet, si perspexerit, rerum inter eas, verborumne, sit controversia.

XIII. 39. Hujus ego nunc auctoritatem sequens, idem[11]

---

rum et asperum, et prope et longe, et stari et moveri, et quadratum et rotundum. Pro *lene* Ern. susp. *læve,* probante Gœrenz.—3 Par. 8. *Æquam igitur;* quam lectionem maluit Davis. Mox pro *sententiam* Ms. E præbet *sententia.* In proximis, nonnulli codd. Gœrenzii *humanarum divinarumque* transponunt.—4 E ξ *dominans.* Pronomen *tu* ante *voluptatum* deest in χ.—5 Lamb. e conjectura dedit *harum,* probantibus Davis. Ern. et Brem. Ms. U habet *quorum.* Voc. *ei* ante *loci* haud invenitur in E ξ. Actutum, pro *sola* χ exhibet *solata.* —6 *Est* in omnibus edd. ante Ern. qui, de Th. Bentl. et Davisii conjectura edidit *erit;* quam lectionem secuti sunt Brem. et Schutz. Verba *De . . . erit* uncis compescuntur a Schutz. de Gœrenz. suspicione. Actutum in Ms. ξ *rejicitur.*—7 *Nec illa* edd. ante Davis. et Oliv. Tum *ratio* deest in χ. Mox in E *voluptate non dolendive:* in ξ *voluptate non dolendi ne.*—8 U *Itaque relinquunt:* E ξ χ ψ *Ita relinquunt.* Paucis post, *Aut vero* in E ξ.—9 *Autem omnino* χ: *autem,* omisso *omnino,* E ξ: qui Mss. delent particulam *ut* ante *nec.*—10 Iidem codd. *aut non anteponet.* In ed. Mars. hic locus ita editus est: *aut anteponet eam, quum hon. orn. tum etiam ips. in. nat. et tot. perf. vitæ locupletam. Quod, &c.*

Digitized by Google

faciam. Quantum enim potero, minuam contentiones: omnesque simplices sententias eorum, in quibus nulla inest[12] virtutis adjunctio, omnino a philosophia semovendas putabo: [*p*. 73.] primum Aristippi, Cyrenaicorumque omnium; quos non est veritum, in ea voluptate, quæ maxime[13] dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere, contemnentes istam vacuitatem doloris. Hi non viderunt, ut ad cursum[14] equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, 40. sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendum, et ad agendum,[15] esse natum, quasi mortalem Deum: contraque, ut tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum et ad procreandi voluptatem, sic hoc[16] divinum animal[u] ortum esse voluerunt: quo nihil mihi videtur absurdius. 41. Atque hæc contra Aristippum, qui eam voluptatem non modo summam, sed solam etiam ducit,[17] quam omnes unam appellamus voluptatem. Aliter autem vobis[18] placet. Sed ille, ut dixi, vitiose: nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat, ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur voluptatibus. Nec vero audiendus Hieronymus,[x] cui sum-

CAP. XIII. 11 *Id* E ξ. Actutum, pro *enim* χ præbet *ego*.—12 Quinque codd. Oxonn. et alii nonnulli, cum P, Junt. Manut. et Lamb. habent *est*. Mox Guyetus maluit legi *quis non est veritum*: E ξ *quos non est veritus*.—13 Omnes codd. et recentiores edd. *maxima*, præter Ern. qui ex edd. vett. dedit *maxime*. Mox pro *Hi* in E legitur *Ii*.—14 *Ad currendum* E ξ, Gud. 1. et Weg. Deinde in E *Aristotiles*.—15 *Intelligendum et ad agendum* P et Junt. *ad intelligendum et agendum* Davis. e Par. 1. *intelligendum et agendum* Crat. Vict. Manut. Lamb. et Grut. *intelligendi et agendi* Gud. 2. *intelligendi et agendi causa* conjecit Gœrenz. Mox in χ *inmortalem Deum*. In E ξ copulativa particula *et* legitur ante *ad pastum*. Præpositio *ad* ante *procreandi* non est in ed. Vict.—16 *Hi hoc* Mss. nonnulli, cum edd. Crat. Vict. et Davis. *sic hi hoc* Eliens. 2. et Ern. ex hoc Ms. et Ursiniano, *sic hoc* edidit. In ceteris edd. *sic* abest. Tum *videtur esse absurdius* P, Crat. Manut. et Lamb. Actutum in E ξ *Atque hoc*. Deinde *non modo summum* in χ.—17 *Solum etiam ducit* χ: *solam etiam dicit* ξ, Ven. 1494. Manut. et Lamb. *solam esse ducit* P.—18 *Alter autem nobis* E: *Alter autem vobis* ξ: *Aliter autem nobis* U ψ. Deinde *ad unam hanc rem* N et Spir. Statim post, *na-*

NOTÆ

[u] *Hoc divinum animal*] Negavit enim Aristippus quicquam, nisi quod adsit præsensque sit, in voluptate numerandum; voluptatesque aut præteritas aut futuras, quas libenter amplectebatur Epicurus, cum illæ jam non sint, hæ nondum adsint, incertæque sint, ad nos nihil pertinere.

[x] *Audiendus Hieronymus*] Peripateticus ille quidem, sed in ea de sum-

Digitized by Google

mum bonum est idem, quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis, nihil dolere: non enim, si malum dolor est,[19] carere eo malo satis est ad bene vivendum. Hoc dixerit potius Ennius,

Nimium boni est, cui nihil est mali.

Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni judicemus: nec eam cessando, (sive gaudentem, ut Aristippus; sive non dolentem,[20] ut hic) sed agendo aliquid, considerandove quæramus. 42. Quæ possunt eadem contra Carneadeum illud summum bonum dici; quod is non tam, ut probaret, protulit; quam ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret.[1] Id autem ejusmodi est, ut, additum ad virtutem, auctoritatem videatur habiturum, et expleturum cumulate vitam beatam: de quo omnis hæc quæstio est. Nam qui[2] ad virtutem[y] adjungunt vel voluptatem (quam unam virtus minimi facit) vel vacuitatem[z] doloris, (quæ, etiam si malo caret, tamen non est summum bonum) accessione utuntur non ita probabili; nec tamen, cur id tam parce tamque restricte faciant, intelligo. Quasi enim emendum eis sit, quod addant ad virtutem, primum vilissimas res addunt: deinde singulas potius, quam omnia quæ prima natura approbavisset, [ea cum voluptate conjungerent.][3] 43. Quæ cum Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, ut, inter optime valere et gravissime ægrotare,[a] nihil prorsus dicerent interesse; recte jampri-

tum esse hominem, ut scilicet frueretur E. Mox in Ms. χ *nihil dolore.*—19 E ξ ψ, Gud. 1. Weg. quatuor codd. Davisii, cum edd. Mars. Ven. 1494. et aliis nonnullis, ignorant *est*. Tum *Hoc dixit* E ξ.—20 *Gaudendo, ut Aris. sive non dolendo* E ξ χ ψ, alii nonnulli, et edd. ante Grut. cum Brem. *gaudentem, aut Aris. sive non dolendo* Ms. U. Deinde, *considerando esse quærimus* E: *considerando esse querimus* ξ. Porro *Carneadium* legitur in ed. Vict.—1 *Opponeretur* edd. Junt. Crat. et Vict. Paulo post, *aditum ad virtutem* Ms. E.—2 *Nam quid* χ. Mox pro *restricte* E præbet *stricte.*—3 Hæc verba, uncis inclusa a Davis. Ern. et Brem. omittuntur in E U ξ χ ψ, cum edd. Lamb. Mars. Gœrenz. et Orell. Actutum, *omnino visa sint* E, ut conjecit Ern. *omnia visa*

NOTÆ

mo bono opinione, a Peripateticis discessit.

[y] *Qui ad virtutem*] Ea fuit sententia Calliphonis.

[z] *Vel vacuitatem*] Quæ Diodori.

[a] *Et gravissime ægrotare*] Cum illa

dem contra eos desitum est disputari. Dum enim in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectione[4] exspoliarent; nec ei quicquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur; virtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. Herillus autem,[5] [b] ad scientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit; sed nec optimum, nec quo vita gubernari possit. Itaque hic ipse jampridem est rejectus: post enim Chrysippum[6] non sane est disputatum. XIV. Restatis igitur vos: nam cum Academicis incerta luctatio[7] est; qui nihil affirmant; et, quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt, quodcumque verisimile videatur. 44. Cum Epicuro autem hoc est plus negotii, quod e duplici genere[c] voluptatis conjunctus est;[8] quodque et ipse, et amici ejus, et multi postea, defensores ejus sententiæ fuerunt: et nescio quomodo (is, qui auctoritatem minimam habet, maximam vim) populus cum illis facit: quos nisi arguimus,[9] omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est. [*p.* 74.] Ita ceterorum sententiis semotis, relinquitur non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate, certatio. Quam quidem certationem homo et acutus

sint ξ.—4 *Ea rerum selectione* χ : *eam rerum selectionem* E ξ : qui Mss. paucis post exhibent *neque enim quicquam.* Tum pro *niteretur* in ψ est *intereretur.*—5 *Aut* in E. Actutum, *unum quidem bonum* Ms. Weg. Mox verba *hic ipse,* ante *jampridem,* desunt in E ξ.—6 *Post Chrysippum enim* ed. Lamb. Vocc. *contra eum,* vel *in eum,* hoc loco excidisse putabant Davis. et Ern.

CAP. XIV. 7 *Academis certa luctatio* E : *Achademis certa luctatio* ξ : *Academicis uncta luctatio* Pal. 1. probante Grut. Tum *id est, sequi volunt* in χ. Paulo infra, *hoc plus negotii est* Gud. 1. Weg. cum Mars. et Crat. *hoc plus est negotii* ed. Vict. Actutum, præpositio *e* ante *duplici* non est in E ξ : P. Manut. et Lamb. legunt *ex duplici.*—8 *Convictus est* ξ. Mox *et enim nescio* ψ. Tum in ed. Vict. *cum illis populus facit:* in edd. Junt. et Crat. *cum illis populis facit.*—9 E codd. nonnullis Gœrenz. dedit *redarguimus,* quem secuti sunt Schutz. et Orell. *redarguamus* E ξ, et Gud. 2. Paucis post, pro *deserenda* χ habet *desideranda.* Mox *Itaque ceterorum sententiis remotis* E : *Itaque est.*

NOTÆ

duo nec virtus nec vitium sint, inter utrumque nihil interesse asserebant, et ἀδιάφορον esse docebant, habebantque pro nihilo quicquid inter vitium virtutemque interjectum esset.

[b] *Herillus autem*] Summum bonum esse putant, eo referre omnia, ut cum scientia vivas, et ignoratione non decipiaris. Plut. Quam Herilli sententiam egregie refellit Lactantius.

[c] *E duplici genere*] Hieronymi indolentiam cum Aristippi motione sensuum jucunda conjunxit.

Digitized by Google

et diligens, Chrysippus, non contemnit; totumque discrimen summi boni in eadem comparatione [10] positum putat. Ego autem existimo, si honestum aliquid ostendero, quod sit ipsum vi sua,[d] propter seque expetendum, jacere vestra omnia. Itaque eo, quale sit, breviter, ut tempus postulat, constituto, accedam ad omnia tua,[11] Torquate; nisi memoria forte defecerit.

45. Honestum igitur id intelligimus, quod tale est, ut, detracta omni utilitate, sine ullis præmiis fructibusque, per se ipsum possit jure laudari. Quod quale sit, non [12] tam definitione, qua sum usus, intelligi potest, (quanquam aliquantum potest) quam communi omnium judicio, et optimi cujusque studiis atque factis; qui permulta ob eam unam causam [13] faciunt, quia decet,[e] quia rectum, quia honestum est; etsi nullum consecuturum emolumentum vident. Homines enim, etsi aliis multis, tamen hoc uno a bestiis plurimum differunt, quod rationem habeant [14] a

sent. semotis ξ. Copulativa particula ante *acutus* non est in E ξ.—10 *In eam rerum comparationem* Nonius Aldi in voc. 'Discrimen:' *in eadem rerum comparatione* Nonius Merceri, p. 282. Morel. in Lemmate: *in earum rerum comparatione* Med. Davisii, ipso probante: *in earum compositione* E ξ. Mox post *aliquid*, Gœrenz. e codd. nonnullis, inseruit verbum *esse*, quem Schutz. et Orell. secuti sunt. In E ξ scribitur *aliquod ostendero, quid sit ipsum vi* (E *in*) *sua, &c.* Statim post, *propterque se* Manut. et Lamb.—11 *Ad omnia via* N et Spir. cum edd. Gœrenz. et Orell. *ad omnia tua via* Schutz. Actutum, in cod. Morel. *nisi ubi memoria forte defecerit:* in ed. P *ubi memoria forte defecerit, tuum est, ut suggeras:* in χ ψ, Crat. Vict. Manut. et Lamb. *ubi si* (*me* addunt Manut. et Lamb.) *memoria forte defecerit, tuum est, ut suggeras:* in E ξ *ubi si memoria forte deficeret, tuum est, ut suggeras.* Statim, pro *id*, quod deletur in E, Ms. ξ habet *ut*. Mox pro *ullis* Schutz. edidit *illis*, errore typographico, ut ait Orellius. Tum *fructibusve* legitur in codd. multis, et in edd. P, Crat. Vict. Grut. Gœrenz. Schutz. et Orell.—12 Negativa particula *non* deest in E ξ. Paulo post, *communium omnium jud.* E U. Actutum, pro *optimi* χ habet *optimis.*—13 *Ob, eam causam unam* N, Spir. et Weg. cum edd. P, Gœrenz. Schutz. et Orell. *ob eam ipsam unam causam* E: *ob eam c. miam* Gud. 2. *ob eam causam una* Mars. Post *causam* χ ψ addunt *misericordiam.* Ven. 1494. *unam* plane ignorat. Vrebum *est*, post *honestum*, deest in E ξ. Actutum in ξ *consecutorum:* in ψ *consecutum.* Tum, *etsi multis aliis* edd. vett. ante Grut.—14 *Habent* e codd. suis Gœrenz. quem secuti sunt Schutz. et Orell. ut Ern.

NOTÆ

[d] *Quod sit ipsum vi sua*] Honestum Epicurus propter voluptatem expetendum esse aiebat; qui igitur honestum propter se expeti demonstret, is Epicuri doctrinam evertat.

[e] *Quia decet*] Honestum Plato definit ἀγαθὸν τὸ αὑτοῦ ἕνεκεν· Aristoteles, δι' αὑτὸ αἱρετόν· Stoici, τὸ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν συμμετρίαν ἔχον.

Digitized by Google

natura datam, mentemque et acrem et vigentem, celerrimeque multa simul agitantem, et, ut ita dicam, sagacem,[15] quæ et causas rerum et consecutiones videat,[f] et similitudines transferat, et disjuncta conjungat, et cum præsentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ consequentis statum. Eademque ratio fecit[16] hominem hominum appetentem,[g] cumque his natura, et sermone, et usu congruentem; ut, profectus a caritate domesticorum ac suorum, serpat[17] longius, et se implicet, primum civium, deinde omnium mortalium societate;[18] atque, ut ad Archytam scripsit Plato,[h] non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut perexigua pars ipsi[19] relinquatur. 46. Et, quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi,[20] (quod facillime apparet, cum, vacui curis, etiam quid in cœlo fiat, scire avemus) his initiis inducti, omnia vera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia: tum vana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, perjurium, malitiam, injuriam. Eadem[1] ratio habet in se quiddam amplum atque magnificum, ad imperandum[i] ma-

ex conjectura suaserat. Statim post, *a natura menti datam* U ψ, et codd. alii, cum ed. P. *a natura mentemque datam* ξ, edd. Manut. et Lamb. *a natura mentem datam* χ. Particula *et* ante *acrem* deest in E ξ. Tum pro *vigentem* E præbet *ingentem*.—15 Markland. conjecit *satagacem*. Pro *causas* in χ scribitur *causam*.—16 Eliens. 1. 2. cum Crat. Vict. Manut. Lamb. Davis. Brem. et Schutz. habent *facit*.—17 *Currat* E ξ χ ψ, alii nonnulli codd. et edd. vett. ante Grut. *curat* U. Statim post, *imp. prius civium* legitur in E.—18 *Mortalium omnium societate* Gœrenz. solus, qui Ciceronem *mortalium societate omnium* scripsisse judicat: Ms. Weg. præbet *societate mortalium omnium*: Ms. E, et alii codd. cum P et Lamb. *omnium mortalium societati*. Mox *non sibi se solum* Guelf. Tum *et suis* legitur in ed. Lamb.—19 *Sibi* in ξ: qui Ms. statim post, omittit voc. *quoniam*. Pro *natura* χ habet *naturalia*.—20 Spir. N, et Pal. 1. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. *videndi*. Deinde *his nuptiis inducti* χ: *his initiis imbuti* conjecit Lamb. Particula *et* ante *simplicia* additur in E ξ. Pro *fallentia* Lamb. conjecit *fallacia*. In Ms. E legitur *cum vana, falsa, fallentia odimus*. Paucis post, desideratur in N *malitiam*.—1 In χ scribitur *injuriam. Et eadem*. Aetutum, *ad parendum accommodum* conjecit

NOTÆ

[f] *Et consecutiones videat*] Locus hic iisdem pæne verbis de Off. I. expositus est. Depromtus ex Theæteto Platonis.

[g] *Hominem hominum appetentem*] Depromtus itidem ex Platonis epist. ad Archytam.

[h] *Scripsit Plato*] Epistola nona.

[i] *Ad imperandum*] Idem est in Off. 'Hinc veri videndi cupiditati adjuncta est appetitio,' &c. Translatum et illud ex Platone.

Digitized by Google

gis quam ad parendum accommodatum: omnia humana non tolerabilia solum, sed etiam levia ducens: altum quiddam et excelsum,[2] nihil timens, nemini cedens, semper invictum. 47. Atque his tribus generibus honestorum notatis, quartum sequitur, et in[3] eadem pulchritudine, et aptum ex illis tribus; in quo inest ordo, et moderatio. Cujus similitudine perspecta in formarum specie[k] ac dignitate, transitum[4] est ad honestatem dictorum atque factorum: nam ex his tribus laudibus, quas ante dixi, et temeritatem reformidat, et non audet cuiquam, aut dicto protervo aut facto, nocere: vereturque[5] quicquam aut facere aut loqui, quod parum virile videatur.

XV. 48. Habes undique expletam et[6] perfectam, Torquate, formam honestatis, quæ tota his quatuor virtutibus, quæ a te quoque commemoratæ sunt, continetur. Hanc, se tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam aut[7] qualem esse velint, qui honestate summum bonum metiantur. Si enim ad honestatem omnia referantur,[8] neque in ea voluptatem dicant inesse; ait, eos inani voce sonare (his enim ipsis verbis utitur), neque intelligere neque videre, sub hac voce honestatis quæ sit subjicienda sententia. Ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est

Lamb.—2 *Alterum quiddam, excelsum* ψ: *alterum quiddam et excelsum* χ: *altum quiddam, excelsum* U, cum edd. P, Manut. et Lamb. Tum pro *cedens* ξ præbet *credens.*—3 Præpositio *in* omittitur a Lamb. ut volebat Brem. Particula *et* inseritur ante *ordo* in ed. Vict.—4 *Specie ac dignitate, ab hac transitum* Lamb. e conjectura: *a dignitate* legitur in χ, et aliis codd. cum edd. Crat. Vict. et Grut. Paulo post, *Nam ex iis* ed. Vict.—5 *Vereretur que* deest in U. Tum pro *facere* ξ præbet *nocere.* Verba *vereretur que . . facere* haud sunt in E. Actutum, E U ξ χ ψ exhibent *eloqui.* Statim, *quid parum* E U: *qui parum* ξ. Gud. 2. hunc locum ignorat, post *veretur* puncto maximo posito.

CAP. XV. 6 *Atque* Lamb. solus.—7 *Autem* in E. Tum *hi, qui honestate* N et Spir. probante Gœrenz. *qui honestatem* E U ξ χ.—8 Th. Bentl. conjecit *referant.* Statim post, pro *neque* in edd. Manut. et Lamb. legitur *nec.* Mox Davis. conjecit *inanes voces sonare:* Gœrenz. maluit legi *inane sonari:* plures codd. et edd. vett. *voce inani* transponunt. Tum, verba *neque intelligere* gloss-

NOTÆ

[k] *In formarum specie*] Idem in Offic. 'Nec vero illa parva vis naturæ rationisque quod unum hoc animal sentit, quid ordo, quid sit quod deceat,' &c. Repetitum ex Platonis Symposio.

Digitized by Google

populari fama gloriosum;[1] quod, inquit, quanquam voluptatibus quibusdam est sæpe jucundius, tamen expetitur propter voluptatem. [*p.* 75.] 49. Videsne quam sit magna dissensio? Philosophus nobilis, a quo non solum Græcia et Italia, sed etiam omnis barbaria commota est, honestum quid sit, si id non est in voluptate, negat se intelligere; nisi forte illud, quod multitudinis rumore laudetur.[9] Ego autem hoc etiam turpe esse sæpe judico; et, si quando turpe non sit, tamen non esse non turpe, cum[10] id a multitudine laudetur. Quod si sit ipsum per se rectum atque laudabile, non ob eam causam tamen illud dici honestum esse, quia laudetur a multis, sed quia tale sit, ut (vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent) sua tamen pulchritudine esset, specieque, laudabile. Itaque idem, natura victus, cui obsisti non potest, dicit alio loco id,[11] quod a te etiam paulo ante dictum est, non posse jucunde vivi, nisi etiam honeste. 50. Quid nunc, 'honeste,' dicitur?[12] idemne, quod 'jucunde?' ergo ita, non posse honeste vivi, nisi honeste vivatur.[13] An, nisi populari fama?

videntur Gœrenz. et Schutz. Deinde pro *populari* χ præbet *appellari*.—9 N, Spir. Ven. 1494. Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. habent *laudatur*. —10 *Tum non esse non turpe, quum* χ ψ, Pal. 1. Spir. Med. Weg. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. Davis. maluit legi *tamen . . . quod*: Brem. conjecit *tamen . . . quia*, probante Beier. Fragmm. Oratt. p. 204. In Ms. U scribitur *tamen non esse jam turpe, quum*. Verba *Ego autem . . . laudetur* non sunt in E ξ. Tum Ms. E præbet *Quod si fit ipsum et perfectum*: U χ ψ, cum edd. P, Crat. et Vict. *Quod si sit ipsum perfectum*. Paucis interpositis, *tamen* ab N abest, et ejus loco Ven. 1494. *in* dedit. Statim post, *illud vitium honestum esse* legitur in E ξ. Mox, pro *ignorarent* χ ψ præbent *ignorent*. Deinde *pulchr. tua tamen esset* codd. aliqui, cum edd. Mars. et Manut. *sua tamen esset pulchr*. Lamb. et Davis. *pulchr. sua tamen esset* Ms. Weg. Tum in E ξ scribitur *esse speciosum laudabileque*: in ψ *esset specie laudabile*.—11 Voc. *id* deest in E ξ. Deinde *etiam* ante *honeste* ignorat E, cum edd. P, Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. cujus loco Gud. 1. et Weg. *et* præbent.—12 *Dicit* edd. Crat. Vict. Manut. Lamb. Davis. Brem. et Orell. Mox, post verbum *vivi*, copulativa particula *et* additur in E ξ.—13 *Jucunde vivi, nisi jucunde vivatur* conjecit Pearcius. Prius *honeste* abest a Gud. 1. et Weg. Ern. *nisi* ante *honeste* deleri vult, cum alteram ante *populari* probat: *an sine pop. fama* cod. unus Davisii,

NOTÆ

[1] *Populari fama gloriosum*] In eundem sensum definit Epictetus honestum. *Οὕτως ἐχυρὸς γίνεται ὁ Ἐπικούρου λόγους ἀποφαίνων ἢ μηδὲν εἶναι τὸ καλὸν, ἢ ἄρα τὸ ἔνδοξον.*

Digitized by Google

sine ea igitur jucunde negat posse vivi?[14] Quid turpius, quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? Quid ergo hoc loco intelligit honestum? Certe nihil, nisi quod possit[15] ipsum propter se jure laudari: nam si propter voluptatem, quæ est ista laus, quæ possit e macello peti?[m] Non is vir est, ut, cum honestatem eo loco habeat, ut sine ea jucunde neget posse vivi, illud honestum, quod populare sit, sentiat, et sine eo jucunde neget vivi posse; aut quicquam aliud honestum intelligat, nisi quod sit rectum, ipsumque per se, sua vi, sua sponte, sua natura laudabile.[16] XVI. 51. Itaque, Torquate, cum diceres, clamare Epicurum, non posse jucunde vivi, nisi honeste, et sapienter, et[17] juste viveretur, tu ipse mihi gloriari videbare. Tanta vis inerat in verbis, propter earum rerum, quæ significabantur his verbis, dignitatem, ut altior fieres, ut interdum insisteres,[18] ut, nos intuens, quasi testificarere, laudari honestatem et justitiam aliquando ab Epicuro. Quam te decebat iis[19] verbis uti, quibus si philosophi non uterentur, philosophia omnino non egeremus![20] Istorum enim verborum amore, quæ perraro appellantur ab Epicuro, sapientiæ, fortitudinis, justitiæ, temperantiæ, præstantissimis ingeniis homines se ad philosophiæ studium contulerunt.

cum P, Crat. et Lamb. *an cum pop. fama* conj. Davis.—14 Sic Lamb. et sic, de Th. Bentl. et Davis. conjecturis, Ern. Schutz. et Orell. Omnes ceteri *vivere.*—15 Gud. 2. *quod possit* ignorat.—16 U χ, multi alii Mss. et edd. ante Grut. hunc locum ita edidere: *ipsum quod per se sua vi, sua nat. sua sit sponte laudabile:* Gœrenz. e codd. cum Schutz. et Orell. ita transponunt, *sua natura, sua sponte.* Pro *ipsumque* in ψ scribitur *ipsum quod;* et verbum *sit* additur ante *sponte* in E ξ.

CAP. XVI. 17 Particula *et* omittitur in Ms. E. Mox *tu ipsi mihi* in ed. Oliv. Tum præpositio *in* ante *verbis* omittitur in E ξ. Paulo post, *iis verbis* ed. Lamb.—18 *Resisteres* ξ. Deinde E præbet *testificareris.*—19 *His* E et alii codd. cum multis edd. Gœrenz. et Orell.—20 E ξ *indigeremus.* Negativam

NOTÆ

[m] *E macello peti*] Macellum ab A. Omanio Macello, cive Romano, nomen habuit, qui propter multa latrocinia in exilium actus est; publicata ejus bona; ædes ubi habitabat dirutæ; area domus, ubi venire cœperunt merces, macellum vocari cœpit. Ita cum Varrone Vossius, renuente Salmasio.

Digitized by Google

52. 'Oculorum,' inquit Plato,[n] 'est in nobis sensus acerrimus; quibus sapientiam non cernimus. Quam illa[1] ardentes amores excitaret sui, si videretur!' Cur tandem? an quod ita callida est, ut optime possit architectari voluptates? Cur justitia laudatur? aut unde est hoc contritum vetustate proverbium? 'Quicum in tenebris.'[2] [o] Hoc, dictum in una re, latissime patet: ut, in omnibus factis, re, non teste, moveamur.

53. Sunt enim levia et perinfirma, quæ dicebantur a te cum[3] animi conscientia improbos excruciari, tum etiam pœnæ timore; qua aut afficiantur, aut semper sint[4] in metu, ne afficiantur aliquando. Non oportet timidum, aut imbecillo animo fingi; non bonum illum virum, qui, quicquid fecerit, ipse se cruciet, omniaque formidet; sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem, facile ut excogitet, quo modo[5] occulte, sine teste, sine ullo conscio, fallat. 54. An tu me de L. Tubulo[p] putas dicere? qui, cum prætor[q] quæstionem inter sicarios

particulam, *non*, ante *egeremus*, abjici vult Bremius.—1 *Illa* Manut. et Lamb. Deinde *etiam* pro *est* Weg. et Crat. exhibent. Mox in E *an non est hoc et tritum*: ξ *an non verum est hoc et tritum*: χ ψ *an verum est hoc contritum.*—2 E ξ *qui cum intueberis*: ψ, multi codd. cum edd. P, Crat. et Lamb. *quicum in tenebris mices.*—3 Mss. N, Spir. et Weg. cum edd. Crat. Gœrenz. Schutz. et Orell. ignorant *cum*. Voc. *aut*, ante *afficiantur*, deest in ξ.—4 *Afficiuntur aut semper sunt* in omnibus edd. præter Ern. Gœrenz. Schutz. et Orell. qui habent *afficiantur . . . sint*, assentientibus Pal. 1. Spir. N, et Vin. Paucis post, pro *fugi* χ præbet *frugi*. Deinde *et acutum, et versutum, et veteratorem, et facile* scribitur in E ξ.—5 χ ψ, Gud. 1. 2. Weg. cum P, Gœrenz. Schutz. et Orell. ignorant *modo*. Mox χ habet *lucio Tubullo*: E U ψ *L. Tubullo*: ξ *L. Tibullo*.

NOTÆ

[n] *Inquit Plato*] In Phædro. Idem in Off. 'Quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiæ.'

[o] *Quicum in tenebris*] Subaudi *mices*. Is mos est Ciceronis proverbia commemorantis, ut primam unam alteramve vocem proferat. De illo dictum de Off. III. 'Hæc nonne turpe est dubitare philosophos quæ ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est, id quod jam tritum est vetustate proverbium. Cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum esse dicunt quicum in tenebris mices.' Vide plura eo loco.

[p] *De L. Tubulo*] L. Hostilius Tubulus, homo ex omni memoria sceleratissimus et audacissimus. Cic. pro M. Scauro. Cum propter multa flagitia ab exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit. De Nat. Deor. lib. III.

[q] *Qui, cum prætor*] Coss. L. Cæcilio Metello Calvo, et Q. Fabio Maximo

Digitized by Google

exerceret,[6] ita aperte cepit pecunias ob rem judicandam, ut anno proximo P. Scævola,[r] tribunus plebis, ferret ad plebem, vellentne de ea re quæri. Quo plebis-scito,[7] decreta a senatu est consuli quæstio Cn. Cæpioni.[s] [*p.* 76.] Profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus. Erat enim res aperta. XVII. Non igitur de improbo,[8] sed callide improbo quærimus, (qualis Q. Pompeius[t] in fœdere Numantino inficiando fuit) nec vero omnia timente;[9] sed, primum, qui animi conscientiam non curet; quam scilicet comprimere nihil est negotii. Is enim, qui occultus et tectus dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiam, ut dolere alterius improbe[10] facto videatur: quid est enim aliud, esse versutum? 55. Memini me adesse P. Sextilio Rufo,[u] cum is ad amicos rem ita deferret, se esse hæredem

Paulo infra, *inter se sicarios* ψ.—6 *Exercuisset* omnes edd. præter Ern. et Brem. qui e conjectura habent *exerceret*. Paulo post, *vellent nec ne* ed. Vict. Voc. *re,* ante *quæri*, non est in E ξ.—7 *Plebi scito* e duo codd. Gœrenz. quem Schutz. et Orell. secuti sunt. Pro *quæstio* E ξ præbent *quomodo*. Actutum, plerique codd. et edd. ante Manut. habent C. *Scipioni*. Hæc Ern. sic scribi malit: *decreta a senatu consuli quæstione Cn. Cæpioni, profectus est, &c.* Tum pro *Tubulus* E U χ exhibent *Tublus Tibullus*. Denique E ξ *ne respondere ausus*.

CAP. XVII. 8 *Te improbo* χ. Statim post, *sed de callide improbo* E U, et codd. alii nonnulli, cum Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *sed callido improbo* codd. aliqui Grut. *sed de callido improbo* ξ. Tum *a fœdere* χ.—9 Ita, de Lamb. sententia, Davis. et seqq. *timentem* priores, etiam Lamb. 1566. Statim, Manut. et Grut. omittunt particulam *sed*. Mox, *quod animi* E ξ. Tum pro *indicet* E U præbent *judicet*.—10 *Dolere alterius improbe* E: *dolere alterius improbo* Ellens. 2. margo Crat. et Davis. Tum *quid enim est* ed. Vict. Pro *Rufo* E præbet *Ruffo*. Statim, *cum is rem ad amicos ita deferret* tres

NOTÆ

Serviliano.

[r] *P. Scævola*] P. Mucius Scævola, qui an. 620. quo Tib. Gracchus cæsus est, consul, et aliquanto post pontifex maximus fuit.

[s] *Cn. Cæpioni*] Scribit, ad Att. l. XII. ep. 4. Publium hunc Scævolam tribunum plebis fuisse coss. Cæpione et Pompeio. Fuit ille Cæpio frater Q. Fabii Serviliani, in gentem Fabiam adoptati, et Q. Servilii Cæpionis, qui ambo suo quoque tempore coss. fuerunt.

[t] *Q. Pompeius*] Cognomento Nepos, tibicinis, ut tunc creditus est, filius, consul 612. Hispaniamque sortitus, turpe cum Numantinis, a quibus victus fuerat, fœdus pepigit; populi tamen favore non absolutus modo est, sed creatus etiam aliquanto post censor cum Q. Metello Macedonico, qui et ipse plebeius, quod nunquam contigerat. De dolo Pompeii in Numantino fœdere dicetur de Off. III.

[u] *P. Sextilio Rufo*] De illo nihil alibi extat. Is ipse, opinor, est qui

Digitized by Google

Q. Fadio [11] Gallo,[x] cujus in testamento scriptum esset, se ab eo rogatum, ut omnis hæreditas ad filiam perveniret. Id [12] Sextilius factum negabat: poterat autem impune: quis enim redargueret? Nemo nostrum credebat: eratque verisimilius, hunc mentiri, cujus interesset, quam illum, qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. Addebat etiam, se, in legem Voconiam [13] [y] juratum, contra eam facere non audere, nisi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adolescentes, sed et [14] multi amplissimi viri; quorum nemo censuit plus filiæ [15] dandum, quam posset ad eam lege Voconia pervenire. Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem, unde, si secutus esset eorum sententiam qui honesta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponerent, ne nummum quidem unum [16] attigis-

codd. Gœrenzii, et Mars. Voc. *rem* delet Gœrenz. e conjectura, quem sequitur Schutz.—11 *Q. Fabio* E U ξ χ ψ. Paulo post, *se esse ab eo* ed. Vict. Pro *filiam perveniret* E ξ præbent *filium pertineret.*—12 *Is* χ, et ed. Oliv. Postea, pro *credebat*, multi codd. cum Oliv. et edd. ante Davis. habent *negabat*, probante Rath. quam lectionem, de Pearcii sententia, sic distinxit Lallem. *quis enim redargueret? Nemo nostrum. Negabat, &c.* Mox *rogasset scripsisse* E ξ. —13 *Se etiam in legem Voconiam* ed. Vict. *se in legem Vaconiam* E: *se in legem vacaniam* ξ. Pronomen *nos*, post *aderamus*, geminatur in ξ.—14 *Sed etiam* E ξ χ, tres codd. Gœrenzii, cum Mars. Crat. Gœrenz. et Orell.—15 *Plus Fadiæ* codd. multi, cum edd. Vict. Lamb. Davis. Oliv. Gœrenz. et Orell. *plus filio* E ξ. Actutum *ad eum lege Vaconia* E: *ad eum lege vacania* ξ. Post voc. *hæreditatem* in E ξ legitur *bene* in loco *unde.*—16 Alii codd. aliter turbant propter similitudinem ductuum verborum *nummum* et *unum.* Ms. Spir. *ne numum ullum:* N cum Crat. *numum nullum:* Weg. *ne numerum ullum:* Gud. 1. *ne minimum quidem unum.* Ex his codd. vestigiis Gœrenz. e conjectura dedit

NOTÆ

quæstor fuit cum M. Curio, D. Junio Silano et L. Licinio Murena coss. cujus meminit Cic. pro Flacco.

[x] *Q. Fabio* [*Fadio*] *Gallo*] Gratis quidam supplent, *Fadio.* De isto quidem Fabio nihil itidem alibi extat. Memorantur vero M. et Q. Fabii Galli fratres apud Ciceronem Ep. lib. IX. ad Pætum. Marcus a Cicerone commendatur Cælio ædili lib. II. et Papirio Pæto lib. IX. Quintus a Cæsare proscriptus fuit. Ambo forte affines hujus nostri Fabii.

[y] *In legem Voconiam*] Hanc tulit Q. Voconius Saxa, de mulierum hæreditatibus, ne quis census, qui centum millia æris professione detulisset, hæredem relinqueret mulierem supra 25. millia sestertium, neve plus cuiquam legaret, quam ad hæredem hæredesve pertineret. Ea lege nullam sapientius latam a Romanis ait Cæcil. apud Gell. l. XX. c. 1. Primus illi derogavit Augustus. Miror Livium in tam plena illius anni historia de tam celebri lege nihil habere. Vide plura apud eruditum Antonium Augustinum.

Digitized by Google

set. Num igitur eum postea censes anxio animo aut solicito fuisse? Nihil minus; contraque, illa hæreditate dives, ob eamque rem lætus: magni enim æstimabat pecuniam, non modo non contra leges, sed etiam legibus partam: quæ quidem vel cum periculo est quærenda vobis: est enim effectrix multarum et magnarum voluptatum.[17] 56. Ut igitur illis, qui, recta et honesta quæ sunt, ea statuunt per se expetenda, adeunda sunt quævis pericula, decoris honestatisque causa; sic vestris, qui omnia voluptate metiuntur, pericula adeunda sunt, ut adipiscantur magnas voluptates:[18] si magna res, magna hæreditas agetur; cum pecunia voluptates pariantur plurimæ: idemque[19] erit Epicuro vestro faciendum, si suum finem bonorum sequi volet, quod Scipioni, magna gloria proposita, si Hannibalem in Africam[a] retraxisset. Itaque quantum adiit periculum! ad honestatem enim ille[20] omnem conatum suum referebat, non ad voluptatem: sic vester sapiens, magno aliquo emolumento commotus, animi causa, si opus fuerit, dimicabit. 57. Occultum facinus esse potuerit: gaudebit. Deprehensus, omnem pœnam contemnet. Erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad exilium, ad ipsum etiam dolorem; quem quidem vos, cum improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis; cum sapientem semper

ne numulum. Actutum, U χ, Gud. 2. et Ven. 1494. *eum* ignorant post *igitur*. Contra vero transponunt Gud. 1. *censes eum postea:* Mars. *postea censes eum:* unde Gœrenz. volebat *Eum igitur postea censes, &c.* Tum pro *æstimabat* E U præbent *existimabat:* χ *estimabit*. Negativa particula post *modo* deest in E. —17 *Magnarum cupiditatum vel voluptatum* E ξ. Mox, *eaque statuunt* ed. Vict. Voc. *ea* omittitur in Gud. 1. Ante *adeunda* E ξ addunt copulativam particulam *et:* qui Mss. paulo infra habent *sic e vestris*.—18 *Magnas res* χ.—19 *Idem* Weg. et alii codd. cum Manut. Lamb. et Oliv. Tum in E *nostro faciendum*. Paulo post, Davis. ex Eliens. 1. *quantum periculorum*, eumque secutus est Bremi.—20 *Illum* ξ et codd. plerique, cum edd. P, Grut. et Gœrenz. Mox, pro *animi causa*, E U ξ χ ψ, alii codd. cum P, Crat. Davis. Lall. et Brem. habent *cum causa:* Lamb. *cum casu:* Creuzer. ad Plotin. de Pulchro, p. LXXXIV. conjecit *immani cum campa.* Paulo post, verba *ad exilium* omittuntur in ed. Gœrenz. errore typographico, ut ait Orellius. Denique, pro *impatibilem*, tres codd. Gœrenz. præbent *impetibilem:* E ξ *importabilem*.

NOTÆ

[a] *Si Hannibalem in Africam*] Notum Italia exire coëger it, translate videest quibus artibus Scipio Hannibalem licet bello in Africam.

boni plus habere vultis, tolerabilem. XVIII. Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe[1] faciat, verum etiam præpotentem: ut M. Crassus fuit,[a] qui tamen solebat uti suo bono; ut hodie est noster Pompeius,[b] cui recte facienti gratia est habenda: esse enim quamvis vellet justus, iniquus poterat impune.[¶][2] 58. Quam multa vero injuste fieri possunt, quæ nemo possit reprehendere![3] Si te amicus tuus moriens rogaverit, ut hæreditatem reddas suæ filiæ, nec usquam id scripserit, ut scripsit Fadius,[c] nec cuiquam dixerit; quid facies? Tu quidem reddes:[4] ipse Epicurus fortasse redderet; ut Sex. Peducæus,[d] Sex. F. is, qui hunc nostrum reliquit,[e] effigiem et humanitatis et probitatis suæ, filium, tum doctus, tum omnium vir optimus, et justissimus, cum sciret nemo, eum rogatum a C. Plotio,[5]

[¶] *Quamvis enim velit esse justus, poterat tamen impune esse iniquus.*

CAP. XVIII. 1 *Improbe aliquid* Gud. 1. 2. et Weg. cum edd. Crat. et Vict. Voc. *aliquid* suspectum est Gœrenzio. Tum pro *præpotentem* χ et Gud. 2. præbent *impotentem*. Mox pro *tamen* in E scribitur *tam*. Th. Bentl. conjecit *bene uti bono suo*.—2 *Esse enim quam vellet iniquus, poterat impune* codd. Gifanii, N, et Spir. cum Gœrenz. et Orell. nisi quod pro *quam* Gœrenz. edidit *quamvis*: Pal. 1. *esse enim quam vellet iniquus, justus, poterat impune*. Schutz. e cod. Eliensi, *esse enim quamvis* (cod. Eliens. *quam*) *vellet iniquus et injustus, poterat impune*: Lamb. e conjectura dedit *esse enim quamvis velit justus iniquus, poterat impune*: χ habet *est enim quamvis vellet iniquus injustus poterat impune*. Pro *quamvis* U habet *quoniam*; et pro *vellet* ed. Oliv. præbet *velit*.—3 Davis. maluit legi *deprehendere*, probante Gœrenzio. Mox *nec usquam scripserit Fabius* ξ. Pro *ut scripsit* χ habet *ut scripserit*: qui Ms. cum E, præbet *Fabius*.—4 Davis. et Ern. conjecerunt *redderes ... faceres ... redderes*. Pro *facies* Mannt. et Lamb. habent *facias*. Mox in Ms. E legitur *fortasse reddet*: qui Ms. cum ξ, paulo infra præbet *quem hunc nostrum*. Voc. *suæ*, post *probitatis*, deest in χ.—5 *C. Plautio* ed. Lamb. Deinde in Ms. E

NOTÆ

[a] *M. Crassus fuit*] Cognomento Dives. De quo nos sæpe.

[b] *Noster Pompeius*] Magnus.

[c] *Ut scripsit Fadius* [*Fabius*] Gallus, de quo modo.

[d] *Sex. Peducæus*] Quem fortissimum et innocentissimum virum Cic. vocat Verrina IV. Prætor in Sicilia per biennium 677. et 678. ubi quæstor ejus Cicero fuit, ut ipse in Bruto scribit.

[e] *Hunc nostrum reliquit*] Amicum Ciceronis ob necessitudinem paternam; bis prætorem, primum more majorum, iterum Cæsaris jussu. Prima quidem prætura non se bello immiscuit, sed Romæ mansit, curamque, dubiis illis temporibus, uxoris et filiæ Ciceronis cum Attico gessit. Cic. ad Att. lib. VII. epist. 12.

Digitized by Google

equite[f] Romano splendido, Nursino,[g] ultro ad mulierem venit, eique nihil opinanti viri mandatum exposuit, hæreditatemque reddidit. [*p.* 77.] Sed ego ex te quæro, (quoniam idem tu certe fecisses) nonne intelligis,[6] eo majorem vim esse naturæ, quod ipsi vos, qui omnia ad vestrum commodum, et (ut ipsi dicitis) ad voluptatem referatis, tamen ea faciatis,[7] e quibus appareat, non voluptatem vos, sed officium sequi? plusque rectam naturam, quam rationem pravam valere? 59. Si scieris, inquit Carneades, aspidem occulte latere uspiam, et velle aliquem imprudentem[8] super eam assidere, cujus mors tibi emolumentum factura[9] sit; improbe feceris, nisi monueris, ne assideat; sed impune tamen; scisse enim te quis coarguere possit?[10] Sed nimis multa. Perspicuum est enim, nisi æquitas, fides, justitia proficiscantur a natura, et si omnia hæc ad utilitatem referantur, virum bonum non posse reperiri. Deque his[11] rebus satis multa in nostris de Republica libris[h]

splendino, Nursino: in χ *splendido, mursino*. Tum E *nihilo opinanti*.—6 *Nonne intelligas* Mss. Spir. N, et Weg. cum edd. vett. quibusdam, Oliv. Gœrenz. et Orell. *non intelligis* E ξ.—7 *Refertis, tamen ea facitis* Lamb. solus. Mox *pravam rationem* ed. Vict. Voc. *occulte* non est in E ξ.—8 *Imprudentem aliquem* ed. Crat. *Aliquem* omittitur in U χ ψ, cum edd. P, Vict. et Manut. Statim, *super eam* desunt in E ξ: χ præbet *propter eam*.—9 *Emolumento factura* E ξ: *emolumentum factum* ψ: *emolumentum futura* codd. nonnulli, Vict. Grut. et Davis. *emolumento futura* Lamb. et Oliv. Deinde pro *impune*, U χ ψ, et alii codd. cum Davis. Brem. Gœrenz. et Schutz. exhibent *impunite*.—10 *Sed impune tamen id te constat fecisse: quis enim coarguere possit* U ψ, P, Vict. et Manut. *sed impune tamen ad te constat fecisse: quis enim coarguere possit* χ: *sed impune tamen id te constat facturum fuisse: quis enim coarguere possit* Lamb. Pro *possit* Gud. 1. habet *posset*, ut volebat Ern. Mox, Mss. Weg. et Gud. 1. *justitia, fides*: iidem paulo post transponunt *hæc omnia*. Tum in ξ *non posse reperire*.—11 *Sed de his* E U ξ χ ψ, alii Mss. et edd. ante Grut. Voc. *satis* omittitur in E ξ.

NOTÆ

[f] *C. Plotio, equite*] Incertum an is ipse sit C. Plotius Varus quem Tullius in Orat. pro L. Flacco virum primarium appellat, et quem Appianus in Mithridaticis, et L. Florus aiunt bello Piratico Siculo legatum præfuisse. Porro Plotii, Plautii, et Plutii sunt ejusdem gentis nomina. Quanquam si rem accurate distinguas, Plautia gens est consularis, Plotius vero cognomen est gentis et Cæliorum et Munatiorum.

[g] *Nursino*] Nursia, urbs alias in Sabinis, nunc in Umbria ad amnem Freddaram, non longe ab antro Sibyllæ. Hinc Nursinus nomen gentis. Martial. lib. XIII. epigr. 17. 'Nursinas poteris parcius esse pilas.'

[h] *De Republica libris*] De quibus hæc ipse Cic. alibi: 'His libris annume-

Digitized by Google

sunt dicta a Lælio. XIX. 60. Transfer idem ad modestiam, vel temperantiam,[12] quæ est moderatio cupiditatum, rationi obediens. Satisne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat? an est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiam si nulla comitetur[13] infamia? Quid fortes viri? voluptatumne calculis subductis,[i] prælium ineunt, sanguinem pro patria profundunt, an quodam animi ardore atque impetu concitati? Utrum tandem censes, Torquate, Imperiosum illum,[k] si nostra verba audiret, tuamne de se orationem libentius auditurum fuisse, an meam; cum ego dicerem, nihil eum fecisse sua causa,[14] omniaque reipublicæ, tu, contra, nihil, nisi sua? Si vero id etiam explanare velles, apertiusque diceres,[15] nihil eum fecisse, nisi voluptatis causa, quo modo eum tandem laturum fuisse existimes? 61. Esto: fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas utilitates (malo enim dicere,[16] quam volup-

CAP. XIX. 12 Gud. 2. omisit *vel temperantiam*, non improbante Gœrenz. *vel cupiditatum temperantiam* legitur in Spir. et N. Pro *temperantiam* E ξ præbent *moderantiam*. Tum *moderatio est cupid.* ed. Vict. *Satisne igitur* scribitur in E ξ: qui Mss. paulo infra, pro *libidini* exhibent *pudori*. Mox *num est aliquid* optat Ern.—13 *Committentur* χ. Deinde ex Eliens. 2. copulativam particulam *et*, ante *sanguinem*, addit Davis. Ms. ξ præbet *et pro patria sanguinem fundunt*. Pro *concitati* χ habet *excitati*.—14 *Nihil eum fecisse sui causa* Weg. et Gud. 1. *eum nihil fec. sua causa* ed. Vict.—15 *Velles apertius, diceres* edd. ante Grut. Mox, ξ et alii codd. cum edd. Crat. Lamb. et Gœrenz. habent *existimas*, haud probante Orellio.—16 *Sic malo enim dicere* suspicabatur Davis. *malo enim ita dicere* conjecit Brem. Paulo post, voc. *ejus*, ante *collega*, omittitur a Gœrenz. e codd. nonnullis: *collega ejus* legitur a

NOTÆ

randi sunt sex de rep. quos tunc scripsimus, cum gubernacula reip. tenebamus: magnus locus, philosophiæque proprius, a Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime.' Quanti libros illos ipse faceret Tullius, vide Gruterum sub finem tomi IV. ubi collegit eorum fragmenta Ciceronisque de iis judicium.

[i] *Calculis subductis*] Calculi, Græce ψῆφοι, sunt lapilli, quibus Romani utebantur et ad suffragia; unde passim apud Cicer. ψήφισμα pro decreto senatus, et ad computa numerorum. Numeris autem maxime operam dederunt Romani, quod ea arte accuratam exactamque ingenii rationem acquiri crederent. Quare cum Thraces ad quatuor tantum numerarent, Græci et barbari ad decem, Romani veteres ad centum millia, Plinii temporibus nullus in numerando finis fuerit. Arist. Problem. lib. XV. cap. 3. Plin. lib. XXXIII. cap. 10.

[k] *Imperiosum illum*] De quo supra.

Digitized by Google

tates, in tanto præsertim viro): num etiam ejus collega[l] P. Decius, princeps in ea familia consulatus, cum se devovebat, et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat,[17] aliquid de voluptatibus suis cogitabat? nam ubi eam caperet, aut quando, cum sciret confestim[18] esse moriendum, eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putat? Quod quidem ejus factum nisi esset jure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu suo filius:[m] neque porro ex eo natus,[n] cum Pyrrho bellum gerens, consul cecidisset in prælio, seque e continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuisset.[19] 62. Contineo me ab exemplis. Græcis hoc modicum est: Leonidas,[o] Epaminondas,[p] tres aliqui, aut quatuor. Ego, si nostros colligere cœpero, perficiam illud quidem, ut se virtuti tradat constringendam voluptas. Sed

Schntz. e codd. Spir. et N.—17 *Devoveret ... irruebat* Grut. Brem. Gœrenz. et Orell. *devoveret ... irrueret* Manut. et Lamb. *devoverat ... irruebat* ausp. Davis. Mox, *cogitavit, ubi ut eam caperet* E ξ. *cogitabat? ubi autem caperet* edidit Lall. de Davisii conjectura. Pro *nam ubi* Par. 1. 3. exhibent *nisi ut;* Pal. 1. *ubi ut.*—18 *Sibi confestim* Lamb. e conjectura. Actutum, pro *peteret* E ξ præbent *caperet.*—19 E ξ *tribuisset.* Tum pro *aliqui* ψ *alii*, ut Ursinus ex

NOTÆ

[l] *Ejus collega*] An. 413.

[m] *Quarto consulatu suo filius*] Gesta res est in agro Sentinate, pugnantibus hinc Romanis, inde Gallis, Samnitibus, et Umbris. P. Decius, declinante cornu suo, medios in hostes irrumpens occubuit. Quare redeunte Romanis animo, restaurata est de integro pugna, Gallique ad internecionem occisi.

[n] *Porro ex eo natus*] P. Decius Mus, qui Pyrrhicus inde appellatus est: idem ejus facinus refert, Tuscalan. quamvis Plut. Flor. Entrop. illud omnino prætereant. Zonaras quidem lib. II. Annal. scribit paratum eum fuisse ad se devovendum, eaque fama territos hostes; occubuisse autem in prælio non tradit. Res ad Asculum contigit, ubi dubio eventu ad noctem neque armis concursum est. Pyrrhus saucius e prælio a suis elatus, postridie pugnam restituit, elephantorumque præsidio vicit. Ibi fœdus cum Pœnis quarto renovatum est.

[o] *Leonidas*] Rex Spartiatarum fortissimus, qui ad Thermopylas super Persarum stragem victor corruit. Sed de illo postea. Multas ejus sententias de contemnenda morte refert Plut. in Apophth. Lac.

[p] *Epaminondas*] Solennis illi ea vox fuit: *ὁ ἐν τῷ πολέμῳ θάνατος ἐστι κάλλιστος.* Thebanorum decus: invictos ad id tempus Lacedæmonios apud Leuctra et Mantineam superavit.

Digitized by Google

dies me deficiet: et, ut A. Varius,[20 q] qui est habitus judex durior, dicere consessori solebat, cum, datis testibus, alii tamen citarentur, 'Aut hoc testium satis est, aut nescio, quid satis sit;' sic a me satis datum est testium.[1] Quid enim? te ipsum, dignissimum majoribus tuis, voluptasne induxit, ut adolescentulus eriperes[r] P. Sullæ consulatum? quem cum ad patrem tuum[s] retulisses, fortissimum virum, qualis ille vel consul, vel civis, cum[2] semper, tum post consulatum fuit! quo quidem auctore, nos ipsi ea gessimus, ut omnibus potius quam ipsis nobis consuluerimus.[3]

63. At quam pulchre dicere videbare, cum ex altera parte ponebas cumulatum[4] aliquem plurimis et maximis

suo codice volebat, atque Crat. in margine refert: Gud. 1. *reliqui*.—20 *A. Varus* ed. Vict. Statim post, verbum *est* omittitur in E ξ. Mox *confessori* χ ψ: et paulo infra voc. *tamen* deest in ξ. Pro *citarentur* in ξ ψ. scribitur *sciscitarentur*.—1 *Satis testium est datum* Lamb. *satis testium est dictum* edd. ante Lamb. *satis dictum est testium* E U ξ χ ψ. Statim post, voc. *enim* deest in E ξ.—2 E ξ *tum*. Paucis infra, pro *consulatum*, E præbet *filium*, ξ *consilium*.—3 *Ipsis nobis consuleremus* Gud. 1. et ξ: *ipsi nobis consuluerimus* conjecit Lamb.—4 *Cum ululatum* E; qui Ms. cum ξ, infra præbet *beatior ut foret*. Denique, verba *summum malum esse dolorem* haud sunt in ed. Mars.

NOTÆ

[q] *A. Varius*] E gente Varia, plebeia, e qua fuit quoque Q. ille Varius, quem Hybrida cognomine vocarunt, propter obscurum jus civitatis; fuit ille Q. Hispanus vastus et fœdus homo, seditiosus et importunus, Cic. Val. et Pediano testibus. Magnam tamen in civitate gratiam eloquentia sua consecutus est, Cic. in Bruto. Tardius propter obscuritatem ad magistratus venit, Cic. De Orat. I. Tribunus plebis legem tulit de majestate, qua ipse damnatus est et in exilium pulsus. Val. Max. lib. VIII. cap. 6.

[r] *Ut adolescentulus eriperes*] Comitiis consularibus eo anno a L. Volcatio Tullo habitis consules designati P. Autronius Pætus, et P. Cor. Sulla. Verum hos ambitus accusarunt lege Calpurnia, damnaruntque L. Cotta et L. Torquatus, eumque magistratum alter ad se, alter ad patrem transtulit. Asconius. Sallust. Dio. Quod Torquati facinus laudat quoque pro L. Sulla in extrema oratione.

[s] *Ad patrem tuum*] L. Manlium Torquatum, qui præfuit Macedoniæ, Cicerone consule, eoque referente imperator appellatus est. Cum L. Aurelio Cotta consul 688. De illo hoc est Ciceronis judicium, in Bruto: 'In dicendo eloquens, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus, et πολιτικός: præterea erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam et reconditæ; divina memoria; summa verborum et gravitas et elegantia,' &c.

Digitized by Google

voluptatibus, nullo nec præsenti nec futuro dolore; [p. 78.] ex altera autem, cruciatibus maximis, toto corpore, nulla nec adjuncta nec sperata voluptate; et quærebas, quis aut hoc miserior, aut superiore illo beatior foret; deinde concludebas, summum malum esse dolorem, summum bonum voluptatem? XX. L. Thorius[5] Balbus[t] fuit, Lanuvinus;[u] quem meminisse[x] tu non potes. Is ita vivebat, ut nulla tam exquisita posset inveniri voluptas, qua non abundaret. Erat et cupidus voluptatum, et cujusvis generis ejus intelligens et copiosus; ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana contemneret; ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob rempublicam interfectus.[6] [y] 64. Cupiditates non Epicuri divisione finiebat, sed sua satietate.[s] Habebat tamen rationem valetudinis: utebatur iis exercitationibus, ut ad cœnam et esuriens[7] et sitiens veniret; eo cibo, qui et suavissimus esset, et idem facilli-

[s] *Cupiditatibus fines constituebat, non juxta divisionem Epicuri, sed juxta satietatem suam.*

Cap. XX. 5 Ed. Oliv. omittit prænemen *L.* Ms. ξ habet *L. Thorus:* χ ψ *L. Torius.* Pro *Lanuvinus* E ξ habent *Latinus,* χ *laniuinus.* Tum *tu meminisse* legitur in ed. Lamb. Verbum *cujusvis* deest in E ξ: *cujusvis ejus generis* ed. Vict. Ante *sacrificia* copulativa particula *et* additur in edd. Mars. Gœrenz. et Schutz.—6 *Ut macie fit ob remp. interfecturus* ξ: *ut in acie fit ob remp. interfecturus* E. Mox pro *rationem* χ ψ habent *ratione.* Tum *his exerc.* E, et multi alii codd. cum Mars. Crat. Gœrenz. et Orell.—7 *Cœnam exsuriens* E: *cœnam exuriens* ξ. Deinde *ad coquendum* E ξ χ. Post *vino,* ed.

NOTÆ

[t] *L. Thorius Balbus*] E gente Thoria, plebeia; cujus, cum tribunus plebis esset, reperitur denarius argenteus cum effigie Junonis Sospitæ, qualis Lanuvii celebratur, cum pelle caprina, et tauro insultante. 'M. Pisoni et C. Macro ætate æqualis, ingenio parvo, sed multo labore, et quoquo modo poterat sæpe dicebat; itaque paucæ centuriæ ad consulatum ei defuerunt.'

[u] *Lanuvinus*] E Lanuvio, Ital. *Indovina,* urbe olim, nunc pago Latii, Via Appia: ab urbe Roma 16. millia passuum distat.

[x] *Quem meminisse*] Adolescentulus erat L. Torquatus cum L. Sullæ consulatum eripuit. Decennio autem ante tribunus plebis fuit Thorius; quare si mox post tribunatum mortuus est, vidisse eum potest Torquatus adhuc puer, meminisse non potest.

[y] *Sit ob remp. interfectus*] Hic nodus est. Quando enim interfectus est qui tribunus plebis fuerat? sane tum cum prætora ut consul; post tribunatum enim vix arma tractabant Romani; consulem autem eum fuisse aut prætorem nuspiam legitur.

Digitized by Google

mus ad concoquendum; vino, et ad voluptatem, et ne noceret. Cetera illa adhibebat, quibus demtis [8] negat se Epicurus intelligere, quid sit bonum. Aberat omnis dolor; qui si adesset, nec [9] molliter ferret; et tamen medicis plus quam philosophis uteretur. Color egregius, integra valetudo, summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate. 65. Hunc vero beatum ratio quidem vestra sic cogit. Ego,[10] huic quem anteponam, non audeo dicere: dicet pro me ipsa virtus; nec dubitabit isti vestro beato M. Regulum anteponere.[1] Quem quidem, cum, sua voluntate,[11] nulla vi coactus, propter fidem quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset, tum ipsum, cum vigiliis et fame cruciaretur, clamat [12] virtus beatiorem fuisse, quam potantem in rosa [2] Thorium. Bella magna gesserat; bis [13] consul fuerat; triumpharat: nec tamen sua illa superiora tam magna neque tam præclara ducebat,

Vict. omittit copulativam particulam *et*.—8 *Quibus despretis* E: *quibus dispretis* ξ. Statim, pronomen *se*, post *negat*, deest in E ξ. Mox, *quid sit summum bonum* scribitur in ξ.—9 *Nec* delendum censet Brem.—10 *Hunc vos beatum; ratio quidem vestra sic cogit: ego, &c.* Orell. ut volebat Gœrenz. item Davis. Lall. Brem. et Schutz. nisi quod hi habent *At ego,* de Bentl. conjectura: *vos* est ex plerisque codd. *Hunc vero beatum oratio vestra sic cogitat. Ego, &c.* edd. ante Davis. Voc. *quidem* omittitur quoque in E ξ. Statim, *hunc quem* ψ: *quem huic* omnes codd. Gœrenz. præter Gud. 2. Mox pro *dicet* Grut. legit *dicit:* in Ms. N scribitur *licet*.—11 *Voluptate* χ. Tum *præter fidem* multi Mss. cum edd. Vict. Manut. Grut. Oliv. Gœrenz. et Orell. Mox, pro *tum ipsum* Davis. e Pal. 1. dedit *cum ipsum:* E ξ habent *tum cum ipsum*.—12 *Clamabat* in ξ. Mox *potestatem in rosa Thorium* E: *potestatem in rosathorum* ξ: *potestatem in rosa torium* χ: *potantem in rosa torium* ψ. Post *bella,* voc. *is* additur e conjectura a Lambino, quem secutus est Oliv.—13 *Gesserat his bis* P. *gesserat is; bis* Vict. et Manut. *gesserat. Is bis* E U ξ. Paulo post, *sua superiora illa* codd. nonnulli, cum edd. P, Crat. Vict. Davis. et Orell. Mss. Spir. et N *illa sua superiora* præbent: Ms. Weg. cum Gœrenz. et Orell. ignorant *sua*. Tum *nec tam præclara* Ms. E, et edd. ante Grut.

NOTÆ

[1] *M. Regulum anteponere*] M. Attilius Regulus, post gravissimas Carthaginiensibus clades illatas, insidiis Asdrubalis et Xantippi Lacedæmoniorum ducis captus est. Mox, Carthaginiensibus insigni ad Panormum clade attritis, missus Romam cum legatis qui vel pacem, vel captivorum permutationem peterent; at Reguli ipsius hortatu, utrumque denegatum est; ipse, ut promiserat, re infecta Carthaginem reversus, miserandis modis excruciatus interiit. Gell. lib. VI. cap. 4.

[2] *Potantem in rosa*] Aliquid simile dicemus Tusc. V.

Digitized by Google

quam illum ultimum casum,[b] quem, propter fidem constantiamque, susceperat; qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti[14] erat voluptarius. Non enim hilaritate, nec lascivia, nec risu aut joco, comite levitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati. 66. Stuprata per vim Lucretia a regis filio, testata cives,[15] se ipsa interemit. Hic dolor populi Romani, duce et auctore Bruto, causa civitati[16] libertatis fuit: ob ejusque mulieris memoriam, primo anno et vir et pater[c] ejus consul est factus. Tenuis L. Virginius,[d] unusque de multis, sexagesimo anno post libertatem receptam, virginem[17] filiam sua manu occidit, potius quam ea Ap. Claudii[e] libidini,

Postea, pro *videtur* ed. Oliv. exhibet *videatur*.—14 *Perpetienti illi* Lamb. *illi percipienti* U. Statim post, *erat voluntarius* P, Crat. Vict. et Lamb. Tum *et lascivia* e tribus codd. Gœrenz. quem secuti sunt Schutz. et Orell. *non enim hilares hilaritate, nec lascivia* conjecit Ern. Deinde *tristi firmitate* susp. Davis. —15 *Testata civis* E U χ ψ: Maffei liber et codd. aliqui *testata crimen*: Scaligeri vetus cod. et Eliens. 1. *testata vim*: Pal. 6. *testata ejus vi*: Gud. 1. *testata crimen civis*. Statim post, *se ipsam* legitur in E U ξ χ, cum edd. P, Mannt. et Lamb. Tum *is dolor* E ξ.—16 Voc. *civitati* omittitur in cod. Ursini. Schutz. e conjectura Gœrenzii, hunc locum ita edidit: *Hic dolor populo Romano, duce et auctore Bruto, causa libertatis fuit*. Tum particula *et*, ante *vir*, non est in E ξ.—17 *Virginiam* Mannt. et Faërn. *virginem filiam suam* E U ψ. Paulo infra, *P. Claudii* ξ χ ψ. Præpositio *in*, ante *imperio*, omittitur in E U ξ χ, Gœrenz. et Schutz. *qui tum erat magno imperio* in ξ.

NOTÆ

[b] *Illum ultimum casum*] De supplicio Reguli variant inter se scriptores. Cic. in Pison. machinæ illigatum fuisse scribit, et resectis palpebris vigilando enecatum. Eam machinam Appianus caveam vocat, aculeis intus extantibus necubi sine corporis laceratione proclinare posset. Flor. lib. II. cap. 2. supplicio crucis affectum scribit. Ceteri omnes, insomniis, et si alio atque alio modo.

[c] *Et vir et pater*] Vir quidem, L. Tarquinius Collatinus, non diu in magistratu fuit, sed a populo et collega, ob nomen et genus regium invisum novæ libertati, coactus est abdicare, et accepto patrimonio, Lavinium, Roma relicta, migrare: pater vero Sp. Lucretius Tricipitinus; qui, L. Bruto in acie occiso substitutus, paulo post mortuus est. Quibusdam in annalibus, referente Livio, inter consules omittitur Sp. Lucretius, seu quod non diu consulatum tenuerit, seu quod nihil memoria dignum gesserit. Receptior tamen opinio est, Livio, Plut. Dionysio auctoribus, quinque consules hunc annum habuisse: L. Junium Brutum, Sp. Lucretium Tricipitinum, M. Horatium Pulvillum, L. Tarquinium Collatinum, P. Valerium Publicolam.

[d] *L. Virginius*] 'Plebeii generis, sed patricii vir spiritus,' inquit Val. Max. lib. VI. cap. de pudicitia.

[e] *Appii Claudii*] Sabini, Regillen-

Digitized by Google

qui tum erat summo in imperio, dederetur. XXI. 67. Aut hæc tibi, Torquate, sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum.[18] Quod autem patrocinium, aut quæ ista causa est voluptatis, quæ nec testes ullos e claris viris, nec laudatores, poterit adhibere? Ut enim nos ex annalium monumentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumta[19] est in laboribus gloriosis, qui voluptatis nomen audire non possent; sic in vestris disputationibus historia muta est: nunquam audivi in Epicuri schola Lycurgum, Solonem, Miltiadem, Themistoclem, Epaminondam nominari; qui in ore sunt ceterorum omnium philosophorum. Nunc vero,[20] quoniam hæc nos etiam tractare cœpimus, suppeditabit nobis Atticus[f] noster de thesauris suis, quos et quantos viros [habere testium sat est].[1] 68. Nonne melius est de his aliquid, quam tantis voluminibus de Themista[2 g] loqui? Sint ista Græcorum; quanquam ab

CAP. XXI. 18 E ξ *repudiandæ*. Paucis post, *et quæ nec testes* E: *et quæ hec testes* ξ. Mox pro *adhibere* Ern. conjecit *exhibere*. Deinde pro *excitamus* cod. Ursini præbet *citamus*, probante Davis.—19 Gud. 2. *consumata*: Weg. *consummata*. Deinde verbum *Miltiadem* omittitur in E: *Miltidem* scribitur in ξ. Voc. *ceterorum* non est in E ξ. In Ms. N legitur *philosophorum omnium*: in Gud. 2. desideratur *philosophorum*.—20 *Nec vero* E ξ χ ψ, et ed. P, probante Manutio: *nec quæro* Ms. U. Tum e Gud. 1. et Weg. *etiam*, ante *tractare*, omittit Gœrenz. Pro *etiam* ψ habet *cætera*. Paulo post, U, et alii codd. cum P, Vict. Manut. et Lamb. omittunt *noster*. Statim, *e thesauris* ed. Vict. *ex thesauris* Davis. e codd. nonnullis.—1 Hæc verba, quæ uncis includuntur a Davis. Ern. et Brem. prorsus omittuntur in Mss. plurimis, etiam Mor. Gœrenz. Schutz. et Orell. Hunc locum ita maluit legi Rath. *Nunc quæro (quoniam ... quot et quantos viros! jam vero testium sat est) nonne, &c.* Pro *sat* E ξ præbent *satis*.—2 *Themistio* E ξ, et ed. P. *Themistocle* U χ ψ, cum edd. Crat. Vict. Manut. et Lamb. Deinde *sunt ista Græcorum* χ. Mox, verba *sed tamen ... liceat illis* desunt in U. Tum pro *Peripateticis* ξ habet *perypatheticis*. Deinde *et longe* desiderantur in E ξ: qui Mss. paulo

NOTÆ

dis, viri summa inter collegas auctoritate. Tum erant decemviri, ut leges e Græcia nuper allatas ad Romanorum usum disponerent.

[f] *Nobis Atticus*] In libro Historiarum, qui periit, de quo hæc Corn. Nepos in Attici Vita: 'Antiquitatem adeo habuit cognitam Pomponius, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ornavit. Nulla autem lex est, neque pax, neque bellum, neque res illustris P. R. quæ in eo non sit suo tempore notata; et, quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere.' Multa in laudem illius libri Cic. in Claris Orat.

[g] *De Themista* [*Themistocle*] Ita vulgata lectio, sed minus bene; pleri-

Digitized by Google

his philosophiam, et omnes ingenuas disciplinas habemus: [p. 79.] sed tamen est aliquid, quod nobis non liceat,[h] liceat illis. Pugnant Stoici cum Peripateticis. Alteri negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit: alteri, plurimum se, et longe longeque plurimum, tribuere honestati, sed tamen et in corpore, et extra, esse quædam bona. Et[3] certamen honestum, et disputatio splendida: omnis est enim de virtutis dignitate contentio. At, cum tuis cum[4] disseras, multa sunt audienda etiam de obscœnis voluptatibus, de quibus ab Epicuro sæpissime dicitur. 69. Non potes ergo ista tueri, Torquate, (mihi crede) si te ipse, et tuas[5] cogitationes, et studia perspexeris. Pudebit te, inquam, illius tabulæ,[i] quam Cleanthes, sane commode,[6] verbis pingere solebat. Jubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula Voluptatem, pulcherrimo vestitu, et ornatu regali, in solio sedentem; præsto[7] esse Virtutes, ut ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut Voluptati ministrarent, et eam tantum ad aurem admonerent, (si modo id pictura intelligi posset) ut caveret, nequid perficeret[8] imprudens,

---

infra, pro *tamen* habent *tum*.—3 *Est* Ern. susp. probante Bremio: *En certamen honestum! en disputatio splendida!* conjecit Gœrenz. probante Schutz. Tum tres codd. Gœrenz. ignorant *est* ante *enim*.—4 Pro *cum* Rath. *si* poni jubet, atque ita, præter Ursini cod., Marsus.—5 *Si te ipsum et tuas* Schutz. e conjectura: *si te ipse, si tuas* Davis. ex Eliens. 1.—6 *Commodis* ψ. Tum pro *pingere*, ξ et multi codd. cum Crat. Grut. Gœrenz. Schutz. et Orell. habent *depingere*. Mox, ante *vestitu*, præpositio *in* additur in ed. Oliv.—7 *Et præsto* E. Pro *ancillulas* E ξ ψ præbent *ancillas*. Paulo infra, verba *ad aurem* desiderantur in χ.—8 *Faceret* Mss. Spir. et N, multi alii codd. etiam Mor. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. qui conjecit quoque *patraret*. Pro *servire-*

NOTÆ

que *Themistio*. Gruter. Vel *Themista*, Lamb. Ea Leontei Lampsaceni uxor fuit; una cum marito Epicurum audivit; ad eam scripsit quædam Epicurus, et de illa mentio est Orat. in Pisonem. At nihilo explanatior fit ea lectione hic locus; quid enim Themista ad rem?

h *Nobis non liceat*] Romani Græcos levitatis semper notarunt: ii enim sua supra fidei veritatem extulerunt, externa aut simultate minuerunt, aut gratia amplificaverunt; ex quo illud Quintil. 'Græcis historiis plerumque poëtica similis est licentia.' Latini autem, nec ausi falsi quid dicere, nec quid veri non ausi. Cic.

i *Illius tabulæ*] Illius meminit Augustin. De Civit. Dei, lib. v.

Digitized by Google

quod offenderet animos hominum, aut quicquam, e quo oriretur aliquis dolor. 'Nos quidem Virtutes sic natæ sumus, ut tibi serviremus; aliud negotii nihil habemus.'

XXII. 70. At negat Epicurus, (hoc enim vestrum lumen est) quenquam, qui honeste non vivat, jucunde[9] posse vivere: quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. Illud quæro, quid ei, qui in voluptate summum bonum ponat, consentaneum sit dicere. Quid affers, cur Thorius, Postumius,[k] cur Chius,[10][l] cur omnium horum magister, Orata,[m] non jucundissime vixerit? Ipse negat, (ut ante dixi) luxuriosorum vitam reprehendendam, nisi plane fatui sint, id est, nisi aut cupiant,[11] aut metuant: quarum ambarum rerum cum medicinam pollicetur, luxuriæ licentiam pollicetur. His enim rebus detractis, negat se reperire in aso-

mus ψ habet *serviemus*. Denique, *aliud negotium nihil habemus* ξ, Pal. 1. et 4. *aliud negotii nihil haberemus* E χ: *aliud negotium non habemus* codd. Spir. et N: *alius negotii non habemus* Gud. 2. *aliud negotium non haberemus* conjecit Gœrenz.

CAP. XXII. 9 *Jucunde non* ψ. Paulo infra, pro *ponat*, multi codd. cum P, Crat. Vict. Manut. Lamb. Grut. Brem. Gœrenz. et Schutz. habent *putat*: E ξ *ponat putat*. Statim post, *consentaneum sic* E: *consentaneum esse* χ.—10 *Cur torius Postumius, cur Chius* χ: *cur Thorius Postumus, cur Chius* E: *cur Thorius, cur Postumius, cur Chius* ed. Oliv. *cur Thorius, cur Chius Postumius* Pal. 1. Spir. N, et Gud. 1. *cur Thorius, cur C. Hirrius Postumius* recepere Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. nisi quod Schutz. omisit *cur* ante prænomen C. Mox, U ξ χ, Gud. 2. Weg. P, Manut. et Lamb. omittunt *horum*: Davis. conjecit *hominum horum*. Voc. *plane*, post *nisi*, omittitur in cod. Morel. —11 *Sunt, id est, nisi ante cupiant* E: *sint, iidem nisi aut cupiant* χ: *sint, idem nisi aut cupiant* ψ: *sint, id est, nisi ante cupiant* ξ. Voc. *plane* inseritur ante *cupiant* in edd. Mars. Crat. et Vict. non improbante Gœrenzio. *Cum*, ante *medicinam*, non est in E ξ. Tum abest *rebus* a Ms. Weg. et ed. Mars. nec in

NOTÆ

[k] *Postumius*] In tota Postumiorum gente, quæ perampla est, nullum comperi qui mollem id genus vitam secutus sit.

[l] *Cur Chius* [*C. Hirius*] Is est qui murenarum vivarium primus excogitavit. Varro De Re Rustica, lib. IV. cap. ult. Cœnis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex millia murenarum mutuo appendit. Plin. lib. IX. cap. 54.

[m] *Orata*] Sergius Orata, de quo Macrob. Saturn. l. III. c. 15. ita dictus quia pisces, qui 'auratæ' vocantur, carissimos habuit. Ostrearum vivaria primus invenit in Baiano, ætate L. Crassi oratoris, ante Marsicum bellum, non gulæ causa, sed avaritiæ; magna inde vectigalia percipiens. Plin. lib. IX. cap. 55. Ejus tamen luxuriam carpit Val. Max. lib. IV. cap. 1.

Digitized by Google

torum vita quod[12] reprehendat. 71. Non igitur potestis, voluptate omnia dirigentes, aut tueri aut retinere virtutem. Nam nec vir bonus ac justus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se[13] ab injuria. Nosti, credo, illud:

Nemo pius est, qui pietatem [n]...

Cave[14] quicquam putes esse verius. Nec enim, dum metuit, justus est: et certe, si metuere destiterit, non erit. Non metuet autem, sive celare poterit,[15] sive opibus magnis, quicquid fecerit, obtinere; certeque malet existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur. Ita, quod certissimum[16] est, pro vera certaque justitia, simulationem nobis justitiæ traditis; præcipitisque quodam modo, ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. 72. Quæ dici eadem de ceteris virtutibus possunt; quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua,[o] ponitis. Quid enim? fortemne possumus dicere eundem illum Torquatum? de-

Ursini codice comparebat.—12 *Quid* in ξ. Paucis post, *dirigente* scribitur in Gud. 2. Deinde *retineri virtutem* E. Porro, pro *ac justus*, ξ, et alii codd. *aut justus* referunt.—13 Pronomen *se* deest in E ξ.—14 *Qui pietatem cavet. Cave* E U ξ χ ψ, alii codd. et edd. ante Grut. *qui pietatem nimis colit* Hagenbuchii supplem. Pro *pietatem* codd. nonnulli *pietate* exhibent. Paulo post, pro *si metuit*, ψ habet *dum metuit*. Deinde *Non metuet aut* in E.—15 Gœrenz. e codd. Spir. et N *potuerit*, quem secuti sunt Schutz. et Orell. Tum *majus, quicquam* ψ: *magnis, quicquam* χ. In edd. Crat. et Vict. hic locus ita editus est: *sive opibus majus quidquam fecerit, certeque mallet obtinere existimari*: in Ms. ξ legitur *certe mallet existimari*: in E *certeque mallet existimare*: in U ψ *certeque mallet existimari*. Deinde Mss. Spir. et N transponunt *vir bonus*; at Ms. Weg. *vir* ignorat.—16 Th. Bentl. conjicit *turpissimum*; Davis. *nocentissimum*; (quem sequitur Schutz.) Brem. *perniciosissimum*. 'Poterat etiam conjici *pravissimum*. Vulgata certe languet; nec placet *certeque* ... *certissi-*

NOTÆ

[n] *Nemo pius est qui pietatem* [*cavet*] Cujus sit locus, incertum; mendosum quidem esse constat. Alii expungunt vocem *cavet*; leguntque *nemo pius est, qui pietatem*: ut sit versus dimidiatus et proverbialis, quales multi sunt in Cicerone. *Gruter*. Alii, *nemo pius est qui pie metu agat*. Fulv. Ursin.

[o] *Tanquam in aqua*] In aqua scribere, hoc est operam ludere, commune Græcis Latinisque proverbium. Latinis quidem Catul. 'Mulier cupido quod dicit amanti In vento et rapida scribere oportet aqua.' Græcis vero, ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε· qui senarius extat inter sententias Græcas.

Digitized by Google

lector enim, quanquam te non possum,[17] ut ais, corrumpere: delector, inquam, et familia vestra, et nomine: et, hercule, mihi[18] vir optimus, nostrique amantissimus, A. Torquatus,[p] versatur ante oculos; cujus quantum studium, et quam insigne fuerit erga me temporibus illis quæ nota sunt omnibus, scire necesse est utrumque vestrum. Quæ mihi ipsi, qui volo et[19] esse et haberi gratus, grata non essent, nisi eum perspicerem mea causa mihi amicum fuisse, non sua: nisi hoc dicis, sua, quod interest omnium recte facere. Si id dicis, vicimus: id enim volumus, id contendimus, ut officii fructus sit ipsum officium. 73. [*p.* 80.] Hoc[20] ille tuus non vult; omnibusque ex rebus voluptatem, quasi mercedem, exigit. Sed ad illum redeo. Si voluptatis causa cum Gallo[q] apud Anienem depugnavit provocatus, et ex ejus spoliis sibi et torquem et cognomen induit, ullam[1] aliam ob causam, nisi quod ei talia facta digna viro videbantur; fortem non puto. Jam si pudor, si modestia, si pudicitia, si, uno verbo, temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coërcebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur; quo adulterium, quo stuprum, quo libido[2] non se proripiet ac projiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?

74. Quid? illud, Torquate, quale tandem videtur? te

num ... *certaque.*' Orell.—17 ξ, cum edd. Vict. et Davis. *possim.*—18 *Modo* U χ ψ, alii codd. et edd. ante Grut. *mihi vir modo* Gud. 1. Mox, verbum *fuerit*, post *insigne* omittitur in N, Spir. Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum E ξ addunt voc. *vel* ante *scire.*—19 Copulativa particula *et* deest in E. Paulo infra, *in mea causa* E ξ.—20 E et alii codd. *Hæc* : ξ *hec.* Mox pro *provocatus*, *et* E præbet *provocans etiam* : ξ *provocans et.*—1 Codd. multi, cum edd. Vict. et Grut. habent *nullam*. Tum *ea talia* E ξ. Verba *si pudor* omittuntur in U χ, P, Manut. et Lamb. voc. *si* deest in ψ. Mox *coërcebantur* in E. Pronomen *se*, ante *tuebantur*, omittitur in E ξ χ.—2 Ita edidit Ern. de Davisii conjectura; et ita habent E ξ: omnes alii codd. et edd. præbent *quod adult. quod stuprum, quæ libido.* Deinde *non proripiet se* ed. Vict. Tum *aut projiciet*

NOTÆ

[p] *A. Torquatus*] Eum opinor esse, apud quem, cum prætor esset, Milo de ambitu postulatus est ab Ap. Clodii fratribus, ut auctor est Pedianus in Argum. Milon. Orat. Ad superiores magistratus promotum eum fuisse nuspiam scriptum est.

[q] *Cum Gallo*] Cum milite quodam e Gallorum exercitu. Rem supra retulimus.

Digitized by Google

isto nomine, ingenio, gloria, quæ facis,[3] quæ cogitas, quæ contendis, quo referas, cujus rei causa perficere, quæ conaris, velis, quod[4] optimum denique in vita judices, non audere in conventu dicere? Quid enim mereri velis jam, cum magistratum inieris, et in concionem ascenderis, (est enim tibi edicendum, quæ sis observaturus[r] in jure dicendo: et fortasse etiam, si tibi erit visum, aliquid de majoribus tuis, et[5] de te ipso dices, more majorum) quid merearis igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? teque nihil fecisse in vita nisi voluptatis causa? An me, inquis,[6] tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar? At tu eadem ista dic in judicio, aut, si coronam times, dic in senatu. Nunquam facies: cur, nisi quod turpis est oratio?[7] Mene ergo, et Triarium, dignos existimas, apud quos turpiter loquare? XXIII. 75. Verum, esto. Verbum ipsum voluptatis non habet dignitatem; nec nos[8] fortasse intelligimus: hoc enim identidem dicitis, non intelligere nos, voluptatem quam dicatis. Rem vides difficilem et obscuram. 'Individua'

E ξ. Paucis post, *ac licentia* Lamb. solus: *et licentia* Davis.—3 *Quæ faris* E ξ. Actutum, *quæ referas* χ.—4 *Quid* codd. nonnulli, cum edd. Manut. Lamb. Davis. Brem. et Orell. Tum, ante *magistratum*, χ ψ, Gud. 1. Weg. cum binis Davisii, et Victorii ed. addunt *tu*, quod Davis. recepit. Porro, pro *edicendum* E ξ præbent *dicendum*.—5 Copulativa particula *et* deest in ξ. Tum *in ore majorum* legitur in E. Mox, *ut dicas te* codd. plerique et edd. vett.—6 *An ne inquis* E ξ: *An me, inquit* Gud. 1. et Ven. 1494. probante Walker. Statim, pro *putas* χ habet *putes*. Mox, *An tu eadem* ξ.—7 *Nisi quod turpis oratio est* codd. nonnulli et Orell. *nisi turpis est oratio* Davis. ex tribus suis Parisinis, quem sequitur Schutz. *nisi turpis oratio est* Gœrenz. e Mss. Spir. et N. Denique, pro *existimas* χ ψ habent *existimes*.

Cap. XXIII. 8 *Vos* ed. Vict. Statim post, *fortasse non intelligimur: hoc enim, &c.* E: *fortasse non intelligimur: hic enim, &c.* ξ. Tum *quam dicatis voluptatem* omnes pæne codd. Gœrenzii, cum edd. Mars. Crat. Gœrenz. Schutz. et Orell. Statim infra, *Rem videlicet difficilem* Manut. Lamb. Lall. et Schutz. probante Orellio. 'In Mss. compendiose scribitur *rem vid. difficilem.*' Lallem. Pro *vides* Ern. conjicit *vide;* Davis. maluit legi *video*. Verba, *cum dicitis,* omittuntur in U χ ψ, Gud. 1. 2. et cod. Morel. cum edd. P, Manut. et

NOTÆ

[r] *Quæ sis observaturus*] Inter cetera quæ fierent ab eo qui magistratum iniret, id solenne fuit, ut aliquid ad majorum suorum commendationem diceret. Neque absimilem in re funebri morem viguisse diximus; in concione enim laudes defuncti prædicabantur. De ritu ineundi magistratus plura inferius.

cum dicitis, et 'intermundia,'[s] quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus: voluptas, quæ passeribus nota est omnibus,[9] a nobis intelligi non potest? Quid, si efficio, ut fateare, me non modo, quid sit voluptas, scire, (est enim jucundus motus in sensu) sed etiam, quid eam tu velis esse? Tu[10] enim eam ipsam vis, quam modo ego dixi: et nomen imponis, in motu ut sit, et faciat aliquam varietatem: tum aliam quandam summam voluptatem, cui addi nihil possit; eam tum adesse,[11] cum dolor omnis absit; eamque stabilem appellas. 76. Sit sane ista voluptas. Dic in quovis conventu, te omnia facere, ne doleas. Si ne hoc quidem satis ample, satis honeste, dici putas; dic te omnia et[12] in isto magistratu, et in omni vita, utilitatis tuæ causa facturum, nihil nisi quod expediat, nihil denique nisi tua causa: quem clamorem concionis, aut quam spem consulatus ejus qui tibi paratissimus est, futuram putes? Eamne rationem sequare,[13] qua tecum ipse et cum tuis utare, profiteri autem, et in medium proferre, non audeas? At vero illa, quæ Peripatetici, quæ Stoici dicunt, semper tibi in ore sunt. In judiciis, in senatu, officium, æquitatem, dignitatem, fidem, recta, honesta, digna imperio, digna populo Romano, omnia pericula pro republica, mori pro patria. 77. Hæc cum loqueris, nos barones[14t] stupemus:

Lamb.—9 *Omnibus nota est* omnes codd. Gœrenz. cum aliis; et edd. ante Grut. cum Davis. et Orell. Mox, *sine sensu* χ.—10 *Quum* Lamb. Omnes alii codd. et edd. præter Vict. et Ern. *Tum*. Cum varient codd. in positura verborum *modo ego*, e conjectura Gœrenz. et Schutz. ea deleverunt. Paulo infra, *et ei nomen* legitur in ed. Lamb.—11 *Tu adesse* in E. Deinde *Si ne hæc* ed. Vict. *Sed non hæc* E ξ. Statim post, *ample sat* in χ.—12 *Omnia esse* E ξ. Tum iidem codd. habent *utilitatisne causa facturum*: χ *utilitatis tuæ esse facturum*. Paulo post, *sua causa* E ξ. Mox, *futurum putes* E: *futuram putas* Ms. Weg.—13 *Eamne rationem igitur sequere* Davis. e Pal. 1. *Eamne igitur rationem sequare* ξ et Eliens. 1. *Eamne igitur rationem sequere* E: *Eamne rationem igitur sequare* N et Spir. cum edd. Gœrenz. Schutz. et Orell.—14 *Varones* Lamb. ut maluit legi Rath. *varrones* codd. nonnulli. Mox, *nam videlicet inter*, &c. E ξ. Deinde verba, *quam in motu esse dicitis*, cum ab Eliens. 1. abessent, Davis. pro glossa habet.

NOTÆ

[s] *Et intermundia*] Translatum a Græco μετακόσμια. De illis in Acad.

[t] *Nos barones*] *Varrones* supplet Turnebus, quod et in quibusdam exemplaribus scriptum se reperisse ait.

Digitized by Google

tu videlicet tecum ipse rides: nam, inter ista tam magnifica verba, tamque præclara, non habet ullum voluptas locum, non modo illa, quam in motu esse dicitis (quam omnes urbani, rustici, omnes, inquam, qui Latine loquuntur, voluptatem vocant), sed ne hæc quidem stabilis, quam, præter vos, nemo appellat voluptatem. XXIV. Vide, ne[15] non debeas verbis nostris uti, sententiis tuis. Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo gravior viderere, non esses tui similis: [*p.* 81.] verba tu fingas, et ea dicas, quæ non sentias, aut etiam,[16] ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur? Vide, quæso, rectumne sit: Mihi quidem eæ[17] veræ videntur opiniones, quæ honestæ, quæ laudabiles, quæ gloriosæ, quæ in senatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque proferendæ sint;[18] ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere.

78. Amicitiæ vero locus ubi esse potest, aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum?[a] Quid autem[19] est amare, e quo nomen ductum amicitiæ est, nisi velle bonis aliquem affici quam maximis, etiam si ad se ex iis[20] nihil redeat? Et quidem prodest, inquis,

Cap. xxiv. 15 *Vide igitur, ne* codd. multi, cum Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Vides igitur, ne* E ξ. Pro *debeas* cod. Mor. præbet *dubites*. Paucis interjectis, conjicit Davis. *verba ut fingas*, prave, ut docuit Brem.—16 *Aut et* E. Pro *vestitum* Lamb. maluit legi *vestem*. Mox *rectamne sit* E.—17 *Hæ* EU, et alii codd. cum P, Vict. Davis. Gœrenz. et Schutz. Paulo post, χ præbet *apud philosophum*; Ms. Spir. *ad populum*. Tum in E *consilioque*.—18 *Profitendæ sint* e Pal. 1. Eliens. 1. et Scalig. edidit Davis. *proferendæ sunt* e codd. Gœrenz. et Schutz. Tum in U *quod non pudeat dicere*. Paulo infra, *ubi non esse potest, et aut quis* E ξ. Verbum *esse*, post *amicus*, omittitur in ed. Gœrenz.—19 *Quid enim* E ξ: et ita edidit Brem. de Davisii conjectura. Statim, *ex quo* P, Manut. et Lamb. Deinde *nomen ductum est amicitiæ* e codd. Gœrenz. *nomen amicitiæ ductum est* codd. multi, cum P, Vict. Manut. Lamb. et Davis. et ita Schutz. nisi quod omisit verbum *est*.—20 *Ex his nihil* E, et ed.

NOTÆ

Nam ut 'longurio' pro longo et inepto, voce a 'longuriis' deducta, ponitur; ita pro stupido, inquit, et bardo, 'varro,' voce a 'varris' deflexa, qui perticas significant, usurpabatur, lib. IX. cap. 2. Vulgatam tamen lectionem retinent Victorius, et omnes Palatini codices, teste Grutero.

[a] *Non ipsum amet propter ipsum*] Hanc primam esse amicitiæ legem tradit Aristoteles: τῷ φίλῳ φασὶ δεῖν βούλεσθαι τ' ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα.

Digitized by Google

mihi eo esse animo. Immo videri fortasse. Esse enim, nisi eris, non potes. Qui autem esse poteris, nisi te amor ipse ceperit? quod non, subducta [1] utilitatis ratione, effici solet, sed ipsum a se oritur, et sua sponte nascitur. At enim sequor utilitatem. Manebit ergo amicitia tam diu, quam diu sequetur [2] utilitas: et, si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem. 79. Sed quid ages tandem, si utilitas ab amicitia (ut fit sæpe) defecerit? Relinquesne? quæ [3] ista amicitia est? Retinebis? qui convenit? quid enim de amicitia statueris, utilitatis causa expetenda, vides. Ne in odium veniam, si amicum destitero tueri. Primum cur ista res digna odio est, nisi quod est turpis? Quod si, ne quo incommodo [4] afficiare, non relinques amicum; tamen, ne sine fructu alligatus sis, ut moriatur, optabis. Quod [5] si non modo utilitatem tibi nullam afferet, sed jacturæ rei familiaris erunt faciendæ, labores suscipiendi, adeundum vitæ periculum; ne tum quidem te respicies, et cogitabis, sibi quemque natum esse, et suis voluptatibus? Vadem te ad mortem [x] tyranno dabis pro amico, ut Pytha-

Vict. *nihil ex his* Spir. N, cum edd. Gœrenz. et Schutz. *nihil ex iis* Orell. Deinde *Et prodest*, omisso *quidem*, E ξ, P, Crat. et Davis. *Quid? prodest* U χ, Gud. 1. et ed. Vict. *Ecquid prodest* ed. Mannt. *Quidem prodest*, omisso *Et*, Spir. et N. Pro *inquis* Davis. e codd. cum Brem. et Gœrenz. præbet *inquit*. Statim, *mihi in eo* χ ψ, et ed. Vict. Mox pro *nisi eris* in cod. Ursini legitur *nisi sis*.—1 Sic duo codd. Oxon. Ms. Morel. et Nonius in verbo 'Subducere,' cum Lamb. Davis. et seqq. *subdubia* ξ χ ψ, et ceteræ edd. Mox, *ex se oritur* codd. aliqui, cum edd. Vict. Davis. et Brem. sed cum N et Spir. *ad se* peccent, scribendum *ab se* Gœrenzio videtur.—2 *Sequitur* Grut. errore typographico, ut ait Orell. Actutum, *in amicitiam constituet, tollet tandem* E: quam lectionem præbet ξ, nisi quod omittit præpositionem *in*: in Ms. U legitur *amicitiam constituat, tollet eandem*. Tum pro *defecerit*, Ern. conjecit *dissederit*.—3 *Relinquens nequaquam* E ξ: *Relinques: neque* χ: *Relinquesne? neque* ψ. Tum *quid convenit* E ξ. Paulo post, verba, *utilitatis causa expetenda*, quæ desunt in Eliens. 2. Mannt. Lamb. et Oliv. uncis includuntur a Davis. Pro *expetenda* ξ præbet *exprimenda*. In χ ψ hic locus ita interpungitur: *expetenda. Vides ne, &c.* Deinde *si amicitiam destitero tueri* E ξ.—4 *Odio est? Numquid est turpe, nisi quod est? si ne quo incommodo, &c.* U χ ψ, et alii codd. cum edd. P, Vict. et Mannt. *odio est? Numquid est, nisi quod turpe est? si, ne si incommodo quidem, &c.* Lamb. e conjectura: *odio est, nisi quid est turpis? nisi ædes sive quo incommodo, &c.* ξ: *odio est, nisi quod est turpis? nisi ædes sine quo incommodo, &c.* E. Statim post, pro *relinques* E ξ præbent *relinquens*.—5 *Quid* in ξ, Brem. Gœrenz. et Orell. Deinde *nullam affert* E ξ. Paulo

NOTÆ

[x] *Vadem te ad mortem*] Vas erat proprie qui aliquem in judicio priva-

Digitized by Google

goreus ille[y] fecit Siculo tyranno?[6] aut, Pylades cum sis,[z] dices te esse Orestem, ut moriare pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares? et, si id non probares, quo minus ambo una[7] necaremini, non precarere? XXV. 80. Faceres tu quidem, Torquate, hæc omnia: nihil enim arbitror magna laude dignum, quod te prætermissurum credam aut mortis aut doloris metu. Non quæritur autem,[8] quid naturæ tuæ consentaneum sit, sed quid disciplinæ. Ratio ista quam defendis, præcepta quæ didicisti, quæ probas, funditus evertunt amicitiam; quamvis eam Epicurus, ut facit, in cœlum efferat laudibus. At coluit ipse amicitias. Quasi quis illum neget[9] et bonum virum, et comem, et humanum fuisse. De ingenio ejus in his disputationibus, non de moribus, quæritur. Sit ista in Græcorum levitate perversitas, qui maledictis insectantur eos, a quibus de veritate dissentiunt. Sed, quamvis comis

post, *et cogitabis, si quemque* in E. Pro *Vadem te* χ exhibet *Vadente.*—6 *Siculo fecit tyranno* e Mss. Gud. 1. et Weg. Gœrenz. et Orell. Verba, *Siculo tyranno*, de Davis. sententia cancellis cohibuit Brem. Voc. *tyranno* suspectum fuit Grut. et Ern. Tum *cum si dices* legitur in E. Paucis interjectis, pro *moriare* E ξ præbent *moriatur*. Porro E ξ ψ habent *aut te indicares.*—7 Voc. *una* deest in E. Denique, pro *precarere*, edd. P, Mannt. Lamb. et Orell. habent *deprecarere*. Davis. conjicit hunc locum ita legendum: *quo vos ambo una necaremini comprecarere.*

CAP. XXV. 8 *Non autem quæritur* Ms. Weg. Statim *quod naturæ* N, et Spir. qui Mss. paucis post, cum ψ, præbent *quod disciplinæ*. Pro *didicisti* E ξ habent *dedisti.*—9 Par. 3. *Qui quasi illum negat:* Balliol. Med. et multi alii codd. *Quis quasi illum negat*. De Davisii conjectura, Gœrenz. et Orell. habent *Quis, quæso, illum negat:* E χ ψ *Quasi quis illum negat*. Mox, pro *comem*, E, Gud. 1. et Weg. præbent *commune:* Gud. 2. *commendatum:* Gœrenz. con-

NOTÆ

to sistendum spondebat. Nunc vas dicitur quivis pro alio sponsor.

[y] *Ut Pythagoreus ille*] Damon et Pythias, nobile par amicorum. Quum alteri eorum diem necis destinasset Dionysius, et is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus est alter ejus sistendi, ut si non revertisset, moriendum esset ipsi; qui cum se ad diem recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petiit ut se in amicitiam tertium ascriberent. Tusc. v.

[z] *Aut Pylades cum sis*] Nota est fabula Orestis et Pyladis, quorum uter Orestes esset cum rex ignoraret, Pylades Orestem se esse dicebat, ut pro illo necaretur; Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse clamabat.

Digitized by Google

in amicitiis tuendis fuerit,[10] tamen, si hæc vera sunt, (nihil enim affirmo) non satis acutus fuit. 81. At multis se probavit, et quidem jure fortasse: sed tamen non gravissimum est testimonium multitudinis. In omni enim arte, vel studio, vel quavis [11] scientia, ut in ipsa virtute, optimum quidque rarissimum. Ac mihi quidem, quod et ipse bonus vir fuit, et multi Epicurei fuerunt,[12] et hodie sunt, et in amicitiis fideles, et in omni vita constantes et graves, nec voluptate, sed officio, consilia moderantes; hoc videtur major vis honestatis, et minor voluptatis. Ita enim vivunt quidam,[13] ut eorum vita refellatur oratio. Atque, ut ceteri existimantur dicere melius quam facere, sic hi [14] mihi videntur facere melius quam dicere. XXVI. 82. [*p.* 82.] Sed hæc nihil sane ad rem. Illa videamus, quæ a te de amicitia dicta sunt: e quibus unum mihi videbar ab ipso Epicuro dictum cognoscere:[15] amicitiam a voluptate non posse divelli, ob eamque rem, colendam esse, quod, sine ea, tuto et sine metu vivi non posset, nec jucunde quidem posset.[16] Satis est ad hoc responsum. Attulisti aliud humanius horum recentiorum, nunquam dictum ab ipso illo, quod sciam: primo utilitatis [17] causa amicum expeti; cum autem usus accessisset, tum ipsum amari propter se,[18]

jecit *communem*. Mox, *de varietate dissentiunt* in E ξ.—10 Hæc verba Spir. et N ita transponunt: *quamvis comis fuerit in amicitiis tuendis*. Pro *amicitiis* U ξ χ ψ exhibent *amicis*. Paulo infra, *Et quidem in rem fortasse* E U ξ χ ψ, alii codd. cum edd. P et Vict.—11 Voc. *quavis* delendum putant Davis. Ern. et Brem. Statim post, *vel in ipsa* legitur in omnibus codd. et edd. præter Ern. et Gœrenz. qui, e conjectura Davisii, ediderunt *ut in ipsa*. Pro *quidque* scripti nonnulli exhibent *quodque*. Verbum *est* additur post *rarissimum* in omnibus codd. et edd. præter Eliens. 1. Vict. Ern. Gœrenz. Schutz. et Orell.—12 *Epicurei et fuerunt* Lamb. Mox, *hæc videtur* E ξ χ, et ed. Vict.—13 *Quidem* Schutz. de Gœrenzii conjectura. Statim, *ut eorum vita probetur, refellatur oratio* Car. Steph. et Lamb. Pro *existimantur* E ξ præbent *existimaverunt*. Gœrenz. e Mss. Spir. N, Weg. et Gud. 1. habet *dicere existimantur*.—14 *Sic ii* Ms. E. Denique, *melius facere* legitur in ed. Vict.

CAP. XXVI. 15 *Agnoscere* Manut. et Lamb. ut volebat Ern.—16 Hæc verba, *nec juc. quidem posset*, omittuntur in E ξ, (qui præcedens verbum habent *potest*) Gud. 2. Weg. et ed. Gœrenz. uncis includuntur a Davis. et Brem. *ne juc. quidem posset* ed. Lamb. Hunc locum ita legendum esse conjecit Matthiæ: *et si sine metu non posset, nec jucunde posset*. Tum *Attulisti aliquid* Gud. 1. Paucis interjectis, N et Spir. *ab illo ipso* transponunt. Statim, *qui scientiam* legitur in E.—17 Vel *voluptatis* hoc loco, vel mox *spe utilitatis* conjecit Lamb.—18 *Per se* E ξ, omnesque codd. Gœrenzii, cum edd. Vict. Gœrenz. Schutz.

Digitized by Google

etiam omissa spe voluptatis. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dant:[19] mihi enim satis est, ipsis non satis: nam aliquando posse recte fieri dicunt, nulla expectata,[20] nec quæsita voluptate. 83. Posuisti etiam, dicere alios, fœdus quoddam inter se facere[1] sapientes, ut, quemadmodum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos: id et fieri posse, et sæpe esse factum, et ad voluptates percipiendas maxime pertinere. Hoc fœdus facere si potuerunt, faciant etiam[2] illud, ut æquitatem, modestiam, virtutes omnes, per se ipsas gratis diligant.[3] At vero si fructibus, et emolumentis, et utilitatibus amicitias colemus; si nulla caritas erit, quæ faciat amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se, et propter se expetendam; dubium est, quin fundos et insulas amicis anteponamus? 84. Licet hic rursus ea commemores, quæ optimis verbis ab Epicuro de laudibus[4] amicitiæ dicta sunt. Non, quæro, quid dicat, sed quid convenienter possit rationi et sententiæ suæ dicere. Utilitatis causa amicitia est quæsita:[5] num igitur utiliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, quam tua[6] sint Puteolis granaria?[a] collige omnia, quæ soletis: præsidium amicorum. Satis est tibi in te, satis in le-

et Orell. Tum *Hæc etsi* E ξ: *Hoc etiamsi* Spir. N, et Gud. 2. Statim, *multimode* scribitur in Pal. 1.—19 *Datur* E ξ: *dat* χ, multi codd. et edd. vett. ante Davis. præter Lamb. Mox pro *dicunt* E præbet *dicant*.—20 *Nulla spectata* U: *nulla nec expectata* Lamb. Tum pro *quæsita* Spir. et N referunt *exquisita*. Deinde *Posuisti autem* E U ξ χ ψ, et Gud. 2.—1 *Facere inter se* ed. Vict. Statim *sapientis* E et alii codd.—2 *Faciant et etiam* χ. Tum *ne æquitatem* E ξ.—3 Ita tacite edidit Gœrenz. *non faciant etiam ... diligant?* Statim *An vero si* conjecit Gœrenz. Mox *caritas est* ψ. Paucis interpositis, *dubium non est* scribitur in Elieus. 1. et Med.—4 E ξ ψ, tres codd. Gœrenz. cum Marso *laude* exhibent. Deinde *et quid conv.* in χ. Paulo post, codd. nonnulli et edd. ante Grut. ita transponunt, *rationi possit*.—5 *Quæsita est* φ codd. Gœrenz. cum Schutz. et Orell. Statim, *non igitur* in χ.—6 Ita codd. aliqui, cum Junt. Crat. Lamb. Davis. Ern. Schutz. et Orell. *quam si tua* Ms. χ, et ceteræ edd. Voc. *si* uncis includitur a Bremio: E præbet *quem tua*: ξ *quem si tua*. Pro *granaria*, E U ξ χ ψ, et alii codd. cum P, Crat. Vict. et Manut. habent *gramina*. Mox *Satis est tibi vitæ, et in legibus* E: *Satis est tibi*

NOTÆ

[a] *Granaria* [*gramina*]. Sunt qui legant *granaria*. In agro Puteolano villas egregias multi cives olim habuere. Talis fuit Academia Ciceronis, de qua in lib. Acad. Mox et imperatores ipsi delicias ibi suas habuere.

Digitized by Google

gibus, satis et [7] in mediocribus amicitiis præsidii: jam contemni non poteris: odium autem et invidiam facile vitabis: ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur. Et tamen tantis vectigalibus ad liberalitatem [8] utens, etiam sine has Pyladea amicitia, multorum te benevolentia præclare et tuebere, et munies. 85. At quicum joca, seria,[9] (ut dicitur) quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optime: deinde etiam cum mediocri amico. Sed fac ista esse non inopportuna; [10] quid ad utilitatem tantæ pecuniæ? Vides igitur, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum pretiosorum [11] mercede superari. Me igitur ipsum ames oportet, non mea, si veri amici futuri sumus. XXVII. Sed in rebus apertissimis [12] nimium longi sumus. Perfecto enim, et concluso, neque virtutibus neque amicitiis[f] usquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur; nihil præterea [13] magnopere dicendum. Attamen, ne cui loco non videatur esse responsum, pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem tuam.

86. Quoniam igitur omnis summa [14] philosophiæ ad

[f] *Postquam enim perfecimus et conclusimus, nusquam locum esse aut virtutibus aut amicitiis, &c.*

in te, et in legibus ξ.—7 Copulativa particula *et* omittitur in ψ, N, et Spir. cum edd. Gœrenz. Schutz. et Orell. Actutum, *præsidium* E ξ χ ψ, aliique Mss. cum P, Junt. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum *contemnere* χ ψ, ceteri codd. et ed. P. Sequens negativa particula haud invenitur in ξ χ ψ. Pro *poteris* E ξ præbent *poteritis*. Mox, *et tamen non tantis* codd. multi, edd. ante Davis. et Lall. qui defendit. Particula *non* uncis includitur a Grut.—8 *Ad libertatem* ξ χ ψ, et ed. Grut. *ad ubertatem* J. F. Gronovii susp. Tum *utens, eis sine hac* ξ χ ψ, aliique Mss. cum P, Crat. Vict. Gœrenz. Schutz. et Orell. *utens eam sine hac* Spir. N, et cod. Mod. *utens iis sine huc* edd. vett. nonnullæ cum Brem. qui voc. *iis* uncis inclusit: *uti si vis, sine hac* conjecit Davis.—9 *Joca et seria* ed. Vict. *Quicum joca, seria* (*ut dicitur*) *arcana, occulta omnia?* ut sit senarius, Beier. Fragm. Oratt. p. 195. Mox, *cum mediocri animo* ξ.—10 Ita Mars. Lamb. in margine 1584. Grut. e Pal. 1. et seqq. *non importuna* E U ξ χ, multi alii Mss. et omnes ceteræ edd. vett. Paulo infra, *ea nihil esse præst.* E ξ.—11 *Prædiorum fructuosorum* Par. tres, Eliens. 1. Balliol. cum edd. P, Vict. Crat. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *pretiosarum fructuosarumque* E ξ: *prædiosorum fructuosorum* χ ψ. Paucis post, *Me ipsum igitur* habent omnes edd. præter Grut. Ern. et Brem. Denique χ, et alii codd. non agnoscunt verbum *futuri*, probante Davisio.

CAP. XXVII. 12 *Aptissimis* ξ. Tum *longi fuimus* Spir. et N: *longissimus* E. Statim, *Profecto* E ψ. Deinde *nec virtutibus, nec amicitiis* edd. ante Grut. Pro *usquam* ψ habet *his quam.*—13 *Præterea est* e codd. Gœrenz. cum Schutz. et Orell. Postea, *Ac tamen* Gœrenz. e Spir. et N.—14 *Summa omnis* Spir.

beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt; beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item, contra, omnem infelicitatem[15] in dolore; id primum videamus, beate vivere vestrum quale sit. Atque hoc dabitis, ut opinor, si modo sit aliquid, esse beatum,[16] id oportere totum poni in potestate sapientis: nam, si amitti vita beata potest, beata esse non potest. Quis enim confidit semper sibi illud stabile[17] et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit? Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando, amissis illis, sit miser. [*p.* 83.] Beatus autem esse in maximarum rerum timore nemo potest.

87. Nemo igitur esse beatus[18] potest: neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis,[b] vita beata dici[19] solet: neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta atque absoluta; nec potest quisquam alias beatus esse, alias miser. Qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit. Nam, cum semel est suscepta[20] beata vita, tam permanet, quam ipsa illa effectrix beatæ vitæ sapientia: neque expectat ultimum tempus ætatis; quod Crœso scribit Herodotus[c] præceptum a Solone.[d] At

N, et ed. Schutz. *omnis sententia* U ψ.—15 *Miseriam omnem* Davis. e codd. cum Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. Locum omnem de glossa suspectum Th. Bentleius fecit. Brem. quoque hæc omissa malit. Tum, *id primo videamus* E. Voc. *vestrum* deest in E ξ.—16 Verba, *esse beatum*, suspecta sunt Davis. *esse* delendum censuit Brem. *esse bonum vel beatum* E ξ.—17 *Sibi semper id stabile* Orell. e Mss. Spir. et N: *sibi id semper stabile* Ms. Weg. *semper illud sibi stabile* P et Davis. ex uno codice: *sibi semper illud stabile* Schutz. *sibi semper stabile* Gœrenz. Mox pro *diffidet*, Gœrenz. e codd. cum Schutz. et Orell. habet *diffidit*.—18 Voc. *beatus* non est in E ξ. Omnes codd. Gœrenzii legunt *beatus esse*, nisi quod Gud. 2. cum Marso, totum locum ignorat. Statim post, *in aliquam partem* E: *in alia parte* χ. Tum *si in perpetuitate* E.—19 *Duci* codd. multi, cum edd. P, Vict. et Grut. probante Rath. *dici potest* legitur in E ξ. Deinde *nec appellatur* in Ms. E, et ed. Vict.—20 *Suscepta semel est* Gœrenz. e codd. cum Schutz. et Orellio. Verbum *est*

NOTÆ

[b] *In perpetuitate temporis*] Hæc habet Cicero ab Aristotele, in Magnis Moralibus: ἐπεὶ οὖν ἡ εὐδαιμονία τέλειον ἀγαθὸν καὶ τέλος, &c.

[c] *Scribit Herodotus*] Hist. lib. I.

[d] *A Solone*] Solon peregre profectus, sive ut gentium mores condisceret, sive ne legem aliquam earum

Digitized by Google

enim,[1] quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturnitatem[a] quidem temporis ad beate vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam, si illa sit sempiterna. 88. Hæc dicuntur inconstantissime. Cum enim summum bonum[2] in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri majorem, quam finito atque modico. Qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere perfici beatam vitam perfectione virtutis: negat enim summo bono[3] afferre incrementum diem. Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi is[4] conveniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate? igitur ne dolorem quidem. An dolor longissimus quisque miserrimus, voluptatem non optabiliorem diuturnitas facit?[5] Quid est igitur, cur ita semper Deum appellet Epicurus beatum et æternum? demta enim æternitate, nihilo beatior Jupiter, quam Epicurus: uterque enim summo bono fruitur, id est, voluptate. At enim hic etiam dolore. At eum nihili facit:[6] ait enim se, si uratur, 'quam

omittitur in Ms. χ.—1 *Etenim* codd. aliqui, et edd. ante Davis. Ante *diuturnitatem* particula *nec* additur a Gœrenzio e Mss. E, Spir. N, Weg. et Gud. 1. quem secuti sunt Schutz. et Orell. Voc. *quidem* deest in ed. Lamb. Tum *ne minorem* scribitur in E. Pro *percipi* Ms. N præbet *perspici*.—2 Hæc verba, *cum enim summum bonum*, non sunt in E ξ. Pro *cum* Gud. 2. exhibet *enim*. Mox in χ *negat in finito*: qui Ms. omittit verba *voluptatem ... modico*. Præpositio *in* additur ante *finito* in E. *Ac modico* legitur in Spir. et Gud. 1. —3 *In summo bono* U χ ψ: *in summo*, omisso *bono*, E ξ.—4 N et Spir. *is* ignorant: Gud. 1. *is sibi* transponit. Mox, *quisque est miserrimus* Lamb. solus.—5 *Optabilem diuturnitas facit* E ξ: *optabiliorem diuturnitatis facit* χ. Paulo infra, *beatum Epicurus appellet* Gœrenz. e codd. Spir. et N, cum Schutz. et Orell. Statim, copulativa particula *et* omittitur in Ms. Weg. *beatum, verum, et æternum* legitur in E ξ. Mox pro *fruitur* E ξ habent *utitur*: qui iidem Mss. pro *dolore* præbent *dolere*.—6 *Nam eum nihili facit* Manut. et Lamb. *At enim*

NOTÆ

quas scripserat, abrogare teneretur, contulit se Sardos ad Crœsum, qui, expositis opibus, 'Ecquem,' inquit, 'vidisti hominum beatissimum?' 'Tellum Atheniensem,' respondit Solon, 'cui præter liberos bene institutos, præclara mors obtigit.' 'Quem secundum ab illo?' ait Crœsus. 'Cleobin et Bitonem,' inquit, 'quibus præter victum honestum beata mors evenit.' 'Nos vero,' Crœsus, 'quales putas?' 'Expectandum,' inquit Solon, 'extremum tempus ætatis; nemo enim ante mortem beatus.' Vide librum sequentem.

[a] *Epicurus diuturnitatem*] Epicuri verba sunt, *ὁ ἄπειρος χρόνος ἔχει τὴν ἡδονὴν, καὶ οὐ πεπρασμένος*. Inter selectas sententias.

hoc suave!' dicturum. 89. Qua igitur re a Deo vincitur, si æternitate non vincitur? in quo[7] quid est boni præter summam voluptatem, et eam sempiternam? Quid ergo attinet gloriose loqui, nisi constanter loquare? In voluptate corporis (addam, si vis, animi, dum ea ipsa, ut vultis, sit quod et in corpore[8]) situm est vivere beate. Quid? istam voluptatem perpetuam quis potest præstare sapienti? nam quibus rebus efficiuntur voluptates, hæ non sunt in potestate sapientis. Non enim in ipsa sapientia positum est beatum esse, sed in iis[9] rebus quas sapientia comparat ad voluptatem. Totum autem id externum:[10] et, quod externum, id in casu est. Ita fit beatæ vitæ domina fortuna; quam Epicurus ait 'exiguam intervenire sapienti.'

XXVIII. 90. Age, inquies: ista parva sunt: 'sapientem locupletat ipsa natura;' cujus divitias Epicurus[11] parabiles esse docuit. Hæc bene dicuntur; nec ego repugno: sed inter sese ipsa pugnant. Negat enim,[12] tenuissimo victu, id est, contemtissimis escis[f] et potionibus, minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum. Huic ego, si negaret quicquam interesse ad beate vivendum, quali uteretur victu, concederem: laudarem eti-

nihil facit χ. *At eum nihil facit* E U ξ ψ. Actutum Spir. N, et Schutz. omittant pronomen *se*, quod verbum uncis includitur a Gœrenz. et Orell. Hoc voc. transponitur post *uratur* a Crat. et Vict. Pro *se, si uratur* E præbet *sese juraturum;* χ ψ *sese iratum;* sed in ψ 'iratum' postea mutatum est in 'juratum.'—7 *In qua* codd. et edd. ante Lall. Mox, pro *loquare* E ξ præbent *loquatur.*—8 *Sit e corpore* Pal. 1. N, Spir. cum Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell. *sit quod et corpore* χ ψ, Gud. 1. Weg. edd. P et Ven. 1494. cum pluribus Mss. Davisii et Gruteri: *sit quoque in corpore* Lamb. et Oliv. *sit quod est in corpore* E ξ. Paucis interjectis, *afficiuntur voluptates* legitur in χ. Paulo infra, *te non sunt* in E. Tum *non in potestate sunt* Gœrenz. e Spir. et N, cum Orellio.—9 *In his* E et codd. aliqui Gœrenz. cum P, Vict. Davis. Gœrenz. Schutz. et Orell.—10 *Extremum* ξ χ. Verba, *et, quod externum,* haud inveniuntur in U ξ. Pro *externum* χ præbet *extremum.*

CAP. XXVIII. 11 *Epicurus ipse* codd. nonnulli, cum edd. P, Manut. Lamb. Grut. et Brem. Deinde *Nec bene* in χ. Porro *inter se* P, Manut. et Lamb. Pro *pugnant* E ξ habent *repugnant.*—12 Davis. conjecit *Negat idem.* Lamb.

NOTÆ

[f] *Contemtissimis escis*] Legitur illud in epistola ad Menecœum: 'Magnum,' inquit, 'bonum esse censemus, si contenti frugaliterque vivamus,' &c.

Digitized by Google

am: verum enim diceret: idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum[g] esse famem, potionis[13] sitim. Sed, qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius,[h] loquitur ut Frugi ille Piso,[i] non audio: nec enim eum, quod sentiat, dicere existimo. 91. Naturales divitias dixit parabiles esse, quod parvo esset natura contenta. Certe, nisi voluptatem tanti æstimaretis. 'Non minor,' inquit, 'voluptas percipitur ex[14] vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis.' Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem. Qui enim voluptatem ipsam contemnunt, iis[15] licet dicere, se acipenserem menæ non anteponere:[k] [*p.* 84.] cui vero in voluptate summum bonum est, huic omnia sensu, non ratione sunt judicanda: eaque dicenda optima, quæ sunt[16] suavissima.

92. Verum esto: consequatur summas voluptates, non modo parvo, sed per me nihilo,[17] si potest: sit voluptas

in margine 1584. suspic. *e tenuissimo.* Mox, *quali uterentur victu* E.—13 *Et potionis* E ξ. Pronomen *eum* ante *non audio* addi maluit Ern. Voc. *enim* omittitur in Spir. et N, cum edd. Mars. et Schutz. uncis compescitur a Gœrenz. et Orellio. Tum *quid sentiat* χ ψ. Mox *tanti existimaretis* E ξ χ.—14 *Tam ex* E U χ ψ, cum edd. Vict. et Manut.—15 *His* quatuor codd. Gœrenzii, cum edd. Mars. Vict. Crat. et Schutz. sicque volebat Gœrenz. *hic* legitur in E. Verbum *dicere* non est in χ. Tum *se vel accipenserem* ξ: *se vel acipenserem* E. *Mænæ* scribitur in edd. Vict. et Brem. Statim, Th. Bentl. et Brem. censent delendum *non*. Hoc verbum deletur a Lallem. Paucis interjectis, ed. Oliv. omittit *est* post *bonum*.—16 *Sint* E U, et alii Mss. cum edd. Vict. et Davis. probante Ern. neque *sunt*, neque *sint* est in χ. Statim post, E ξ χ ψ, alii codd. et edd. ante Lamb. habent *isto modo consequatur*: U *isto consequatur*.—17 *Sed ferme nihilo* U χ ψ, alii codd. et edd. ante

NOTÆ

[g] *Cibi condimentum*] De Socratis continentia multi multa; tanto, inquit Xenophon, utebatur cibo, quanto jucunde se vesci sentiebat; et ita assueverat, ut fame pro condimento uteretur; eratque omnis jucunda potio, quia nisi sitiret, non potabat. Athenæus quoque meminit ejus temperantiæ.

[h] *Vivit ut Gallonius*] Simile est illud Persii: 'Qui Curios simulant, et bacchanalia vivunt.' De Gallonio supra.

[i] *Frugi ille Piso*] Cognomentum sortitus ex frugalitate singulari: qui, inquit Cicero pro Fonteio, tanta virtute fuit et integritate, ut etiam optimis temporibus, cum hominem invenire nequam non posses, solus tamen Frugi nominaretur.

[k] *Menæ non anteponere*] Nonius menam inter genera ciborum potuumque collocat; Plinius inter pisces colorem variis temporibus mutantes.

Digitized by Google

non minor in nasturtio illo,[l] quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon, quam in Syracusanis mensis,[m] quæ a Platone graviter vituperantur: sit, inquam, tam facilis, quam vultis, voluptatis comparatio:[18] quid de dolore dicemus? cujus tanta tormenta sunt, ut in his beata vita (si modo dolor summum malum est) esse non possit. Ipse enim Metrodorus,[n] pæne alter Epicurus, beatum esse describit his fere verbis: 'cum corpus bene constitutum sit, et sit exploratum, ita futurum.' An[19] id exploratum[o] cuiquam potest esse, quo modo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperam?[20] Dolor igitur, id est summum malum, metuetur semper, etiam si non aderit: jam enim adesse poterit. Qui potest igitur[1] habitare in beata vita[p] summi mali metus? Traditur, inquit, ab Epicuro ratio negligendi doloris. 93. Jam ipsum[2] absurdum, maximum malum negligi: sed quæ tandem ista ratio est? 'Max-

Grut. *sed firme nihilo* E ξ, cum aliis. Mox, *illa non minor* E ξ. Disjunctiva particula *non* deest in U. Deinde *scripsit Xenophon* in E ξ. Paulo infra, pro *vultis* ξ præbet *utilis*.—18 *Comparatio voluptatis* multi codd. cum P, Vict. Davis. Gœrenz. et Orell. Actutum, pro *alter* ξ χ ψ habent *aliter quam*.—19 *Aut* in E: qui Ms. paulo post præbet *se habiturum*.—20 χ. Spir. N, unus cod. Davisii, cum edd. Gœrenz. Schutz. et Orell. *vesperum*. Statim post, tres codd. Gœrenzii ignorant *id*.—1 Pro *igitur* Brem. conjecit *autem*. Verba, *ab Epicuro*, non sunt in Gud. 1.—2 *Jam istud* susp. Davis. *Jam id ipsum*

NOTÆ

[l] *In nasturtio illo*] Est medicamentum simplex, causticæ facultatis et calidissimæ; Galen. lib. VII. κάρδαμον, ita dictum quod cor juvet. Valet adversus venena. Dioscor. Utebantur eo frequenter Persæ, non omnino frugalitatis causa, sed ne sæpius medendi necessitate urgerentur, quod apud ipsos probri loco ducebatur, Xenophon in Cyropæd.

[m] *Syracusanis mensis*] Natum a Syracusanorum luxu proverbium. De Sicularum mensarum lautitie Athenæus lib. XII. Aristoteles. Plato De Rep. III.

[n] *Metrodorus*] Atheniensis, ut Cic. Laërt. Vossio placet; Lampsacenus, ut Straboni et Casaubono: qui ut concilientur, dicendum, auctore Jonssio, Atheniensem quidem patria esse, Lampsacenum tamen dici quod Lampsaci Epicurum audiverit. Hanc opinionem non probant Menagius et Gassendius. Fratrem habuit Timocratem. De utroque De Nat. Deor. lib. I. Hanc ejus opinionem de summo bono habet Plut. in libello 'quod neque juxta Epicurum beata vita sit.'

[o] *An id exploratum*] Sumtum istud ex Sophoclis Trachiniis, quod et in Catone Majore legitur.

[p] *Habitare in beata vita*] Hellenismus: ἐνοικεῖν τῷ μακαρίῳ βίῳ.

imus dolor,' inquit, 'brevis est.' Primum, quid tu dicis breve? deinde dolorem quem maximum?[3] quid enim? summus dolor plures dies manere non potest? vide, ne etiam menses: nisi forte eum dicis, qui, simul atque arripuit, interficit. Quis istum dolorem timet? Illum mallem levares, quo optimum atque humanissimum virum, Cn. Octavium,[q] M. filium,[r] familiarem meum, confici vidi: nec vero semel, nec ad breve tempus, sed et sæpe plane, et diu. Quos ille, Dii immortales![4] cum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat! nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat, tantummodo laboriosus, videbatur: at miser, si in vitiosa et flagitiosa[5] vita afflueret voluptatibus. XXIX. 94. Quod autem magnum dolorem brevem, longinquum levem esse[6] dicitis, id non intelligo, quale sit. Video enim et magnos, et eosdem bene longinquos dolores, quorum alia toleratio est verior; qua uti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non

conjecit Ern. Mox *quid tu dicis brevem* ed. Vict.—3 *Tam maximum* E U ψ, cum P, Vict. et Manut. Tum *Quis eum dolorem* E: *Quid illum dolorem* χ. Paucis post, '*sed sæpe plane* E: *sed sæpe et plane* ξ ψ. Actutum, voc. *diu* omittitur in Gud. 2.—4 *Quos, Dii immortales! ille* Gud. 1. 2. atque sic P, Vict. Manut. Lamb. et Davis. *Dii immortales, quos ille* Ms. Weg. Mox, *tamen modo laboriosus* E ξ: *tantum laboriosus* χ.—5 *In flagitiosa et vitiosa* omnes codd. Gœrenzii, cum aliis. Verba, *At . . . afflueret,* haud inveniuntur in χ: *vitiosa et* desunt in E ξ.

CAP. XXIX. 6 Verbum *esse* omittitur in Spir. N, Gœrenz. Schutz. et Orell. Particula *et,* anté *magnos,* deest in E ξ. Mox, Manut. et Lamb. omittunt voc. *bene.* Tum pro *quorum,* quatuor codd. Oxonn. cum Gud. 1. 2, et Weg. editisque vett. multis *quænam:* Ursini cod. *quædam,* ut ante Grut. editum est: *quæ non* cod. Morel. Tum *tolerandi ratio* conjecit Davis. Cod. Ursini habet *ratio* pro *toleratio.* Mox verba, *quamobrem . . . dolere,* non sunt in

NOTÆ

[q] *Cn. Octavium*] Tenuissimæ valetudinis virum. De quo hæc in Bruto. 'Is (Cn. Sicinius) cum tribunus plebis Curionem et Octavium coss. produxisset, Curioque multa dixisset, sedente Cn. Octavio collega, qui devinctus erat fasciis et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus; 'Nunquam,' inquit, 'Octavi, collegæ tuo gratiam referes; qui, nisi se suo more jactavisset, hodie te istic muscæ comedissent.'' Fuit Cn. Octavius cos. 677.

[r] *M. filium*] Is, qui tribunus plebis 633. legem frumentariam tulit, qua Semproniam abrogavit. De illo Off. lib. II. Meminit quoque illius Cic. in Bruto, quem inter illos fuisse dicit qui in præsidiis reip. magis, quam in judiciis eloquentiæ florerent.

Digitized by Google

amatis. Fortitudinis quædam præcepta sunt, ac pæne leges, quæ effœminari virum vetant in dolore: quamobrem turpe putandum est, non dico dolere (nam id quidem est interdum necesse), sed saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo [7] [a] funestare,

> Quod ejulatu, [b] questu, gemitu, fremitibus
> Resonando, mutum, [8] flebiles voces refert.

Huic Epicurus comparet se, si potest: [9]

> Cui, viperino morsu, venæ viscerum
> Veneno imbutæ, tetros cruciatus cient.

Sit Epicurus Philocteta: [10] 'si gravis dolor, brevis.' At jam decimum annum in spelunca jacet. 95. 'Si longus, levis:' dat enim intervalla, et relaxat. Primum, non sæpe: deinde quæ est ista relaxatio, cum et [11] præteriti doloris memoria recens est, et futuri atque impendentis torquet timor? Moriatur, inquit. Fortasse id optimum; sed ubi illud, 'Plus semper voluptatis?' si enim ita est, vide ne facinus facias, cum mori suadeas. Potius ergo illa dicantur, turpe esse viro [11] debilitari, dolore frangi, succumbere:

E ξ.—7 *Philocteteo* Vict. Davis. et Brem. *Phylotetheo* E. Deinde *et questu, gemitu* E χ: *et questu, questu* in ξ. Pro *fremitibus*, Herman. de Æsch. Philoct. p. 12. legit *fletibus*.—8 *Resonantibus mutum* E ξ: *Resonando multum* codd. aliqui, Grut. et Brem. ut Wolf. in Tuscul. II. § 33. Pro *mutum* Spir. et N exhibent *mutu*.—9 *Huic Epicurus competenter, et si potest* E U ξ χ ψ, Junt. et Vict. *Huic Epicurus, et si potest* Pal. 1. unde Gœrenz. de Rathii sententia, edidit *Huic Epicurus, si potest*. Schutz. e conjectura, simpliciter dedit *Huic igitur*. Lall. conjecit *Huic Epicurus compatiatur si potest*, improbante Orellio. Ed. P, parvo cum discrimine, præbet *Huic Epicurus comparet se et si potest*. Statim post, Rath. suadet legi *Quum e viperino, &c.*—10 *Sic Epicurus Philoctetæ* Gud. 2. Weg. Ven. 1494. Camer. et Gœrenz. ut conjecit etiam Brem. *dicat Epicurus, Philocteta* Schutz. e conjectura: *sit Epicureus Philocteta* edidit Lamb. Verba, *cum et*, omittuntur in χ. Mox *suadeas potius* sine puncto scribuntur in χψ.—11 *Turpe esse, viri non esse* cod. Gronovii, et margo Crat. cum Orellio, probantibus Davis. et Lall. *turpe, viri non esse* Pal. 1. Spir. et

NOTÆ

[a] *Clamore Philoctetæo*] Philoctetes, Pæantis filius, sagittator insignis, Herculis ea in arte discipulus, cujus et arcum hæreditate consecutus est. Relictus in Lemno a Græcis Trojam navigantibus, viperæ morsu in pede accepto, in saxo ad littus jacens, graviter cruciatus est. De eo Latinam tragœdiam scripsit Accius, Græcam Æschylus, cujus meminit Athenæus et Plut.

[b] *Quod ejulatu*] Versus Accii, quos habes et in Tuscul. II.

Digitized by Google

sum ista vestra, 'Si gravis, brevis; si longus, levis,' dictata sunt. Virtutis, magnitudinis[12] animi, patientiæ, fortitudinis fomentis dolor mitigari solet. XXX. 96. Audi, (ne longe abeam) moriens quid dicat Epicurus; et intellige,[13] facta ejus cum dictis discrepare. Epicurus Hermacho[a] S. [*p.* 85.] 'Cum ageremus,' inquit, 'vitæ beatum, et eundem supremum diem, scribebamus hæc. Tanti autem morbi aderant vesicæ et viscerum,[14] ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere.' Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est! Dici aliter non potest. Sed audiamus ipsum: 'Compensabatur tamen,' inquit,[15] 'cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam memoria[16] rationum, inventorumque nostrorum. Sed tu, ut dignum est tua erga me et erga philosophiam voluntate, ab adolescentulo[17] suscepta, fac ut Metrodori tueare liberos.' 97. Non ego jam Epaminondæ, non Leonidæ mortem hujus morti antepono; quorum alter, cum vicisset Lacedæmonios[x] apud

N: *viri non esse* (omissis *turpe esse*) Eliens. 2. et ed. Gœrenz. Tum pro *dolore* ψ et ed. Vict. præbent *dolere*. Deinde *et jam ista natura* E ξ.—12 '*Dictata sunt virtutis: magn.*] Ridicule, ut volebat Grut. distinguunt Bazal. et Junt. *Dictata sunt sæpe decantata* dubia Moseri susp. p. 9.' *Orell.* Pro *dictata* U præbet *dicta*. Paulo infra, *formidinis: tormentis* scribitur in χ. Voc. *dolor* non est in ξ.

CAP. XXX. 13 *Et intelliges* E ξ: *ut intelligas* Davis. e Pal. 1. Deinde in Ms. N legitur *Hermarche*: edd. Junt. Gœrenz. Schutz. et Orell. *Hermarcho*. Inscriptionem delendam censebat Rath. Pro *scribebamus* E ξ præbent *inscriberemus*.—14 *Aderant vesicæ et torminum morbi* codd. nonnulli, etiam Morel. cum Gœrenz. Schutz. et Orellio: *morbi aderant vesicæ et torminum* ed. Vict. Pro *vesicæ* E præbet *vexicæ*; ξ *vexire*. Actutum, *eorum* in χ deest. Tum pro *posset*, edd. vett. omnes, præter Lamb. cum Oliv. et Brem. habent *possit*. Porro, Pal. 1. Spir. N, cum Davis. et Schutz. omittunt *Ecce*: Gœrenz. e conjectura substituit *En*, improbante Orellio, qui tamen uncis inclusit *Ecce*. Mox, *Si audeamus ipsum* ξ.—15 *Compescebatur tum, inquit* Ms. χ: sic quoque E ξ, nisi quod omittunt verbum *inquit*. *Compensabatur, inquit, tamen* in codd. nonnullis, cum edd. Crat. Vict. Gœrenz. et Orell. Pro *capiebam* E præbet *capiebam*.—16 *Ex memoria* Lamb. solus. Tum *inventorum quam nostrorum* E.—17 *Ab adolescentia* Gud. 2. et Crat. Paulo infra, *Epaminundæ* scribitur in

NOTÆ

[a] *Epicurus Hermacho*] Extat illa apud Laërt. epistola, sed ad Idomeneum inscripta. Fortasse scripta fuit ad utrumque, propter τὸ ὑμῖν, inquit Gassend. in Apolog. Epicuri, lib. II. cap. 2. quod Metrodori liberi satis fuissent testamento commendati. Adde Hermachum, successorem proximum, non videri fuisse absentem, cum etiam Epicuri mortem literis missis scripserit.

[x] *Cum vicisset Lacedæmonios*] Lac

Digitized by Google

Mantineam,[y] simulque ipse [18] gravi vulnere exanimari se videret; ut primum dispexit, quæsivit, salvusne esset clypeus? cum salvum esse flentes sui respondissent, rogavit, essentne fusi hostes? cumque id quoque, ut cupiebat, audivisset, evelli jussit eam, qua erat transfixus,[19] hastam: ita, multo sanguine profuso, in lætitia et in victoria est mortuus.[z] Leonidas autem, rex Lacedæmoniorum, se in Thermopylis,[a] trecentosque eos quos eduxerat Sparta,[b] cum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Præclaræ mortes sunt imperatoriæ: philosophi autem in suis lectulis plerumque moriuntur. Refert tamen,[20] quod sibi videtur esse morienti magna laus. 'Com-

E. Verba *non Leonidæ ... Lacedæmonios* desunt in χ.—18 *Atque ipse* Gœrenz. e codd. cum Schutz. et Orell. *simul atque ipse* quatuor codd. Oxon. cum P, Crat. et Vict. Actutum, *videret se* P, Crat. Vict. et Lamb. In Ms. χ legitur *se videret non leonide mortem hujus morti antepono: quorum alter cum vicisset Lacedæmonios: apud se.* Actutum, *despexit* P, Manut. et Lamb. *primum se dispexit* E ξ. Mox, *ne fusi essent hostes* E. Statim, *cum id* Gœrenz. e codd. cum Schutz. et Orell. Pro *audivisset* E præbet *audisset.*—19 *Qua transfixus erat* ed. Lamb. Paucis interjectis, Spir. et N præbent *et victoria*, altera in abjecta. Mox *quos duxerat* E ξ; qui Mss. paulo infra exhibent *philosophi autem ut plurimum in suis lectulis moriuntur:* Gud. 2. *philosophi autem plurimumque in suis lectulis moriuntur.*—20 *Refert autem* E ξ: *Epicurus aliquid refert tamen* conjecit Schutz. Tum *in quo sita videatur esse morienti* e conjectura Lamb. *quod si morienti videtur esse* E: *quomodo sibi videbatur esse morientis*

NOTÆ

dæmoniis præerat eo prælio Agesilaus. Eventum varie varii scribunt. Polybius dubium ait; ubi enim letale in pectore vulnus Epaminondas accepit, quasi ex mutuo consensu utrimque discessum est. Xenophon. Diod. Justin.

[y] *Apud Mantineam*] Arcadiæ oppidum, nunc *Mundi.*

[z] *In victoria est mortuus*] Egregia est morientis oratio, Val. Max. lib. III. 'Non finis,' inquit, 'commilitones, vitæ meæ, sed melius et auctius initium advenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur: orbus quoque, non tamen sine liberis morior, quoniam mirificas filias Leuctra et Mantineam relinquo.' Nobiles duas ad Leuctra et Mantineam victorias retulerat.

[a] *In Thermopylis*] Sunt angustiæ montium, ad Œtam montem, Thessaliam inter et Græciam. Erant in ipso ingressu θερμὰ λουτρὰ, hoc est *calida lavacra;* et desuper ara dicata Herculi, murusque, super quem olim visebantur πυλαὶ, *portæ*, unde Thermopylæ, nunc *Bocca di Lupo.*

[b] *Quos eduxerat Sparta*] Cum ea manu ingentem Xerxis exercitum delevisset, nisi Epialtes quidam regem adiisset consilii inopem, pollicitus se per angustum tramitem Persis ducem fore, ut Leonidæ copias a tergo adorirentur.

Digitized by Google

pensabatur,' inquit, 'cum summis doloribus lætitia.' 98. Audio equidem philosophi[1] vocem, Epicure: sed quid tibi dicendum sit, oblitus es. Primum enim, si vera sunt ea, quorum recordatione te gaudere dicis, hoc est, si vera sunt tua scripta et inventa; gaudere non potes: nihil enim jam habes, quod ad corpus referas. Est autem a te semper dictum, nec gaudere quenquam,[2] nisi propter corpus, nec dolere. 'Præteritis,' inquit, 'gaudeo.' Quibusnam præteritis? si ad corpus pertinentibus, rationes tuas te video compensare cum istis doloribus, non memoriam corpore perceptarum voluptatum: si autem[3] ad animum, falsum est; quod negas animi ullum esse gaudium, quod non referatur ad corpus. 99. Cur deinde[4] Metrodori liberos[a] commendas? Quid ex[5] isto tuo egregio officio, et tanta fide, (sic enim existimo) ad corpus refers?

XXXI. Huc et illuc, Torquate, vos versetis licet; nihil[6] in hac præclara epistola scriptum ab Epicuro congruens et conveniens decretis ejus reperietis. Ita redarguitur ipse a sese, veneuntque[7] scripta ejus probitate ipsius ac moribus; nam ista commendatio puerorum, memoria et caritas amicitiæ, summorum officiorum in extremo spiritu conser-

Spir. et N: *quomodo sibi videtur esse moriens* Pal. 1. *quod sibi morienti videtur esse* Gud. 2. *quo sibi videtur morienti esse* Eliens. 2. Davis. maluit legi *quo modo sibi videatur esse oriens:* Brem. conjecit *quid videatur esse morienti:* Rath. suadet *quod mihi videtur esse morienti.* Pro *magna laus* Ern. conjecit *magnæ lætitiæ.* Mox *cum suis doloribus* ξ.—1 Ante *philosophi* voc. *summum* inseritur in ed. Mars. Verbum *sit*, post *dicendum*, omittitur in ψ. *Si vera . . . hoc est* desunt in E ξ.—2 Codd. plerique *quidquam:* Gœrenz. conjecit *quemquam quidquam.* Actutum, *ne dolere* E ξ. Pronomen *te* ante *video* non est in E ξ. Paucis infra, ξ præbet *preceptarum.*—3 *Sin autem* Spir. N, aliique Mss. cum Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. Deinde pro *ullum* E habet *nullum.*—4 *Cur denique* ξ: *Cum denique* e Gœrenz. conjectura, habet Schutz.—5 Præpositio *ex* omittitur in E U ξ χ ψ, cum edd. P, Crat. et Vict. Denique *egregio tuo* Gœrenz. e Mss. N, et Spir. quem secutus est Orellius.

CAP. XXXI. 6 Voc. *nihil* geminatur in ψ. Mox E habet *decretis suis vel ejus repertis.* Tum idem Ms. præbet *Itaque redarguitur:* ξ *Itaque redarguetur:* U χ, et ed. Vict. *Ita redarguetur.*—7 *Vincunturque* E ξ, Pal. 1. Eliens. 2. Med. Spir. et N, cum edd. Mars. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. *væneantur* cod. Morel. *veniuntque* U. *convincunturque* conjecit Davis. Paulo post Gud. 2. *commendatione:* idemque pro *indicat* præbet *judicat.* Deinde *homini improbi-*

NOTÆ

[a] *Metrodori liberos*] Moriens, et in ea epist. ad Hermach. de qua supra.

Digitized by Google

vatio, indicat, innatam esse homini probitatem gratuitam, non invitatam[8] voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocatam. Quod enim testimonium majus quærimus, quæ honesta et recta sint,[9] ipsa esse optabilia per sese, cum videamus tanta officia morientis?[d] 100. Sed, ut epistolam laudandam arbitror eam, quam modo totidem fere verbis interpretatus sum, (quanquam ea cum summa ejus philosophi[10] nullo modo congruebat) sic ejusdem testamentum[e] non solum a philosophi gravitate, sed etiam ab ipsius sententia judico discrepare. Scripsit enim, et multis sæpe verbis,[f] et breviter apteque in eo libro quem modo nominavi,[g] 'mortem nihil ad nos pertinere: quod enim dissolutum sit, id esse sine sensu; [*p.* 86.] quod autem sine sensu sit, id nihil omnino ad nos pertinere.'[11] Hoc ipsum elegantius poni, meliusque potuit.[h] Nam quod ita positum est, Quod dissolutum sit, id esse sine sensu, id ejusmodi

tatem E ξ.—8 *Non mutuatam* U ψ, et ed. Manut. *non mutatam* ed. Crat.—9 *Sunt* in χ, Weg. Gud. 1. et ed. Mars. Hoc verbum omittitur in Gud. 2. et ed. Gœrenz. Actutum *per se* E. Verbum *esse*, ante *officia*, additur in omnibus edd. præter Vict. Grut. Davis. Ern. et Brem.—10 *Cum sententia ejus philosophi* E ξ ψ, cum P, Manut. et Lamb. *cum summa ejus philosophia* Gœrenz. e codd. Spir. et N, cum Schutz. et Orell. Præpositio *a*, ante *philosophi*, deest in E U ξ ψ, et ed. Vict. Deinde, *indicio discrepatum* ξ: *judico discrepatum* E U.—11 *Nihil ad nos pertinere omnino* Spir. N, Gud. 1. cum edd. Crat. Gœrenz. Schutz. et Orell. *nihil ad nos omnino pertinere* ed. Davis. Omisit *omnino* Brem. errore typographico, ut ait Orellius. Verba *ut non... tamen* desunt in χ: qui Ms. paulo infra addit particulam *et* ante *intellige*.—

NOTÆ

[d] *Officia morientis*] De eodem Epicuro simile quiddam est apud Arriani Epictetum. Quid igitur eum excitavit e somno, ac ad ea scribenda quæ scripsit, coëgit? quid aliud, quam qua re nihil in hominibus potentius natura, quæ invitum hominem et reluctantem ad suam ipsius voluntatem trahit.

[e] *Sic ejusdem testamentum*] Habetur integrum sub initio lib. x. de vita Epicuri.

[f] *Et multis sæpe verbis*] Ut in epist. ad Menecæum: 'Fac autem diligenter, hanc animo mediteris sententiam, mortem nihil ad nos pertinere,' &c.

[g] *Quem modo nominavi*] Is liber est Κυριῶν Δοξῶν. Hanc autem sententiam Sext. Empiricus ait ab Epicharmo acceptam.

[h] *Poni, meliusque potuit*] Plut. secundo librorum quos de Homero composuit, hanc Epicuri argumentationem carpit. Gellius vero lib. II. cap. 8. eandem probat, et Plutarchum refellit.

Digitized by Google

est, ut non satis plane dicat, quid sit dissolutum. 101. Sed tamen intelligo, quid velit. Quæro autem, quid sit, quod cum dissolutione, id est, morte, sensus omnis exstinguatur; et cum reliqui nihil sit omnino,[12] quod pertineat ad nos; tam accurate, tamque diligenter caveat et sanciat, 'ut Amynomachus[i] et Timocrates, hæredes sui, de Hermachi[13] sententia[k] dent, quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis, mense Gamelione:[l] itemque omnibus mensibus, vicesimo die lunæ,[m] dent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint, ut et sui et Metrodori[n] memoria colatur.' 102. Hæc ego non possum dicere non esse hominis[14] et belli et humani; sapientis vero nullo modo, physici præ-

12 *Nihil sit omnia* E. Tum *Anthynomachus et Thymocrates* E χ: *Antichomatis. anthynomachus et Thymocrathes* ξ: *antinomachus et Timocrates* ψ.—13 *De Hermarchi* Ms. N et alii codd. cum Junt. Gœrenz. Schutz. et Orell. *de Hermarci* Ms. Spir. *de Hermacis* E: *de Hermadii* χ ψ. Mox, pro *quotannis* χ habet *quod.* Pro *Gamelione* E præbet *Gamedipnea*: ξ *gamdipnea*: χ *gamdipne*: ψ *Gandipne.* Deinde, *philosophati sunt* ed. Oliv. Paucis post, *memoria colatur.* *Hoc ego, &c.* E ξ.—14 Post verbum *hominis*, Mss. Pal. Eliens. 2. N, Spir. cum edd. Vict. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell. addunt *quamvis.* Tum verbum *esse* additur ante *vult* in plerisque codd. et omnibus edd. præter P, Vict. Da-

NOTÆ

[i] *Amynomachus*] Utrique moriens Epicurus bona quæ apud ædem Deæ Phrygiæ asservabantur, donavit ea lege, ut hortos, in quibus ipse philosophatus erat, traderet Hermacho ac successoribus ad philosophandum. Laërt. in Epicuro.

[k] *De Hermachi sententia*] Hermachus patria Mitylenæus, Agemarchi filius, Epicuri discipulus, et successor in schola. Huic Epicurus moriens domum quæ Melitæ fuit, fruendam quamdiu viveret, dedit; hortosque insuper ubi ipse philosophatus erat. Laërt.

[l] *Mense Gamelione*] Mensis erat secundus post solstitium hyemale. Theodorus De Mensibus. Januarius Latinis sacer Junoni, quod illa præsit nuptiis. Hesychius. Hujus mensis primis decem diebus agi natalem suum voluit Epicurus. Laërt.

[m] *Vicesimo die lunæ*] De eodem die natali hæc Plin. Iidem palæstras athletarum imaginibus, et ceromata sua exornant, et vultus Epicuri per cubicula gestant, ac circumferunt secum. Natali ejus vicesima luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt, quas Icadas vocant, hi maxime qui se ne viventes quidem nosci volunt.

[n] *Metrodori*] Metrodorus, patria Atheniensis, frater Timocratis, una cum fratre Epicurum audivit. Inter insignes ejus discipulos commemoratur a Laërtio, qui libros quoque ab eo scriptos recenset in Epicuro: ad Medicos, tres de Sensibus, ad Timocratem, de Magnanimitate, de Epicuri Ægrotatione, contra Dialecticos, contra Sophistas, de Itinere ad Sapientiam, &c.

Digitized by Google

sertim, quem se ille vult, putare ullum esse cujusquam diem natalem. Quid? verene potest[15] esse dies sæpius, qui semel fuit? certe non potest. An ejusdemmodi? ne id quidem, nisi cum[16] multa annorum intercesserint millia,[o] ut omnium siderum eodem, unde profecta sint, fiat ad unum tempus reversio: nullus est igitur cujusquam dies natalis. At habetur. Et ego id scilicet[17] nesciebam. Sed, ut sit, etiamne post mortem coletur? idque testamento cavebit is, qui vobis[18] quasi oraculum ediderit, nihil ad nos pertinere post mortem?[19] Hæc non erant ejus, qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragravisset. Numquid tale Democritus? ut alios omittam, hunc appello, quem ille unum secutus est. 103. Quod si dies notandus fuit, eumne potius, quo natus, an eum, quo sapiens factus est? Non potuit, inquies, fieri sapiens, nisi natus esset. Et[20] isto modo, ne si avia quidem[p] ejus nata non esset. Res tota, Torquate,

vis. et Ern. Statim post, *putari* scribitur in E χ ψ.—15 *Quid? idemne potest* Eliens. 2. N, et Spir. cum Crat. (in margine) Davis. Gœrenz. et Orell. *Quid? verene idemne potest* Gud. 1. Weg. et Mars. Mox *At ejusdemmodi* conjecit Brem. E præbet *An ejusdem imaginis:* ξ *An ejusdem miaginis:* χ *An ejus modo.*—16 Davis. cum codd. nonnullis omittit particulam *cum*, probante Gœrenzio. Paucis post, *et omnium* in edd. P, Manut. et Lamb. Actutum, *profecta sunt* legitur in E.—17 *Scilicet id* quatuor codd. Gœrenzii, aliique nonnulli, cum edd. P, Vict. Crat. Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. et Orell. Tum pro *coletur* E ξ præbent *tolletur.*—18 *Nobis* E ξ χ ψ, aliique Mss. cum P, Crat. Vict. Davis. Brem. Gœrenz. et Orell. Tum pro *nihil* E habet *nil.*—19 *Nihil post mortem ad nos pertinere* omnes codd. Gœrenzii, aliique, cum P, Gœrenz. Schutz. et Orell. *nihil ad nos post mortem pertinere* Crat. Vict. Manut. et Davis. *nihil mortem ad nos pertinere* ed. Lamb. Statim *Hæc non erat* χ.—20 Manut. et Lamb. omittunt particulam *et*. Mox, pro *avia* χ ψ exhibent *anima*. Deinde, post *Torquate,* Gœrenz. maluit addere verbum *est*. Orellius vult le-

NOTÆ

[o] *Intercesserint millia*] Fuit ea quorumdam opinio philosophorum, post totius cœli conversionem, et omnium siderum in idem caput reditum, cuncta quæ fuerint antehac, reditura esse, idque magnum annum dixerunt. Plato de Universitate, et nos in Somnio Scipionis, et De Nat. Deor. lib. II.

[p] *Ne si avia quidem*] Avia mater est aut patris aut matris, sic et proavia mater vel avi vel aviæ, abavia mater vel proavi vel proaviæ, atavia mater vel abavi vel abaviæ, &c. Aviæ frater, qui matris avunculus est, avunculus magnus dicitur; proaviæ frater, avunculus major; abaviæ frater, avunculus maximus. Adrian. Jun. in Nomenclaturis.

Digitized by Google

non doctorum hominum, velle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis: quos quidem dies quemadmodum agatis, et in quantam hominum facetorum [1] urbanitatem incurratis, non dico. Nihil opus est litibus. Tantum dico, magis fuisse vestrum agere Epicuri diem natalem, quam illius, testamento cavere ut ageretur.

XXXII. 104. Sed, ut ad propositum revertamur, (de dolore enim cum diceremus, ad istam epistolam delati sumus) nunc totum illud concludi sic [2] licet. Qui in summo malo est, is tum, cum in eo est, non est beatus. Sapiens autem semper beatus est, et est aliquando in dolore. Non est igitur summum malum dolor. Jam illud quale tandem est? 'Bona præterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportere.' Primum in nostrane potestate est, quid meminerimus? Themistocles quidem,[q] cum ei Simonides, aut quis alius,[3] artem memoriæ polliceretur, 'Oblivionis,' inquit, 'mallem: nam memini etiam quæ nolo; oblivisci non possum quæ volo.' 105. Magno hic ingenio: sed res se tamen [4] sic habet, ut nimis imperiosi philosophi sit, vetare meminisse. Vide, ne ista sint Manliana [r] vestra, aut ma-

gere *Torquate, non doctorum hominum'st.*—1 *Facetosam* E ψ, cum edd. P, Crat. et Vict. *factiosam* χ. Deinde, *verum* Gud. 2. cum aliis Mss. et ed. Vict. Statim, *agi* Ms. Weg. et Gud. 1. Denique pro *illius*, U, aliique codd. cum edd. P, Vict. Manut. et Lamb. habent *illum*.

CAP. XXXII. 2 *Sic* deest in E ξ: *sic concludi licet* ed. Brem. Paulo infra, *iste cum in eo est* E U ξ χ, N, et alii nonnulli codd. cum edd. ante Lamb. Verbum *est*, post *beatus*, deletur in E ξ: *est beatus* legitur in ed. Lamb. Mox, *Nam illud quale* E ξ, probante Gœrenzio: qui Mss. paulo post exhibent *in nostra potestate*.—3 *An quis alius* Pal. 1. Spir. et N, cum Crat. Manut. Davis. Brem. Gœrenz. Schutz. et Orell.—4 *Sed res tamen* E ξ: *se res tamen* Gud. 2. *sed res tamen se* Gud. 1. et Weg. Mox, pro *Vide* E U ξ χ ψ habent *Vides*: Ms. Weg. et ed. Ven. 1494. *Vide si*. Statim, *Malliana nostra* E U χ ψ. *ne Manliana sint ista vestra* e conjectura Lamb. in ed. 1566. Tum *ut majora* χ ψ. Deinde *impetres quod facere non possum* E.: *imperes quod facere non possum* ξ. Porro, *Quid sit etiam* ψ. Pro *Jucundi* U habet *Jocunde*; χ ψ *Jucunde*. Voc.

NOTÆ

[q] *Themistocles quidem*] Ea de re dictum Acad. IV.

[r] *Manliana*] Proverbium olim fuit, Manliana jussa, Manliana imperia, in eos vel qui dura imperarent, vel qui, nimis rigida juris observatione, humanitatis obliviscerentur; deductum a T. Manlio, qui filium, quod extra ordinem et contra legem pugnasset, virgis cædi et capite feriri jussit.

Digitized by Google

jora etiam, si imperes quod facere non possim. Quid, si etiam jucunda memoria est præteritorum malorum? ut proverbia nonnulla veriora sint, quam vestra dogmata: vulgo enim dicitur, 'Jucundi acti labores:' nec male Euripides, (concludam, si potero, Latine: Græcum enim hunc versum nostis omnes)[5]

Suavis laborum est[s] præteritorum memoria.

Sed ad bona præterita redeamus: quæ si a vobis[6] talia dicerentur, qualibus C. Marius[t] uti poterat, ut expulsus, egens, in palude demersus, tropæorum recordatione levaret dolorem suum; audirem, et plane probarem. [*p.* 87.] Nec enim absolvi beata vita sapientis, nec[7] ad exitum perduci poterit, si prima quæque, bene ab eo consulta atque facta, ipsius oblivione obruentur. 106. Sed vobis voluptatum perceptarum recordatio vitam beatam facit, et quidem corpore perceptarum. Nam, si quæ sunt aliæ, falsum est, omnes animi voluptates esse e corporis societate. Corporis autem voluptas si etiam[8] præterita delectat, non intelligo, cur Aristoteles Sardanapali[u] epigramma tantopere derideat; in quo ille rex Assyriæ[9] glorietur, se omnes

Latine deest in E ξ.—5 *Novistis omnes* χ. Voc. *omnes* suspectum est Bremio. Tum, *Suavis est laborum* edd. ante Lamb. qui dedit *Suavis laborum*, omisso *est*. Davis. cum Gulielmio, maluit legi *Suave'st laborum*.—6 *Si a nobis* E ξ. Pro *qualibus* E præbet *qualibet*. Mox, *in palude mersus* E ξ. *Tropheorum* scribitur in ψ.—7 *Neque* Ms. E, cum edd. Vien. Mars. Crat. Davis. Gœrenz. et Orell. Deinde *abruerentur* E: *obruerentur* edd. P, Vict. Grut. Oliv. et Davis. Tum *beatam vitam* edd. vett. ante Grut. Verba *recordatio ... perceptarum* haud inveniuntur in ξ. Præpositio *e*, ante *corporis*, omittitur in E.—8 *Etiam si* codd. nonnulli et edd. ante Lamb.—9 *Syriæ* E ψ, omnes codd. Gœrenzii, aliique, cum edd. vett. plerisque, Gœrenz. et Orell. *siriæ* scribitur in χ; *qui* Ms. cum

NOTÆ

[s] *Suavis laborum est*] Ἡδὺ σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

[t] *Qualibus C. Marius*] Post septem consulatus, Cimbricosque triumphos, a Sulla auctoritate dejectus, fuga arrepta, ad tugurium senis cujusdam, qui lacunas purgabat, pervenit; ab eo in quandam paludem ut lateret ductus, cum se calamis virgultisque non satis tutum putaret, in palustrem ac cœnosam aquam demisit sese. Plut. in ejus Vita.

[u] *Sardanapali*] Quod est ejusmodi: 'Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido Hausit; at illa jacent multa et præclara relicta.' Quid aliud, inquit Aristoteles, in bovis, non in regis sepulcro inscriberes? Hæc ex Tuscul. III. Illud epigramma refert quoque Suidas.

Digitized by Google

secum libidinum voluptates abstulisse. Quod enim ne vivus quidem, inquit, diutius sentire poterat, quam dum fruebatur,[10] quo modo id potuit mortuo permanere? Fluit igitur voluptas corporis, et prima quæque avolat;[11] sæpiusque relinquit causas pœnitendi, quam recordandi; itaque beatior Africanus cum patria illo modo loquens,

Desine, Roma,[x] tuos hostes, . . .

reliquaque præclare;

Namque tibi monumenta[12] mei peperere labores.

Laboribus hic præteritis gaudet: tu jubes voluptatibus. Hic se ad ea revocat, e quibus nihil unquam retulerat[13] ad corpus: tu totus hæres in corpore.

XXXIII. 107. Illud autem ipsum qui obtineri potest, quod dicitis, omnes animi et[14] voluptates et dolores ad corporis voluptates et dolores pertinere? Nihilne te delectat unquam? video, quicum loquar:[15] te igitur, Torquate, ipsum per se nihil delectat? Omitto dignitatem, honestatem, speciem ipsam virtutum, de quibus ante dic-

E, paulo infra habet *si omnes*.—10 *Poterat, dum fruebatur* χ ψ: *poterat, quam dum vita fruebatur* E U ξ: *poterat dum vita fruebatur* edd. P, Crat. et Vict. Paucis interjectis, E ξ præbent *voluptas omnis corporis*.—11 *Et priora quæque advolat ut aiebat* E U: *et prona quæque advolat, ut aiebat* ξ χ ψ; quam lectionem habent alii Mss. et ed. Vict. nisi quod pro *advolat* præbent *avolat*: *et prima quæque avolat, ut aiebat* codd. aliqui, cum edd. P, Crat. et Maunt. *et prona quæque avolat* Gœrenz. improbante Orellio: *et prima summa quæque avolat* e conjectura Schutz. Post *sæpius*, encliticum *que* omittitur in E ξ. Mox, Pal. 1. Morel. et omnes codd. Gœrenzii, cum Davis. Gœrenz. et Orell. habent *causam*. Pro *hostes* Scaliger conjecit *postes*. Paulo infra, *reliqua præclare* edd. Maunt. et Lamb.—12 *Nam tibi munimenta* Gœrenz. e Mureti conjectura, cum Schutz. et Orell. *Nam tibi monimenta* Spir. et N. *Nam quæ tibi monumenta* E. Pro *peperere* E ξ præbent *repetere*, ψ *reperere*. Paulo post, *Et hic se* E ξ.—13 Ita, ex ed. prima, Ern. cum Brem. Gœrenz. et Schutz. Omnes alii habent *retulerat*.

Cap. XXXIII. 14 E omittit particulam *et*. Mox *ac dolores pertinere* in edd. P, Vict. Davis. Brem. Gœrenz. et Orell. Omnes codd. Gœrenzii, præter Gud. 1. verba *ad corporis voluptates ac dolores* ignorant. Hinc est, quod Marsus *omnes* . . . *ad corpus*, reliquis æque omissis. Deinde, *Nihil tene* Gœrenz. e Mss. Spir. et N, cum Schutz. et Orell. *Nihilne te sua sponte delectat* e conjectura Lamb. Proximum verbum scribitur *inquam* in codd. nonnullis, cum edd. Crat. et Vict.—15 *Loquor* E ξ. Paulo infra, E præbet *honestatemque*.—

NOTÆ

x *Desine, Roma*] Versus forte Ennii.

Digitized by Google

tum est: hæc leviora ponam:[16] poëma, orationem, cum aut scribis aut legis; cum omnium factorum, cum regionum, conquiris historiam; signum, tabula, locus amœnus, ludi, venatio, villa Luculli,[y] (nam si tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceres pertinere) sed ea, quæ dixi, ad corpusne refers? an est aliquid, quod te sua sponte delectet? Aut pertinacissimus fueris,[17] si in eo perstiteris, ad corpus ea, quæ dixi, referre; aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaveris. 108. Quod vero a te[18] disputatum est, majores esse voluptates et dolores animi, quam corporis; quia trium temporum particeps animus sit, corpore[19] autem præsentia solum sentiantur; qui probari potest, ut is, qui propter me aliquid, plus, quam ego ipse, gaudeat? Animi[20] voluptas oritur propter voluptatem corporis; et major est animi voluptas, quam corporis: ita fit, ut gratulator lætior sit, quam is, cui gratuletur. Sed, dum efficere vultis beatum sapientem, cum maximas animo[1] voluptates percipiat, omnibusque partibus majores, quam corpore; quid occurrat,[2] non videtis. Animi enim quoque dolores percipiet omnibus partibus majores, quam corpo-

16 Davis. conjecit *ponantur*. Actutum, *aut orationem* U, Manut. et Lamb. *et orationem* P et Crat. Porro, pro *historiam*, ψ habet *historia;* qui Ms. paulo infra, exhibet *villa Lucilli;* bini codd. Gœrenzii *villa Lucilii.*—17 *Fuerit* in E. Verba, *in eo,* haud inveniuntur in Ms. N. Vocabula *ad corpus . . . deserueris* desunt in E ξ. Pro *referre* Lamb. et Lall. præbent *referri,* ut volebat Ern. Pro *deserueris* χ habet *desueris.*—18 *Quia vero late* ξ: *Quod vero late* χ ψ, Gud. 1. Weg. cum edd. P, Crat. et Vict.—19 *Fuit, corpore* ψ: *sit, corporis* E. Mox *quid? probari potest* Lall. e codd. Mox, post verbum *aliquid*, Gœrenz. e codd. cum Schutz. et Orell. inseruit *gaudet;* codd. alii, cum P, Crat. Vict. Manut. Lamb. et Davis. addunt *gaudeat.* Idem verbum, *gaudeat*, post *ipse*, deest in ξ χ ψ.—20 Davis. cum E ξ χ ψ, et aliis codd. *Animo;* et paulo infra idem cum χ, aliisque, pro *gratuletur* præbet *gratulatur.* Hæc verba, *Animi . . . gratuletur*, quæ uncis includuntur ab Orellio, et suspecta sunt Ern. et Brem. plane deleverunt Gœrenz. et Schutz. Ista quidem verba cum prægressis ita refert Marsus: *ut is, qui propter me aliquid gaudeat, animo gaudeat, si voluptas animi (ut dicitis) oritur, &c.* proxima autem, *et major . . . corporis* ignorat.—1 *Animi* in ψ. Paulo post *quam corporis* scribitur in E ξ.—2 Corruptum videbatur ec-

NOTÆ

y *Villa Luculli*] In qua opes profudit quas ex bellis ingentes paraverat. Varias ejus substructiones, balneorum molitiones, tumulos fossuris suspensos, euripos, rivosque pisculentos ædibus circumjectos, et vivaria, vide in Plut. Lucullo.

Digitized by Google

ris. Ita miser sit aliquando necesse est is, quem vos[3] beatum semper vultis esse. Nec vero id, dum omnia ad voluptatem doloremque referetis, efficietis unquam.

109. Quare aliud aliquid,[4] Torquate, hominis summum bonum reperiendum est. Voluptatem bestiis concedamus, quibus vos de summo bono testibus uti soletis. Quid, si etiam bestiæ multa faciunt, duce sua quæque natura, partim indulgenter vel cum labore; ut, in gignendo, in educando,[1] perfacile appareat,[5] aliud quiddam iis propositum, non voluptatem? partim cursu,[6] et peregrinatione lætantur: congregatione aliæ[a] cœtum quodam modo civitatis imitantur. 110. Videmus, in quodam volucrium[7] genere, nonnulla indicia pietatis, cognitionem, memoriam: in multis etiam disciplinam videmus.[8] [*p.* 88.] Ergo in bestiis erunt, secreta a voluptate, humanarum quædam simulacra virtutum: in ipsis hominibus virtus, nisi voluptatis causa, nulla erit? et homini, qui ceteris animantibus plurimum præstat, præcipui[9] a natura nihil datum esse dicemus? XXXIV.

currat Ern. Verba, *quid occurrat...quam corporis* desunt in E ξ.—3 Pronomen *vos* non est in E ξ; qui Mss. paulo post habent *dolorem quia refertis.*—4 *Aliquid aliud* P. *aliud aliquod* Lamb. Mox pro *duce sua* ξ præbet *duce natura.* Particula *ut*, ante *in gignendo*, deest in E ξ.—5 Lamb. dedit *ut perfacile appareat*, probante Matthiæ. Pearcius conjecit hunc locum ita legendum: *partim indulgent labori in gignendo, in educando, ut perfacile appareat:* Brem. haud dubitat quin locus sic refingendus sit: *partim indulgentes vel cum labore gignendo, educando, ut perfacile appareat.* Statim, *aliud quoddam* E ξ. Pro *iis*, omnes codd. Gœrenzii, cum edd. Mars. Vict. Gœrenz. et Schutz. exhibent *his.* Negativa particula *non*, ante *voluptatem*, deest in ξ.—6 Post *voluptatem* E ξ præbent *et turtures cursu:* U, edd. Vict. et Mannt. *Turtures et cursu:* χ ψ, et ed. P *Cicures et cursu:* ed. Lamb. *Turtures cursu.* Deinde *et peragratione* cod. Morel. Mox *videmus* suspectum est Gœrenzio.—7 *Volucrum* E U χ ψ, alii nonnulli, et edd. ante Grut. Tum pro *indicia* U præbet *judicia.* Ante *memoriam* E ξ addunt copulativam particulam *et.*—8 Verbum *videmus* omittitur in codd. nonnullis, cum edd. P, Crat. Manut. Lamb. et Lall. *etiam desideria videmus* ξ χ ψ, aliique codd. cum edd. Vict. et Grut. Tum *Ergo in bestiis si erunt* Ms. Weg.—9 *Præcipue* E U χ ψ, et alii Mss. cum edd. Mars. et Crat. *præcipuum* Gud. 1. Præpositionem *a* ante *natura* omisit Schutz.

NOTÆ

[1] *In gignendo, in educando*] Idem habet Plato in Symposio: 'Pro iis quæ procreata sunt, ita propugnare paratæ sunt, ut et imbecilles ipsæ in fortiores invadant, mortemque pro fœtu adire non reformident.'

[a] *Congregatione aliæ*] Dividit Aristoteles animalia in πολιτικὰ et σποραδικά. In primo genere sunt apes, formicæ, &c.

Digitized by Google

111. Nos vero, si quidem in voluptate sunt[10] omnia, longe multumque superamur a bestiis; quibus ipsa terra fundit ex sese pastus varios, varieque abundantes,[11] nihil laborantibus: nobis autem aut vix, aut ne vix quidem, suppetunt, multo labore quærentibus. Nec tamen ullo modo summum pecudis[12] bonum, et hominis, idem mihi videri potest. Quid enim tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis, quid tanto concursu honestissimorum studiorum,[13] tanto virtutum comitatu, si ea nullam ad aliam rem, nisi ad voluptatem, conquiruntur? 112. Ut, si Xerxes,[b] cum[14] tantis classibus, tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto juncto,[c] Athone[d] perfosso, maria ambulavisset, terramque navigasset;[15] si, cum tanto im-

CAP. XXXIV. 10 *Sint* in edd. Vict. et Oliv. Mox Ms. E habet *seperamur a bestiis;* qui Ms. paucis interjectis, exhibet *ex se pastus.*—11 *Varios atque abundantes* E ξ, Spir. N, atque Eliens. 2. cum Aldo Nepote, Davis. Brem. Schutz. et Orell. Gud. 2. ignorat *varios.* Gœrenz. conjecit *pastus varietate abundantes.* Voc. *aut*, ante *vix*, omittitur in codd. nonnullis. Mox, pro *ullo* ξ habet *illo.*—12 *Pecudum* U χ ψ, aliique codd. cum edd. P, Crat. Vict. et Lamb. Ignorant *est* ante *instrumento* Gud. 1. et Weg. at Gud. 2. idem transponit in locum particulæ *enim*, quam ignorat.—13 *Optimorum studiorum* edd. P et Crat. Verbum *studiorum* non est in χ.—14 *Ut si quum Xerxes* ed. Lamb. Paulo infra voc. *tantisque* deest in E ξ. Deinde pro *juncto* E habet *vincto*, ξ *victo.* Statim post, *Actone* E: *Athove* ψ, cum edd. Vict. et Manut. Tum *mare ambulavisset* Gœrenz. *maria ambulasset* ed. Lamb.—15 *Terram navi-*

NOTÆ

[b] *Ut si Xerxes*] De exercitu ejus, quæ alii sparsim, Herodotus collecta habet lib. VI. in Polymnia. Omnium quos auctores meminerunt maximus fuit; longe major eo quo Darius adversus Scythas movit; major eo quo Medos subegit, et superiora Asiæ, partim maritimus, partim terrestris. Hunc totum simul videre cum optasset, ad Abydum classis et terrestres copiæ convenerunt; vidensque stratum navibus Hellespontum, hominibus campos, exclamavit se beatum esse. Vide Herodot. lib. VII.

[c] *Hellesponto juncto*] In Græciam cum veniret Xerxes, Hellespontum ex Asia in Europam ponte conjungere molitus est e regione Abydi, ubi ad ulteriorem ripam septem stadiorum trajectus est. Sed pontem coorta mox tempestas dissolvit. Quod indigne ferens Xerxes, jussit trecenta Hellesponto verbera infligi. Herodot. lib. VII.

[d] *Athone* [*Athove*] Seu *Athone*, utroque enim modo flectitur. Ingens mons erat in mare prominens ad speciem peninsulæ cum isthmo duodecim stadiorum: quem cum anno superiore classis circumveheretur, afflictata est; quare hoc anno in Græcos movens isthmum inter Sanam urbem et Athon montem intercidi jussit, ut duæ simul triremes ibi navigare possent. Herodot. lib. VII.

Digitized by Google

petu in Græciam venisset, causam ejus quis[16] ex eo quæreret tantarum copiarum, tantique belli, mel se auferre[17] ex Hymetto[*] voluisse diceret, certe sine causa videretur tanta conatus: sic nos sapientem, plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructum et ornatum, non, ut illum, maria pedibus peragrantem, classibus montes, sed omne cœlum, totamque cum universo mari terram mente complexum, voluptatem petere si dicemus, mellis causa dicemus[18] tanta molitum. 113. Ad altiora quædam et magnificentiora, mihi crede, Torquate, nati sumus: nec id[19] ex animi solum partibus, in quibus inest memoria rerum innumerabilium, vitæ quidem infinita,[20] inest conjectura consequentium, non multum a divinatione differens; inest moderator cupiditatis pudor; inest ad humanam societatem justitiæ fida custodia; inest, in[1] perpetiendis laboribus adeundisque periculis, firma et stabilis doloris mortisque contemtio. Ergo hæc in animis: tu autem etiam membra[2] ipsa sensusque considera; qui tibi, ut reliquæ corporis partes, non comites solum virtutum, sed ministri etiam videbuntur.[3] 114. Quid, si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt, ut vires, valetudo, velocitas, pulchritudo? Quid tandem in animis censes? in quibus

gasset χ, Spir. et N, cum edd. Vict. Davis. Gœrenz. et Orell. *vel terram navigasset* ξ, et Gud. 2. *navigavisset* legitur in edd. Vict. Manut. et Davis. Ed. Lamb. omisit proximum verbum, *si*.—16 *Causam quis* Orell. e Mss. Spir. et N, atque de Th. Bentl. Brem. et Beieri sententiis: *et causam quis* Gœrenz. e conjectura, cum Schutz. improbante Orellio. Pronomen *quis* deest in E ξ.—17 *Afferre* χ ψ, alii Mss. et edd. ante Grut. *aferre* U. Verbum *voluisse* deest in χ: qui Ms. paulo post habet *virtutibus structum*. Deinde, *pedibusque peragrantem* E.—18 Verba, *mellis causa dicemus*, desunt in χ. Mox, pro *altiora* E ξ præbent *altera*.—19 Gœrenz. et Schutz. tacite omittunt *id*.—20 *Vitæ quidem infirmata* E: *in te quidem infirmata* ξ: *et ea quidem infinita* Lamb. de Manutii conjectura, cum Schutz. et Orell. *in te quidem infinita* codd. nonnulli, cum ed. P. *inde quidem infinita* Spir. N et ed. Gœrenz.—1 Gœrenz. e codd. Spir. et N, cum Schutz. et Orell. delent præpositionem *in*. Mox, *ac stabilis* scribitur in E.—2 *Etiam in membra* ξ: *et membra* ed. Vict. Deinde Mss. Spir. et N omittunt verbum *corporis*: Mss. Weg. et Gud. 1. habent *reliqui corporis*. Paucis interjectis, pro *virtutum* Davis. conjecit *voluptatum*, probante Ern.—3 *Videbantur* χ, aliique codd. cum P, Crat. Vict. et Lamb. Statim post,

NOTÆ

[*] *Ex Hymetto*] Monte Atticæ, cujus mella, propter excellentiam, in proverbium abiere.

Digitized by Google

doctissimi illi[4] veteres inesse quiddam cœleste et divinum putaverunt. Quod si esset in voluptate summum bonum (ut dicitis), optabile esset, in voluptate maxima,[5] nullo intervallo interjecto, dies noctesque versari, cum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi moverentur. Quis est autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in isto genere voluptatis? 115. Cyrenaici quidem non recusant. Vestri hæc verecundius: illi fortasse constantius.

Sed lustremus animo, non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur: sed quæro, num existimes, non dico Homerum, Archilochum,[f] Pindarum,[g] sed Phidiam, Polycletum,[6] Zeuxin, ad voluptatem artes suas direxisse? Ergo opifex plus sibi proponet ad formarum, quam civis excellens ad factorum pulchritudinem? Quæ autem est[7] alia causa erroris tanti, tam longe lateque diffusi, nisi quod is, qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio atque consilium, sed cum cupiditate, id est, cum

Quod si Gœrenz. e Spir. et N, cum Schutz. et Orell.—4 *Doctissimi visi illi* E: *doctissimi viri illi* ξ: *doctissimi illi viri* alii nonnulli codd. Tum pro *quiddam* E ξ præbent *quoddam*. Actutum, *Quod si etiam in voluptate* E; qui Ms. paulo post, pro *esset* habet *esse*.—5 *Maxima in voluptate* Gud. 1. Crat. et Vict. *in maxima voluptate* Spir. et N. Voc. *voluptate* suspectum est Gœrenzio. Mox, pro *dulcedine* E præbet *dulce*.—6 *Polycletem* E: *Penditum* Gud. 2. *Policlitum* Ms. Weg. Statim post, *Zeusim* scribitur in E. Tum, *ad voluptates* P, Vict. Manut. Lamb. et Grut. Porro *suas artes* ed. Vict. Paucis interjectis, *sibi preponet* ξ; qui Ms. paulo infra, cum Ms. E, habet *quasi civis*.—7 *Quæ est autem* Schutz. e Gud. 1. probante Gœrenzio. Verbum substantivum omittitur in ξ. Actutum, pro *longe* E ξ habent *longi*. Mox, *si sint Dii* E ξ, et ed. Vict.

NOTÆ

[f] *Archilochum*] Poëtam maledicum, adeoque obscœnum, ut ejus libros ex urbe sua amandari sanxerint Lacedæmonii, Val. Max. et in exilium ipse eo nomine pulsus sit, Plut. Floruit Tullo Hostilio regnante, Gell. Candaulis et Gygis temporibus, quorum historiam iambicis etiam complexus est, Herodot.

[g] *Pindarum*] Floruit temporibus Gelonis et Hieronis fratrum, quorum ad alterum hymnos scripsit. Patria Thebanus; tanto apud veteres in pretio, ut cum Thebas Alexander diriperet, Pindari familiæ penatibusque parci jusserit. Arrian. Cum in cunis esset, fertur apis in ejus ore mella et favos deposuisse. Alii adolescentulo, cum in agro obdormiisset, id contigisse narrant. Pausan.

Digitized by Google

animi levissima parte, deliberat? 116. [*p.* 89.] Quæro enim de te: si sunt Dii, (ut vos etiam putatis) qui possunt[8] esse beati, cum voluptates corpore percipere non possint?[9] aut si, sine eo genere voluptatis, beati sunt, cur similem animi usum in sapiente esse nolitis? XXXV. Lege[10] laudationes, Torquate, non eorum qui sunt ab Homero laudati, non Cyri, non Agesilai,[h] non Aristidis,[i] non Themistoclis, non Philippi, non Alexandri:[11] lege nostrorum hominum, lege vestræ familiæ: neminem videbis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur. Non elogia[12] monumentorum id significant, velut hoc ad portam;[k] 'Uno ore cui[l] plurimæ[13] consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum.' 117. Idne consensisse[14] de Calatino plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuisse, quod præstantissimus fuisset in conficiendis voluptatibus? Ergo in iis[15] adolescentibus bonam

—8 *Possint* ed. Lamb.—9 Tres codd. Gœrenzii, cum edd. P, Manut. et Schutz. *possunt*. Denique, pro *sunt*, Ms. E præbet *sint*.

CAP. XXXV. 10 *Legite lege* ξ. Pro *Agesilai* E præbet *Agesilasii*. Tum, *non Aristidi, aut Themistocli* Ms. N, Gœrenz. et Orell. *non Aristidis, aut Themistoclis* E ξ, Gud. 1. 2. Weg. et ed. Vict. *non Aristidi, non Themistocli* ed. Schutz.—11 *Aut Alexandri* Mss. Spir. et N, cum edd. Crat. Gœrenz. Schutz. et Orell. Proximum verbum, *lege*, deest in E ξ; qui Mss. pro *videbis* habent *videbitis*. Mox in ψ *utilitatum diceretur*.—12 *Eulogia* E U ξ χ: *eclogia* ed. Lamb. Tum *velut ore hoc ad portam* ψ.—13 *Unum hunc plurimæ* Orell. e conjectura: *ore cui plurimæ*, omisso *uno*, E ξ: *uno eum plurimæ* χ ψ: *uno cui plurimæ* U: *uno cum plurimæ* Pal. 1. Spir. et N: *imo cum plurimæ* Gud. 2. *unum esse plurimæ* ed. Ven. 1494. *ore uno plurimæ* Mars. *ore uno cui plurimæ* ed. Junt. *unum eum plurimæ* Rath. Pronomen *cui* uncis compescitur a Bremio. Hic locus ita datus est a Davisio, cum Lall. et Schutz. *portam unicum, 'Plurimæ, &c.* improbante Orellio. Statim post, verbum *gentes* deest in E ξ; qui Mss. pro *fuisse* habent *esse*.—14 *Concessisse* E U. Tum pro *arbitramur* E præbet *arbitrantur*.—15 *In his* quatuor codd. Gœrenzii, cum edd. vett. ante Manut. Gœrenz. et Schutz. Mox, pro *arbitramur*, Par. 1. 3. Gud. 1. 2. Weg. aliique codd. cum Gœrenz. Schutz. et Orell. habent *arbitrabimur*. Tum, copulativa

NOTÆ

[h] *Agesilai*] Nobilis Lacedæmoniorum ducis, de quo infra.

[i] *Aristidis*] Ducis item Lacedæmoniorum, qui propter ostracismum patria pulsus, in Ægina insula vixit. Suidas.

[k] *Velut hoc ad portam*] Forte Capenam, ad quam Attilii Calatini sepulcrum fuit cum ea epigraphe: 'Uno ore cui plurimæ,' &c. Neque vero intelligendus ille locus de porta domus, ut Ursino placet, ad quam mortuorum corpora exponi per aliquot dies solerent. Vide Lips. Elect. I. 6. et nos Tuscul. II.

[l] *Uno ore cui*] De illo elogio in Catone Majore, ubi patet esse Attilii Calatini.

Digitized by Google

spem esse dicemus, et magnam indolem, quos suis commodis inservituros, et, quicquid ipsis expediat, facturos arbitramur? Nonne videmus, quanta perturbatio rerum omnium consequatur? quanta confusio? Tollitur beneficium; tollitur gratia; quæ sunt vincula concordiæ. Nec enim,[16] si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fœneratio: nec gratia deberi videtur ei, qui suam ob causam commodaverit. Maximas vero virtutes jacere omnes necesse est, voluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, nisi honestas natura[17] plurimum valeat, cur non cadant in sapientem, non est facile defendere. 118. Ac, ne plura complectar, (sunt enim innumerabilia) bene laudata virtus voluptatis aditus intercludat, necesse est: quod jam a me expectare noli. Tute introspice in mentem tuam ipse: eamque omni cogitatione pertractans, percunctare ipse te, perpetuisne malis voluptatibus perfruens,[18] in ea, quam sæpe usurpabas, tranquillitate degere omnem ætatem sine dolore, (assumto etiam illo, quod vos[19] quidem adjungere soletis, sed fieri non potest, sine doloris metu) an, cum de omnibus gentibus optime mererere, cum opem indigentibus[20] salutemque ferres, vel Herculis perpeti ærumnas:[ɛ] [m]

[ɛ] *Tu ipse animum tuum interroga, an præoptes, voluptatibus perpetuis perfruens, traducere vitam omnem in ea de qua loquebaris voluptate, sine dolore, etiam, si tibi concedatur, quod vos adjungere quidem soletis, sed fieri tamen non potest, te*

particula *et* additur ante *quanta* in Ms. E.—16 *Nec etiam* E: *Non enim* ψ. Mss. Spir. et N utramque *ob* ante *causam* ignorant. Pro *cuiquam* N et Gud. 1. habent *cui*. Proximum verbum in Ms. E scribitur *commendes:* in eodem cod. verbum substantivum omittitur post *habendum*.—17 Voc. *natura* deest in E ξ: *honesta natura* Spir. N, Morel. aliique codd. probante Grut. *honestatis natura* ed. Crat. Paulo post, *At ne plura* plerique codd. Gœrenzii. Pro *plura* E ξ habent *plurima*. Deinde, *unde laudata virtus voluptatis* iidem Mss. *bene laudata virtus voluptati* Lamb. in ed. 1584. Mox, pro *cogitatione* Gud. 1. et Weg. præbent *cognitione*. Paucis interjectis, *præcontare ipse te* in χ.—18 *Perfluens* χ ψ, aliique codd. et edd. ante Lamb. Tum *quam sæpe usurpas* χ.—19 *Quo vos* E. Mox voc. *gentibus* abest a Spir. et N. Pro *mererere*, E habet *mererer;* χ *merere*.—20 *Indulgentibus* Lamb. errore typographico, ut ait

NOTÆ

[m] *Herculis perpeti ærumnas*] Præcipui ejus labores hi recensentur: 1. Cum esset in cunis, immissos a Junone angues duos elisit: 2. Hydram

Digitized by Google

sic enim majores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo,[1] etiam in Deo nominaverunt. 119. Exigerem ex te, cogeremque, ut responderes, nisi vererer, ne Herculem ipsum ea, quæ pro salute gentium summo labore gessisset, voluptatis causa gessisse diceres.

Quæ cum dixissem, Habeo, inquit Torquatus, ad quos ista referam: et, quanquam aliquid ipse poteram, tamen invenire malo paratiores familiares nostros. Credo, Syronem[n] dicis, et Philodemum,[2] [o] cum optimos viros, tum doctissimos homines. Recte, inquit, intelligis. Age, sane, inquam. Sed erat æquius, Triarium aliquid de nostra dissensione judicare. Immo, inquit[3], arridens, iniquum, hac quidem de re: tu enim ista lenius; hic Stoicorum more nos vexat. Tum Triarius, Posthac quidem, inquit, auda-

semper fore sine doloris metu; an vero malis etiam Herculis perpeti ærumnas, dum de omnibus gentibus optime merereris.

Orellius. Statim infra, *velles Herculis* scribitur in Gud. 1.—1 Post *verbo* omnes aliæ edd. habent *ærumnas*, quod vocabulum uncis inclusit Davis. Statim infra, *etiam ut in Deo* E: *etiam, ut video* ξ χ ψ, aliique codd. cum P et Crat. *etiam in Deo, ut video* Gud. 1. 2. et Weg. unde, voc. *etiam* deleto, Gœrenz. conjecit *vel in Deo.* Mox E ξ præbent *ut responderes mihi, nisi vererer, ut Herculem, &c.* Pro *Syronem* codd. nonnulli et ed. Vict. habent *Sironem.*—2 *Polidemum* U: *Polidemum* χ, aliique codd. et edd. vett. nonnullæ: *Policlemus* ψ: *Polydemum* edd. vett. aliquæ ante Lamb. qui præbet *Philodamum.* Proximum verbum, *cum,* omittitur in E ξ: *tum optimos viros* codd. nonnulli, cum edd. Crat. Vict. Gœrenz. et Schutz. Statim post, *tum doctissimos homines* scribitur in χ; qui Ms. paulo post exhibet *inquam.* *Et si erat æquius.* Actutum, *de dissensione nostra* Gud. 1.—3 *Juro, inquit* E ξ ψ, et duo codd. Gœrenzii: *Jure, inquit* Mss. Spir. et N; unde Gœrenz. e conjectura dedit *Ejuro, inquit;* quem secuti sunt Schutz. et Orell. Deinde, pro *lenius* U præ-

NOTÆ

Lernæam interfecit: 3. Diis suppetias venit contra Gigantes: 4. Ingressus ad inferos, Cerberum ad Eurystheum regem pertraxit: 5. Leonem Nemæum unguibus dissecuit, ejusque pellem in vestem sibi assumsit: 6. Centauros in se hostiliter incurrentes sagittis confixit, &c.

[n] *Syronem*] Epicureum, de quo in Acad. IV. ubi *Scyron* scribitur.

[o] *Philodemum*] Philodemus Epicureus fuit, patria Gadarensis, poëta Ciceroni æqualis. Obscœna scripsit: scripsit item τὴν τῶν φιλοσόφων σύνταξιν libris aliquot, quorum decimum laudat Laërt. lib. x. ex eoque Epicuri discipulos recenset. Meminit illius Cicero in Pisonem. Horat. lib. I. sat. 2. 'Gallis: hanc, Philodemus ait, sibi, quæ neque magno Stet pretio, neque cunctetur, cum est jussa, venire.'

Digitized by Google

cius: nam hæc[4] ipsa mihi erunt in promtu, quæ modo audivi: nec ante aggrediar, quam te ab istis, quos dicis, instructum videro. Quæ cum essent dicta, finem fecimus et ambulandi et disputandi.

bet *levius.*—4 *Nam ex hæc* ξ. Statim post, *ipsa mihi erant* E. Denique, *quas dicis, instructum videro* E: *quas dicis, institutum videro* ξ.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

AD BRUTUM

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Liber hic, cum quarto, continet habitam in Luculli Tusculano inter Catonem et Ciceronem de fine bonorum et malorum disputationem, in qua Catoni Stoicæ, Ciceroni Peripateticæ partes tribuuntur. Præmisso brevi de ratione Stoica et Peripatetica sermone, utrum verbis an re discrepent, quorum illud Cicero contendebat, hoc Cato pugnabat, cap. 3. 4. fit ad ipsam disputationem accessio, et Cato totam Stoicam rationem explicat. Ejus disputationis hæc summa est: Simul ac natus est homo, ipse sibi commendatur et conciliatur a natura ad se conservandum, et ab interitu alienatur. Hæc prima appetitio ubi consecuta est id, quod quærebat, accedit voluptas, quæ perperam pro ipsa prima appetitione habetur ab Epicuro, et in primis naturalibus, s. initiis naturæ, ponitur. Sed ad hæc initia, propter se appetenda, ponendæ etiam sunt 'rerum cognitiones' (καταλήψεις) et 'artes' ipsæ, quod pueri gaudent, si quid ipsi invenere, etsi nihil inde ad se commodi perveniat, et dignæ sunt artes assumtione, cum et cognitiones contineant, et via sint ac ratione constitutæ. cap. 5. His initiis positis sequitur prima divisio hæc: Aliud esse 'æstimabile,' quod secundum naturam sit, aut efficiat aliquid per se selectione dignum; aliud 'inæstimabile,' quod sit illi contrarium. Constituto hoc, ut, quæ secundum naturam sint, propter se sumantur, primum est 'officium' (καθῆκον) ut se conservet homo in naturæ statu, deinceps ut ea teneat, quæ secundum naturam sunt, pellatque contraria. Simul autem cepit 'intelligentiam,' vel 'notionem' potius (ἔννοιαν), et vidit rerum agendarum ordinem, plus eum diligit, quam ipsa illa initia, atque colligit, in eo positum esse 'summum

Digitized by Google

bonum,' quod in convenientia (ὁμολογίᾳ) versetur, quod per se expetatur, cum nihil ex initiis naturæ propter se appetatur, sed tantum seligatur. cap. 6. Cum autem omnia officia a primis naturæ oriantur, etiam sapientia inde proficiscatur necesse est. Ea autem et animi magnitudinem complectitur et justitiam, quas virtutes nemo tenere potest, nisi statuerit, nihil esse quod intersit aut differat aliud ab alio, præter honesta et turpia. cap. 6. 7. Ex his autem consequuntur duo: primum, ut cum extremum sit, naturæ congruenter vivere, 'sapiens semper feliciter vivat;' alterum, ut, 'quod honestum sit, id solum bonum' judicemus, 'quod turpe, solum malum.' cap. 7. 8. 'Bonum' est id, quod est natura absolutum, 'utile' autem (ὠφέλημα), motus aut status e natura absoluta. Atque id bonum non accessione, neque crescendo, aut cum ceteris comparando, sed propria vi sua sentimus et appellamus bonum, ejusque 'æstimatio' (ἀξία) genere valet, non magnitudine. Nec vero 'perturbationes' (πάθη) vi aliqua naturali moventur, sed sunt opiniones levitatis, atque in sapientem non cadunt. cap. 10. Solum autem honestum esse bonum, cum a multis aliis præter Stoicos, tum etiam facile defenditur; quod omnes malunt sine scelere, quæ volunt, consequi, et ad res dignas cognitione cognoscendas etiam sine voluptate aut utilitate aliqua feruntur, gaudent præterea commemoratione præclare factorum, nec vel sine teste scelus admittere sustinent. cap. 11. Jam in hac re discrepare re non verbis Peripateticos et Stoicos, ex eo intelligitur, quod illi omnia, quæ ipsi bona dicunt, pertinere putant ad beate vivendum; hi vero, quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, complecti vitam beatam putant: quod illi dolorem in malis ponunt, et cum multitudine bonorum augeri beatitatem putant, aliamque actionem magis expetendam alia, ut quæ sit sine dolore, magis ea, quæ sit cum dolore; quæ omnia secus sunt apud Stoicos. cap. 13. 14. Quanquam autem nec virtutes nec vitia crescunt, funduntur tamen quodammodo et quasi dilatantur: alia enim virtus integras provincias complectitur, alia paupertatis tanquam termino circumscribitur, ut se eodem modo diffundere non possit. Voluptas et valetudo non est inter bona numeranda, quod ad eam ducunt, eamque continent divitiæ: nam efficeretur, ut ipsæ divitiæ in bonis essent. cap. 15. Sed ne omnis vita confundatur, alio etiam modo res distinguendæ sunt. Quæ itaque nil valent ad beate misereve vivendum, et 'media' dicuntur, alia sunt æstimabilia, alia contra, alia neutrum. In æstimabilium quibusdam satis est causæ, quare aliis anteponantur, in quibusdam non item, et sic etiam in non æstimabilibus. Hinc orta sunt Zenonis προηγμένα, 'producta,' 'præposita,' 'præcipua,' 'promota,' et ἀποπροηγμένα, 'rejecta;' 'remota;' quorum alia sunt per se præposita, alia, quod aliquid efficiunt, alia quod utrumque. Sed quoniam æstimabile nec bonum nec malum est, ideo ἀδιάφορον, 'indifferens' dicitur. cap. 15. 16. 17. Bona porro sunt vel τελικὰ, 'pertinentia,' alia ποιητικὰ, 'efficientia.' Ad illud genus actiones honestæ referuntur, ad hoc nil præter amicum, sapientia ad utrumque. cap. 17. 'Officia' nec in bonis nec in malis sunt: est tamen iis fungendum, quod in iis est aliquid probabile, cujus ratio reddi potest. In iis versatur sapiens, judicando, quid officii sit necne. cap. 18.

Digitized by Google

Pertinet autem ad rem, ut intelligatur, natura liberos a parentibus amari, et communem esse hominum inter homines et naturalem commendationem, qua ducti societatem appetamus, cujusque hæc vis sit, ut communi utilitati studeamus, rempublicam administremus, liberos quæramus, decorum sequamur, amicitiam adhibeamus et justitiam, neque utilitatis causa, sed per se. Ad has virtutes etiam dialecticæ et physicæ cognitio adjicienda, quæ ipsæ virtutes sunt. cap. 19-22. Ex quibus intelligitur, quæ a Stoicis sapienti tribuantur, ea vere tribui.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 90.] VOLUPTATEM quidem,[1] Brute, si ipsa pro se loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram arbitror, convictam superiore libro, dignitati.[*] Etenim sit impudens, si virtuti diutius repugnet, aut si honestis jucunda anteponat, aut pluris esse contendat dulcedinem corporis titillantem,[2] ex eave natam lætitiam, quam gravitatem animi, atque constantiam. Quare illam quidem dimittamus, et suis se finibus tenere jubeamus, ne blanditiis ejus, illecebrisque impediatur disputandi severitas. 2. Quærendum est enim, ubi sit illud summum bonum, quod reperire volumus,[3] quoniam et voluptas ab eo remota est, et eadem fere contra eos dici possunt, qui vacuitatem doloris finem bonorum[4] esse voluerunt. Nec vero ita ullum probetur summum bonum, ut virtute careat, qua nihil potest esse præstantius. Itaque quanquam in eo sermone, qui cum Torquato est habitus,[5] non remissi fuimus; tamen hæc acrior est cum Stoicis parata contentio. Quæ enim de voluptate dicuntur, ea nec acutissime, nec abscondite disseruntur. Neque[6] enim qui

[*] *Equidem, Brute, si voluptas per se ipsa loqueretur, nec tam pertinaces haberet patronos quales sunt Epicurei, arbitror illam concessuram virtuti et honestati se convictam fuisse superiore libro.*

CAP. I. 1 Ita sex codd. et Vict. *equidem* E ξ χ, Manut. Grut. edd. ante Davis. Statim, *per se* E U : *conjunctam superiore* E.—2 Ita cod. Rivii, Manut. Lamb. Brem. *et titillationem* cod. Ursin. Eliens. 2. Dav. Gœrenz. *et titillantem* codd. aliquot; *et utilitatem* Creuzer. Hæc verba omittunt cod. Morel. N, et Spirens. Paulo post, *quidem* omittunt E ξ. *petere jubeamus* codd. aliquot, probante Gron. *cedere jubeamus* E ξ, Junt.—3 Verba, *Quærendum est e. u. s. i. s. b. q. r. volumus*, desunt in E ξ.—4 Brem. *summum bonum.* Statim, *esse voluerunt; nec vero ullum probetur ut summum bonum, quod virtute careat* Spirens. N, Gœrenz. Orell. *esse voluerunt. Nec vero ullum probetur summum bonum, quod virtute careat* Schutz. *quod virtute* etiam E ξ. Pro *potest*, E ξ χ habent *posset;* Eliens. 2. Paris. 1. 2. Dav. Gœrenz. *possit.*—5 Brem. *habitus est.*—6 *Nec* E, et Lamb. Mox, *eam* omittit χ. Deinde, pro *repellunt* Lamb. conj. *refellunt.*—

Digitized by Google

defendunt eam, versuti in disserendo sunt,[a] nec qui contra dicunt, causam difficilem repellunt. 3. Ipse etiam[7] dicit Epicurus, ne argumentandum quidem esse de voluptate, quod sit positum ejus judicium in sensibus, ut commoneri nos satis sit, nihil attineat doceri. Quare illa nobis simplex fuit in utramque partem disputatio. Nec enim in Torquati sermone quicquam implicatum, aut tortuosum fuit; nostraque, ut mihi videtur, dilucida oratio. Stoicorum autem non ignoras quam sit subtile, vel spinosum potius,[b] disserendi genus; idque cum Græcis,[8] tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendaque nova novis rebus nomina: quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans, in omni arte, cujus usus vulgaris communisque non sit, multam novitatem nominum esse, cum constituantur earum rerum vocabula, quæ in quaque arte versentur. 4. Itaque et dialectici et physici verbis utuntur iis,[9] quæ ipsi Græciæ nota non sunt: geometræ vero, musici, grammatici, etiam more quodam loquuntur suo: item ipsæ rhetorum artes, quæ sunt totæ forenses atque populares, verbis tantum in docendo quasi privatis utuntur ac suis. II. Atque, ut omittam has[1] artes elegantes et

7 *Ipse enim* ξ. Statim, *nec argum.* E U ξ. Pro *ejus judicium*, Spirens. N, Weg. Gud. 2. Schutz. Orell. exhibent *judicium ejus.*—8 Cod. ψ *cum sit Græcis.* Actutum, *cum magnis nobis* E. Paulo post, verba, *imponendaque n. n. r. nomina* desunt in eodem cod. Tum, *nec mediocriter*, sive *vel mediocriter*, conj. Ernesti. Deinde, *ea rerum vocabula* Spirens. N, Gœrenz. Schutz.—9 Codd. aliquot *his.* Verba, *verbis u. iis, q. i. G. n. n. s. g. v. musici*, desunt in ξ. *Græciæ nota sunt* codd. aliquot et Grut. *G. nova sunt* Lall. de Walkeri conj. *et musici* Orell. Paulo post *rhetorum* omittit Gud. 2. prob. Gœrenz. improb. vero Schutz. et Orell. Deinde, *verbis tamen jam* conj. Lamb. *verbis tantum* Grut. e Pal. 1. Pro *in docendo*, E U ξ χ ψ, et edd. vett. habent *in dicendo.*

CAP. II. 1 Spirens. et N omittunt *has.* Statim, *et ingenuos* E. *nec opifi-*

NOTÆ

[a] *Versuti in disserendo sunt*] Epicurei, solius physicæ studiosi, huic simplicia vocabula, nec ex abstrusis dialecticæ locis petita sufficere dicebant: adeo rudes in dialectica fuerunt, ut contradictoriarum alterutram esse veram negarent. Cic. de Nat. Deor. lib. I.

[b] *Spinosum potius*] Spinosi passim dicuntur a Cicerone, vel quod argutias quasdam in constituendo summo bono sectarentur, ut mox patebit; vel quod minutis interrogatiunculis, omni detracto rhetorum ornamento, disputarent.

Digitized by Google

ingenuas, ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. Quin etiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res,[2] in quibus versatur, nominibus notavit novis. Quo magis hoc philosopho faciendum est: ars est enim philosophia vitæ: de qua disserens arripere verba de foro non potest. 5. Quanquam ex omnibus philosophis Stoici plurima novaverunt.[3] Zeno quoque eorum princeps non tam rerum[c] inventor fuit, quam novorum verborum. Quod si in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, concessum a Græcia[4] est, ut doctissimi homines de rebus non pervulgatis, inusitatis verbis uterentur; quanto id nobis magis est concedendum, qui ea nunc primum audemus attingere? [*p.* 91.] Etsi [quod][5] sæpe diximus, et quidem cum aliqua querela, non Græcorum modo, sed etiam eorum, qui se Græcos magis, quam nostros haberi volunt, nos non modo non vinci a Græcis verborum copia, sed esse in ea etiam superiores; elaborandum est, ut hoc non in nostris solum artibus, sed etiam in illorum ipsorum consequamur, quam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro Latinis,[d] ut ipsa philosophia, ut rhetorica, dialectica, gram-

tes E ξ χ. *nobis ignotis* E ξ.—2 Spirens. N, Vienn. Gœrenz. Schutz. Orell. *eas res.*—3 Ita e codd. Grut. et seqq. *novarunt* Lamb. *nominaverunt* U χ ψ, et edd. vett. Actutum, *Zenoque* Spirens. N, Schutz. et Orell. ut volebat Walker. Deinde, *verborum novorum* e codd. Gœrenz. Schutz. et Orell.—4 Codd. Ursin. Brem. Spirens. N omittunt *a Græcia.* U omittit *concessum a Gr. est, ut doctissimi.* Pro *pervulgatis*, multi codd. et Orell. habent *pervagatis.* Mox, *id vel nobis* codd. aliquot et edd. ante Grut.—5 *Et si quid* E ξ. *Et si quod* al. ap. Orell. *quod* uncis inclusit Dav. Statim, *sed eorum etiam* Gœrenz. e codd. et Orell. Paulo post, *etiam* ante *in illorum* omittit Gœrenz. *consequamur* codd. aliquot ap. Orell. *ipsorum temporum consequamur* E ξ. Actutum, *Quanquam ea verba* edd. vett. et Orell. *quam* e cod. Pal. recepit Grut. *quibus instituto* Gœrenz. e codd. Schutz. et Orell. Deinde, *præcepta sunt*

NOTÆ

[c] *Non tam rerum*] Id Zenoni a multis objectum est, nihil illum novi in philosophia excogitavisse, sed verborum, ut ait Cic. Tusc. v. opificem duntaxat fuisse. Sic, quæ ceteri bona fortunæ aut corporis vocant, 'producta' appellavit; quæ illi 'mala,' hic 'rejecta.'

[d] *Utimur pro Latinis*] Collegit Budæus nonnulla ejusmodi quæ apud Ciceronem leguntur: 'Syngrapha, chirographus, xystus, acroama, diploma, hypodidascalus, peristroma, collybus,' &c.

Digitized by Google

matica, geometria, musica. Quanquam Latine ea dici poterant, tamen, quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus. Atque hæc quidem de rerum nominibus. 6. De ipsis rebus autem sæpenumero, Brute, vereor, ne reprehendar, cum hæc ad te scribam, qui cum[6] in philosophia, tum in optimo genere philosophiæ tantum processeris. Quod si facerem, quasi te erudiens, jure reprehenderer.[7] Sed ab eo plurimum absum: neque, ut ea cognoscas, quæ tibi notissima sunt, ad te mitto, sed quia facillime in nomine tuo acquiesco, et quia te habeo æquissimum eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, existimatorem et judicem. Attendes igitur, ut soles, diligenter, eamque controversiam dijudicabis, quæ mihi fuit[8] cum avunculo tuo,[e] divino ac singulari viro.

7. Nam, in Tusculano cum essem, vellemque e bibliotheca pueri Luculli[f] quibusdam libris uti, veni in ejus villam, ut eos ipse (ut solebam) inde promerem. Quo cum venissem, M. Catonem,[g] quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris: erat enim, ut scis, in eo inexhausta[9] aviditas legendi, nec satiari poterat; quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipsa curia soleret legere sæpe, dum senatus cogeretur, nihil operæ reipublicæ detrahens; quo magis tum in summo otio, maximaque copia,

Pal. 3. χ ψ, et Grut. *recepta sunt* ξ et Lamb.—6 E U ξ χ, et edd. ante Grut. *qui tum*. Lamb. conj. *in omni philosophia*.—7 E *reprehenderet*. Paulo post, *æquissimum habeo* al. ap. Orell. *æstimatorem et judicem* ψ, et edd. vett.—8 Cod. χ *quæ interfuit*.—9 Spirens. N, Pal. 1. omittunt *inexhausta*; uncis in-

NOTÆ

[e] *Cum avunculo tuo*] M. Catone Uticensi, qui ex Marcia conjuge duos liberos habuit: M. Catonem, qui in acie Philippensi cecidit; et Porciam, quæ primum Bibulo nupsit, deinde M. Bruto, ad quem hi libri inscribuntur.

[f] *Pueri Luculli*] Is est M. Lucullus, qui Antonii jussu post Philippensem victoriam interfectus est, filius M. Luculli, ex Servilia, Catonis sorore.

[g] *M. Catonem*] Uticensem, vita morumque integritate clarissimum, qui post præturam Pompeium contra Cæsarem secutus, victis partibus, Uticæ sibi mortem conscivit. Tutor fuit pueri Luculli, de quo hic, teste Varrone de Re Rustica. Mortuus est an. 707.

Digitized by Google

quasi heluari libris[10][b] (si hoc verbo in tam clara re utendum est) videbatur. 8. Quod cum accidisset, ut alter alterum necopinato videremus, surrexit statim. Deinde prima illa, quæ in congressu solemus: Quid tu, inquit, huc? a villa enim, credo: et, si ibi te esse scissem,[11] ad te ipse venissem. Heri, inquam, ludis commissis,[i] ex urbe profectus veni ad vesperum.[12] Causa autem[13] fuit huc veniendi, ut quosdam hinc libros promerem: et quidem, Cato, totam hanc copiam jam Lucullo nostro notam esse oportebit: nam his libris eum malo, quam reliquo ornatu villæ delectari. Est enim mihi magnæ curæ: quanquam hoc quidem proprium[14] tuum munus est, ut ita erudiatur, ut et patri,[k] et Cæpioni[l] nostro, et tibi tam propinquo[m] respon-

dendi Gœrenz.—10 Ita e codd. Grut. et seqq. *heluari in libris* conj. Moser. *heluari libros* Brem. e conj. Lambini: *bellari libris* E ξ. *helluo libri* χ ψ. *helluo libro* U. *heluo librorum* edd. ante Grut. etiam Lamb. Mox, *tam in clara re* al. ap. Orell. *in tam præclara re* conj. Lamb.—11 Codex unus Oxon. *esse ipse scissem.*—12 Ita e codd. Grut. *vesperam* E U χ, et edd. vett.—13 Ita e codd. Gruter. et seqq. *Causa enim* χ, et edd. vett. Mox, *equidem Cato* E ξ. *et quid Cato* ψ. *hanc totam* al. ap. Orell.—14 Al. *quidem hoc pro-*

NOTÆ

[b] *Heluari libris* [*helluo librorum*] 'Helluo' non natura aspirationem habet, sed usu; ab 'eluendo' enim 'heluo.' Ita Festus. Meursius putat ab 'helere,' sive 'olere,' ductum, quo cum veteres multum victitarent, qui præ ceteris vorarent, 'helluonem' ex re nomen reportarunt.

[i] *Ludis commissis*] Ne tu ludos illos a Cicerone datos putes, tum quod postera die ludorum, non potuisset adeo esse otiosus, ut rus abiret, quo abiisse se ait, tum quod ludos dare ædilium fuit. Ædilis autem fuerat Cicero an. 685. sive viginti tres annos antequam hæc scriberet; neque vero fingi potest habita hæc Catonis et Ciceronis disputatio in ædilitate Ciceronis, cum constet habitam post mortem L. Luculli, qui diu post ædilitatem Ciceronis vixit. Ludos igitur de quibus hic est mentio, senserim eos esse qui dati sunt a L. Trebellio Nepote, et L. Ælio Lamia ædilibus quo anno hæc scripta sunt a Cicerone an. 708.

[k] *Ut et patri*] L. Lucullo, virtute et gloria militari claro, sed villarum magnificentia, conviviorum sumtu, et vestium numero longe clariore. Vitam ejus scripsit Plut.

[l] *Et Cæpioni*] Q. Servilio Cæpioni, qui post præturam et triumphum ex Hispania ulteriore, et consulatum an. 647. proconsul a Cimbris, Deorum ira, in pœnam, ut creditum est, direpti auri Tolosani, fusus, primus post Tarquinium Superbum fuit, cui imperium abrogatum est. Decennio post bonis publicatis reus majestatis in carcere misere periit. Hujus filia mater fuit Luculli, quem hic Cicero puerum vocat. *Pigh.*

[m] *Et tibi tam propinquo*] Cato Uticensis frater fuit Serviliæ quæ mater Luculli pueri. At qui fit ut Servilia

Digitized by Google

deat. Laboro autem non sine causa: nam et avi ejus memoria moveor (nec enim ignoras, quanti fecerim Cæpionem,[15] [n] qui, ut opinio mea fert, in principibus jam esset, si viveret); et Lucullus mihi versatur ante oculos, vir cum omnibus excellens, tum mecum et amicitia, et omni [o] voluntate, sententiaque conjunctus. 9. Præclare, inquit, facis, cum et eorum memoriam tenes, quorum uterque tibi testamento liberos suos commendavit, et puerum diligis. Quod autem meum munus dicis, non equidem recuso: sed te adjungo socium: addo etiam illud, multa jam mihi dare signa puerum et pudoris, et ingenii. Sed ætatem vides.[16] Video equidem, inquam: sed tamen jam infici[17] debet iis artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad majora veniet paratior. [*p*. 92.] 10. Sic, et quidem[18] diligentius, sæpiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter. Sed resideamus,[19] inquit, si placet: itaque fecimus.

---

prium. Mox, *et Scipioni* E U ξ χ ψ, et edd. ante Grut.—15 *Scipionem* χ ψ, et edd. ante Grut. Statim, *et Lucullus jam mihi* al. ap. Orell. *vir tum omnibus* E χ, et al. ap. Orell. Deinde, *sententiaque convictus* U.—16 E ξ *videmus*.—17 Al. ap. Orell. *infici tamen jam*. Tum, *his artibus* al. ibid.—18 *Ita* e codd. Grut. et seqq. *Sic quidem* E U ξ χ ψ, et edd. vett. *Sic est, et quidem* Lamb.—19 *Sed residamus* codd. aliquot ap. Orell.

NOTÆ

soror sit M. Catonis, qui e gente Porcia? scilicet Livia Drusi soror nupserat primum Q. Servilio Cæpioni, ex quo Serviliam genuerat; Cæpione autem mortuo, nupsit M. Catoni, ex quo Uticensem suscepit. Ita Livia mater et Serviliæ et M. Catonis; et Servilia soror Catonis Uticensis, sed uterina tantum.

[n] *Quanti fecerim Cæpionem*] Eum alibi Cicero vocat virum 'acrem et fortem, cui fortuna belli, invidia populi calamitati fuit;' in secunda enim quæstura, quam, licet consularis et triumphalis, repetiit an. 653, ut locum senatorium, quem sibi L. Cassius trib. pl. abrogaverat, recuperaret L. Saturnino, legem contra S. C. ferenti, obstitit; eamque ob causam majestatis inique damnatus est. *Pigh*. Hunc tu Cæpionem ne confundas cum altero Q. Servilio Cæpione, qui quæstor quo anno hic noster cos. fuit; cui graves inimicitiæ cum M. Druso trib. pl. unde origo belli socialis, in quo ipse Cæpio post præturam cecidit.

[o] *Et amicitia, et omni*] Meminit illius amicitiæ Plut. in Lucullo. Hunc aliquando otiosum in foro cum offendisset Cicero et Pompeius, 'Hodie,' inquiunt, 'apud te cœnare volumus, sed cœna solita tua.' Recusare Lucullus, et in diem posterum rejicere. Illi urgent, nec servos quidem alloqui eum permittunt, nequid ultra solitum parari juberet. Ipse uni servo tantum dixit, hodie se in Apolline

Digitized by Google

III. Tum ille: Tu autem, cum ipse tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris? Commentarios quosdam, inquam, Aristotelios,[1] quos hic sciebam esse, veni ut auferrem, quos legerem, dum essem otiosus; quod quidem nobis (ut scis) non sæpe contingit. Quam vellem, inquit, te[2] ad Stoicos inclinavisses! Erat enim, si cujusquam, certe tuum, nihil præter virtutem[p] in bonis ducere. Vide, ne magis, inquam, tuum fuerit, cum re idem tibi, quod mihi videretur,[3] non nova te rebus nomina imponere: ratio enim nostra consentit, oratio pugnat. Minime vero, inquit ille, consentit. Quicquid enim præter id, quod honestum sit, expetendum esse dixeris,[4] in bonisque numeraveris; et honestum ipsum, quasi virtutis lumen, exstinxeris,[q] et virtutem penitus everteris. 11. Dicuntur ista, Cato, magnifice, inquam: sed videsne, verborum gloriam tibi cum Pyrrhone, et Aristone,[5] [r] qui omnia exæquent, esse communem? de quibus, cupio scire, quid sentias. Egone,[6] quæris, inquit, scire, quid

Cap. III. 1 Ita e codd. Grut. et seqq. *Aristotelicos* U ξ χ, et edd. vett. Mox, *quæ legerem* conj. Dav. *ut legerem* Eliens. 1. *ut scis* omittunt Spirens. et N. *sicut scis* exhibent E U ξ χ ψ. *non* deest in ξ. *contigit* Brem. errore typogr.—2 E U ξ χ ψ, et edd. ante Grut. *ut te*. Actutum, *ad S. inclinasses* al. ap. Orell. Deinde, *bonis ponere* E ξ.—3 Iidem codd. *videtur*. Statim, *te* omittunt E ξ, probantibus Dav. et Ernesti; uncis inclusit Brem. *pugnat oratio* Gud. 2. Gœrenz. e codd. suis, Schutz. et Orell.—4 *Quicquam . . . esse si dixeris* Gud. 2. ut volebat Dav.—5 *Pyrr. et Arist.* duo codd. Oxon. et Grut, in ed. pr.—6 *Ergone* Grut. Statim, *quæris* omittunt Weg. et Gœrenz. *quæreo* habent al. ap. Orell. *scire* omittunt al. *quæris* et *scire quid sentiam* uncis

NOTÆ

cœnaturum: id uni ex splendidis tricliniis nomen erat. Cœnatum est, et quinquaginta millibus denariorum cœnatum est. Vide Plut. in Lucullo.

[p] *Nihil præter virtutem*] Hoc fundamentum est Stoicæ doctrinæ: ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸ αἰσχρὸν κακόν.

[q] *Virtutis lumen exstinxeris*] Si enim illa media inter honesta locaveris, ut sunt divitiæ, valetudo, cum in hominis potestate non sint, beatam vitam ab hominis arbitrio dimoveris, ut ait alibi Cicero.

[r] *Cum Pyrrhone, et Aristone*] Honesti et turpis ἀδιαφορίαν uterque docebat, et negabat quicquam natura honestum, aut turpe esse, sed consuetudine tantum et lege. A Pyrrhone Pyrrhonii dicti sunt discipuli; a dogmate ζητητικοὶ, quod semper verum quærerent; σκεπτικοὶ, quod semper quærentes, nusquam invenirent; ἐφεκτικοὶ, quod post inventionem ambigerent; ἀπορητικοὶ, quod semper dubitarent.

Digitized by Google

sentiam? quos bonos viros, fortes, justos, moderatos aut audivimus in republica fuisse, aut ipsi vidimus; qui, sine ulla doctrina, naturam ipsam secuti, multa laudabilia fecerunt; eos melius a natura institutos fuisse, quam institui potuissent a philosophia, si ullam aliam probavissent, præter eam, quæ nihil aliud in bonis habet, nisi honestum; nihil, nisi turpe, in malis: ceteræ philosophorum disciplinæ, omnino alia magis alia;[7] sed tamen omnes, quæ rem ullam[b] virtutis expertem aut in bonis, aut in malis numerent, eas non modo nihil adjuvare arbitror, neque affirmare, quo meliores simus, sed ipsam depravare naturam. Nam si hoc non obtineatur, id solum bonum esse quod honestum sit, nullo modo probari possit, beatam vitam virtute effici. Quod si ita sit;[8] cur opera philosophiæ sit danda, nescio. Si enim sapiens aliquis miser esse possit, næ ego istam gloriosam memorabilemque virtutem non magno[9] æstimandam putem. IV. 12. Quæ adhuc, Cato, a te dicta sunt, eadem, inquam, dicere posses, si sequerere Pyrrhonem, aut Aristonem. Nec enim ignoras,[1] his istud honestum, non summum modo, sed etiam (ut tu vis) solum bonum videri. Quod si ita est, sequitur id ipsum, quod te velle video, omnes semper beatos esse sapientes. Hosne igitur laudas, et hanc eorum, inquam,[2] sententiam sequi nos censes oportere? Minime vero istorum quidem, inquit. Cum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum, quæ secundum naturam sint, habere delectum; qui omnia sic

[b] *Aliæ philosophorum sententiæ, aliæ plus, aliæ minus, juvant ad honestatem; sed tamen omnes quæ rem ullam, &c.*

inclusit Orell.—7 Lamb. *ceteras p. disciplinas etiam magis, aliam minus;* E ξ *certe p. d. e. magis alia minus;* U χ ψ etiam *magis alia minus.* Mox, *virtutis * * expertem* cum defectus signis Brem. *aut vitii* excidisse putabat Dav. Pro *numerent*, E habet *minuerent;* al. ap. Orell. *numerant.* Pro *affirmare*, ξ χ ψ *afferre.* Parens conj. *non modo nihil afferre arbitror, quo*, ceteris omissis; *non modo nihil adjuvare arbitror, nec confirmare, quo* conj. Orell. *simus* omittit χ.—8 *Quod si ita est* Lamb. Actutum, pro *cur* al. habent *an;* codex unus Oxon. *an cur.*—9 Nonnulli ap. Orell. *magni;* al. *magnopere.* E ξ *existimandam.*

Cap. IV. 1 *Nec enim ignoras, similiter* Weg. E ξ, Gœrenz. Schutz. *Nec enim ignoras si* χ ψ. *illud honestum* Brem. errore typogr.—2 Duo codd. et

Digitized by Google

exæquaverunt,[a] ut in utramque partem ita paria redderent, uti nulla selectione uterentur ejus,[3] virtutem ipsam sustulerunt. 13. Istud quidem, inquam, optime dicis: sed quæro, nonne[4] tibi faciendum idem sit, nihil dicenti bonum, quod non rectum honestumque sit, reliquarum rerum discrimen omne tollenti? Si quidem, inquit, tollerem: sed relinquo. 14. Quonam modo, inquam, si una virtus, unum istud, quod[5] honestum appellas, rectum, laudabile, decorum, (erit enim notius quale sit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus) id ergo, inquam, si solum est bonum, quid habebis præterea, quod sequare? aut, si nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum, fœdum, (ut hoc quoque pluribus nominibus insigne faciamus) quid præterea dices esse fugiendum? Non ignoranti, inquit, tibi, quid sim dicturus, sed aliquid,[6] [*p.* 93.] ut ego suspicor, ex mea brevi responsione arripere cupienti, non respondebo ad singula: explicabo potius, quoniam otiosi sumus, nisi alienum putas, totam Zenonis Stoicorumque sententiam.[7] Minime id quidem, inquam, alienum: multumque ad ea, quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit. Experiamur igitur, inquit, etsi habet hæc Stoicorum ratio difficilius quiddam, et obscurius. Nam cum in Græco sermone hæc ipsa quondam rerum nomina nova tum videbantur,[8] quæ nunc consuetudo diuturna trivit;

Grut. omittunt *inquam.*—3 Margo Crat. *uterentur hujus;* Junt. Crat. *ut in nullam selectionem verterentur ejus;* Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. omittunt *ejus.* Cod. χ habet *ullam selectione;* ψ *nullam selectionem;* ξ *uterentur hujusmodi.*—4 Al. ap. Orell. *numne.* E ξ omittunt *tibi.*—5 Iidem codd. omittunt *quod.* Paulo post, *quare sit* E ξ. Deinde, *quod habetis præterea* in iisdem codd.—6 E ξ *si quid sim d. sed aliqui.*—7 *Stoicorum sententiam* iidem codd.—8 Plerique codd. Pall. Spirens. Gud. 1. Weg. Junt. Crat. Gœrenz. *rerum nomina novarum non videbantur;* Manut. Lamb. Grut. Dav. Schutz. *rerum nomina novarum nova videbantur;* Brem. conj. *novarum rerum nomina nova videbantur.*

NOTÆ

[a] *Omnia sic exæquaverunt*] In eo conveniebant Pyrrhonii et Stoici, quod utrique alia dixerint esse bona, alia mala, alia media, seu ἀδιάφορα, *indifferentia;* discrepabant, quod Pyrrhoniis ea omnia, quæ inter bonum et malum posita sunt, paria essent; Stoicis alia seligenda essent, alia rejicienda.

Digitized by Google

quid censes in Latino fore? 15. Faciendum[9] id quidem est, inquam: si enim Zenoni licuit, cum rem aliquam invenisset inusitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? nec tamen exprimi verbum e verbo[t] necesse erit, ut interpretes indiserti solent, cum sit verbum, quod[10] idem declaret, magis usitatum. Equidem soleo etiam, quod uno Græci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere: et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, si quando minus occurret Latinum, ne hoc 'ephippiis,'[11] [u] et 'acratophoris'[x] potius, quam 'proëgmenis,'[y] et 'apoproëgmenis,' concedatur. Quanquam hæc quidem 'præposita'[12] recte et 'rejecta' dicere licebit. 16. Bene facis, inquit, quod me adjuvas: et istis quidem, quæ modo dixisti, utar potius Latinis: in ceteris subvenies, si me hærentem videbis. Sedulo, inquam, faciam. Sed 'Fortuna fortes'[z] ... Quare conare, quæso: quid enim hoc possumus[13] agere divinius?

v. Placet his,[1] inquit, quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit[a] animal, (hinc enim est ordiendum)

—9 Ita e codd. Dav. et seqq. *Facillimum* edd. vett. *fore faciendum. Facillimum* alii codd. *fore faciendum. Faciendum* al.—10 Ernesti *quo*, errore typogr. *declarat* al. ap. Orell. *declaret* deest in χ. *magis minusve usitatum* E U ξ χ ψ.—11 Gœrenz. conj. *ne hoc in ephippiis*, probante Schutz.—12 Al. ap. Orell. *proposita.* Actutum, *recte et recta* E ξ.—13 Crat. *possumus hoc.* Pro *divinius* Ernesti conj. *dignius.*

NOTÆ

[t] *Verbum e verbo*] Simile est illud Horat. 'Nec verbum verbo curabit reddere fidus Interpres.'

[u] *Ephippiis*] Ephippium est equi tegmen ad mollem vecturam paratum. Notus est versiculus: 'Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.'

[x] *Acratophoris*] Julius Pollux in catalogo poculorum ait esse: illud alii nominant ψυκτῆρα: ea voce usus est Cato de Re Rust. lib. I. Dictum, quod in eo vinum merum servaretur. Ex α et κεράω, *misceo*.

[y] *Proëgmenis*] De proëgmenis et apoproëgmenis infra dicetur.

[z] *Fortuna fortes*] Adagium est, quod imminutum pro more citat Tullius. Idem Virgil. 'Audaces fortuna juvat.'

[a] *Simul atque natum sit*] Idem de prima illa appetitione animalium refert Laërt. in Zenone, ubi Stoicorum de physicis opiniones recenset. Eandem ferme sententiam habet de Off. lib. I. 'Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura,' &c. Verbum Stoicorum οἰκειοῦν Cicero reddit voce con-

Digitized by Google

ipsum sibi conciliari et commendari ad se conservandum, et ad suum statum, et ad ea, quæ [2] conservantia sunt ejus status, diligenda; alienari autem ab interitu, iisque rebus, quæ interitum videantur afferre. Id ita esse sic probant, quod ante quam voluptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parvi,[3] aspernenturque contraria: quod non fieret, nisi statum suum diligerent, interitum timerent: fieri autem non posset, ut appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui, eoque se et sua diligerent. Ex quo intelligi debet, principium ductum esse a se diligendi sui.[4] 17. In principiis autem naturalibus [diligendi sui] [5] plerique Stoici [b] non putant voluptatem esse ponendam. Quibus ego vehementer assentior; ne, si voluptatem natura posuisse in iis rebus [6] videatur, quæ primæ appetuntur, multa turpia sequantur. Satis esse autem argumenti videtur, quamobrem illa, quæ natura prima sunt ascita, natura diligamus;[7] quod est nemo, quin, cum utrumvis liceat, aptas malit et integras omnes partes corporis, quam eodem usu imminutas aut detortas habere. Rerum [8] autem cognitiones (vel, si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet) eas igitur ipsas propter se asciscendas arbitramur, quod habeant quiddam in se quasi complexum et continens veritatem. Id autem in parvis

Cap. v. 1 *Placet iis* Lamb.—2 Orell. et al. *et ad suum statum, eaque, quæ.* Dav. delet *ad* ante *suum*; Brem. uncis inclusit. Mox, *hisque rebus* E.—3 E ξ *pueri.* Mox, *statum ipsum suum* Gœrenz. et Orell. *statum ipsum* plurimi codd. Paulo post, *et sua* omittunt nonnulli codd. et Dav.—4 Pal. 1. Spirens. Eliens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. *a se diligendo*; al. *a se diligendi.*—5 Cod. Ursin. Gœrenz. Schutz. Orell. omittunt *diligendi sui.*—6 Al. *in his rebus.*—7 Gœrenz. e codd. Schutz. et Orell. *quæ prima sunt ascita natura diligamus.* Voc. *natura* de Ernestii sententia uncis inclusit Brem. Pro *eodem usu* Moserus conj. *easdem casu.* Deinde, *et detortas* E U ξ χ.—8 *Rerum* omittunt iidem codd. *Cognitiones autem, &c.* al. ap. Orell. Post *cognitiones* Gœrenz. e codd. Spirens. et N, inseruit *quas vel comprehensiones, vel perceptiones*; eumque secuti sunt Schutz. et Orell. *aut* ante *minus* omittunt E ξ. *minus* omittit Schutz. errore typogr. Statim, *has igitur* Vienn. Gœrenz. Orell. *se a. arbitrantur*

NOTÆ

ciliare. Est igitur apud Stoicos conciliatio, prima naturæ propensio ad ea quæ sibi bona sunt.

[b] *Plerique Stoici*] Aliqui enim Stoici cum Epicureis sentiebant, in principiis naturalibus voluptatem inesse. Laërt. VII. 87.

Digitized by Google

intelligi potest; quos delectari videmus,[9] etiam si eorum nihil intersit, si quid ratione per se ipsi invenerunt. 18. Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus; cum[10] quia sit in his aliquid dignum assumtione, tum quod constent ex cognitionibus, et contineant quiddam in se ratione constitutum, et via.[a] A falsa autem assensione[c] magis nos alienatos esse, quam a ceteris rebus, quæ sunt contra naturam, arbitramur.[11] Jam membrorum, [*p.* 94.] id est, partium corporis,[12] alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, ut ea, quæ sunt intus in corpore, quorum utilitas quanta sit, a medicis etiam disputatur: alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni,[d] plumæ versicolores columbis, viris mammæ atque barba. 19. Hæc dicuntur fortasse jejunius: sunt enim quasi prima elementa naturæ; quibus ubertas orationis adhiberi vix potest, nec equidem[13] eam cogito consectari: verumtamen cum de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt.[14] Ita fit cum gravior, tum etiam splendidior oratio. Est ut dicis, inquam: sed tamen omne, quod de re bona dilucide dicitur, mihi præclare dici videtur. Istiusmodi autem res[15] dicere ornate velle, puerile est; plane autem et perspicue expedire posse, docti et intelligentis viri.

[a] *Id autem in pueris intelligi potest, quos delectari videmus, si quid cum aliquo ordine et methodo invenerint per se ipsi, etiamsi illud nihil eorum intersit; artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum quod assumatur, tum quia constant cognitionibus, et continent aliquid cum ordine et methodo constitutum.*

Gœrenz.—9 Ita duo codd. Oxon. *videamus* al. ante Ernesti.—10 Orell. *tum.* Actutum, *quia fit* E ξ. *aliquid dignum* desunt in iisdem. Tum, *in se quoddam* iidem codd.—11 Ita cod. Ursin. prob. Dav. *arbitrantur* edd. ante Ernesti.—12 Verba, *id est*, *partium corporis* suspecta sunt Walkero et Brem. Mox, *pedes*, *et ea* al. ap. Orell.—13 E ξ *nec quidem.*—14 Lall. et Brem. *pariunt*, de conjectura.—15 *Istiusmodi res* Gœrenz. *Istiusmodi enim res* conj. Dav. *Istiusmodi ut res* Spirens. et N.

NOTÆ

[c] *A falsa autem assensione*] De assensibus Stoicorum vide Ælianum et nos Acad. lib. IV.

[d] *Cauda pavoni*] Chrysippus tamen scripsit, pavonem propter caudam, non caudam propter pavonem, a natura factam. Vide Plut. in iis in quibus Stoici secum ipsi pugnant. Vide quoque Galenum in libro de Usu Partium.

Digitized by Google

VI. Progrediamur igitur, quoniam, inquit,[1] ab his principiis naturæ discessimus, quibus congruere debent, quæ sequuntur: sequitur autem prima divisio hæc. 20. Æstimabile esse dicitur[e] (sic enim, ut opinor, appellemus[2]) id, quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod pondus habeat dignum æstimatione, quam ille ἀξίαν vocat: contraque inæstimabile, quod sit superiori contrarium. Initiis igitur ita constitutis, ut ea, quæ secundum naturam sunt,[3] ipsa propter se sumenda sint, contrariaque item rejicienda; primum est officium (id enim appello καθῆκον[f]) ut se conservet in naturæ statu: deinceps ut ea teneat, quæ secundum naturam sint, pellatque contraria. Qua inventa[4]

Cap. vi. 1 Eliens. 1. Dav. Brem. *inquit quoniam.* Paulo post, *hæc prima divisio* codd. aliquot ap. Orell.—2 Ita de Bentleii conj. Dav. Brem. Gœrenz. Schutz. Orell. *appellamus* codd. et edd. vett. *appellamus ἀξιωτὸν, id* de Manutii conj. Lamb. Mox, *illi ἀξίαν vocant* Schutz. de conj. Pearcii, prob. Gœrenz.—3 Cod. ξ *sint pelpatque contraria sint.* Paulo post, *appello catorthoma* E ξ. *deinde ut ea* in iisdem codd.—4 Dav. e codd. et Brem. *qua inventa.* Statim, *et interjectione* E. *et item rejectione et interjectione* ξ. *sequuntur* edd. ante Dav. *sequuntur sequitur* al. ap. Orell. *deinceps officiorum* Lamb. prob. Dav. Deinde, *in qua cum primum inesse incipit, intelligit* Orell. de conj. Schutzii; *in qua cum primum inesse incipit, et intelligit* Gœrenz. *et intelligit*

NOTÆ

[e] *Æstimabile esse dicitur*] Eorum quæ ad mores pertinerent, hæc recepta erat apud Stoicos divisio; alia 'bona' esse, alia 'mala,' alia 'neutra;' rursus 'bona' et 'mala' multiplicis generis esse, sed de iis alibi Cicero, nosque cum Cicerone. Neutra, de quibus hic ille, hic quoque explicanda nobis sunt. Ea igitur, quæ modo 'interjecta,' modo 'media,' modo 'indifferentia' appellabant, dividebant trifariam; alia enim *producta, προηγμένα,* sive *æstimanda,* aut *æstimationem habentia,* ἀξίαν ἔχοντα· alia *rejecta, ἀποπροηγμένα,* sive *non æstimabilia, non æstimanda, non æstimationem habentia.* 'Producta' erant puta, 'opes,' 'sanitas.' 'Rejecta,' 'paupertas,' 'morbus.' Porro illa, 'producta' dicebantur, quasi 'præposita,' quod ad beatitudinem consequendam aliquid conferre possent, adeoque essent præponenda iis, quæ nihil momenti ad id haberent, ac 'rejecta' proinde dicerentur: item 'æstimabilia' et 'non æstimabilia;' 'æstimatio' enim apud eos erat media quædam facultas ad vitam secundum naturam agendam. 'Æstimationem' Seneca 'pretium' vocat, de Vita Beata, c. 22. Sed ea omnia nil nisi vocabula sunt, ut libro sequente dicetur, quicquid opponat J. Lipsius in Introductione ad Phil. Stoic.

[f] *Καθῆκον*] Hæc una est e vocibus quas Zeno novas invenit, deducta ἀπὸ τοῦ κατά τινος ἥκειν. Suid. et Laërt.

Digitized by Google

selectione, et item rejectione, sequitur deinceps cum officio selectio: deinde ea perpetua, tum ad extremum[g] constans, consentaneaque naturæ; in qua primum inesse incipit, et intelligi, quid sit, quod vere bonum possit dici. 21. Prima est enim conciliatio[h] hominis ad ea, quæ sunt secundum naturam. Simul autem[5] cepit intelligentiam, vel notionem potius, (quam appellant ἔννοιαν[i] illi) viditque rerum agendarum ordinem, et, ut ita dicam, concordiam; multo eam pluris æstimavit, quam omnia illa, quæ primum[6] dilexerat; atque ita cognitione et ratione collegit, ut statueret, in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum, et expetendum bonum: quod cum positum sit in eo, quod ὁμολογίαν[k] Stoici, nos appellemus 'convenientiam,' si placet; cum igitur in eo sit id bonum, quo referenda sint

habent codd. et edd. vett.—5 *Simul ac* cod. Ursin.—6 Gœrenz. e codd. Schutz. et Orell. *quæ prima.* Mox, *ita cogitatione* e codd. Dav. Deinde, *quod compositum* E ξ ψ. *quod homologiam* χ. *nos appellamus* ψ. *cur igitur* E ξ. *quo omnia referenda sunt* Orell. *quo sint ref. omnia* Schutz. *honeste facta* delevit Orell. *ipsum honestum* Lamb. *quod solum in bonis* Spirens. N, Gœrenz. Orell. *quod familiam in bonis ducit* conj. nescio cujus ap. Orell. *post demum oritur* Brem. *sua vi* e duobus codd. Gœrenz. *est expetendum* al. ap. Orell.—

NOTÆ

g *Tum ad extremum*] Quatuor ea officiorum genera Plutarch. sic complectitur: 1. *τηρεῖν ἑαυτόν·* 2. *τὰ οἰκεῖα προσίεσθαι καὶ τὰ βλάπτοντα διωθεῖσθαι·* 3. *ὁρμὴ ἢ ἀποτροπή·* 4. *εὐλόγιστος ἐκλογῇ.*

h *Prima est enim conciliatio*] Græcis *οἰκείωσις*, vel *σύνοδος τῇ φύσει ὁμολογία*, vel *περὶ τὰ κατὰ φύσιν κοινωνία*, vel *οἰκονομία·* tot enim modis a Plut. appellatur.

i *Ἔννοιαν*] Abstrusa admodum est et spinosa hæc pars doctrinæ Stoicæ, quam Plut. lib. contra Stoicos *περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν*, quantum materia patitur, enodat. Aliud, inquit, bonorum ultimum; aliud quo omnia referuntur officia, &c.

k *Ὁμολογίαν*] Summum bonum in natura quærendum esse, doctrina fuit Stoicis, cum Platone et Academia vetere communis. Stoici vero, ut aliquid novi dicere viderentur, novas voces pro more affectarunt; interrogati enim quid esset summum bonum, respondebant, convenientia naturæ, *ὁμολογία.* Si percunctareris, quid esset beatum esse, reponebant convenienter naturæ vivere. Quod quid aliud est, quam quod ante Zenonem dixerant Plato et Academici veteres? Si urgeres quid esset convenienter naturæ vivere, hic vero dissentiebat tota gens Stoicorum. Zeno, secundum virtutem vivere; Cleanthes, eligere ea quæ secundum naturam sunt; Archidemus, omnia officia implentem vivere. Atque hæc est celebris *ὁμολογία* quæ tantas inter Stoicos turbas excitavit, quantas inter Academicos *κατάληψις.*

Digitized by Google

omnia [honeste facta], ipsumque honestum, quod in bonis ducitur, quanquam post oritur, tamen id solum, vi sua et dignitate, expetendum est; eorum autem, quæ sunt prima naturæ, propter se nihil expetendum. 22. Cum vero illa, quæ officia esse dixi, proficiscantur ab initiis naturæ; ea ad hæc referri necesse est;[7] ut recte dici possit, omnia officia eo referri, ut adipiscamur principia naturæ: nec tamen ut hoc sit bonorum ultimum, propterea quod non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio. Consequens enim est,[8] et post oritur, ut dixi. Est tamen ea secundum naturam, multoque nos ad se expetendam magis hortatur, quam superiora omnia. Sed ex hoc primum error tollendus est, ne quis sequi existimet,[9] ut duo sint ultima bonorum. Ut enim, sicut sit propositum, collimare hastam[1] aliquo, aut sagittam, sicut nos ultimum in bonis diximus; sic illi facere omnia, quæ possit, ut collimet; huic in ejus similitudine omnia sint facienda, ut collimet; et tamen ut omnia faciat, quo propositum assequatur; [*p.* 95.] sit hoc, quasi ultimum, quale nos summum in vita bonum dicimus;[10] illud autem, ut feriat, quasi seligendum; non expetendum. VII. 23. Cum autem omnia officia a principiis naturæ proficiscantur, ab iisdem necesse est pro-

7 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *necesse est ea ad hæc referri.*—8 *Consequens est enim* Gœrenz. e codd. Schutz. et Orell.—9 Quidam codd. Oxon. *ne quis sit qui existimet*; alii Oxon. *neve quid sit qui existimet.* Actutum, *duo poni ultima bonorum* al. ap. Orell.—10 *Ut enim, si cui propositum sit, collineare hastam ... in bonis diximus: ... ut collineet: huic in ejus similitudine ... ut collineet ... sit hoc q. u.* (*quale ... dicimus:*) &c. Gœrenz. e codd. *Ut enim si cui p. est, collineare h. ... in bonis dicimus, ... ut collineet. Huic in ejusmodi similitudine ... ut collineet,* &c. Orell. *sit propositum* Manut. Brem. *collineare ... collineet ... collineet* Pal. 1. *sic nos ultimum* duo codd. ap. Gœrenz. *dicimus* iidem codd. *sit illi* conj. Gœrenz. *sic illi ... collimet* delenda videntur Ursino et Matthiæo. *ejusmodi* codd. ap. Gœrenz. *sit hoc* est e conj. Ernesti; *sed hoc* al. Totum locum sic refinxit Lamb. *Ut enim, si cui sit propositum collimare h. a. aut s. huic omnia sint facienda, ut collimet et ita tamen, ut omnia faciat, quo feriat; sic cum homini ultimum in bonis esse dicimus, adipisci principia naturæ, hoc dicimus, huic in eadem similitudine omnia esse facienda, ut collimet, et tamen ut omnia faciat, quo propositum assequatur, sed hoc ... dicimus, illud autem quasi seligendum,* &c.

NOTÆ

[1] *Collimare hastam*] Hanc Stoicorum similitudinem refert ridetque Plut. libro prædicto.

Digitized by Google

ficisci ipsam sapientiam. Sed quemadmodum sæpe fit, ut is, qui commendatus sit alicui, pluris eum faciat, cui commendatus sit, quam illum, a quo sit;[1] sic minime mirum est, primo nos sapientiæ commendari ab initiis naturæ, post autem ipsam sapientiam nobis cariorem fieri, quam illa sint, a quibus ad hanc venerimus. Atque ut membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem vivendi data esse appareant;[2] sic appetitio animi, quæ ὁρμὴ Græce vocatur, non ad quodvis genus vitæ,[m] sed ad quandam formam vivendi videtur data: itemque et ratio, et perfecta ratio. 24. Ut enim histrioni actio,[n] saltatori motus, non quivis, sed certus quidam est datus; sic vita agenda est certo genere quodam, non quolibet: quod genus conveniens, consentaneumque dicimus. Nec enim[3] gubernationi aut medicinæ similem sapientiam esse arbitramur, sed actioni illi potius, quam modo dixi, et saltationi, ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum, id est, artis effectio. Et tamen est etiam alia[4] cum his ipsis artibus sapientiæ dissimilitudo; propterea quod in illis, quæ recte facta sunt, non continentur tamen omnes partes, e quibus constant.

Cap. vii. 1 Grut. Dav. Lall. omittunt *sit;* al. omittunt *sic.* Mox, *primum nos* Vienn.—2 Lamb. et Schutz. *appareat*, uti volebat Ernesti. Statim, *quæ horme* χ. *non ad hujusmodi genus* E ξ.—3 *Hæc enim* E. Mox, *ut in ipsa insit* Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *arte in ipsa insit* codd. aliquot ap. Orell. *in* omittunt E ξ.—4 Gœrenz. e codd. Spirens. N, Weg. *est alia;* Brem. conj. *est aliqua.* Mox, *non continent* Spirens. N, Weg. Mars. Gœrenz. Schutz.

NOTÆ

[m] *Ad quodvis genus vitæ*] Sunt enim in animo, ὀρέξεις et ἐκκλίσεις; sunt ὁρμαὶ et ἀφορμαί; sunt denique συγκαταθέσεις, non ad quidvis appetendum, aut fugiendum, sed quæ suos habeant fines.

[n] *Histrioni actio*] Discrimen aliquod fuit histrionum, pantomimorum, morionum, sannionum, mirionum. Moriones quidem, sanniones, et miriones non in scenam tantum inducebantur, sed in divitum etiam ædibus alebantur ad risum et ludibrium; sanniones dicti, vel a 'Sannis,' Asiæ populis, secundum Theodoret. vel a 'sanna,' quod est os distortum cum vultu. Martian. Capella de Nuptiis, lib. v. Moriones eosdem cum mirionibus fuisse arbitror. Histriones ex eo dicti, quod mortuis per pestilentem annum Romæ ludionibus omnibus, ex Tyrrhenia multi artifices venere, quorum princeps, qui felicissime omnium in theatris versatus erat, dicebatur Hister, a quo 'histriones.' De mimis alias.

Digitized by Google

Quæ autem nos aut 'recta,' aut 'recte facta' dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα,[5] [o] omnes numeros virtutis continent. Sola enim sapientia in se tota conversa est; quod idem in ceteris artibus non fit. 25. Inscite autem medicinæ et gubernationis ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur: sapientia enim et animi magnitudinem complectitur, et justitiam, et[6] ut omnia, quæ homini accidant, infra se esse judicet: quod idem in ceteris artibus non contingit. Tenere autem[7] virtutes eas ipsas, quarum modo mentionem feci, nemo poterit, nisi statuerit, nihil esse, quod intersit, aut differat aliud ab alio, præter honesta et turpia.

26. Videamus nunc,[p] quam sint præclare illa iis,[8] quæ jam posui, consequentia, Cum enim hoc sit extremum (sentis enim, credo, me jam diu,[9] quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum 'extremum,' tum 'ultimum,' tum 'summum;' licebit etiam 'finem' pro extremo, aut ultimo dicere) cum ergo hoc sit extremum, congruenter naturæ convenienterque vivere; necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter,[q] absolute, fortunate vivere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere. Quod autem continet non magis eam disciplinam, de qua loquor, quam vitam fortunasque nostras, (id est, ut, quod honestum sit, id solum bonum judicemus) potest id quidem fuse, et copiose, et omnibus

Orell. *ex quibus* al. ap. Orell.—5 Cod. χ *cathorthoma;* hanc vocem omittunt E ξ.—6 Particulam *et* uncis inclusit Gœrenz. delevit Schutz. *homini accidunt* E.—7 *Tene autem* χ. Statim, *feci mentionem* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *quo intersit* conj. Reitz. *aut quo differat* suspic. Dav.—8 Gœrenz. *his* e duobus codd. Mox, *subsequentia* E ξ.—9 E *divi.* E ξ, alii codd. Gœrenz. Orell. *Græci dicunt;* Mars. Schutz. *Græci dicant.* Statim, *tum summum* omittit Eliens. prob. Dav. *cum igitur hoc* e codd. Gœrenz. et Orell. *cum enim hoc* E U ξ χ ψ. Deinde, verba *necessario s. o. s. s. f. a. f. vivere* desunt in ξ. Mox Gœrenz. cum quibusdam codd. delevit *rhetorice;* uncis inclusere Dav. Brem. Orell. *sed consectari* χ ψ.

NOTÆ

[o] *Κατορθώματα*] *Κατόρθωμα* Stoicis duplex fuit, perfectum alterum, alterum commune. Vide Off. lib. I.

[p] *Videamus nunc*] Ex ea summi definitione collegerunt Stoici quædam consequentia, quæ, quia sunt præter vulgi opinionem, *παράδοξα* dixerunt.

[q] *Semper feliciter*] Vide paradoxon illud in Paradoxis.

Digitized by Google

electissimis verbis, gravissimisque sententiis [rhetorice] et augeri, et ornari: sed consectaria[r] me Stoicorum brevia et acuta delectant. VIII. 27. Concluduntur igitur eorum argumenta sic: Quod est bonum, omne[s] laudabile est:[1] quod autem laudabile est, omne honestum est: bonum igitur quod est, honestum est. Satisne hoc conclusum[2] videtur? Certe: quod enim efficiebatur ex his duobus, quæ erant sumta, in eo vides esse[3] conclusum. Duorum autem, e quibus effecta conclusio est, contra superius dici solet, non omne bonum esse laudabile. Nam quod laudabile sit, honestum esse[4] conceditur. Illud autem perabsurdum, bonum esse aliquid, quod non expetendum sit; [p. 96.] aut expetendum, quod non placens; aut, si id, non etiam diligendum: ergo et probandum: ita etiam laudabile: id autem honestum. Ita fit,[5] ut, quod bonum sit,[t] id etiam honestum sit. 28. Deinde quæro,[u] quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata?[6] de sola igitur beata. Ex quo[7] efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam vitam; quod non possit quidem nisi honestæ vitæ jure contingere. Ita fit, ut honesta vita beata vita sit.[8] Et quoniam is, cui contigit, ut jure laudetur, habet insigne quiddam ad decus et ad gloriam, ut ob ea,[9] quæ tanta sint, beatus dici jure possit; idem de vita talis viri rectissime dicitur. Ita, si

CAP. VIII. 1 E ψ *laudabile esse;* in uno cod. ap. Orell. *est* exulat: *omne* hic et ante *honestum* omittit N. *omne est honestum* Orell. *est* omittunt al.—2 *Satisne conclusum* codex unus ap. Orell.—3 E ξ *in eo esse;* χ *in eo inde esse.* —4 *Nam quod honestum, sit laudabile esse* E U ξ χ. *laudandum esse* ψ.—5 *Id fit* E.—6 E ξ *non beata.*—7 *Ex qua* E U ξ χ ψ. *gloriatio est ut* E ξ. Mox, *quidem* omittunt Pal. 1. Spirens. N, E ξ; delevit Dav. *quidem inhonestæ* U ψ. *vitæ* omittit Brem.—8 Al. ap. Orell. *beata sit.*—9 Al. ibid. *ad ea.* Actutum,

NOTÆ

[r] *Consectaria*] Id est, brevia argumenta: hoc verbo utebantur Stoici.

[s] *Quod est bonum, omne*] Duo hæc Stoicorum argumenta totidem ferme verbis ex Chrysippo refert Plut. Ejusmodi argumentationes σωρείτας appellabant. Fuit quoque Stoicis aliud argumenti genus, quod λόγον nuncupaverunt, cujus tres fuere partes, λῆμμα, πρόληψις, ἐπιφορά.

[t] *Ita fit, ut, quod bonum sit*] Eadem pæne argumentatio est Tuscul. lib. v.

[u] *Deinde quæro*] Eodem quoque argumento utitur Tuscul. lib. v.

Digitized by Google

beata vita honestate cernitur, quod honestum est, id bonum solum habendum est. 29. Quod vero negari nullo[10] modo possit, quem unquam stabili,[x] et firmo, et magno animo, quem fortem virum dicimus effici posse, nisi constitutum sit, non esse malum dolorem? Ut enim qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere; sic nemo ulla in re potest id, quod malum esse[11] decernit, non curare, idque contemnere: quo posito, et omnium assensu approbato, illud assumitur, eum, qui magno sit animo atque forti, omnia, quæ cadere in hominem possint, despicere, et pro nihilo putare. Quæ cum ita sint, effectum est, nihil esse malum, quod turpe non sit. Atque iste vir altus, et excellens, magno animo, vere fortis, infra se omnia humana ducens, (is, inquam, quem efficere[12] volumus, quem quærimus certe) et confidere sibi debet, et suæ vitæ et actæ et consequenti, et bene de se judicare, statuens nihil mali posse incidere sapienti. Ex quo intelligitur idem illud, solum bonum esse, quod honestum sit; idque esse beate vivere, honeste,[13] id est, cum virtute vivere.

IX. 30. Nec vero ignoro[1] varias philosophorum fuisse sententias, eorum dico, qui summum bonum, quod ultimum appello, in animo ponerent. Quos quanquam[2] vitiose quidam secuti sunt, tamen non modo his tribus,[a] qui virtutem

quæ tanta sunt Lamb. Deinde, *rectissime dicetur* Gœrenz. e codd. et Orell.—10 *Qui vero negari ullo* e codd. Gœrenz. item Schutz. et Orell. *quem inquam* duo codd. *quenquam* e codd. Gœrenz. et Orell.—11 E ξ omittunt *esse*. Actutum, *decreverit* Pal. 1. Spirens. N χ, Gœrenz. Schutz. Orell. *assensu probato* E ξ. Tum, *in hominem possunt* χ. *et pro nullo* ξ. *ac pro nihilo* Gœrenz. et Orell.—12 Dav. conj. *aspicere*. Statim, *debet et sibi* Lamb. *ac suæ* Gud. 2. *et bene de sese* Orell. e codd. Deinde *nihil posse mali* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. *accidere sapienti* Lamb.—13 Ita codd. aliquot, Grut. seqq. uti volebat Manut. *et honeste* edd. vett.

CAP. IX. 1 *Nec invenio* E ξ.—2 Ita Venet. 1494. Dav. seqq. *Quas quan-*

NOTÆ

[x] *Quem unquam* [*quenquam*] *stabili*] Sic legendum puto, non *quem unquam*, ut habent vulgatæ editiones; et sensus perspicuus erit, si subaudias hanc vocem, 'patet,' 'manifestum est.'

[a] *Non modo his tribus*] Epicuro, cui nihil bonum nisi voluptas; Hieronymo, cui nihil nisi vacuitas doloris; Carneadi, cui nihil nisi naturæ primis bonis aut omnibus, aut maximis, frui.

Digitized by Google

a summo bono segregaverunt, (cum aut voluptatem, aut vacuitatem doloris, aut prima naturæ in summis [3] bonis ponerent) sed etiam alteris tribus,[b] qui mancam fore putaverunt, sine aliqua accessione, virtutem, ob eamque rem trium earum rerum, quas supra dixi, singuli singulas [4] addiderunt: his tamen omnibus eos antepono, cuicuimodi sunt, qui summum bonum in animo, atque in virtute posuerunt. 31. Sed sunt tamen [5] perabsurdi et ii, qui, cum scientia vivere,[c] ultimum bonorum, et qui nullam rerum differentiam esse dixerunt, atque ita sapientem beatum fore, nihil aliud alii momento ullo anteponentem: ut quidam Academici constituisse dicuntur, extremum bonorum, et summum munus esse sapientis, obsistere visis,[d] assensusque suos firme [6] sustinere. His singulis copiose responderi solet: sed quæ perspicua sunt, longa esse non debent. Quid autem apertius, quam,[7] si selectio nulla sit ab iis rebus, quæ contra naturam sint, earum rerum quæ sint secundum naturam, tollatur omnis ea, quæ quæratur, laudeturque prudentia? Circumscriptis [a] [8] igitur iis sententiis, quas

[a] *Deletis, proscriptis, profligatis.*

quam Crat. Manut. Lamb.—3 E ξ *in primis.*—4 Ita e P. Fabri emend. ediderunt pro vulg. *singulis singulas* Lamb. Dav. seqq. *singulas singulis* Manut. Pro *cuicuimodi*, quod e marg. ed. 1684. recepit Dav. *cujusmodi* habent plerique codd. *cuimodi* Spirens. N. *cujuscujusmodi* Lamb.—5 *Sed tamen* codd. aliquot et Dav. *Sed tamen perabsurde* al. ap. Orell. *perabsurde et hi* Dav. Paulo post, *ullo momento* Brem. *aut, ut quidam* Gœrenz. e codd.—6 Dav. cum quibusdam codd. *firmiter.*—7 Dav. conj. *quam quod.* Statim, *ab his rebus* al. ap. Orell. Deinde, *ut earum rerum* Gœrenz. e conjectura sua; eumque secuti sunt Schutz. et Orell. Lambinus ante *tollatur* inseruerat *fore ut*, probante Ernestio. *tollatur demum* codd. aliquot; *tollatur enim demum* E. *tolletur enim demum* ξ. *quæ queritur* χ ψ.—8 *Circumcisis* Brem. *his s. q. p. et*

NOTÆ

[b] *Sed etiam alteris tribus*] Aristoteli, cui bonum triplex, animi, corporis, et externum; Dinomacho, cui summum bonum voluptas cum honestate; Diodoro Peripatetico, cui summum bonum indolentia cum honestate. Muretus tribus ultimis intelligi putat Calliphonem, Diodorum, Polemonem.

[c] *Cum scientia vivere*] Herillus ultimum esse, cum scientia vivere, docuit. Aristo et Pyrrho nullam rerum esse differentiam dixerunt.

[d] *Obsistere visis*] Visa quid sint, quidve assensiones, dictum Acad. lib. IV. Ea opinio fuit Arcesilæ, Bionis, Lacydis, et Clitomachi.

Digitized by Google

posui, et iis, quæ similes earum sunt, relinquitur, ut summum bonum sit, vivere, scientiam adhibentem earum rerum quæ natura eveniant, seligentem quæ secundum naturam, et, si quæ etiam contra naturam sint, rejicientem, id est, convenienter congruenterque naturæ vivere. 32. [*p.* 97.] Sed in ceteris artibus cum [9] dicitur 'artificiose,'[e] posterum quodam modo, et consequens putandum est, quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant: quod autem [10] in quo 'sapienter' dicimus, id a primo rectissime dicitur. Quicquid enim a sapiente proficiscitur, id continuo debet expletum esse omnibus suis partibus: in eo enim positum est id, quod dicimus esse expetendum. Nam ut peccatum est, patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ sunt in effectu; sic timere, sic mœrere, sic in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. Verum ut hæc non in posteris, et in consequentibus, sed in primis continuo peccata sunt; sic ea, quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione, recta sunt judicanda.

X. 33. Bonum autem, quod in hoc sermone toties usur-

his al. ap. Orell. alterum *iis* omittunt Dav. et Brem. *si quæ similes* Dav. Brem. Gœrenz. cum quibusdam codd. Deinde, *et si quæ contra naturam* Manut. Gœrenz. Orell. *et quæ contra naturam* Dav. et Brem. *et si qua contra naturam* al. ap. Orell. *et si qua etiam c. n.* Lamb.—9 Lamb. *quod.*—10 Ernesti conj. *cum autem.* Actutum, *in quo* omittit Lamb. *in bono* conj. Dav. *id ad primo* codex unus Oxon. *id apprime* U ξ. *id ad prime* χ. *id adprimo* Grut. Dav. *apprime recte* Lamb.

NOTÆ

[e] *Cum dicitur Artificiose*] Duas in homine appetitiones esse dicebant Stoici; alteram sui conservandi, alteram voluptatis: hanc ex illa oriri, adeoque istam hujus 'artificem' vocabant. Quæ quidem voluptatis appetitio cum posterior esset, et appetitionem conservationis naturæ consequeretur, ἐπιγέννημα et ἐπιγεννηματικὸν appellatur; et quasi arte factum, cujus artifex esset prima appetitio. Omne enim arte factum posterum quodammodo est, et consequens tum naturam, tum præcepta artis. Ab ἐπὶ, *post*, et γίνομαι, *fio*. De illo vero quod primum, quod posterum vocant Stoici, vide Plut. lib. de Contrarietatibus Stoicorum, cujus lectio multum conferet ad intelligentiam hujus loci, qui vel corruptus est, vel perobscurus. Nos cum Mureto, paucis mutatis, locum sic restituimus: *quod autem est in quo sapienter dicimus id primum recte dicitur.* Cetera integra sunt. Docebant enim Stoici ab homine alia fieri artificiose, alia sapienter: quæ artificiose, postera et consequentia vocabant; quæ sapienter, prima et perfecta esse dicebant.

Digitized by Google

patum est, id etiam definitione explicetur.[1] Sed eorum[2] definitiones paulum oppido inter se differunt, et tamen eodem spectant. Ego assentior Diogeni,[f] qui bonum definiit,[3] id, quod esset natura absolutum. Id autem sequens, illud etiam[4] quod prodesset, (ὠφέλημα[g] enim sic appellemus) motum, aut statum esse dixit, natura absoluti. Cumque rerum notiones[h] in animis fiant, si aut usu aliquid cognitum sit, aut conjunctione, aut similitudine, aut collatione rationis; hoc quarto,[5] quod extremum posui, boni notitia facta est. Cum enim ab iis[6] rebus, quæ sunt secundum naturam, ascendit animus collatione rationis, tum ad notionem boni pervenit. 34. Hoc autem ipsum bonum, non accessione, neque crescendo,[i] aut cum ceteris comparando,[7] sed propria vi sua et sentimus, et appellamus

Cap. x. 1 Pal. 1. Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. *explicatur;* al. *applicetur,* teste Schutz.—2 *Sed aliorum,* vel *ceterorum,* conj. Ernesti.—3 Ita conj. Dav. *definierit* codd. et edd. ante Ernesti.—4 Mars. Manut. Lamb. omittunt *etiam,* probantibus Brem. et Gœrenz. Beier, Offic. tom. II. p. 201. defendit vulg. Statim, *ὠφέλειαν* e conj. dedit Gœrenz. eumque secutus est Schutz. Sed vide Beier. l. l. Quærit Gœrenz. ubi demum sic Stoici *ὠφέλημα* ponant? Facilis est responsio: Apud Stobæum Ecl. Eth. P. II. l. p. 140. Heeren. *αἱρετέον . . . ὠφέλημα πᾶν. ophelem χ. ophelon* Mars. Junt. *ὀφειλὴν* Crat. *ophelen* al. ap. Orell. Deinde, *e natura absoluto* de Bremii sententia Gœrenz. et Orell. *e natura absoluta* codd. et edd. ante Ernesti; *natura absoluti* est de conj. Pearcii; sic etiam Lall.—5 Voc. *quarto* uncis inclusit Brem. Statim, *posui boni notio* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *posui bonum, notitia* multi codd. Grut. Dav. *posui, bonorum notitia* Manut. Lamb. 1566. *posui, boni notitia* Lamb. in marg. 1584. Lall. Brem. *effecta est* conj. Moser.—6 *Cum enim ab his* al. ap. Orell. *escendit animus* Spirens. probantibus Gœrenz. et Schutz.—7 E ξ *apparando.* Statim, *vi suæ con-*

NOTÆ

[f] *Diogeni*] Babylonico, qui bello Punico secundo ab Atheniensibus publici negotii causa Romam missus est.

[g] *'Ωφέλημα*] Ab *ὠφελεῖν, prodesse.* De illo vocabulo dictum in Off.

[h] *Cumque rerum notiones*] Quatuor duntaxat notiones rerum Cicero memorat; sex Laërtius in Epidrome Dioclis; usum, similitudinem, collationem rationis, translationem, conjunctionem, contrarii comparationem. 1. Usu cognoscuntur, quæ sub sensum cadunt; 2. similitudine, ut Socrates in ejus statua; 3. collatione rationis, partim accessione et crescendo, ut ex homine gigas; partim imminuendo, ut ex homine pygmæus; 4. translatione, ut oculi in pectore; 5. conjunctione, ut hippocentaurus; 6. contrarii comparatione, ut mors.

[i] *Non accessione, neque crescendo*] Est et illud Stoicorum, crescere non posse cum sit perfectum; crescere enim esse rei imperfectæ et inchoatæ. Sen. Epist. IX. 67.

Digitized by Google

bonum. Ut enim mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur; sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimandum,[8] sed ea æstimatio genere valet, non magnitudine. Nam cum æstimatio,[9] quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit, neque rursus in malis; quantumcumque eo addideris, in suo genere manebit. Alia est igitur propria æstimatio virtutis, quæ genere, non crescendo, valet. 35. Nec vero perturbationes[k] animorum, quæ vitam insipientium miseram acerbamque reddunt, (quas Græci πάθη appellant: poteram ego, verbum ipsum interpretans, 'morbos' appellare:[l] sed non conveniret[10] ad omnia: quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam, morbum solet dicere? at illi dicunt πάθος· sit igitur 'perturbatio,' quæ nomine ipso vitiosa declarari videtur) nec hæ perturbationes vi aliqua naturali moventur: omnesque sunt genere quatuor,[m] partibus plures, ægritudo, formido, libido, quamque Stoici, communi nomine corporis et animi, ἡδονὴν appellant, ego malo 'lætitiam' appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam. Perturbationes autem nulla naturæ vi commoventur: omniaque ea sunt opiniones, ac judicia levitatis. Itaque his sapiens semper vacabit.[11]

XI. 36. Omne autem,[1] quod honestum sit, id esse propter se expetendum, commune nobis est cum multorum aliorum philosophorum sententiis. Præter enim tres disciplinas, quæ virtutem a summo bono excludunt, ceteris

sentimus ξ: *vi sua consentimus* E.—8 E *quod plurimum existimandum:* ξ *quod plurimum est existimandum.* Actutum, *sed ea existimatio* E ξ.—9 *Nam cum ex-iis* ξ. *quæ ἀηξία* E. Verba, *quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit, neque rursus in malis,* desunt in ξ. *rursus* omittit Brem.—10 Dav. e sex codd. *conveniet;* E ξ *convenit;* Ernesti conj. *convenerit.* Statim, *sic igitur perturbatio nomine* Mars. *nec hæ igitur perturbationes* Lamb. *omnesque hæ sunt* edd. ante Dav. *hæ* non legitur in Pal. 1. *omnesque s. g. q. p. plures* desunt in E ξ. *quanquam Stoici* ξ. Deinde, *quasi gestiens* E.—11 Cod. χ *is s. s. vocabit.*

NOTÆ

[k] *Nec vero perturbationes*] Stoici perturbationes animi opiniones esse dicebant; ita avaritiam, opinionem esse quod pecunia honesta sit, &c.

[l] *Morbos appellare*] Idem habes Tuscul. lib. III.

[m] *Genere quatuor*] Λύπη, φόβος, ἐπιθυμία, ἡδονή. Vide Tusc. lib. IV.

Digitized by Google

omnibus philosophis hæc est tuenda[2] sententia, maxime tamen his Stoicis, qui nihil aliud in bonorum numero, nisi honestum, esse voluerunt. Sed hæc quidem est perfacilis et perexpedita[3] defensio. [*p.* 98.] Quis est enim, aut quis unquam fuit, aut avaritia tam ardenti, aut tam effrænatis cupiditatibus, ut eandem illam rem,[4] quam adipisci scelere quovis velit, non multis partibus malit ad sese, etiam omni impunitate proposita, sine facinore, quam illo modo pervenire? 37. Quam vero utilitatem, aut quem fructum petentes, scire cupimus, illa, quæ occulta nobis sunt, quo moveantur,[5] quibusque de causis ea versentur in cœlo? quis autem tam agrestibus institutis vivit, aut quis contra studia naturæ tam vehementer obduruit, ut a rebus cognitu dignis abhorreat, easque sine voluptate aut utilitate aliqua non requirat, et pro nihilo putet? aut quis est, qui majorum, aut Africanorum, aut ejus, quem tu in ore semper habes, proavi mei,[n] ceterorumque virorum fortium, atque omni virtute præstantium, facta, dicta, consilia cognoscens, nulla animo[6] afficiatur voluptate? 38. Quis autem honesta in familia institutus, et educatus ingenue, non ipsa turpitudine, etiam si eum læsura non sit, offenditur? quis animo æquo videt eum, quem impure,[7] ac flagitiose putet vivere? quis non odit sordidos, vanos, leves, futiles? Quid autem dici poterit,[8] si turpitudinem non ipsam per se fugi-

CAP. XI. 1 *Omne autem id* χ. *id* ante *esse* deest in ξ.—2 E ξ *intuenda*. Statim, *Stoicis* de Lambini sententia uncis inclusit Brem. delevit Gœrenz. *tamen Stoicis* conj. Manut. *tamen in Stoicis* Lamb. Lall. *maxime tamen hæc Stoicis* conj. idem Lall.—3 Codd. aliquot *expedita*.—4 Mars. Crat. *ipsam rem*. Actutum, *quanquam adipisci* U.—5 E ξ χ ψ, Crat. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *quomodo moveantur;* Brem. *quomodo moveantur astra;* Lamb. *qui moveantur*. Paulo post, pro *obduruit*, quod servant E U ξ, Crat. Manut. Lamb. Dav. seqq. *obduravit* exhibent plerique codd. et Grut. Tum, *cognitione dignis* plerique codd. Junt. Crat. Manut. Dav. Brem. Gœrenz. Schutz. Orell. Deinde, *qui Manliorum, aut Afr.* conj. Clericus, probante Dav. recepit Lall. *Æmiliorum* suspic. Brem.—6 Dav. conj. *animi*, vel *omnino*.—7 E *qui impure*. Mox, pro *vanos* codd. aliquot habent *varios*.—8 U χ ψ *poterat*. Statim, *esse*

NOTÆ

[n] *Proavi mei*] Catonis censoris, quem licet multo antiquiorem Cato proximum suum vocat. Sic in Epist. ad Appium: 'Si censor es, de proavo multum cogitato tuo.' Ubi Appius Cæcus intelligitur, qui Pyrrhi pacem dissuaserat.

Digitized by Google

endam esse statuemus, quo minus homines tenebras, et solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat? Innumerabilia dici possunt in hanc sententiam: sed non necesse est. Nihil est enim, de quo minus dubitari possit, quam et honesta expetenda per se,[9] et eodem modo turpia per se esse fugienda. 39. Constituto autem illo, de quo ante diximus, quod honestum sit,[10] id esse solum bonum; intelligi necesse est, pluris id, quod honestum sit, æstimandum esse, quam illa media, quæ ex eo comparentur. Stultitiam autem, et temeritatem, et injustitiam, et intemperantiam[11] cum dicimus esse fugienda propter eas res quæ ex ipsis eveniant, non ita dicimus, ut cum illo, quod positum est, solum id esse malum, quod turpe sit, hæc pugnare videatur oratio; propterea quod ea non ad corporis incommodum referuntur, sed ad turpes actiones, quæ oriuntur e vitiis: quas enim Græci *κακίας*[o] appellant, 'vitia' malo, quam 'malitias' nominare.

XII. 40. Næ tu,[1] inquam, Cato, verbis illustribus, et id, quod vis, declarantibus. Itaque mihi videris Latine docere philosophiam, et ei quasi civitatem dare;[p] quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur, nec offerre sese nostris sermonibus; et ista[2] maxime propter limatam quandam et rerum et verborum tenuitatem. Scio enim

statuerimus codd. aliquot, Lamb. Oliv. probante Gœrenz. *esse statueremus* E ψ. Crat. Manut. Hæc, *si t. n. i. p. se f. e. statuemus*, de Walkeri suspicione uncis inclusit Dav.—9 Crat. Brem. *per se expetenda.*—10 Gœrenz. e codd. Schutz. et Orell. *honestum esset*. Actutum, *id esse s. b. i. n. est*, *p. id*, *q. h. sit* desunt in ψ.—11 *Temeritatem autem et injustitiam et intemp. et ignariam* conj. Beier ad Offic. tom. I. p. 335. *S. autem et timiditatem* conj. Guyet. *esse fugiendam* E ξ χ ψ. *esse fugiendas* Lamb. Paulo post, *cum illo*, *quo* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. Deinde, *ad corporis incommoditatem* ψ.

CAP. XII. 1 *Hæc tu* E U ξ χ ψ, et edd. ante Lamb.—2 'Donec meliora afferantur, facio cum Schutz. *ista* nominativo casu ad *philosophiam* referente.' *Orell.* *et istam* codd. aliquot: *nostris sermonibus est quieta* conj. Scaliger. *nostris s. esse ausa* suspic. Dav. *est ausa* Brem. *maxime* omittunt U χ.—

NOTÆ

[o] *Κακίας*] *Vitiositates* appellat Tusc. lib. IV.

[p] *Civitatem dare*] Translatum a Romanis, Græcisque, qui jus civitatis peregrinis darent.

Digitized by Google

esse[q] quosdam, qui quavis[3] lingua philosophari possint, nullis tamen partitionibus, nullis definitionibus utantur; ipsique dicant, ea se modo probare, quibus natura tacita assentiatur. Itaque in rebus minime[4] obscuris non multus est apud eos disserendi labor. Quare attendo te studiose, et, quæcumque rebus iis,[5] de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ mando: mihi enim erit iisdem istis fortasse jam utendum. Virtutibus igitur rectissime mihi videris, et ad consuetudinem[6] nostræ orationis, vitia posuisse contraria. Quod enim vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam a vitio dictum[7] vituperari. Sin κακίαν malitiam dixisses, ad aliud nos unum[r] certum vitium consuetudo Latina traduceret. Nunc omni[8] virtuti vitium contrario nomine opponitur.

41. [*p.* 99.] Tum ille: His igitur ita positis, inquit, sequitur magna contentio; quam tractatam[9] a Peripateticis mollius, (est enim eorum consuetudo dicendi non satis acuta,[s] propter ignorationem dialecticæ) Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis, summaque eloquentia,[t] rem in summum discrimen adduxit; propterea

3 Duo codd. Oxon. *quamvis.* Pro *tamen* E U χ ψ habent *enim.* Statim, *utantur* conj. Ernesti. *ipsi qui dicunt* edd. vett. *qui dicunt*, omisso *ipsi*, Lamb. *ipsisque dicunt* e duobus codd. Gœrenz. item Schutz. et Orell. *dicant* conj. Ernesti.—4 Ernesti conj. *maxime.*—5 Nonnulli ap. Orell. *his.* Deinde, *memoria mando* χ. *memoriæ commendo* codd. aliquot, Mars. Junt. Crat.—6 E *conservationem.*—7 Mars. *ductum.*—8 *Hoc omni* E ξ χ ψ, et edd. vett.—9 Ita codd. Grut. Dav. Brem. Gœrenz. Schutz. Orell. *quæ pertractata est* Junt. Crat. Manut. Lamb. *qua tractata* de Guyeti conj. Lall. *quæ tractata est* al. ap.

NOTÆ

q *Scio enim esse*] Amafanium, Rabirium, Pædonem, Epicureos, quos sæpe exagitat, ut de rebus ineptis inepta oratione utentes.

r *Ad aliud nos unum*] Inter vitium et malitiam id interest; quod vitium, commune; malitia, certum quoddam vitium sit. Definitur enim de Nat. Deor. lib. III. versuta et fallax ratio nocendi.

s *Non satis acuta*] Stoici in arte disserendi, quam virtutem faciunt, acutissimi fuerunt, in eaque diligenter elaboraverunt parte, quæ judicandi artes continet, atque ob id ceteros, ut ejus artis ignaros, contempserunt; ab Academicis tamen et Peripateticis, aut omnia, aut bonam partem acceperunt, ut ostendetur lib. sequente.

t *Summaque eloquentia*] Dicitur Carneades nullam rem unquam dis-

Digitized by Google

quod pugnare non destitit, in omni hac quæstione, quæ de bonis et malis appelletur, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controversiam, sed nominum. Mihi autem nihil tam perspicuum videtur, quam has sententias eorum philosophorum re inter se magis quam verbis dissidere: majorem multo inter Stoicos et Peripateticos rerum esse aio[10] discrepantiam, quam verborum. Quippe cum Peripatetici omnia, quæ ipsi bona appellent,[11] pertinere dicant ad beate vivendum; nostri vero, quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, compleri beatam vitam putent. XIII. 42. An vero certius quicquam potest esse, quam illorum ratione,[1] qui dolorem in malis ponunt, non posse sapientem beatum esse, cum equuleo[u] torqueatur? eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratio certe cogit, uti in omnibus tormentis conservetur beata vita sapienti. Etenim si dolores eosdem tolerabilius[2] patiuntur, qui excipiunt eos pro patria, quam qui leviore de causa; opinio facit, non natura, vim doloris aut majorem aut minorem. 43. Ne illud[3] quidem est consentaneum, ut, si, cum tria genera bonorum[x] sint, (quæ sententia est Peripateticorum) eo bea-

Orell. Paulo post, *Carneade* E.—10 Ita e codd. Grut. et seqq. *majorem multo habere St. et P. omnino* plerique codd. et edd. ante Grut.—11 Ita e conjectura edidit Ernesti; *appellant* codd. et edd. priores. Pro *vero* Gud. 2. habet *non*. Pro *compleri* codd. aliquot, Grut. Dav. Brem. *complecti*. Denique, *non putent* Eliens. 2. Brem. Gœrenz. Schutz. Orell.

CAP. XIII. 1 Ita Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seq. *quam illa ratio est eorum* Pearc. *quam illa ratio eorum* χ ψ, Crat. Mannt. *quam ratio eorum* Lamb. 1566. *quam illa ratio est* E ξ.—2 Lamb. *tolerantius*. Grut. et al. ante Ernesti *patiantur*; E *potiantur*; ξ *ponantur*. Mox, *leviori* E U.—3 *Nec illud* E ξ. Statim, *ut* omittit Lamb. Deinde, *ut hoc item* Lamb. *idem* deest in du-

NOTÆ

putando defendisse, quam non probaverit; nullam oppugnasse, quam non everterit.

[u] *Cum equuleo*] Equuleus catasta erat lignea, cochleata, ad intendendum et remittendum apta. Huic ubi brachia illius, qui torquendus erat, nervis quibusdam, quas fidiculas vocabant, alligaverant; tum catasta intenta, et in altum erecta, ut ex ea, quasi ex cruce, reus penderet, primum compagem ossium divellebant; deinde candentes corpori laminæ admovebantur, et latera bisulcis ungulis ferreis laniabantur. Equuleum Sozomenus Hist. Eccles. lib. v. lignum tortorium, Prudentius Hymn. D. Vinc. stipitem noxialem vocat. Sen. de Ira, lib. III.

[x] *Tria genera bonorum*] Animi, cor-

Digitized by Google

tior quisque sit, quo sit corporis, aut externis bonis plenior; ut hoc idem approbandum sit nobis, ut qui plura habeat, quæ in corpore magni æstimantur, sit beatior. Illi enim corporis commodis compleri vitam beatam putant: nostri nihil minus. Nam cum ita placeat, ne eorum[4] quidem bonorum, quæ nos bona naturæ appellemus, frequentia beatiorem vitam fieri, aut magis expetendam, aut pluris æstimandam; certe minus ad beatam vitam pertinet multitudo corporis commodorum. 44. Etenim si et sapere,[5] expetendum sit, et valere; conjunctum utrumque magis expetendum sit, quam sapere solum; neque tamen, si utrumque sit æstimatione dignum, pluris sit conjunctum, quam sapere ipsum separatum. Nam qui valetudinem æstimatione aliqua dignam judicamus,[6] neque tamen eam in bonis ponimus, iidem censemus nullam esse tantam æstimationem, ut ea virtuti anteponatur. Quod idem Peripatetici non tenent; quibus dicendum est, quæ et honesta actio sit, et sine dolore, eam magis esse expetendam, quam si esset eadem actio cum dolore. Nobis aliter videtur; recte secusne, postea: sed potestne rerum major esse dissensio? XIV. 45. Ut enim obscuratur, et offunditur luce solis lumen lucernæ; et ut interit magnitudine maris Ægæi,[y] stilla muriæ;[1 z] et ut in divitiis Crœsi, teruncii accessio;[a] et

obus codd. *habeat ea, quæ* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—4 E ξ *nec eorum*. Statim, *bona vere appellemus* χ. *appellamus* duo codd. et Brem. Paulo post *ad b. v. pertinent* E.—5 *Etenim si valere et sapere* E U ξ χ ψ. *magis expetendum* E U ξ ψ. *magis*, omisso *expetendum*, χ. Statim, *et valere: c. u. m. expetendum sit* desunt in E U ξ χ ψ. *sit* post *utrumque* delevit Gœrenz. *utrumque sic* E. *separatim* codd. aliquot, Junt. Crat.—6 Ita optimi codd. Grut. seqq. *videamus* Manut. *videmus* Lamb. Pro *tamen eam* Gœrenz. e codd. dedit *eam tamen*; et sic Schutz. et Orell.

CAP. XIV. 1 Codd. plerique *mellis*; E U ξ χ *maris*. Pro *in Indiam* E ξ habent *individua*; χ *invidiam*. Paulo post, *in corpore harum* E ξ χ ψ. *in corpore earum* U. *incorporearum* codd. aliquot, Junt. Crat. *corporearum* Eliens.

NOTÆ

poris, et quæ externa vocat Aristoteles in magnis moralibus.

[y] *Maris Ægæi*] Ab Hellesponto ad sinum usque Megaricum extenditur.

[z] *Muriæ*] Muria est aqua salsa piscibus et salsamentis apta.

[a] *Teruncii accessio*] Teruncius ex Varrone lib. IV. pars libræ est, tres videlicet unciæ. De ponderibus vide Georg. Agricolam.

Digitized by Google

gradus unus in ea via, quæ est hinc in Indiam; sic, cum sit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista rerum in corpore sitarum æstimatio splendore virtutis et magnitudine obscuretur, et obruatur atque intereat necesse est. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν[2] [b]) non fit major productione temporis (habent enim suum modum quæcumque opportuna dicuntur), sic recta effectio (κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam recte factum κατόρθωμα); recta igitur effectio, item convenientia, denique ipsum bonum, quod in eo positum est,[c] ut naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. 46. [*p.* 100.] Ut enim opportunitas illa, sic hæc, de quibus dixi, non fiunt temporis productione majora: ob eamque causam Stoicis non videtur optabilior, nec magis expetenda beata vita, si sit longa, quam si[3] brevis: utunturque simili: ut si cothurni[d] laus illa esset, ad pedem apte convenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec majores minoribus; sic, quorum omne bonum convenientia atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus, nec longinquiora brevioribus anteponentur. 47. Nec vero satis acute dicunt: Si bona valetudo pluris æstimanda sit longa, quam brevis, sapientiæ quoque usus longissimus quisque sit plu-

2. Brem.—2 E ξ omittunt *εὐκαιρίαν*, spatio relicto. Mox, pro *quæcumque*, quod servant plurimi codd. Manut. Lamb. Dav. Grut. Brem. *quæque* habent E, Gud. 1. 2. alii codd. ap. Orell. Mars. *quæquæ* de ingenio suo reposuit Gœrenz. eumque secuti sunt Schutz. et Orell. *quæ* codex unus ap. Orell. Deinde, *recte* est e conjectura Ernestii; *rectum* habent codd. et edd. priores. *item inconvenientia* E ξ. Pro *crescendi*, Lall. e codd. Regg. dedit *crescendo*; et sic legitur in codd. tribus Oxon.—3 E ξ *quam sit*. Paulo post, *neque majores* Lamb. *si quorum* ψ. *ne plura* χ. *nec longiora* E ξ ψ. *anteponerentur* χ ψ.—

NOTÆ

[b] Εὐκαιρίαν] *Opportunitatem, occasionem.* De qua Offic. lib. I.

[c] *Denique ipsum bonum, quod in eo positum est*] Hanc Stoicorum sententiam refellit Plut. eo libro ubi contra Stoicos disputat.

[d] *Ut si cothurni*] Cothurnus erat calceamentum quadrangulum, quod utrivis pedi, et viris ac mulieribus aptari commode poterat. Hinc adagium, 'Mutabilior cothurno.' Illud, quia immodice crassum erat, et humanam staturam multum augebat, in tragœdiis adhibitum ad repræsentandos heroas; quos omnes corpore proceros extitisse ferunt. Suid. Tiraq. Leges Convivial.

Digitized by Google

rimi. Non intelligunt, valetudinis æstimationem spatio judicari;[4] virtutis, opportunitate: ut videantur qui illud dicant, iidem hoc esse dicturi, bonam mortem, et bonum partum, meliorem longum esse, quam brevem. Non vident, alia brevitate pluris æstimari, alia diuturnitate. 48. Itaque consentaneum est his,[5] quæ dicta sunt, ratione illorum, qui illum bonorum finem, quod appellamus extremum, quod ultimum, crescere putent posse, iisdem placere, esse alium alio etiam sapientiorem, itemque alium magis alio vel peccare, vel recte facere. Quod nobis non licet dicere, qui crescere bonorum finem[e] non putamus. Ut enim qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt[6] a summo,[f] ut jam jamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo; nec catulus ille,[g] qui jam appropinquat ut videat, plus cernit, quam is qui modo est natus; ita[7] qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miseria est, quam ille, qui nihil processit. XV. Hæc mirabilia videri intelligo: sed cum certe superiora firma ac vera sint, his autem ea consentanea et consequentia; ne de eorum[1] quidem veritate est dubitandum: sed quanquam negent nec virtutes nec vitia crescere, attamen utrumque eorum fundi quodam modo, et quasi dilatari putant. 49. Divitias autem Dio-

4 E ξ *vindicari*. Statim, *ut videatur* E.—5 Al. ap. Orell. *iis*. Mox, *crescere putant* Mannt. Lamb. *putent crescere* al. ap. Orell. *etiam* post *alio* cum duobus codd. delevit Gœrenz. *esse alium alio esse* E.—6 Mannt. Lamb. *si longe non absunt*.—7 Ita Grut. Dav. Brem. *item* codd. aliquot, Crat. Mannt. Lamb. Gœrenz. *qui p. aliquantulum* al. ap. Orell.

CAP. XV. 1 Mars. et Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *ne de herum*. Statim, *est veritate dubitandum, sed. q. negant, nec v. n. v. crescere, et tamen, &c.* Orell. de sententia Hermanni, Diss. de R. Bentl. p. 82. Append. Bentl.

NOTÆ

[e] *Qui crescere bonorum finem*] Neque peccata neque recte facta crescere, sed paria esse, paradoxa sunt propria Stoicorum.

[f] *Si non longe absunt a summo*] Familiaris similitudo Stoicis; memoratur a Plutarcho.

[g] *Nec catulus ille*] Falluntur qui catulum scribunt majusculo charactere, quasi viri nomen sit: catellus est. Simile est quod habet Laërt. 'Nam qui centum stadiis, et qui uno a Canopo abest, æque in Canopo non sunt; ita et qui minus, et qui plus peccat, æque bonum non agunt.'

Digitized by Google

genes censet[2] non eam modo vim habere, ut quasi duces sint ad voluptatem, et ad valetudinem bonam, sed etiam ut ea contineant; non idem facere eas in virtute, neque in ceteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, continere autem non potest. Itaque si voluptas, aut si bona valetudo sit in bonis, divitias quoque in bonis esse ponendas: at,[3] si sapientia bonum sit, non sequi, ut etiam divitias bonum esse dicamus: nec ab ulla re, quæ non sit in bonis, id, quod sit in bonis, contineri potest; ob eamque causam, quia cognitiones comprehensionesque rerum, e quibus efficiuntur artes, appetitiones movent; cum divitiæ non sint in bonis, nulla ars divitiis contineri potest. 50. Quod si de artibus concedamus, virtutis tamen non sit eadem ratio, propterea quod hæc plurimæ commentationis[4] et exercitationis indigeat; quod idem in artibus non sit: et quod virtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius vitæ complectatur, nec eadem hæc in artibus esse videamus.

Deinceps explicatur differentia rerum: quam si non ullam esse diceremus, confunderetur[5] omnis vita, ut ab Aristone: nec ullum sapientiæ munus aut opus inveniretur, cum inter res eas, quæ ad vitam degendam pertinerent, nihil omnino interesset, neque ullum delectum adhiberi oporteret. Itaque cum esset satis constitutum, id solum esse bonum, quod esset honestum, et id malum solum, quod turpe; [*p.* 101.] tum inter illa,[6] quæ nihil valerent ad beate misereve vivendum, aliquid tamen, quo differrent, esse voluerunt, ut essent eorum alia æstimabilia, alia contra, alia neutrum. 51. Quæ autem[7] æstimanda essent,

Epp. probata jam Beiero ad Offic. tom. II. p. 197.—2 Codd. aliquot *censeat.* Mox, *in ea contineant* al. ap. Orell. Paulo post, *aut bona,* omisso *si,* codd. aliquot et Lamb.—3 Multi codd. etiam E ξ χ *aut.* Statim, *non sequitur* E ξ χ. *esse* deest in E ξ. *dicamus, neque ambulare* E ξ. *quæ non fit* in iisdem codd. *contineri posse* conj. Lamb. *ob eamque causam, quia cognitiones . . . contineri potest* desunt in E ξ. Pro *cognitiones* Manut. et al. habent *cogitationes.* Deinde, *appetitionem* codd. aliquot, Grut. Gœrenz. *ad appetitiones* Manut.—4 E χ ψ *commendationis.* Mox, *nec eadem hæc* Manut. Lamb. Dav. Brem.—5 Gœrenz. e codd. *et confunderetur.* Mox, *neque ullum* Lamb. Dav. Brem. *inter eas res* al. ap. Orell.—6 Ita Pal. 1. Lall. *inter hæc et illa* edd. priores; *turpe inter hæc et ut illa* al. ap. Orell. Statim, *quod differret* codd. plerique; *quod differrent* Junt. uti volebat Gœrenz.—7 Junt. Gœrenz. Schutz. Orell.

Digitized by Google

eorum in aliis satis esse causæ, quamobrem quibusdam anteponerentur, ut in valetudine, ut in integritate sensuum, ut in doloris vacuitate, ut gloriæ, divitiarum, similium rerum: alia autem non esse ejusmodi. Itemque eorum,[8] quæ nulla æstimatione digna essent, partim satis habere causæ, quamobrem rejicerentur, ut dolorem, morbum, sensuum amissionem, paupertatem, ignominiam, similia horum; partim non. Itemque hinc esse illud[9] exortum, quod Zeno *προηγμένον*, contraque quod *ἀποπροηγμένον* nominavit, cum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus, ac novis; quod nobis in hac inopi lingua non conceditur: quanquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles.[10] Sed non alienum est, quo facilius vis verbi intelligatur, rationem hujus verbi[11] faciendi Zenonis exponere. XVI. 52. Ut enim, inquit, nemo dicit, in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (id enim[1] est *προηγμένον*) sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum; sic, in vita, non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, *προηγμένα*, id est, 'producta' nominentur. Quæ vel ita appellemus (id erit verbum e verbo), vel promota, et remota,[2] vel, ut dudum diximus, præposita, vel præcipua, et illa rejecta: re enim intellecta, in verborum usu faciles esse debemus. 53. Quoniam autem omne, quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est, nec bonum esse nec malum hoc, quod[3] præpositum, vel præcipuum nominamus. Itaque id definimus, quod sit indifferens, cum æstimatione mediocri: quod enim illi *ἀδιάφορον* dicunt, id mihi

Quæque autem. Statim, *valitudine et integritate* codd. aliquot, Junt. Crat. Gœrenz. *valitudine integritate* al. ap. Orell. Deinde, *vacuitate, in gloria, divitiis, similibus rebus* conj. Lamb.—8 *Item eorum* codd. aliquot. Paulo post, *et similia horum* edd. ante Grut.—9 Codd. aliquot *illud esse;* Gœrenz. de conjectura delevit *esse.*—10 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *soles dicere.*—11 Al. ap. Orell. *hujus verbi rationem.*

CAP. XVI. 1 E ξ χ *idem enim.* Actutum, *est progeniam* E. *in a. honore sunt* al. ap. Orell. *quorum modo* ψ. *sit ad regulum* χ. *a regio principatu* conj. Dav. Tum, *quæ primore* Gœrenz. e Pal. 2. *primori e loco.* codd. aliquot et margo Crat. *primore in loco* suspic. Dav.—2 Lamb. *velut promota, velut illa remota;* E ξ *ut promota, et remota;* Dav. conj. *vel promota, vel, ut d. d. præposita, vel præcipua, et illa rejecta aut remota.*—3 Cod. χ *hoc quidem.* Actutum,

Digitized by Google

ita occurrit, ut 'indifferens' dicerem. Neque enim illud fieri poterat ullo modo, ut nihil relinqueretur in mediis, quod aut secundum naturam esset, aut contra; nec, cum id relinqueretur, nihil in his poni,[4] quod satis æstimabile esset; nec hoc posito, non aliqua esse præposita. 54. Recte igitur hæc facta distinctio[5] est, atque etiam ab iis, quo facilius res perspici possit, hoc simile ponitur. Ut enim, inquiunt, si hoc fingamus esse quasi finem et ultimum, ita jacere talum,[a] ut rectus assistat; qui ita talus erit jactus, ut cadat rectus, præpositum quiddam habebit ad finem; qui aliter, contra:[6] neque tamen illa præpositio tali ad eum, quem dixi, finem pertinebit; sic ea, quæ sunt præposita, referuntur illa quidem ad finem; sed ad ejus vim naturamque nihil pertinent.

55. Sequitur illa divisio,[b] ut bonorum alia sint ad illud[7] ultimum pertinentia, (sic enim appello, quæ τελικὰ dicuntur: nam hoc ipsum instituamus, ut placuit, pluribus verbis dicere, quod uno non poterimus, ut res intelligatur) alia autem efficientia, quæ Græci ποιητικὰ, alia utrumque. De pertinentibus, nihil est bonum, præter actiones honestas: de efficientibus, nihil præter amicum. Sed et pertinentem et efficientem sapientiam volunt esse: nam quia sapientia est conveniens actio, est[8] illo pertinenti genere, quod dixi:

propositum E ξ χ. *vel præcipua* E.—4 Lamb. conj. *ut nihil in his poneretur.* Mox, *nec hæc posita* plerique codd. Crat. Manut. *ut non aliqua essent præposita* conj. Lamb. *non aliqua esse pr.* ex Eliens. 1. dedit Dav. *proposita* χ.—5 Al. ap. Orell. *definitio.* Statim, *ab his* Dav. Gœrenz.—6 Codd. plerique *qui aliter, qui contra;* Mars. Gœrenz. *aliter qui contra.* Mox, *illa præpositione* E ξ χ. —7 Codex unus Oxon. *ad aliud illud.* Statim, pro *nam,* quod e codd. recepit Dav. *jam* habent edd. priores: *uno* omittunt E U ξ χ ψ. *non uno* al. ap. Orell. *non poterimus uno* codd. aliquot.—8 Manut. *erit.* Actutum, *cum illo* codd. plerique, Crat. Manut. Gœrenz. *in illo* conj. Dav. *ex illo p. g. est* Lamb. Denique, *id efficiens* ξ χ, alii codd. et edd. vett. *ideo efficiens* ex Eliens. 1. recepit Dav. et sic Lamb. et Brem.

NOTÆ

[a] *Jacere talum*] Ea similitudine nullus reliquorum, qui extant, philosophorum usus est.

[b] *Sequitur illa divisio*] Idem Laërt. τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικὰ, τὰ δὲ ποιητικὰ, τὰ δὲ τελικὰ καὶ ποιητικά. Pertinentia autem dicuntur quæ felicitatem complent, ejusque pars sunt; efficientia quæ eandem efficiunt, gignuntque.

Digitized by Google

Quod autem honestas actiones affert et efficit, ideo efficiens dici potest.

XVII. 56. Hæc, quæ præposita dicimus,[c] partim sunt per se ipsa præposita, partim quod aliquid efficiunt, partim utrumque:[1] per se, ut quidam habitus oris et vultus, ut status, ut motus; [*p.* 102.] in quibus sunt et præponenda quædam, et rejicienda: alia ob eam rem præposita dicuntur,[2] quod ex se aliquid efficiant, ut pecunia; alia autem ob utramque rem, ut integri sensus, ut bona valetudo. 57. De bona autem fama (quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius est hoc loco bonam famam appellare, quam gloriam) Chrysippus quidem, et Diogenes, detracta utilitate, ne digitum[3] quidem,[d] ejus causa, porrigendum esse dicebant: quibus ego vehementer assentior. Qui autem post eos fuerunt, cum Carneadem sustinere non possent, hanc, quam dixi, bonam famam, ipsam propter se præpositam,[4] et sumendam esse dixerunt; esseque hominis ingenui, et liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, idque propter rem ipsam, non propter usum: dicuntque, ut liberis consultum velimus, etiam si postumi futuri sint, propter ipsos; sic futuræ post mortem famæ tamen[5] esse propter rem, etiam detracto usu, consulendum.

58. Sed, cum, quod honestum sit, id solum bonum esse

CAP. XVII. 1 Brem. e conjectura Lambini *partim ob utrumque;* et sic legitur in ξ χ ψ. *ut quidem* χ.—2 E ξ χ, Crat. Manut. Gœrenz. *dicentur.*—3 E *dignum.* Pro *ejus,* E χ ψ habent *in.* Actutum, *porrigendum in eam* Junt. Crat. *in eam porrigendum* al. ap. Orell.—4 U ξ *propositam.* Statim, *a parentibus*

NOTÆ

[c] *Hæc, quæ præposita dicimus*] Laërtius pæne eadem. Eorum quæ præposita sunt, partim sunt per se ipsa præposita, partim quod aliquid efficiunt, partim ob utrumque: 1. per se, ut ingenium, progressus ad virtutem, &c. 2. quod aliquid efficiunt, ut divitiæ, nobilitas, et his affinia: 3. ob utrumque, ut robur, sensuum celeritas, et integritas; nam quia secundum naturam sunt, per se præponuntur; quia vero utilitates afferunt non parvas, aliquid efficiunt. Hactenus Laërt.

[d] *Ne digitum quidem*] Citat Plut. verba Chrysippi: Πολλάκις δὲ μηδὲ τὸν δάκτυλον προτεῖναι ταύτης γε τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα.

Digitized by Google

dicamus; consentaneum tamen est, fungi officio, cum id officium, nec in bonis ponamus, nec in malis. Est enim aliquid in his rebus probabile, et quidem ita, ut ejus ratio reddi possit; ergo ut etiam probabiliter acti[6] ratio reddi possit. Est autem officium,[e] quod ita factum est, ut ejus facti[7] probabilis ratio reddi possit. Ex quo intelligitur, officium medium quoddam esse,[f] quod neque in bonis ponatur, neque in contrariis. Quoniamque in iis[8] rebus, quæ neque in virtutibus sunt, neque in vitiis, est tamen quiddam, quod usui possit esse; tollendum id non est. Est autem ejus[9] generis actio quoque quædam, et quidem talis, ut ratio postulet agere aliquid et facere eorum. Quod autem ratione actum sit,[10] id officium appellamus. Est igitur officium ejus generis,[g] quod nec in bonis[11] ponatur, nec in contrariis. XVIII. 59. Atqui[1] perspicuum etiam illud est, in istis rebus mediis aliquid agere sapientem. Judicat igitur, cum agit, officium illud esse. Quod quoniam[2] nunquam fallitur in judicando, erit in mediis rebus officium: quod efficitur etiam hac conclusione rationis. Quoniam enim videmus esse quiddam,[h] quod recte factum

---

propinquis E χ.—5 Dav. conj. *ipsam.*—6 Voc. *acti* uncis inclusit Gœrenz. *facti* legit Lamb. *probabilis facti* suspicabatur idem Lamb. probantibus Dav. et Brem. *Ergo ut e. p. a. r. r. possit* desunt in E ξ.—7 Manut. et Lamb. omittunt *facti.*—8 *Quoniam in iis* E ξ. *Quoniam est in iis* χ. *Quoniamque in his* Gœrenz. Orell. *in virtute* E ξ. Deinde, *quod usu* E.—9 *Est autem hujus* χ.—10 Lamb. *factum sit.*—11 E *quod neque in bonis.*

CAP. XVIII. 1 Ita e Pal. 1. Grut. *Atque* in aliis codd. et edd. *etiam* deest in E ξ.—2 *Qui quoniam* de Davisii suspic. Lall. *nihil fallitur* χ. Statim, *quod quoniam efficitur* ξ. *hac etiam* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *cog-*

NOTÆ

[e] *Est autem officium*] Eandem habet definitionem Laërt.

[f] *Officium medium quoddam esse*] Duplex quoque officium distinguit Laërt. perfectum et medium, utrumque probe distinguitur Off. lib. I. 'Perfectum autem officium, rectum, opinor, vocemus, quod Græci *κατόρθωμα*: hoc autem commune, quod ii *καθῆκον* vocant. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant; medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.'

[g] *Est igitur officium ejus generis*] Officii definitiones varias lege Offic. lib. I.

[h] *Enim videmus esse quiddam*] De officio tum perfecto tum inchoato Offic. lib. I.

Digitized by Google

appellemus, id autem est perfectum officium; erit autem[3] etiam inchoatum: ut, si juste depositum reddere, in recte factis sit; in officiis ponatur, depositum reddere: illo enim addito, 'juste,' facit[4] recte factum: per se autem hoc ipsum 'reddere,' in officio ponitur: quoniamque non dubium est, quin in iis, quæ media dicimus, sit aliud sumendum, aliud rejiciendum; quicquid ita fit, aut dicitur, communi officio[5] continetur. Ex quo intelligitur, quoniam se ipsos[6] omnes natura diligunt, tam insipientem, quam sapientem, sumturum, quæ secundum naturam sint, rejecturumque contraria. Ita est quoddam commune officium sapientis et insipientis: ex quo efficitur, versari[7] in iis, quæ media dicamus. 60. Sed cum ab his omnia proficiscantur officia, non sine causa dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes: in his[8] et excessum e vita, et in vita mansionem:[1] in quo enim plura sunt, quæ secundum naturam sunt, hujus officium est in vita manere: in quo autem aut sunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium est, e vita[9] excedere. E quo[10] apparet, et sapientis esse aliquando officium, excedere e vita, cum beatus sit; et stulti, manere in vita, cum sit miser. 61. Nam bonum illud, et malum, quod sæpe jam dictum est, postea consequitur. Prima autem illa naturæ, sive secunda, sive contraria, sub judicium sapientis, et delectum cadunt: [*p.* 103.] estque illa subjecta quasi materia sapientiæ. Itaque et manendi in vita et migrandi ratio, omnibus iis rebus,[11] quas supra dixi, metienda.

---

nitione rationis E ξ.—3 Lamb. et Brem. delerunt *autem;* uncis inclusit Orell. Mox, *si justum* E ξ.—4 Gœrenz. Schutz. Orell. *fit* de conjectura Lambini; *evadit* Dav. Paulo post, *quin in his* Gœrenz. Orell.—5 Ita Manut. Lamb. seqq. *omni officio* plerique codd. etiam E U ψ. *in officio* al. ap. Orell.—6 Gœrenz. e codd. item Schutz. Orell. *se ipsi.* Tum, *diligant* E U ξ χ, alii codd. Crat. Gœrenz. Orell.—7 Lamb. *id versari.* Actutum, *in his* Orell.—8 Gœrenz. Schutz. Orell. *in his esse.*—9 Spirens. N *de vita.*—10 *Ex quo* codd. aliquot, Manut. Lamb. Mox, *officium* deest in Weg. probante Gœrenz. *et offi-*

NOTÆ

[1] *Et in vita mansionem*] Idem habet Plut. lib. de Contr. Stoic. 'Ex quo fit,' inquit, 'ut beatorum officium aliquando sit excedere e vita, et rursus miserorum officium in vita manere.'

Digitized by Google

Nam neque iis,[12] qui virtute retinentur in vita, neque iis, qui sine virtute sunt, mors est oppetenda. At sæpe[13] officium est sapientis, desciscere a vita, cum sit beatissimus, si id opportune facere possit; quod est convenienter naturæ vivere. Sic enim censent, opportunitatis esse beate vivere. Itaque a sapientia præcipitur,[k] se ipsam,[14] si usus sit, sapiens ut relinquat. Quamobrem cum vitiorum ista vis non sit, ut causam afferant mortis voluntariæ; perspicuum est, etiam stultorum, qui iidem miseri sint, officium esse,[15] manere in vita, si sint in majore parte earum rerum, quas secundum naturam esse dicimus. Et quoniam excedens e vita, et manens, æque miser est, nec diuturnitas magis ei vitam[16] fugiendam facit; non sine causa dicitur, iis, qui pluribus naturalibus frui possint, esse in vita manendum.

XIX. 62. Pertinere autem ad rem[l] arbitrantur, intelligi natura fieri, ut liberi a parentibus amentur: a quo initio profectam[1] communem humani generis societatem persequimur. Quod primum intelligi[2] debet figura membrisque corporum; quæ ipsa declarant procreandi a natura

---

cium *sapientis esse aliquando* al. ap. Orell.—11 Al. *his rebus.*—12 *Nam neque his* duo codd. ap. Orell. Actutum, *qui virtute fruuntur, manendum in vita* conj. Lamb. *nec his* al. ap. Orell.—13 Ita e codd. Dav. et seqq. *Et sæpe* cod. Ursini et Lamb. *Ut sæpe* Manut. Grut. al. ante Dav. Mox, *defiscere a vita* al. ap. Orell. *desistere e vita* al. ibid.—14 Ernesti conj. *se ipsum.* Actutum, *si jusserit sapiens* E U ξ χ ψ, et edd. ante Grut.—15 Verbum *esse* omittit codex unus Oxon.—16 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *ei magis vitam.* Statim, *his qui* al. ap. Orell. *frui possunt* Schutz. errore typogr.

CAP. XIX. 1 Ernesti conj. *profecti.* Mox, *prosequimur* editio quædam vet. *persequuntur* Eliens. 2. Dav. *persequitur* E ξ.—2 *Quod p. ut intelligi* E ξ.

NOTÆ

[k] *A sapientia præcipitur*] Ad eandem pertinet sententiam, quæ apud Laërt. legitur: 'Sapientem et pro patria, et pro amicis, e vita excessurum, idemque facturum, si acerbiore quodam dolore, si sensuum orbitate, si desperatis morbis laboret.' Quod et apud Plut. legitur lib. de Communibus Notionibus contra Stoicos.

[l] *Pertinere autem ad rem*] Huc pertinet illud Offic. lib. I. 'Nam cum sit hoc natura commune animantium, ut habeant procreandi libidinem, primo societas in ipso est conjugio, proxima in liberis, deinde una domus, omnia communia; id autem est principium urbis, et quasi seminarium reipublicæ.'

Digitized by Google

habitam esse rationem. Neque vero [3] hæc inter se congruere possent, ut natura et procreari vellet, et diligi procreatos non curaret. Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest; [4] quarum in fœtu et in educatione, laborem cum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. Quare ut perspicuum est, [5] natura nos a dolore abhorrere; sic apparet, a natura ipsa, ut eos, quos genuerimus, amemus, impelli. 63. Ex hoc nascitur, ut etiam [6] communis hominum inter homines naturalis sit commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri. Ut enim in membris alia sunt tanquam sibi nata, ut oculi, ut aures; aliqua [7] etiam ceterorum membrorum usum adjuvant, ut crura, ut manus; sic immanes quædam bestiæ sibi solum natæ sunt: at illa, quæ in concha patula pinna dicitur,[m] isque, qui enat e concha, qui, (quod eam custodiat, pinnoteres vocatur, in eamque cum se recipit, includitur; ut videatur monuisse, ut caveret) itemque formicæ, apes, ciconiæ, aliorum etiam causa quædam faciunt. Multo magis hæc conjunctio est hominis: itaque natura sumus apti ad cœtus, concilia, civitates. 64. Mundum autem censent regi numine Deorum, eumque esse quasi communem urbem et civitatem hominum et Deorum; et

ex figura Lamb. *procreandi naturam* E ξ.—3 *Neque enim* E ξ. *congruere possint* E U ψ. *ut natura procreari* E ξ.—4 Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *perspici potest;* idem Gœrenz. conj. *conspici potest;* E ξ *respici potest;* edd. ante Gœrenz. *inspici potest.* Mox, *et educatione* E, Manut. Lamb.—5 *Quare perspicuum est* cod. Steph. Mox, *a natura ipsa impelli* edd. vett. Lamb.—6 *Ex h. n. etiam ut* Spirens. N, Gœrenz. Orell. *et naturalis* conj. Dav. *natura* al. ap. Orell.—7 Manut. et Lamb. *alia.* Paulo post, *quæ in conchis* Lamb. *quæ cum in concha* conj. Dav. *quæ conchis* conj. Brem. Pro *custodiat* Gœrenz. e codd. E, Schutz. et Orell. *custodit.* Tum, *in eandemque* Spirens. N. *cum se*

NOTÆ

[m] *Pinna dicitur*] De illa hæc Plin. IX. 42. 'Nascitur in limosis subjecta semper, nec unquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem: is est squilla parva, alibi cancer dapis assectator. Pandit se pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant illi protinus, ac ubi licentia ac audacia crevit, implent eam; hoc tempus speculatus index morsu levi significat; illa ore compresso, quicquid inclusit, exanimat, partemque socio tribuit.' Hæc Plin. quæ ab Athenæo lib. V. desumsisse videtur. Idem habet Cic. de Nat. Deor. lib. II.

Digitized by Google

unumquemque nostrum ejus mundi esse partem, ex quo illud natura consequi,[8] ut communem utilitatem nostræ anteponamus. Ut enim leges omnium[9] salutem singulorum saluti anteponunt; sic vir bonus, et sapiens, et legibus parens, et civilis officii non ignarus, utilitati omnium plus, quam unius alicujus, aut suæ consulit. Nec magis vituperandus est[10] proditor patriæ, quam communis utilitatis, aut salutis desertor, propter suam utilitatem, aut salutem. Ex quo fit, ut laudandus sit is, qui mortem oppetat pro republica, quod deceat[11] cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. Quoniamque[12] illa vox inhumana et scelerata ducitur, eorum, qui negant se recusare, quo minus, ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur, (quod vulgari quodam versu Græco[a] pronuntiari solet) certe verum est, etiam iis,[13] qui aliquando futuri sint, esse propter ipsos consulendum. XX. 65. [*p.* 104.] Ex hac animorum affectione testamenta, commendationesque morientium natæ sunt. Quodque[1] nemo in solitudine vitam agere velit, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia; facile intelligitur, nos ad conjunctionem congregationemque hominum, et ad naturalem communitatem esse natos. Impellimur autem natura, ut prodesse velimus quamplurimis, inprimisque docendo, rationibusque prudentiæ tradendis. 66. Itaque non facile est invenire, qui quod sciat ipse, non tradat alteri. Ita non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum. Atque ut tauris

recepit edd. ante Grut. item Brem.—8 Ita codd. Grut. seqq. *consequitur* E U ξ χ ψ, Crat. Lamb.—9 *Ut e. l. hominum* E ξ χ, cum cod. Steph.—10 *Nec m. est vituperandus* duo codd. et Schutz.—11 Ita codd. aliquot, etiam Steph. ed. pr. Brem. Gœrenz. *quod doceat* Grut. Dav. *qui doceat* Manut. Lamb.—12 *Quanquam* χ in marg. Paulo post, *omnium* omittunt duo codd. Gœrenzii, Mars. Schutz.—13 Edd. quædam vett. *etiam his.*

CAP. XX. 1 *Cumque* conj. Brem. Actutum, *nemo in summa solitudine* multi codd. etiam Steph. ξ, Dav. Gœrenz. Orell. Pro *naturalem* Dav. conj.

NOTÆ

[a] *Quodam versu Græco*] Quod est ejusmodi: Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί: quod carmen cum quis aliquando coram Nerone recitaret, respondisse fertur, 'Immo ἐμοῦ ζῶντος,' innuens id urbis incendium, cujus postea auctor fuit.

Digitized by Google

natura datum est, ut pro vitulis contra leones summa vi impetuque contendant; sic ii,[2] qui valent opibus, atque id facere possunt, ut de Hercule,[o] et de Libero accepimus,[p] ad servandum genus hominum natura incitantur. Atque etiam, Jovem cum Optimum et Maximum[q] dicimus, cumque eundem Salutarem,[r] Hospitalem,[s] Statorem;[t] hoc intelligi volumus,[3] salutem hominum in ejus esse tutela. Minime autem convenit, cum ipsi inter nos abjecti neglectique[4] simus, postulare, ut Diis immortalibus cari simus, et ab his diligamur. Quemadmodum igitur membris utimur

civilem, probante Gœrenz. recepit Schutz.—2 Gœrenz. e quodam cod. *hi*. Statim, *ut de Libero* al. ap. Orell. *de* omittunt codd. aliquot, Manut. Lamb. *accipimus* Beier ad Offic. tom. I. p. 42. *natura incitatur* E.—3 Codex unus Oxon. *voluimus*.—4 Codd. aliquot, Mars. Lamb. *nos viles, abjecti, neglectique*; Lall. de Gruteri conj. *viles neglectique*; χ *nos nos abjecti neglectique sumus*. Tum, *cari sumus* χ. *cura sumus* ξ. *curæ simus* conj. Lamb. *et ab iis* Manut.

NOTÆ

[o] *Ut de Hercule*] Qui monstrorum, latronum, maleficorumque domitor dictus est.

[p] *Et de Libero accepimus*] Inter Deos collocatus est, ob discordias a se compositas, exstructas civitates, leges civitatibus datas, aliaque id genus præclare gesta. Horat. Epist. II. 1. 5. 'Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux, Post ingentia facta Deorum in templa recepti, Dum terras hominumque colunt genus, aspera bella Componunt,' &c.

[q] *Optimum et Maximum*] Ante *Optimum* quam *Maximum*, quia præstantius est hominibus prodesse, quam opibus pollere.

[r] *Salutarem*] Seu *servatorem* et *conservatorem*, σωτὴρ Græcis, quod ejus ope a Medis liberati essent; antiquiorem tamen esse probant aliqui ex loco quodam Euripidis in Hercule Fur. In Pyræo templum fuit Servatoris, multis præstantissimorum artificum tabulis exornatum. Alii quoque Dii fuere 'salutares' et 'servatores.' Aristoteles ex voto nuncupato pro Nicanoris salute, animalia lapidea testamento reliquit Jovi Servatori, et Minervæ Servatrici.

[s] *Hospitalem*] Græcis ξένιον· unde xenia vocata sunt munera quæ hospitibus darentur. Demost. in Orat. de Legatione. Jovis Hospitalis meminit Virg. Æneid. I. 'Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur:' et Ovid. Met. X. Cicero pro Deiot. In Genetæo promontorio apud Scythas Jupiter Hospitalis colebatur, qui et a loco Genetæus dictus.

[t] *Statorem*] Ideo 'Stator' dictus, quod cum aliquando fugerent Romani, Romulusque de suorum virtute desperaret, Jovem rogavit ut suorum fugam sisteret. Alii malunt ita dictum, quod Jupiter Stator pingatur stans, tanquam erectus ad ferendam opem. Jupiter enim Tonans pingitur sedens in antiquis monetis. Seneca, quod ejus beneficio stent omnia, Statorem Stabilitoremque dictum ait, lib. de Benef.

Digitized by Google

prius, quam didicimus,[5] cujus ea utilitatis causa habeamus; sic inter nos natura ad civilem communitatem conjuncti et consociati sumus: quod ni ita se haberet, nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus.[6] 67. Et quo modo hominum[7] inter homines juris esse vincula putant, sic homini nihil juris esse cum bestiis. Præclare enim Chrysippus, cetera nata esse hominum causa et Deorum;[8] eos autem, communitatis, et societatis suæ; ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine injuria: quoniamque ea natura esset hominis, ut ei cum genere humano quasi civile jus intercederet; qui id conservaret, eum justum; qui migraret,[w] injustum fore. Sed, quemadmodum, theatrum cum commune sit,[9] recte tamen dici potest, ejus esse eum locum, quem quisque occuparit; sic in urbe mundove communi non adversatur jus, quo minus suum quidque cujusque sit. 68. Cum autem ad tuendos, conservandosque homines hominem natum esse videamus, consentaneum est huic naturæ, ut sapiens velit gerere et administrare rempublicam; atque, ut e natura vivat, uxorem adjungere, et velle ex ea liberos procreare.[10] Ne amores quidem sanctos[x] a sapiente alienos esse arbitrantur.[11] Cynicorum autem rationem[y] atque vitam alii cadere in sapientem

Lamb. Orell. *et ab illis* quædam vett.—5 E ξ *quam dicimus*. Mox, *et sociati sumus* in iisdem codd.—6 Iidem codd. *bonitatis locus*.—7 *Et quod hominum* E U ψ. *Et quod omnium* ξ. *viris esse* χ. *juris esse* desunt in ψ. *juris esset* habent alii codd.—8 Dav. uncis inclusit *et Deorum;* Schutz. cum uno cod. delevit. Paulo post, *ei* codd. aliquot et edd. ante Lamb.—9 Spirens. N, Gœrenz. Orell. Schutz. *ut commune sit*. Paulo post, *quodque cujusque sit* Gœrenz. e codd. Schutz. Orell.—10 Lall. et Gœrenz. e codd. omittunt *procreare;* Schutz. e conj. Gœrenzii *et tollere ex ea liberos*.—11 Codd. aliquot *arbitramur*.

NOTÆ

[w] *Qui migraret*] Id est, violaret. Vide de Offic. lib. I.

[x] *Ne amores quidem sanctos*] Duplex amoris genus Stoici distinxerunt: ἔρωτα τὸν περὶ σπουδαῖον, quod genus laudabile fuit; alind vitiosum, quod definivit ἐπιθυμίαν τινά. Quo pertinet illud Tuscul. lib. IV. Stoici sapientem amaturum esse dicunt, &c.

[y] *Cynicorum autem rationem*] Hæc haud dubie ratio est de qua Offic. I. 'Nec vero audiendi sunt Cynici, aut qui fuerunt Stoici pæne Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea quæ re turpia non sunt, nominibus ac verbis flagitiosa dicamus; illa autem quæ turpia sunt, nominibus appellemus suis: latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non

Digitized by Google

dicunt, si quis ejusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit: alii, nullo modo. XXI. 69. Ut vero [1] conservetur omnis homini erga hominem societas, conjunctio, caritas; et emolumenta, et detrimenta, (quæ ὠφελήματα et βλάμματα appellant) communia esse voluerunt; quorum altera prosunt, nocent altera. Nec solum [2] ea communia, verum etiam paria esse dixerunt.[a] Incommoda autem, et commoda,[3] (ita εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα appello) communia esse voluerunt, paria noluerunt. Illa enim quæ prosunt, aut quæ nocent, aut bona sunt, aut mala: quæ sint paria necesse est. Commoda autem, aut incommoda [4] in eo genere sunt, quæ præposita, et rejecta dicimus. Ea possunt paria non esse; sed emolumenta communia esse dicuntur: recte autem facta, et peccata, non habentur communia. 70. Amicitiam autem adhibendam esse censent, quia sit ex eo genere,[5] quæ prosint. Quanquam autem in amicitia alii dicant, æque caram esse sapienti rationem amici, ac suam; [*p.* 105.] alii autem sibi cuique cariorem suam; tamen hi quoque posteriores [6] fatentur, alienum esse a justitia, ad quam nati esse videamur, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat. Minime vero probatur huic disciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam, aut justitiam

Cap. xxi. 1 *Ut ergo* Crat.—2 *Neque solum* Gœrenz. Orell. Schutz.—3 *Commoda autem et incommoda* codd. aliquot et Dav. Statim, *ita enim εὐχρηστήματα* Gœrenz. Schutz. Orell. *paria noluerunt* χ.—4 *Com. a. et incommoda* multi codd. Crat. Dav. Brem. Schutz. Orell. Paulo post, *sed emolumenta et detrimenta* conj. Lamb. Hæc, *sed em. com. e dicuntur*, uncis inclusit Dav, *recte autem acta* Brem.—5 Lamb. *ex eorum genere.* Actutum, *quæ prosunt* edd. ante Ernesti, qui e conj. dedit *prosint.*—6 Junt. *id quoque posteriores.* Voc. *posteriores* suspectum est Mosero p. 13. Mox, *ab justitia* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. Tum, *detrahere de aliquo* duo codd. Dav. et Beier ad

NOTÆ

obscœne; liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum.'

[a] *Paria esse dixerunt*] 'Ωφελήματα et βλάμματα ad bona et ad mala pertinent; atque hæc quia crescere non possunt, consequens est nec illa crescere posse: εὐχρηστήματα vero et δυσχρηστήματα pertinent ad ea quæ media dicuntur et ἀδιάφορα· quorum quia nonnulla pluris, nonnulla minoris æstimanda sunt, paria esse non possunt. 'Ωφέλημα ab ὠφελεῖν *prodesse*; βλάμμα a βλάπτειν, *nocere*; εὐχρήστημα, et δυσχρήστημα, a χράομαι.

Digitized by Google

propter utilitates ascisci,[a] aut probari. Eædem enim utilitates[7] poterunt eas labefactare atque pervertere. Etenim nec justitia, nec amicitia[8] esse omnino poterunt, nisi ipsæ per se expetantur. 71. Jus autem, quod ita dici, appellarique possit, id esse natura:[9] alienumque esse a sapiente non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere: nec vero rectum est cum amicis, aut bene meritis consociare aut conjungere injuriam: gravissimeque et verissime defenditur, nunquam æquitatem ab utilitate posse sejungi: et, quicquid æquum justumque esset, id etiam honestum; vicissimque, quicquid esset honestum, id justum etiam atque æquum fore.

72. Ad easque[10] virtutes, de quibus disputatum est, dialecticam etiam adjungunt,[b] et physicam; easque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quod habeat rationem, ne cui falso assentiamur, neve unquam captiosa probabilitate fallamur, eaque, quæ de bonis et malis diceremus, ut tenere tuerique possimus. Nam sine hac arte quemvis arbitrantur[11] a vero abduci, fallique posse. Recte

Offic. tom. II. p. 219.—7 E U ξ χ ψ *voluptates*.—8 *Etenim nec justitiæ, nec amicitiæ* codd. aliquot et Grut. *nec justitia, nec amicitia* cum uno cod. Dav. Mox, *nisi ipsa per se expetentur* Lamb.—9 Codd. plerique, Crat. Manut. Grut. Gœrenz. *naturam*. Statim, *cuiquam facere* Lamb. *meritis sociare* nonnulli codd. ap. Orell. *gravissimeque et severissime* conj. Beier ad Offic. tom. II. p. 22. Deinde, *posse sejungere* E U ξ, et cod. Steph.—10 *Ad eas* Spirens. N. Paulo post, *et malis didicerimus* iidem codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *et malis disseramus* cum uno cod. Brem.—11 Ita e codd. Davis. et seqq. *arbitramur*

NOTÆ

[a] *Propter utilitates asciscí*] De amicitia hoc præcipuum Stoicorum dogma fuit, 'amicum propter se ipsum expetendum esse.' Laërt. Aristoteles vero lib. III. ad Nicom. ait in amicitia tria inesse, honestatem, utilitatem, voluptatem; adeoque tria amicitiarum genera constituit; quorum duo postrema inter non bonos esse non possint, in quo a Stoicis dissentit; eam autem, cujus finis est honestas, non nisi inter bonos esse, in quo cum Stoicis consentit.

[b] *Dialecticam etiam adjungunt*] Dialecticam non virtutem tantum esse, sed multas etiam virtutes complecti, docet Zeno apud Laërt. Prima, est peritia continendi se ab omni lapsu; secunda, retentio judicii adversus captiosam probabilitatem; tertia, constans et firma propriæ opinionis assertio; postrema, erroris ac temeritatis fuga, &c.

igitur, si omnibus in rebus temeritas ignoratioque [12] vitiosa est, ab his ea, quæ tollit hæc, virtus nominata est. XXII. 73. Physicæ quoque non sine causa [c] tributus idem est honos; propterea quod, qui convenienter naturæ victurus sit,[1] ei et proficiscendum est ab omni mundo, et ab ejus procuratione. Nec vero potest quisquam de bonis et de malis [2] vere judicare, nisi omni cognita ratione naturæ, et vitæ etiam Deorum, et utrum conveniat, necne, natura hominis cum universa: quæque sunt vetera [3] præcepta sapientium, qui jubent 'tempori parere,'[d] et 'sequi Deum,' et 'se noscere,' et 'nihil nimis:' hæc sine physicis quam vim habeant, (et habent maximam) videre nemo potest. Atqui [4] etiam ad justitiam colendam, ad tuendas amicitias, et reliquas caritates, quid natura valeat, hæc una cognitio potest tradere. Nec vero pietas adversus Deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest.

74. Sed jam sentio me esse longius provectum, quam proposita ratio postularet. Verum admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisque rerum [5] traxit ordo: quæ, per Deos immortales! nonne miraris? quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam compositum, tamque compactum, et coagmentatum inveniri potest? quid posterius priori non convenit? quid sequitur, quod non respondeat superiori? quid

edd. priores.—12 Codex unus *ignorantiaque*. Statim, *ars ab his ea* Mars. Gœrenz. Orell. *ars ea* Dav. Brem.

CAP. XXII. 1 Codex unus Oxon. *victus sit*. Mox, *ei proficiscendum* Lamb. in marg. 1584. Dav. Gœrenz. *et proficiscendum* codd. multi; *ei etiam* pref. Orat. *atque ab ejus* Gœrenz. e codd. Schutz. Orell.—2 Codd. plerique, Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. *de bonis et malis*.—3 Gœrenz. conj. *veterum*.—4 *Atque* codd. et edd. ante Ernesti.—5 N *me rerum*. Statim,

NOTÆ

[c] *Physicæ quoque non sine causa*] Plut. contra Stoicos disputans locos profert quosdam e Chrysippi libris, unde hæc mutuatum esse Ciceronem facile est intelligere.

[d] *Tempori parere*] Nota sunt ea veterum præcepta: *καιρῷ πειθαρχεῖν, Θεῷ ὑπείκειν, γνῶθι σεαυτὸν, μηδὲν ἄγαν*· quæ partim in Phocylide, partim apud Stobæum, partim apud Clem. Alex. Stromat. extant. Muretus legit *tempori parcere*.

Digitized by Google

non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si unam[6] literam moveris, labent omnia? nec tamen quicquam est, quod moveri possit. Quam gravis vero, quam magnifica, quam constans conficitur persona sapientis! qui, cum ratio docuerit, quod honestum esset, id esse solum bonum, semper sit necesse est beatus, vereque omnia[7] ista nomina possideat, quæ irrideri ab imperitis solent. 75. Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius,[e] qui nec se, nec suos regere potuit: rectius magister populi, (is enim est[8] dictator) quam Sulla,[f] qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magister fuit: rectius dives, quam Crassus,[g] qui, nisi eguisset, [*p.* 106.] nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. Recte ejus omnia dicentur,[9] qui scit uti solus omnibus:[h] recte etiam pulcher

quem per Deos codd. optimi, Dav. Gœrenz. Schutz. Orell.—6 Ita conj. Markland. *ullam* edd. ante Ernesti. Hæc vox deest in Weg. probante Gœrenz. *ut, si unam* conj. Matthiæ. Mox, *quo moveri* Grut. e codd. et Dav. —7 E ξ omittunt *omnia*.—8 Beier ad Offic. tom. I. p. 129. *is est enim*. Paulo post, *ulla b. causa* E ξ ψ.—9 *Recte, ejus esse omnia, dicetur* conj. Gœrenz.

NOTÆ

[e] *Rex, quam Tarquinius*] Huc pertinet paradoxum Stoicorum, quod soli sapientes reges sint. Laërt. Regnum enim definiunt 'principatum reddendæ rationi, et reprehensioni minime obnoxium;' qui quidem in solis esse potest sapientibus.

[f] *Quam Sulla*] Dictaturam primus invasit Sulla, neque quisquam atrocius ea auctoritate usus est, ut tunc primum senserit populus Romanus dictaturæ potentiam in furiosi hominis manu ancipitem gladium esse. Ea occupata, quadraginta civium millia indicta causa trucidavit, tribuniciam potestatem sustulit, leges patriæ abrogavit, novas ex arbitrio fixit atque refixit: hanc tamen mox, more majorum, deposuit, quam in rem dicere per jocum solitus erat Cæsar, qui et ipse paucis post annis dictaturam invasit, 'nescisse literas Sullam, qui tam facile dictaturam deposuisset.'

[g] *Quam Crassus*] Cognomento Dives, Romanorum omnium ditissimus; post duplicem consulatum an. 683. et 698. inita cum Cæsare et Pompeio societate, bellum Parthicum sortitus est, Euphratem spretis prodigiis transivit, spe prædæ Parthicæ adductus; sed in insidias ab Augaro transfuga ductus, omnem pæne exercitum, cum filio Pub. Crasso, qui ad se cum mille equitibus e Gallia venerat, amisit; ipse circumsessus in colle, ac deinde evocatus ab hoste in colloquium, captus est, ac ne vivus in hostium potestatem veniret, repugnans occisus est.

[h] *Qui scit uti solus omnibus*] Est in eam rem lepide dictum Diogenis Cynici: 'Omnia,' inquit, 'Deorum sunt; amici autem sapientum sunt Dii; amicorum porro communia sunt omnia: igitur sapientum omnia sunt.'

Digitized by Google

appellabitur; animi enim lineamenta sunt pulchriora, quam corporis: recte solus liber, nec dominationi cujusquam parens, neque obediens cupiditati: 76. recte invictus, cujus etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula injici nulla possint: neque expectet[10] ultimum tempus[i] ætatis, ut tum denique judicetur, beatusne fuerit, cum extremum vitæ diem morte confecerit; quod ille unus e septem sapientibus non sapienter Crœsum monuit. Nam si beatus unquam fuisset, beatam vitam usque ad illum a Cyro exstructum rogum[k] pertulisset.[11] Quod si ita est, ut neque quisquam, nisi bonus vir, et omnes boni beati sint; quid philosophia magis colendum, aut quid est virtute divinius?

dicetur Spirens.—10 E U *nec expectet*. Pro *ultimum*, quod de Bentleii conjectura dedere Lall. Ernesti, et Brem. probantibus Dav. et Gœrenz. *ullum* habent codd. Manut. Lamb. Grut. seqq. Tum, *morte* omittit Brem. uti volebat Dav. Verba, *cum e. v. d. m. confecerit*, suspecta sunt Gœrenzio. Deinde, *sapientibus* omittit ed. 1584.—11 Ita e codd. Dav. et seqq. *protulisset* edd. priores.

NOTÆ

[i] *Neque expectet ultimum tempus*] De hoc Solonis dicto quod apud Herodot. legitur, dictum est lib. II.

[k] *Exstructum rogum*] Captum Crœsum Persæ ad Cyrum perduxerunt; quem ille vinctum super lignorum struem imponit, septemque cum illo Lydiorum filios. Crœsus rogo impositus in memoriam rediit sententiæ Solonis, 'ex viventibus beatum esse neminem.' Tum vero ingemiscens ter Solonis nomen inclamavit, &c. Herodot. lib. I.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

AD BRUTUM

LIBER IV.

ARGUMENTUM.

Hoc libro continetur Ciceronis disputatio contra Catonianam, h. e. Peripateticæ rationis defensio et Stoicæ impugnatio. Accessio ad disputationem philosophiam Stoicam in universum omnem reprehendit, inprimisque ejus auctorem Zenonem, qui cum nihil habuerit, quod in vetere et a Socraticis Aristoteleque constituta disciplina aut reprehenderet aut mutaret, ausus sit eam deserere, novamque disciplinam condere, quæ a superiori neque partitione, neque ulla re paulo majori, nisi verbis novis quibusdam, et scribendi ac disserendi ratione, discreparet. cap. 1—5. In quo autem maxime Stoici a vetere ratione discedere putarentur, nempe de Bono Summo et Malo, in eo quoque verborum potius quam rerum dissensionem esse; nam constitutionem illam primam naturæ, a qua et Cato, de Stoicorum more, exorsus sit, et unde omnis ista disputatio de Bono et Malo ducatur, eam utriusque partis esse, ut dissensus rerum nullus reperiatur. Illa enim: valetudinem corporis, integritatem sensuum, non esse bona, sed præposita; quæ in corpore excellerent, non esse per se expetenda, sed sumenda; omnia vitia esse paria; qui virtutem non plene consecuti essent, summe esse miseros: ea non esse tanti, ut propterea a veteri disciplina desciscendum fuerit, inprimis cum usui loquendi repugnarent. cap. 6—9. Sequitur deinde pressior disputatio de his, quæ a Catone dicta erant, eaque conferuntur cum his, quæ Cicero anteponebat Catonianis. Ab iisdem initiis naturæ, animo et corpore, et utriusque conservandi studio, proficiscuntur Stoici et Peripatetici. Male ergo Stoici paulo post corporis plane obliviscuntur, et in exquirendo summo bono et

malo unius animi rationem habent. Nam etsi corporis bona parva sunt ad virtutem, et ab ea obscurantur et obruuntur, non sunt tamen plane nihil, atque adeo, etsi parvæ, tamen partes vitæ beatæ. cap. 10—12. Deinde cum omnium naturarum simile sit id, ad quod omnia referuntur, et quod est ultimum rerum appetendarum; omnis autem natura nullam sui partem deserat neque tantum in optimo conservando perficiendoque laboret; nulla ratio est, quare summum bonum non in toto homine, sed in parte hominis ponatur, neque totum hominem omnesque ejus partes, sed optimum tantum sapientia, tanquam nil præter ingenium esset homo, complectatur. cap. 13. 14. Quod dicunt, virtutem non posse constitui, si, quæ extra eam sunt, ad beatam vitam pertineant; id totum contra est. Nam cum virtus quæsita sit, non quæ relinqueret naturam ejusque initia, sed quæ tueretur; introduci virtus non potest, nisi omnia, quæ leget et rejiciet, unam referantur ad summam. cap. 15. 16. Illud autem minime probari potest, quod, ubi a Stoicis solum honestum in boni sede locatum est, tum rursus dicunt, initia proponenda esse accommodata naturæ, quorum e selectione virtus possit existere. Non enim est æquum aliunde finem beate vivendi, nempe ab honesto, aliunde vero, nempe a natura, principium agendi petere, sed una ratione utrumque contineri oportet: ex quo ipso Stoicæ rationis, de fine bonorum, vitium intelligitur, quo, quæ v. c. voluptatem finem facit, libera est, quæ et appetitionem et actionem commovet. cap. 17. Jam in illis consectariis; omne bonum laudabile, laudabile omne honestum, igitur omne bonum honestum; item in illo sorite; quod bonum est id est, optabile, quod optabile, expetendum, &c. sumuntur ea, quæ a nemine conceduntur, nisi qui sola virtute finem bonorum contineri putat. Reliqua autem: omnes, qui non sunt sapientes, æque miseri sunt, omnia recte facta et peccata æqualia, et his similia, ita repugnant sensibus ac rerum naturæ, ut iis ipsis tollantur ea, ex quibus colliguntur. cap. 18. 19. Atque hæc ipsa res fecit, ut causam non obtinens Zeno, repugnante quippe natura, et ad angustias redactus, versare verba inciperet: nam quæ bona nolebat dici, concedebat, ut apta, accommodata, præposita dicerentur; quæ mala negabat esse, rejecta largiebatur esse; Platonem etsi non sapientem dicebat, tamen præferebat Dionysio tyranno; peccata alia tolerabilia dicebat, alia nullo modo: in quibus, ut et in reliquis, loquebatur aliter atque omnes, sed idem sentiebat ac ceteri. cap. 20. sq. Harum angustiarum una causa est gloriosa illa in constituendo Summo Bono ostentatio. Nam cum, quod honestum est, id solum bonum confirmatur, omnia officia vitæ tolluntur; ex quibus angustiis dum se vult expedire Zeno, nova quædam dicere cogitur, sed ea cum Aristoteleis re consentientia, verbis discrepantia; quæ verborum dissensio cum ad contemnendum v. c. dolorem nil prosit, melius fecisset, si usitate locutus esset. cap. 25. 26. Idem de illis *παραδόξοις* statuendum, quæ nil controversiæ habent, si res verbis subjectæ spectentur; quod, exempli causa, illo, omnia peccata esse paria, demonstratur. cap. 27. 28.

I. 1. QUÆ cum dixisset, finem ille. Ego autem, Næ tu, inquam, Cato, ista[1] exposuisti tam multa memoriter,

Digitized by Google

tam obscura dilucide. Itaque aut omittamus contra omnino velle aliquid, aut spatium sumamus ad cogitandum: tam enim diligenter, etsi[2] minus vere, (nam nondum id quidem audeo dicere) sed tamen accurate non modo fundatam, verum etiam exstructam disciplinam[a]: non est facile perdiscere. Tum ille, Ai'n' tandem?[3] inquit: cum ego te hac nova lege[b] videam eodem die accusatori respondere, et tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilaturum putas? quæ tamen a te agetur non melior, quam illæ sunt, quas interdum obtines. Quare istam quoque aggredere; tractatam præsertim et ab aliis, et a te ipso sæpe, ut tibi deesse non possit[4] oratio. 2. Tum ego, Non, mehercule, soleo[5] temere contra Stoicos; non quo illis admodum assentiar, sed pudore impedior: ita multa dicunt, quæ vix intelligam. Obscura, inquit, quædam esse confiteor: nec tamen ab illis ita dicuntur de industria; sed inest in rebus ipsis[6] obscuritas. Cur igitur easdem res, inquam, Peripateticis dicentibus, verbum nullum est, quod non intelligatur? Easdemne res,[7] inquit? an parum disserui, non verbis Stoicos a Peripateticis, sed universa re, et tota sententia dissidere? Atqui, inquam, Cato, si istud obtinueris,

---

Cap. I. 1 E *itan.*—2 N *etiam si.* Statim, *sed tamen tam accurate* conj. Lamb. *sed tam accurate* auspic. Dav. Deinde, pro *perdiscere* Lamb. conj. *dissolvere*, vel *evertere.*—3 *Tune illam tandem* codd. Oxon. *Tu ne ullam tandem* Crat. *lege audiam eodem* codex unus ap. Orell. *in hac mea causa* Junt. Crat. Paulo post *agetur modo melior* cod. Ursin. Junt. *a. paulo melior* conj. Lamb. *non* omittunt al. *a. n. meliores* E ξ. *interdum obtineas* in iisdem codd.—4 Codex unus Oxon. *poterit.*—5 *Non mehercule, inquam, soleo* codd. optt. Crat. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *Non m. solere* multi codd. etiam E U ξ χ ψ. Mox, *non quod* Lamb.—6 Codex unus Oxon. *in res ipsas.*—7 *Eas res* χ. Mox, *sen-*

NOTÆ

[a] *Exstructam disciplinam*] Stoicam disciplinam a Zenone fundatam exstruxerunt Chrysippus, Hecato, Cleanthes, Archidemus, Panætius, Diogenes, &c.

[b] *Hac nova lege*] Pompeia, eaque judiciaria. De qua Asconius in Commentariis ad Milonianam, et Tullius in Bruto, de se et Hortensio loquens, 'Maxime vero perspecta est utriusque nostrum exercitatio, paulo ante, quam, perterritum armis, hoc studium, Brute, nostrum conticuit et obmutuit: cum, lege Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad causas simillimas inter se, vel potius easdem, novi veniebamus.' Vide Dion. lib. XL. Tacit. de Clar. Orat.

Digitized by Google

traducas me ad te totum licebit. Putabam equidem [8] satis, inquit, me dixisse. Quare ad ea primum, si videtur: sin aliud quid voles, postea. Immo isto [9] quidem, inquam, loco, nisi iniquum postulo, responde arbitratu meo. Ut placet, inquit: etsi enim illud [10] erat aptius, æquum cuique concedere.

II. 3. [p.107.] Existimo igitur, inquam, [1] Cato, veteres illos Platonis auditores, Speusippum,[c] Aristotelem, Xenocratem;[d] deinde eorum, Polemonem, Theophrastum, satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam, ut non esset causa Zenoni, cum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso, et a superioribus dissideret, quorum fuit hæc institutio. In qua animadvertas velim, quid putes mutandum,[2] nec expectes, dum ad omnia dicam, quæ a te dicta sunt: universa enim illorum ratione cum tota vestra confligendum puto. 4. Qui cum viderent, ita nos [3] esse natos, ut et communiter ad eas virtutes apti essemus, quæ notæ illustresque sunt, justitiam dico, temperantiam, ceterasque generis ejusdem; quæ omnes, similes artium reliquarum, materia tantum [e] ad meliorem partem, et tractatione differunt;

tentia dissentire Manut. Lamb. Grut.—8 *Putabam quidem* E ξ.—9 *Immo istud* E U ξ χ ψ, Junt. Gœrenz. Schutz. Orell. *Immo isti* Lamb. *Immo istud quidem, inquam, quo loco* codd. plerique, Lall. cum codd. Regg. Pro *responde* Dav. conj. *respondere;* receperunt Schutz. et Orell. *respondebo* suspic. Lall. —10 *Etsi illud* Mars. Manut. Lamb. probante Gœrenz. *Etsi illud enim* Crat. *Etsi illud erat æquius suum cuique* conj. Lamb. *Etsi enim illud erat aptius, hoc tamen æquum cuique* Schutz.

CAP. II. 1 *Existimo, inquam* Manut. Lamb.—2 Spirens. N *quid mutandum putes;* χ *putes imitandum,* omisso *quid.* Mox, *quæ ante dicta* ξ χ ψ. *quæ a me dicta* E. *tota nostra* E ξ.—3 Manut. et Lamb. *nos ita.* Paulo post, *ceteras generis* Spirens. N, Gœrenz. Orell. Verba, *ad meliorem partem* suspecta

NOTÆ

[c] *Speusippum*] Speusippus Platonis ex sorore nepos, cui successit, Academiamque Athenis rexit annis octo.

[d] *Xenocratem*] Xenocrates Chalcedonius Speusippum excepit, præfuitque scholæ Platonicæ annis 25.

[e] *Materia tantum*] Materia virtutum, ut Peripateticis placuit, fuere *τὰ πάθη*, sive *animi commotiones*, quæ quia variæ sunt, varias quoque gignerent species virtutum. Unam alii agnoverunt virtutem, prudentiam, quam, pro varietate rerum in quibus versarentur, aliis atque aliis nominibus appellarunt; adeoque qui unam earum habuerit, reliquas omnes habere; qui una careat, nullam habere. Idem Zeno docuit, teste Plut.

Digitized by Google

easque ipsas virtutes viderent nos magnificentius appetere, et ardentius; habere etiam insitam[4] quandam, vel potius innatam cupiditatem scientiæ, natosque esse ad congregationem hominum, et ad societatem, communitatemque generis humani, eaque in maximis ingeniis maxime elucere; totam philosophiam tres in partes diviserunt:[f] quam partitionem a Zenone retentam esse[5] videmus. 5. Quarum cum una sit, qua mores conformari[6] putantur; differo eam partem, quæ quasi stirps est hujus quæstionis: qui sit enim finis bonorum, mox: hoc loco tantum dico, a veteribus Peripateticis, Academicisque, qui, re consentientes, vocabulis differebant, eum locum,[7] quem civilem recte appellaturi videmur, Græci πολιτικὸν, graviter, et copiose esse tractatum. III. Quam multa illi de republica scripserunt! quam multa de legibus! quam multa non solum præcepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus[1] bene dicendi reliquerunt![g] primum enim ipsa illa, quæ subtiliter disserenda erant, polite apteque dixerunt, cum definientes, tum partientes; ut vestri etiam: sed vos squalidius; illorum, vides, quam niteat oratio. 6. Deinde ea, quæ requirebant orationem ornatam et gravem, quam magnifice sunt dicta ab illis! quam splendide! de justitia, de fortitudine, de amicitia, de ætate degenda, de philosophia, de capessenda republica, de temperantia, de fortitudine, ho-

---

sunt Lambino et Lall. Deinde, *eas cum ipsas* conj. Dav.—4 Al. ap. Orell. *insitamque*; Schutz. errore typogr. *infinitam*. Mox, *congregationes h. et ad societates, communitatesque* E ξ. *ea quæ* ψ.—5 'Fortasse delendum *esse*, ut vitetur hexametri exitus.' *Orell.*—6 E U ψ, al. ap. Orell. *confirmari*. Statim, *hujus* deest in χ. *quid fit enim* E ξ.—7 Spirens. N *illum locum*. Mox, *appellari videmur* E. *appellari videntur* ξ. *Græce* πολιτικὸν Manut. Lamb. Dav. πολιτικὸν omittunt E ξ, spatio relicto.

CAP. III. 1 Gœrenz. conj. *rationibus*. Statim, *tum definientes* Gœrenz. e

NOTÆ

[f] *Tres in partes diviserunt*] Moralem, dialecticam, et physicam; quam partitionem non retentam modo, ut hic Cicero, sed inventam etiam a Zenone Citiæo Laërtius refert.

[g] *Bene dicendi reliquerunt*] Elegantem dicendi rationem secuti sunt Peripatetici, unde magnam sibi cum oratoribus affinitatem esse gloriabantur. Eandem neglexerunt Stoici.

Digitized by Google

minum * * de spinas vellentium,[2] [h] ut Stoici, nec ossa nudantium, sed eorum, qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere. Itaque quæ sunt eorum consolationes? quæ cohortationes?[3] quæ etiam monita et consilia, scripta ad summos viros? erat enim apud eos, ut est rerum ipsarum natura, sic dicendi exercitatio, duplex. Nam quicquid quæritur,[i] id habet aut generis ipsius sine personis temporibusque, aut iis[4] adjunctis, facti, aut juris, aut nominis controversiam. Ergo in utroque exercebantur: eaque disciplina effecit tantam illorum utroque in genere dicendi copiam. 7. Totum genus hoc et Zeno, et ab eo qui sunt,[5] aut non potuerunt aut noluerunt, certe reliquerunt. Quanquam scripsit artem rhetoricam[k] Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. Itaque vides,[6] quo modo loquantur. Nova verba fingunt: deserunt usitata.

codd. Schutz. Orell.—2 '*De fortitudine; nec more hominum vellentium spinas*] Ita locum constituit Marsus, quem cum Gœrenzio sequimur.' *Schutz.* '*De temperantia; nec more hominum acu spinas vellentium*] Sic in loco desperato secutus sum Heinrichii conjecturam, probante Beiero ad Fragm. Oratt. p. 169. *de temp. quod erat hominum non de spinis vellentium, nec ossa nudantium* conj. Lamb. *de temp. de omni virtute, non hominum more spinas vellentium* de Davisii conjectura Lall.' *Orell.*—3 Schutz. omittit *quæ cohortationes*, errore typogr.—4 Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *aut his.*—5 Ernesti conj. *qui sunt*

NOTÆ

[h] *Hominum * * de spinas vellentium*] Alii aliter locum emendant. Lambinus, *de magnitudine animi, de societate generis humani, quod erat hominum non spinas vellentium, &c.* Sed 'valeant nugæ Lambinianæ,' inquit Gruterus, 'locum enim supplere absque auctoritate exemplarium mera est insania.' Muretus ex vetere codice sic legit, *de temperantia; nec more hominum spinas vellentium, ut Stoici, nec ossa nudantium, sed eorum qui, &c.* quæ forma loquendi apta est arido et aspero generi orationis Stoicorum.

[i] *Nam quicquid quæritur*] 'Quæstionum,' inquit post Aristotelem Cicero in Oratore, 'duo sunt genera: alterum est infinitum; alterum definitum: definitum est, quod hypothesim Græci, nos causam: infinitum, quod illi thesim, nos propositum possumus nominare. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur; aut in omnibus aut in plerisque eorum: propositum autem in aliquo eorum.'

[k] *Scripsit artem rhetoricam*] Cleanthis quidem nullos Laërtius libros refert qui de Rhetorica inscribantur, sed de Oratione libros tres. Chrysippus vero de Rhetorica, de Oratione, de Grammatica, ut de multis aliis rebus plurima, quorum nihil extat.

Digitized by Google

At quanta conantur![7] mundum hunc omnem, oppidum esse nostrum.[1] Incendit igitur eos, qui audiunt.[8] Vides, quantam rem agas: ut, Circeiis qui habitet,[m] totum hunc mundum suum municipium esse existimet. Quid? ille incendat? restinguet citius,[9] si ardentem acceperit. Ista ipsa, quæ tu breviter, regem, dictatorem, divitem, solum esse sapientem, a te quidem apte ac rotunde: quippe; habes enim a rhetoribus. Illorum vero ista[10] ipsa quam exilia de virtutis vi! quam tantam volunt esse, ut beatum per se efficere possit. Pungunt, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis, quibus etiam qui assentiuntur, nihil commutantur animo, et iidem abeunt, qui venerant: [*p.* 108.] res enim fortasse veræ, certe graves, non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius.

IV. 8. Sequitur disserendi ratio, cognitioque naturæ. Nam de summo bono mox, ut dixi, videbimus, et ad id explicandum disputationem omnem conferemus. In iis[1] igitur partibus duabus nihil erat, quod Zeno commutare gestiret. Res enim præclare se habent, et quidem in utraque parte.[2] Quid enim ab antiquis[n] ex eo genere,[3] quod ad disserendum valet, prætermissum est? qui et definierunt plurima, et definiendi artes[o] reliquerunt: quodque est de-

profecti, improbante Schutz.—6 *Ita vides* E ξ.—7 *At q. conatur* Orell. ut conj. Dav. et Ernesti.—8 Verba, *Incendit i. e. q. audiunt*, post *esse existimet*, de Davisii conj. collocavit Orell. probante Matthiæ, qui etiam conj. *Incendit, inquit, eos.* Pro *Vides* Ernesti conj. *Vide.* Deinde, *rem agat* Junt. Crat. Schutz. Orell. et sic conj. Dav. *ut Circulis* E ξ. *ut Circelis* ψ. *ut cercelis* χ.—9 Codex unus Oxon. *potius.*—10 Idem cod. omittit *ista*, et pro *volunt* habet *nolunt.*

CAP. IV. 1 *In his* Gud. 1. Mars. probante Gœrenz. *duabus* omittunt Spirens. N.—2 E ξ *etiam in u. parte.*—3 E ξ *in eo genere.* Actutum, *quod ad*

NOTÆ

[1] *Oppidum esse nostrum*] Paradoxum Stoicorum, τὸν κόσμον μίαν ἡμῶν πόλιν εἶναι· de quo in superiore libro.

[m] *Circeiis qui habitet*] Circeii, urbs olim Volscorum in Latio; inter Asturam et Terracinam, in ora littorali maris Tyrrheni. Nunc rudera propter paludes Pomptinas: in iis pagus est *S. Felicità* dictus ad radices Circeii montis. A Circe, Œtæ regis filia, et Medeæ sorore, dicta.

[n] *Quid enim ab antiquis*] Academicis ac Peripateticis.

[o] *Definiendi artes*] Has in Tropicis et Analyticis tradidit Aristoteles. De dividendi autem arte nihil extat.

Digitized by Google

finitioni adjunctum, ut res in partes dividatur, id et fit ab illis, et, quemadmodum fieri oporteat, traditur: item de contrariis,[p] a quibus ad genera, formasque generum devenerunt.[4] Jam argumenti, ratione conclusi,[q] caput esse[5] faciunt ea, quæ perspicua dicunt: deinde ordinem sequuntur: tum, quid verum sit in singulis, extrema conclusio est. 9. Quanta autem ab illis varietas argumentorum, ratione concludentium,[6] eorumque cum captiosis interrogationibus dissimilitudo! Quid, quod pluribus locis quasi denuntiant, ut neque sensuum fidem sine ratione, nec rationes[7] sine sensibus exquiramus, atque ut eorum alterum ab altero separemus? Quid? ea, quæ dialectici nunc tradunt et docent, nonne ab illis instituta sunt et inventa?[8] de quibus etsi a Chrysippo maxime est elaboratum, tamen a Zenone minus multo, quam ab antiquis. Ab hoc autem quædam non melius [quam veteres]:[9] quædam omnino relicta. 10. Cumque duæ sint artes,[r] quibus perfecte ratio et oratio compleatur, una inveniendi, altera disserendi; hanc posteriorem et Stoici, et Peripatetici, prio-

diffiniendum ψ.—4 Ita Manut. et Lamb. *venerunt* E U ξ χ ψ, Orell.—5 Verbum *esse* suspectum est Bremio. Actutum, *faciunt*, *eaque* Crat.—6 E ξ *concludendum*.—7 E codd. Grut. Dav. Gœrenz. *nec rationis;* Lamb. *neque rationes;* U *nec rationibus*. Mox, *atque eorum* codd. Mars. Junt. Crat. Gœrenz. Orell. *atque ut ne eorum* ξ χ ψ, uti conj. Lamb. in ed. 1566. *neque eorum* conj. Dav. *atq. ut eor. a. ab a. ne sep.* ed. 1584.—8 Ita Junt. Crat. Manut. Lamb. Gœrenz. *instituta sunt*, *inventa sunt* E U ξ χ ψ, Dav. Mox, *maxime* deest in E ξ. *est laboratum* iidem codd.—9 Hæc, *quam veteres*, de Ernesti conjectura

NOTÆ

Refert tamen Laërtius inter ejus opera, de Divisione libros septemdecim.

[p] *De contrariis*] Scripsit quoque Aristoteles περὶ ἐναντιῶν. Laërt.

[q] *Ratione conclusi*] Argumentum *ratione conclusum*, illud est, quod in Acad. argumenti conclusio appellatum est, Græce ἀπόδειξις. Varietatem ejusmodi argumentorum, et a captiosis dissimilitudinem tradit Aristoteles in Prior. Analyt. lib. I.

[r] *Cumque duæ sint artes*] Idem scribit Cic. initio Topicorum: 'Cum omnis ratio diligens disserendi duas habeat partes, unam inveniendi, alteram judicandi; utriusque princeps, ut mihi quidem videtur, Aristoteles fuit; Stoici autem in altera elaborarunt. Judicandi enim vias diligenter persecuti sunt ea scientia quam διαλεκτικὴν appellant; inveniendi vero artem, quæ τοπικὴ dicitur, quæ ad usum potior erat et ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.'

Digitized by Google

rem autem illi egregie tradiderunt; hi omnino ne attigerunt[10] quidem. Nam e quibus locis, quasi thesauris, argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt; superiores autem artificio et via tradiderunt. Quæ quidem res efficit,[11] ne necesse sit, iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere. Nam qui sciet, ubi quidque[12] positum sit, quaque eo veniat, is, etiam si quid obrutum erit, poterit eruere, semperque esse in disputando suus. Quod etsi[13] ingeniis magnis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur; ars tamen est dux certior, quam natura: aliud est enim poëtarum more verba fundere; aliud ea, quæ dicas, ratione et arte distinguere.

V. 11. Similia dici possunt de explicatione naturæ, qua hi utuntur, et vestri; neque vero ob duas modo causas,[a] (quod Epicuro videtur) ut pellatur mortis et religionis metus; sed etiam molestiam[1] quandam cognitio rerum cœlestium affert iis, qui videant, quanta sit etiam apud Deos moderatio, quantus ordo; et magnitudinem animi, Deorum opera et facta cernentibus: justitiam etiam, cum cognitum habeas, quod sit summi rectoris et domini[2] numen, quod consilium, quæ voluntas: cujus ad naturam apta ratio, vera illa et summa lex a philosophis dicitur. 12. Inest in eadem explicatione naturæ, insatiabilis quædam e cognoscendis[3] rebus voluptas;[b] in qua una, confectis rebus necessariis, vacui negotiis, honeste ac liberaliter possumus

uncis inclusit Dav. *quædam* omittit ξ.—10 E ξ *non attigerunt.* ξ omittit *quidem.*—11 *Quæ q. r. effecit* E ξ, alii codd. Gœrenz. Orell.—12 E ξ *quicquid.*—13 *Quod si* Weg. Mox, *dicendi copiam* suspecta sunt Manutio. *dicendi* deest in ξ.

Cap. v. 1 Lamb. conj. *sed quod et modestiam.* Mox, *affert his* e codd. Gœrenz. Orell. *qui videantur* χ.—2 Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *ac domini.* Statim, *quæ voluptas* χ.—3 Spir. et N *quædam cognoscendis;* al. ap. Orell. *quædam ex cogn.* Paulo post, *vacui a negotiis* χ. *possimus vivere* al. ap. Orell.

NOTÆ

[a] *Ob duas modo causas*] Libro I. expositas a Torquato pro Epicuro.

[b] *Cognoscendis rebus voluptas*] De voluptate illa idem, ut eorum plurima quæ jam exposita sunt, habet Aristoteles lib. *περὶ ζώων μορίων*.

Digitized by Google

vivere. Ergo in hac ratione tota de maximis fere[4] rebus Stoici illos secuti sunt, ut et Deos esse, et quatuor ex rebus omnia constare dicerent. Cum autem quæreretur res admodum difficilis, num quinta quædam natura[u] videretur esse, ex qua ratio,[5] et intelligentia oriretur, (in quo etiam de animis, cujus generis essent, quæreretur) [p.109.] Zeno id dixit esse ignem: nonnulla deinde aliter; sed ea pauca. De maxima autem re, eodem modo, divina mente atque natura mundum universum atque ejus maximas partes[x] administrari: materiam vero rerum, et copiam, apud hos, exilem;[6] apud illos, uberrimam reperiemus. 13. Quam multa ab his conquisita et collecta sunt de omnium animantium genere, ortu, membris, ætatibus! quam multa de rebus iis,[7] quæ gignuntur e terra! quam multæ, quamque de rebus variis, et causæ, cur quidque fiat, et demonstrationes, quemadmodum quæque fiant! qua ex omni copia, plurima et certissima argumenta sumuntur ad cujusque rei naturam explicandam. Ergo adhuc, quantum equidem intelligo, causa non videtur fuisse mutandi nominis. Non enim, si omnia non sequebatur, idcirco non erat ortus illinc. Equidem etiam Epicurum, in physicis

—4 Lamb. omittit *fere*. Mox, *ut cum Deos* E ξ χ.—5 Cod. χ *videtur esse e. q. ratione*. Pro *animis*, E ξ habent *causis*.—6 E ξ ψ, alii codd. et Crat. *et apud eos copiam exilem;* Gœrenz. conj. *materiæ vero rerum copiam apud hos exilem*.—7 Al. ap. Orell. *his;* Gœrenz. de conjectura delevit *iis*. Mox, *quicquid fiat*,

NOTÆ

[u] *Quinta quædam natura*] De quinta illa natura quid Aristoteles censuerit habes Tuscul. I. I. 'Aristoteles, longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans et ingenio et diligentia . . . quintam quandam naturam esse censet, e qua sit mens; cogitare enim et providere et discere et docere . . . in horum quatuor generum nullo inesse putat; quintum genus adhibet vacans nomine, et sic ipsum animum ἐνδελέχειαν appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem.' Quid vero Zeno, in Acad. sic habetur: 'Statuebat ignem esse ipsam naturam quæ quidque gigneret, et mentem atque sensus.'

[x] *Ejus maximas partes*] Deorum providentia mundum administrari consentiunt Stoici cum Peripateticis et Academicis veteribus, at dubitant an res omnes Diis curæ sint. De magnis consentiunt. De parvis magna dissensio, ut patet ex illo de Nat. Deor. lib. II. 'Magna Dii curant, parva negligunt.'

Digitized by Google

quidem, Democritum[8] puto: pauca mutat, vel plura sane. At cum e plurimis[9] eadem dicit, tum certe de maximis. Quod idem[10] cum vestri faciant, non satis magnam tribuunt inventoribus gratiam.

VI. 14. Sed hæc hactenus. Nunc videamus, quæso, de summo bono, quod continet[1] philosophiam, ecquid tandem attulerit, quamobrem ab inventoribus, tanquam a parentibus, dissentiret. Hoc igitur loco, quanquam a te, Cato, diligenter est explicatus[2] finis hic bonorum, [qui continet philosophiam,] et quis a Stoicis, et quemadmodum diceretur; tamen ego quoque exponam, ut perspiciamus, si poterimus, quidnam a Zenone novi sit allatum. Cum enim superiores, e quibus planissime[3] Polemo, secundum naturam vivere, summum bonum esse dixissent, his verbis tria significari Stoici dicunt: unum ejusmodi, Vivere adhibentem scientiam earum rerum, quæ natura evenirent: hunc ipsum Zenonis aiunt finem esse, declarantem illud, quod a te dictum est, convenienter naturæ vivere: 15. alterum significare[4] idem, ut si diceretur, officia omnia media aut pleraque servantem, vivere. Hoc sic expositum dissimile est superiori. Illud enim rectum est, quod *κατόρθωμα* dicebas, contingitque sapienti[5] soli: hoc autem inchoati cujusdam officii est, non perfecti; quod cadere in nonnullos insipientes potest: tertium autem, omnibus aut maximis rebus iis, quæ secundum naturam sint, fruentem,

et d. q. quicquid fiat Spirens. et N.—8 *Democriteum* Nissen. *Democritium* Orell. *vel plurima* duo codd. et Lamb. *pauca mutat; mutet vel plura* conj. Gœrenz. probante Schutz.—9 *At cum de pl.* Lamb. Dav.—10 *Quod item* codd. aliquot, Crat. Manut. Lamb. Dav. Mox, *næ satis* conj. Gronov.

CAP. VI. 1 E ξ *continere.* Mox, *quid tandem* E U ξ χ ψ, Junt. Crat. Deinde, *dissentirent* E.—2 Dav. e codd. E U ψ, item Schutz. Orell. *explicatum.* Verba *qui continet philosophiam* delerunt Gœrenz. et Orell. Actutum, *et qui* Manut. Lamb. Pro *poterimus,* quod e duobus codd. recepit Ernesti, *potuerimus* habent alii codd. et edd.—3 Codex unus Oxon. *plenissime.* Statim, *significari Stoici tria* Manut. Lamb. *unum hujusmodi* conj. Ernesti. Deinde, *eveniant* conj. idem Ernesti.—4 Gœrenz. e codd. Spirens. et N, *significari;* et sic Schutz. et Orell. *ut diceretur* E U ξ χ ψ, et edd. ante Lamb. *dicatur* suspic. Ernesti. *aut p. servante* χ.—5 Crat. Manut. Lamb. Dav. Gœrenz. *rectum, (q. κ. d.) contigit sapienti.* Paulo post, *aut omnibus, aut maximis* Gud. 2. *omnibus, maximis* Spirens. et N. *quæ s. n. sunt* Gœrenz. e codd. Schutz.

Digitized by Google

vivere, hoc non est positum in nostra actione:[y] complectur enim et ex eo genere vitæ, quod virtute finitur,[6] et ex iis rebus, quæ secundum naturam sunt, neque sunt in nostra potestate. Sed hoc summum bonum, quod tertia[7] significatione intelligitur, eaque vita, quæ ex summo bono degitur, quia conjuncta ei virtus est, in sapientem solum cadit: isque finis bonorum, ut ab ipsis Stoicis scriptum videmus, a Xenocrate atque ab Aristotele constitutus est. Itaque ab his[8] constitutio illa prima natura, a qua tu quoque ordiebare, his prope verbis exponitur. VII. 16. Omnis natura vult esse conservatrix sui, ut et salva sit, et in genere conservetur suo. Ad hanc rem aiunt artes quoque requisitas,[1] quæ naturam adjuvarent: in quibus ea numeretur inprimis, quæ est vivendi ars, ut tueatur quod a natura datum sit; quod desit, acquirat: [*p.* 110.] iidemque diviserunt naturam hominis in animum et corpus. Cumque eorum unumquodque[2] per se expetendum esse dixissent, virtutes quoque utriusque eorum per se expetendas esse dicebant; cum animum quadam infinita laude anteponerent corpori, virtutes quoque animi bonis corporis anteponebant. 17. Sed cum sapientiam totius hominis custodem et procuratricem esse vellent, quæ esset[3] naturæ

Oreli.—6 Ita codd. aliquot, Junt. Lall. Gœrenz. *fruitur* ξ χ ψ, Crat. Manut. Lamb. Grut. Dav. *et ex his* edd. quædam vett. *sunt* omittunt E ξ.—7 Ita e codd. Grut. et seqq. *certa* E χ ψ, et edd. vett.—8 *Itaque ab iis* edd. vett. *prima naturæ* χ, Pal. 2. alii codd. ap. Orell. Mars. Lamb. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell.

Cap. VII. 1 U χ ψ, Manut. *exquisitas.* Actutum, *quæ n. adjuvaret* E.—2 *Cum e. utrumque* codd. aliquot, Manut. Lamb. Dav. *esse dixerunt* E ξ. *et cum animum* χ ψ, Lamb. *cum autem animum* de Davisii conj. Schutz. *infinita quadam laude* codd. aliquot et Crat.—3 Codex unus Oxon. *quæ esset ante.*

NOTÆ

[y] *Positum in nostra actione*] Idem apud Aristotelem legitur libro de Moribus ad Eudemum: 'Nam si in iis quæ fortunæ subjecta sunt, aut quæ natura eveniunt, beata vita collocetur, spem multorum superabit; neque enim est in eorum potestate illius consecutio; at si in eo sit, ut actiones nostræ certo genere fiant; latius summum bonum patebit, eritque divinius; latius, quia plures consequi illud poterunt; divinius, quia beatitudo in eo posita erit, ut vitam certo genere quodam agant.'

Digitized by Google

comes et adjutrix; hoc sapientiæ munus esse dicebant, ut eum tueretur, qui constaret ex animo et corpore; in utroque juvaret eum, atque contineret. Atque ita re primo simpliciter collocata,[4] reliqua subtilius persequentes, corporis bona facilem quandam rationem habere censebant. De animi bonis accuratius exquirebant: inprimisque reperiebant, in his inesse[5] justitiæ semina: primique ex omnibus philosophis a natura tributum esse docuerunt, ut ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur, et (id, quod temporum ordine antiquius est) ut conjugia virorum et uxorum natura conjuncta esse dicerent; qua ex stirpe orirentur amicitiæ cognationum. Atque ab his initiis profecti, omnium virtutum et originem et progressionem persecuti sunt. Ex quo magnitudo quoque animi existebat, qua facile posset repugnari obsistique fortunæ, quod maximæ res essent in potestate sapientis. Varietates autem injuriasque fortunæ facile veterum philosophorum præceptis instituta vita superabat. 18. Principiis autem a natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabantur, partim profectæ[6] a contemplatione rerum occultiorum, quod erat insitus menti cognitionis amor, ex quo etiam rationis explicandæ disserendique cupiditas consequebatur: quodque hoc solum animal natum est pudoris ac verecundiæ particeps, appetensque conjunctionem hominum ac societatem, animadvertensque, in omnibus rebus quas ageret aut diceret, nequid ab eo fieret, nisi honeste et decore; his initiis, ut ante dixi, tanquam seminibus, a natura datis, temperantia, modestia, justitia, et omnis honestas perfecte absoluta est.

VIII. 19. Habes, inquam, Cato, formam eorum,[1] de quibus loquor, philosophorum. Qua exposita, scire cupio,

---

Paulo post, *ac contineret* e codd. Dav.—4 Duo codd. Oxon. *collecta.*—5 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *inesse in his*; al. ap. Orell. *in his esse.* Mox, *philosophis natura trib.* multi codd. et Dav. Deinde, *antiquius esset* E ξ. —6 E *perfectæ*; ξ *perfecte.* Statim, *occultarum* codd. aliquot, Junt. Crat. *rationis explicandi* Lamb. Grut. *explicandæ rationis* Dav. Gœrenz. Deinde, *conjunctionum ... societatum* Manut. Lamb. Grut. *ut ne quid* codd. Dav. Gœrenz. Orell. *honeste ac decore* Spirens. N.

CAP. VIII. 1 Gœrenz. e cod. Vindob. Schutz. Orell. *illorum omnium*; codd.

Digitized by Google

quæ causa sit, cur Zeno ab hac antiqua institutione[a] desciverit; quidnam horum ab eo non sit probatum: quodne omnem naturam conservatricem sui dixerint? an quod omne animal ipsum sibi commendatum, ut se et salvum in suo genere, incolumeque vellet? an, cum omnium artium finis is esset, quid natura[3] maxime quæreret, idem statui debere de totius arte vitæ? an quod, cum animo constaremus et corpore, et hæc ipsa, et eorum virtutes per se esse sumendas? an vero displicuit ea, quæ tributa est animi virtutibus[4] tanta præstantia? an quæ de prudentia, de cognitione rerum, de conjunctione generis humani, quæque ab eisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate dicuntur? fatebuntur Stoici, hæc omnia dicta esse præclare; neque eam causam[5] Zenoni desciscendi fuisse: alia quædam dicent.

20. Credo, magna antiquorum esse peccata, quæ ille, veri investigandi cupidus, nullo modo ferre potuerit: quid enim perversius, quid intolerabilius, quid stultius, quam bonam valetudinem, quam dolorum omnium vacuitatem, quam integritatem oculorum reliquorumque sensuum, ponere in bonis potius, quam dicere,[6] nihil omnino inter eas res, iisque contrarias, interesse? ea enim omnia, quæ illi bona dicerent, præposita esse, non bona:[a] itemque illa, quæ in corpore excellerent, stulte antiquos dixisse per se

aliquot, Junt. *illorum eorum.*—2 Gud. 2. *constitutione.* Paulo post, *dixerit* Crat. Manut. Grut. Dav. *sibi esse commendatum* Lamb. *et* ante *saltem* deleri volebat Lamb.—3 Codex unus *quem natura;* Brem. suspic. *id esset, quod natura.* Paulo post, *an cum* volebat Ernesti; *an quo cum* E. *cum* suspectum Hottingero.—4 Crat. *virtutis.*—5 Junt. Crat. Manut. Lamb. *neque enim eam causam;* Ernesti *neque causam,* errore typogr. Statim, *desciscendi dissentiendique* E. *dissenciendi* U. *disciscendi discentiendique* ξ.—6 E ξ χ ψ *dicerent;* Crat. *ejicere.* Mox, *hisque contr.* Gœrenz. e codd. Orell. Schutz. Paulo post, *expetenda, sumenda* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. uti conj. Brem. *exp. ut sumenda* suspic. Moser. *eademque omni vita* codd. aliquot, Crat. Gœrenz. Schutz. Orell. *expetenda ea: denique omni vita* conj. Dav. *expetenda:*

NOTÆ

[a] *Præposita esse, non bona*] Stoicos inter et Peripateticos id intererat, quod bona corporis et fortunæ Peripatetici 'bona,' Stoici 'sumenda' appellarent.

Digitized by Google

esse expetenda: [*p.* 111.] et sumenda potius, quam expetenda: eademque de omni vita, quæ in una virtute consisteret: illam vitam, quæ etiam ceteris rebus, quæ essent secundum naturam, abundaret, magis expetendam non esse, sed magis sumendam: cumque ipsa virtus efficiat ita beatam vitam, ut beatior esse non possit, tamen quædam deesse sapientibus, tum, cum sint[7] beatissimi: itaque eos id agere, ut a se dolores, morbos, debilitates repellant. IX. 21. O magnam vim ingenii, causamque justam, cur nova existeret disciplina! Perge porro: sequentur enim, quæ tu scientissime complexus es, omnem insipientiam et injustitiam,[1] alia vitia similia esse,[b] omniaque peccata esse paria; eosque, qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent, nisi eam plene consecuti essent, summe esse miseros, neque inter eorum vitam, et improbissimorum, quicquam omnino interesse: ut Plato, tantus ille vir, si sapiens non fuerit, nihilo melius, quam quivis improbissimus, nec beatius vixerit.[2] Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, et emendatio. Quæ omnino aditum habere[3] nullum potest in urbem, in forum, in curiam. Quis enim ferre posset ita loquentem eum, qui se auctorem vitæ, graviter et sapienter agendæ, profiteretur, nomina rerum commutantem;[4] cumque idem sentiret, quod omnes, quibus rebus eandem vim tribueret, alia nomina imponentem, verba modo mutantem, de opinionibus nihil detrahentem? 22. Patronusne[5] causæ, in epilogo pro

ea denique o. v. malit Orell.—7 Manut. Lamb. Dav. *sunt.* Statim, *debilitatesque depellant* E ξ. *debilitatem repellant* Lamb. *debilitates depellant* al. ap. Orell. *debilitates pellant* Weg.

CAP. IX. 1 Dav. e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *insipientiam, injustitiam.* Mox, *omnia peccata e. p. eos, qui* ξ. Deinde, *nisi eam plane* E.—2 E ξ χ *beatus vixerit.*—3 E ξ omittunt *habere.*—4 'Vulgo addebatur *nomina rerum commutantem*, quod, jure suspectum Manutio, Davisio, Ernestio, Gœrenzio, delevi.' *Schutz.* Actutum, *cumque re sentiret* conj. Gœrenz. *cumque ratione sentiret* Gud. 2. *iis alia nomina* conj. Lamb.—5 *Patronusve* ψ. Statim, *esse in exilium*

NOTÆ

[b] *Alia vitia similia esse*] Paradoxum illud fuit Stoicorum, 'omnia peccata esse paria.' De quo insignis est locus pro Murena. Plura nos in Paradoxo 3.

Digitized by Google

reo dicens, negaret esse malum exilium, publicationem bonorum? hæc rejicienda esse, non fugienda? nec misericordem judicem[c] esse oportere? in concione autem si loqueretur, si Hannibal ad portas venisset, murumque jaculo trajecisset, negaret esse in malis capi, venire, interfici, patriam amittere? an senatus, cum triumphum Africano decerneret; 'Quod ejus virtute,'[6] aut 'felicitate,' posset dicere, si neque virtus in ullo, nisi in sapiente, nec felicitas vere dici potest? Quæ est igitur ista philosophia, quæ communi more, in foro loquitur, in libello,[7] suo?[a] præsertim cum, quod illi verbis suis significent, in eo nihil novetur, de ipsis rebus [nihil mutetur,] eædem res maneant alio modo. 23. Quid enim interest, divitias, opes, valetudinem, bona dicas, anne præposita,[8] cum ille, qui ista bona dicit, nihilo plus his tribuat, quam tu, qui eadem illa præposita nominas? Itaque homo inprimis ingenuus, et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis[d] et Lælii, Panætius, cum ad Q. Tuberonem[e] de dolore patiendo scriberet; quod esse caput debebat,[9] si probari posset, nusquam posuit,

[a] *Quæ est igitur ista philosophia quæ morem loquendi communem affectat in foro et palam; proprium autem privatim et in libris suis?*

χ. *hæc r. esse, non facienda* E U ξ χ ψ. Paulo post, pro *an senatus*, Lamb. conj. *in senatu*.—6 Ita e codd. Grut. et seqq. *quid de ejus virtute* edd. priores. Pro *ullo* codd. Crat. Grut. Dav. habent *nullo*. Tum, *nisi sapiente* E U ξ χ. *neque f. esse vere* Lamb. *vere* omittit Mars. cum duobus codd. Oxon.—7 Codex unus Oxon. *in libellis*; χ ψ *in bello*. Mox, *suis verbis* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. Pro *novetur*, codd. U ξ χ ψ et edd. quædam vett. habent *movetur*; Junt. Crat. Manut. *moveatur*. '*Nihil mutetur*] Optimo jure hæc verba uncis inclusit Ernestius.' *Schutz*. Verba, *de ipsis rebus nihil mutetur*, desunt in Gud. 2. uncis incluserunt Gœrenz. et Orell. 'Paulo post, pro *alio modo* malim *alio nomine*.' Schutz. *alio modo nomine* conj. Orell.—8 Ernesti suspic. *an præposita*; χ *ante ne præposita*. Statim, *his tribuatur* E ξ.—9 E de-

NOTÆ

[c] *Nec misericordem judicem*] 'Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidia ægritudo est ex alterius rebus secundis; in quem igitur cadit misereri, in eundem etiam invidere. Non cadit autem invidere in sapientem, ergo ne misereri quidem.' Hæc Stoici Tusc. lib. II. Peripatetici vero has permotiones utiliter a natura datas dicebant. Acad. lib. IV.

[d] *Familiaritate Scipionis*] Quem et philosophiam docuit, et in Ægyptum comitatus est an. 623. ut dictum est in Lucullo, et ad Att. IX. 14.

[e] *Ad Q. Tuberonem*] E gente Ælia, virum philosophiæ amantissimum. De quo supra.

Digitized by Google

non esse malum dolorem; sed quid esset, et quale, quantumque in eo inesset alieni, deinde quæ ratio esset perferendi: cujus quidem (quoniam Stoicus fuit) sententia, condemnata mihi videtur esse immanitas ista verborum.

X. 24. Sed, ut propius ad ea, Cato, accedam, quæ a te dicta sunt,[1] pressius agamus; eaque, quæ modo dixisti, cum iis conferamus, quæ tuis antepono. Quæ sunt igitur communia vobis cum antiquis, his sic utamur, quasi concessis: quæ in controversiam veniunt, de iis,[2] si placet, disseramus. Mihi vero, inquit, placet agi subtilius, et, ut ipse dixisti, pressius: quæ enim adhuc protulisti, popularia sunt: ego autem a te[3] elegantiora desidero. A mene[4] tu? inquam: sed tamen enitar, et, si minus mihi multa occurrent, non fugiam ista popularia. 25. [*p.* 112.] Sed primum positum sit,[5] nosmetipsos commendatos esse nobis, primamque ex natura hanc habere appetitionem, ut conservemus nosmetipsos. Hoc convenit: sequitur illud, ut animadvertamus, qui simus ipsi, ut nos, quales oportet esse,[6] servemus. Sumus igitur homines:[7] ex animo constamus et corpore;[f] quæ sunt cujusdammodi; nosque oportet, ut prima appetitio naturalis postulat, hæc diligere, constituereque ex his finem illum summi boni atque ultimi: quem, si prima vera sint,[8] ita constitui necesse est, earum rerum, quæ sint secundum naturam, quam plurima,

beat. Statim, *nunquam potuit* edd. ante Ernesti. *quantum in eo* χ. *inesset alieni* E ξ χ ψ. *esset perferenda* χ. Deinde, *esse inanitas* cod. Ursin. Spirens. N.

CAP. X. 1 Gud. 1. 2. *ad ea dicta sunt;* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. *antea dicta sunt.* Mox, *cum his* Gœrenz. Schutz. Orell.—2 Edd. vett. *de his.*—3 Codd. aliquot omittunt *a te.*—4 *A me* edd. vett. Mox, pro *et* Matthiæ conj. *ut.* Pro *multa* Dav. suspic. *culta;* Gœrenz. conj. *involuta.* χ *occurrerent;* E ξ *corruerent.*—5 *Sed positum sit primum* e quatuor codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—6 Edd. vett. *esse oportet.*—7 *Simus igitur omnes* ξ. Statim, *quæ sint cujusdam modi necesse est* conj. Lamb.—8 Schutz. et Orell. e codd.

NOTÆ

[f] *Constamus et corpore*] Quod neque Zeno cum Stoicis, neque Aristippus cum Cyrenaicis satis adverterunt; isti enim, quasi animum nullum haberemus, corpus unum respexerunt; illi, quasi corporis expertes essemus, ad animum omnia retulerunt.

Digitized by Google

et quam maxima adipisci. 26. Hunc igitur finem illi tenuerunt: quodque ego pluribus verbis, illi brevius, secundum naturam vivere. Hoc his bonorum videtur[9] extremum. XI. Age nunc, isti doceant, vel tu potius, (quis enim ista melius?) quonam modo, ab iisdem[1] principiis profecti, efficiatis, ut honeste vivere, (id est enim vel ex virtute, vel naturæ congruenter vivere) summum bonum sit; et quonam modo, aut quo loco, corpus subito deserueritis, omniaque ea, quæ cum secundum naturam sint, absint a nostra potestate; ipsum denique officium. Quæro igitur, quo modo hæ tantæ commendationes, a natura profectæ, subito a sapientia relictæ sint.[2] 27. Quod si non hominis summum bonum quæreremus, sed cujusdam animantis; is autem esset nihil, nisi animus; (liceat enim[3] fingere aliquid ejusmodi, quo verum facilius reperiamus) tamen illi animo non esset hic vester finis: desideraret enim valetudinem, vacuitatem doloris: appeteret etiam conservationem sui, earumque rerum custodiam: finemque sibi constitueret, secundum naturam vivere; quod est, ut dixi, habere ea, quæ secundum naturam sint,[4] vel omnia, vel plurima, et maxima. 28. Cujuscumque enim modi animal constitueris, necesse est, etiam si id sine corpore sit, ut fingimus, tamen esse in animo quædam similia eorum, quæ sint[5] in corpore; ut nullo modo, nisi ut exposui, constitui possit finis bonorum. Chrysippus autem, exponens differentias animantium, ait alias earum[6] corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re: deinde disputat, quod cujusque generis animantis statui deceat

sunt, probante Gœrenz. Statim, *quæ sunt* edd. ante Dav.—9 Ita Manut. et seqq. *videatur* codd. et ed. Crat. *judicatur* conj. Gœrenz.

CAP. XI. 1 E ξ *istis;* Gœrenz. e codd. et Orell. *eisdem*. Statim, *vel e virtute* Gœrenz. e codd. et Orell. *ex* omittit Schutz. *vel ex natura* E ξ. Tum, *ecquonam modo* codex unus ap. Orell. *deserens omnia etiam, quæ* E ξ. *secundum naturam cum sint* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *quæ secundum sint* χ, omissis reliquis.—2 Idem codex *sunt*.—3 Ita nonnulli codd. Crat. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *licet enim* U ξ χ, Manut. Lamb. Grut. *licet autem* ψ. Mox, *hic noster finis* E U ξ χ. Deinde, *suarumque rerum* conj. Manut.—4 E U ξ, Manut. Lamb. *sunt*. Statim, *vel maxima* E ξ.—5 Gœrenz. e codd. item E ξ, Schutz. Orell. *quæ sunt*.—6 E ξ *eorum*. Mox, *autem* omittit Lamb. Pro ani-

extremum. Cum autem hominem in eo genere[7] posuisset, ut ei tribueret animi excellentiam, summum bonum id constituit, non ut excellere animo, sed uti nihil esse, præter animum, videretur. XII. Uno autem modo[1] in virtute sola summum bonum recte poneretur, si quod esset animal, quod totum ex mente constaret; id ipsum tamen sic, ut ea mens nihil haberet in se, quod esset secundum naturam; ut valetudo est. 29. Sed id ne cogitari[2] quidem potest, quale sit, ut non repugnet ipsum sibi. Sin dicit obscurari[g] quædam,[3] nec apparere, quia valde parva sint, nos quoque concedimus; quod dicit Epicurus[4] de voluptate, quæ minimæ sint voluptates, eas obscurari sæpe, et obrui. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ. Itaque, in quibus, propter earum exiguitatem, obscuratio consequitur,[5] sæpe accidit, ut nihil interesse nostra fateamur sint illa, necne sint; ut in sole (quod a te dicebatur) lucernam adhibere nihil interest, aut teruncium addere[h] Crœsi pecuniæ. 30. [p. 113.] Quibus autem in rebus obscuratio tanta[6] non sit, fieri tamen potest, ut id ipsum, quod interest, non sit magnum: ut ei, qui jucunde vixerit annos decem, si æque vita jucunda[7] menstrua addatur;

mentis Ernesti suspic. *animanti*. Deinde, *statui debeat* Eliens. Dav.—7 Lamb. *eo in genere*. Paulo post, *non excellere animo* ξ χ ψ, et edd. ante Lamb. item Grut. *non ut excelleret animus* codex unus ap. Orell. *sed ut nihil* E U ξ ψ, Gœrenz. Schutz. Orell. *esse* omittit ψ. *esset* legitur in E ξ.

Cap. XII. 1 *Uno tamen modo* nonnulli codd.—2 *Sed nec cogitari* E ξ. *Sed id nec cogitari* χ. Statim, *quare sit, ut nihil impugnet* E ξ.—3 Gœrenz. Schutz. Orell. *quædam obscurari.*—4 *Epicurus etiam* Gud. 2. Crat. *item Epicurus* suspic. Gœrenz. *quæ m. sint utilitates* conj. Dav.—5 Crat. *sequitur*. Statim, *ut in solem* codex unus ap. Orell. *ut ad solem* Lamb. Paulo post, *aut t. adjicere* multi codd. Dav. Orell.—6 Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *tanta obscuratio.*—7 Lamb. *jucunda vita.* Mox, *ad vitam jucundam hæc accessio* Lamb. 1566. *ad jucunda accessio* Junt. *ad jucundam accessionem* edd. vett. *momentum aliquam habeat ad jucundum accessionem* Venet. Deinde, *vita*

NOTÆ

g *Sin dicit obscurari*] Lib. super. dixit Cato Zenonem ita sentire, ut in splendore virtutis obscuretur rerum quæ sunt in corpore æstimatio, ut in mari Ægæo stilla muriæ. Quæ argumentatio jam refellitur.

h *Teruncium addere*] De teruncio diximus supra; de Crœsi divitiis multa garriunt philologi.

Digitized by Google

quia momentum aliquod habeat ad jucundum accessio, bonum sit: sin autem id non concedatur, non continuo vita beata tollitur. Bona autem corporis, huic sunt, quod posterius posui, similiora: habent enim accessionem dignam, in qua elaboretur:[8] ut mihi in hoc Stoici jocari videantur interdum, cum ita dicant, si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla,[i] aut strigilis[k] accedat, sumturum sapientem eam vitam potius, quo hæc[9] adjecta sint, nec beatiorem tamen ob eam causam fore. 31. Hoc simile tandem est non risu potius, quam oratione ejiciendum?[10] ampulla enim sit, necne sit, quis non jure optimo irrideatur, si laboret? at vero gravitate membrorum, et cruciatu dolorum si quis quem levet, magnam ineat gratiam: nec, si ille sapiens ad tortoris equuleum a tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam[11] perdidisset: sed, ut magnum et difficile certamen iniens, cum sibi cum capitali adversario, dolore, depugnandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis ac patientiæ, quarum præsidio iniret illud difficile, ut dixi, magnumque prælium. Deinde non quæremus,[12] quid obscuretur, aut intereat, quia sit admodum parvum; sed quid tale sit, ut expleat summam. Una voluptas e multis obscuratur in illa vita voluptaria: sed tamen ea, quamvis parva sit, pars est ejus vitæ, quæ posita est in voluptate: nummus in Crœsi divitiis obscuratur; pars est tamen divitiarum.[13] Quare obscurentur etiam hæc, quæ secundum naturam esse dicimus, in vita

b. tollatur Lamb.—8 Lamb. *laboretur.*—9 Codd. Mars. Dav. Orell. *cui hæc.*—10 Quidam ap. Lamb. *rejiciendum.*—11 U χ, alii codd. ap. Orell. Dav. Gœrenz. *et si amp.* E *etiam si amp.* Mox, *excitares* E. Tum, *difficile illud* Spirens. N.—12 Mannt. Lamb. *quærimus.*—13 Gœrenz. conj. *divitiarum illarum.* Mox, Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *vitæ beatæ.*

NOTÆ

[i] *Ampulla*] Vas olearium quod a Cynicis mendicisque gestabatur. Hinc apud Plautum in Persa: 'Cynica esse e gente oportet; parasitum probe: Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,' &c.

[k] *Aut strigilis*] Strigile quidem utebantur veteres in balneis, ad fricandum purgandumque corpus; ampulla vero ad abluendas infusione sordes.

Digitized by Google

beata: sint modo partes beatæ vitæ. XIII. 32. Atqui, si, ut convenire debet inter nos, est quædam appetitio naturalis ea, quæ secundum naturam sunt, appetens;[1] eorum omnium est aliqua summa facienda. Quo constituto, tum licebit otiose ista quærere, de magnitudine rerum, de excellentia, quanta in quoque sit ad beate vivendum, de istis ipsis obscurationibus, quæ, propter exiguitatem, vix, aut ne vix quidem appareant.

Quid, de quo nulla[2] dissensio est? nemo enim est, qui aliter dixerit, quin omnium naturarum simile esset id, ad quod omnia referuntur; quod est ultimum rerum appetendarum. Omnis enim est natura diligens sui. Quæ est enim, quæ se unquam deserat, aut partem aliquam sui, aut ejus partis habitum, aut vim, aut ullius earum rerum, quæ secundum naturam sint,[3] aut motum, aut statum? Quæ autem natura suæ[4] primæ institutionis oblita est? Nulla profecto,[5] quin suam vim retineat a primo ad extremum. 33. Quomodo[6] igitur evenit, ut hominis natura sola esset, quæ hominem relinqueret, quæ oblivisceretur corporis, quæ summum bonum non in toto homine, sed in parte hominis poneret? quo modo autem, quod ipsi etiam fatentur, constatque inter omnes, conservabitur, ut simile sit omnium naturale illud ultimum, de quo quæritur? tum enim esset simile, si in ceteris quoque naturis id cuique esset ultimum, quod in quaque excelleret. Tale enim visum esset ultimum Stoicorum.[7] 34. Quid dubitas igitur mutare principia naturæ? quid enim dicis,[8] omne animal, simul atque sit ortum, applicatum esse ad se diligendum, esseque in se conservando occupatum? Quin potius ita dicis,

Cap. XIII. 1 Lamb. *appetentis*, probante Lall. *appetentes* al. ap. Orell. *eorum est autem omnium summa* E ξ.—2 *Quod de quo multa* χ. *Quid de quo multa* E U ξ ψ, Crat. Venet. Mox, *omnium naturalium* Mars. Venet. 1494. Crat. Gœrenz. Schutz. Orell.—3 Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *sunt*.—4 Ernesti *natura sua*, errore typogr.—5 *Nulla est profecto* Schutz. de conjectura Gœrenzii. *oblita? Est nulla profecto* conj. idem Gœrenz. in Addendis.—6 *Quo* codd. aliquot. Statim, *sit omnium naturarum* e cod. Sigonii Manutius in curis poster. item Lamb. et Dav. unde *s. o. naturalium* suspic. Orell.—7 'Locus corruptus. Forte, *Tale autem via esset, &c.*' Orell. Brem. conj. *esse*. Schutz. de conj. delevit *visum*.—8 Codd. aliquot omittunt *dicis*.—9 Nonnulli codd.

Digitized by Google

omne animal applicatum esse ad id, quod in eo sit optimum, et in ejus unius occupatum esse custodia; reliquasque naturas nihil aliud agere, nisi ut id conservent,[9] quod in quaque optimum sit? quo modo autem optimum, si bonum præterea nullum est? si autem reliqua appetenda sunt, cur, [*p.* 114.] quod est ultimum rerum appetendarum, id non aut ex omnium earum, aut ex plurimarum et maximarum appetitione concluditur? ut Phidias potest a primo[l] instituere signum, idque perficere; potest ab alio inchoatum accipere, et absolvere. Huic est sapientia similis:[10] non enim ipsa genuit hominem, sed accepit a natura inchoatum. Hanc intuens,[11] debet institutum illud, quasi signum, absolvere. 35. Qualem[12] igitur natura hominem inchoavit? et quod est munus, quod opus sapientiæ? quid est, quod ab ea absolvi et perfici debeat? Si nihil in eo[13] perficiendum est, præter motum ingenii quendam, id est, rationem; necesse est, huic ultimum esse, ex virtute vitam fingere. Rationis enim perfectio est virtus.[m] Sin nihil,[14] nisi corpus; summa erunt illa, valetudo, vacuitas doloris, pulchritudo, et cetera. Nunc de hominis summo bono quæritur. XIV. 36. Quid ergo dubitamus in tota

conservetur. Mox, *sin autem* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *quod ultimum* E ξ. *appetendum* E χ ψ, non improbante Gœrenz. Deinde, *potest a principio* E ξ χ, Manut. Lamb.—10 *Huic sapientia similis* Weg. Gœrenz. Schutz. Orell. *Huic similis est sapientia* Spirens. N. *Hæc sapientia similis* Gœrenzio falso tribuit Schutz.—11 *Hanc ergo intuens* cum codd. aliquot, Crat. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *Hanc igitur intuens* Venet. 1494. Manut. Lamb.—12 *Quare* Spirens. N. Statim, *ecquod est munus* Manut. Lamb. *et q. e. minus* E. *ecquod opus s. ecquid est* Lamb. *et absolvi* al. ap. Orell.—13 *Sed n. in eo quod* E U ξ χ ψ. *Si n. in eo quidem* Manut. Lamb. *Si n. in eo quod* codd. optt. Crat. Gœrenz. Schutz. Orell. Statim, *ex v. v. agere* Crat. *e virtute agere* al. ap. Orell. —14 *Si nihil* al. ante Ernesti, qui de conj. Davisii dedit *Sin nihil.* Paulo post, *et* ante *cetera* delevit Gœrenz. e codd. item Schutz. Orell.

NOTÆ

[l] *Phidias potest a primo* [*a principio*] Emendat Muretus, in Mss. *a primo*, sive alludi putet ad 'prima naturæ,' de quibus supra; sive locutionem hanc, *a principio*, minus Latinam judicet. Ita libro superiore locum difficilem, de quo § 43. agitur, emendat ille, *quod autem est, in quo sapienter dicimus, id a primo rectum dicitur, &c.*

[m] *Rationis enim perfectio est virtus*] Similis est definitio virtutis quæ habetur libro primo de Legibus: 'In se perfecta et ad summum perducta natura.'

Digitized by Google

ejus natura quærere, quid sit effectum? Cum enim constet inter omnes, omne officium,[1] munusque sapientiæ, in hominis cultu esse occupatum; alii (ne me existimes contra Stoicos solum dicere) eas sententias afferunt, ut summum bonum in eo genere ponant, quod sit extra[n] nostram potestatem, tanquam de animali aliquo[2] loquantur: alii contra, quasi nullum corpus sit hominis, ita, præter animum, nihil curant;[o] cum præsertim ipse quoque animus non inane nescio quid[p] sit, (neque enim id possum intelligere) sed in quodam genere corporis; ut ne is quidem virtute una contentus sit, sed appetat vacuitatem doloris. Quamobrem utrique idem faciunt, ut si lævam partem negligerent, dextram tuerentur: aut ipsius animi, ut fecit Herillus,[q] cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent.[3] Eorum enim omnium, multa prætermittentium, dum eligant aliquid, quod sequantur, quasi curta sententia.[4] [r] At vero[5] illa perfecta atque plena eorum, qui, cum de hominis summo bono quærerent, nullam in eo neque animi, neque corporis partem vacuam tutela reliquerunt. 37. Vos autem, Cato, quia virtus, ut omnes fatemur, altissimum locum in homine et maxime excellentem tenet, et quod eos, qui sapientes[6] sunt, absolutos et perfectos putamus; aciem animorum nostrorum virtutis splendore præ-

Cap. xiv. 1 E ψ *inter omnes esse officium.*—2 'Corrupta hæc videntur.' Orell. *de inanimali aliquo* Monac. E, Crat. Junt. *de nominali quo* Weg. *de non animali aliquo* de Gœrenzii conj. recepit Schutz. *de inanimato aliquo* conj. Orell. Mox, *nullum sit corpus* Crat. *corpus nullum sit* e codd. Gœrenz. et Orell. Tum, *animas nominare nescio, &c.* E ξ χ ψ.—3 E ξ *reliquerunt.*—4 Lamb. *sententia est,* probante Orell.—5 *Aut vero* E.—6 Codex unus Oxon.

NOTÆ

[n] *Ponant, quod sit extra*] Cyrenaici cum Aristippo.

[o] *Præter animum, nihil curant*] Zenonici.

[p] *Non inane nescio quid*] Quid animus esset, corpusne, an quid corporis expers, diu multumque apud veteres disputatum est. Ea de re Tuscul. lib. I.

[q] *Herillus*] A Zenonis magistri sui descivit disciplina, finemque bonorum esse voluit τὴν ἐπιστήμην, et quæ malum inter ac bonum interjecta essent, exæquavit.

[r] *Curta sententia*] Cum partem hominis tantum, scilicet animum, beatam esse velint.

Digitized by Google

stringitis. In omni enim animante est summum aliquid atque optimum, ut in equis, in canibus; quibus tamen et dolore vacare opus est, et valere. Sic igitur in homine perfectio ista, in eo potissimum quod est optimum, id est, in virtute, laudatur.[7] Itaque mihi non satis videmini considerare, quod iter sit naturæ,[8] quæque progressio. Non enim,[9] quod facit in frugibus, ut, cum ad spicam perduxerit ab herba, relinquat, et pro nihilo habeat herbam, idem facit in homine, cum eum ad rationis habitum perduxerit. Semper enim ita assumit aliquid, ut ea, quæ prima dederit, ne deserat.[10] 38. Itaque sensibus rationem adjungit; et, ratione effecta, sensus non relinquit:[11] ut si cultura vitium, cujus hoc munus est, ut efficiat, ut vitis cum partibus suis omnibus[12] quam optime se habeat: (sed sic intelligamus: licet enim, ut vos quoque soletis, fingere aliquid docendi causa) si igitur illa cultura vitium in vite insit, ipsa cetera, credo, velit, quæ ad colendam vitem attinebunt, sicut antea: se autem omnibus vitis partibus præferat, statuatque nihil esse melius in vite, quam se: [*p.* 115.] similiter sensus, cum accessit ad naturam, tuetur illam[13] quidem, sed etiam tuetur se: cum autem assumta ratio est, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ hujus tutelæ subjiciantur. 39. Itaque non discedit ab eorum curatione, quibus præposita[14] vitam omnem debet gubernare: ut mirari satis eorum inconstantiam non possimus. Naturalem enim appetitionem, quam vocant ὁρμὴν, itemque officium, ipsam etiam virtutem, tuentem[15] esse volunt earum rerum, quæ secundum naturam sunt: cum autem ad summum bonum volunt pervenire, transiliunt omnia, et

sequi sapientes. Mox, *perstringitis* Lamb. Oliv.—7 Dav. suspic. *locatur*, probante Ernesti.—8 Ita e codd. Grut. et seqq. *quid intersit naturæ* edd. priores.—9 *Non enim hoc* edd. ante Dav.—10 Crat. Lamb. *non deserat.*—11 Venet. 1480. Junt. Gœrenz. Schutz. Orell. *adjunxit . . . relinquit;* Victor. Manut. Lamb. Dav. *adjunxit . . . reliquit;* Lamb. *reliquit.* *Quod sic intelligamus, ut si . . . habeat; licet enim.* Ernesti de conj. dedit *adjungit . . . relinquit.*—12 Spirens. N, Crat. *cum omnibus partibus suis.*—13 E ξ *tuetur non modo illam.* Statim, *et etiam* ψ. *tuetur* altero loco deest in E ξ. Tum, *tanto ea in dom.* conj. Moser. —14 Codex unus Oxon. *proposita.* Pro *eorum,* quod deest in χ, *Stoicorum* conj. Gœrenz.—15 N, Spirens. Monac. Gœrenz. Schutz. Orell. omittunt

Digitized by Google

duo nobis opera pro uno relinquunt, ut alia sumamus, alia appetamus,[s] potius, quam uno fine utrumque[16] concludant.

XV. 40. At enim jam dicitis,[1] virtutem non posse constitui, si ea, quæ extra virtutem sint, ad beate vivendum pertineant: quod totum contra est. Introduci enim virtus nullo modo potest, nisi omnia, quæ leget, quæque rejiciet,[2] unam referantur ad summam: nam si omnino nos negligimus, in Aristonea vitia[t] et peccata incidemus, obliviscemurque, quæ virtuti ipsi principia dederimus. Sin ea non negligemus,[3] neque tamen ad finem summi boni referemus, non multum ab Herilli levitate aberrabimus. Duarum enim vitarum nobis erunt instituta capienda:[4] facit enim ille duo[u] sejuncta ultima bonorum; quæ, ut essent vera, conjungi debuerunt: nunc ista[5] separantur, ut disjuncta sint: quo nihil potest esse perversius. 41. Itaque contra est, ac dicitis;[6] nam constitui virtus nullo modo potest, nisi ea, quæ sint prima naturæ, ut ad summam pertinentia, tenebit. Quæsita enim virtus est, non quæ relinqueret naturam, sed quæ tueretur. At illa, ut vobis placet, partem quandam tuetur, reliquam deserit. Atque ipsa insti-

tuentem.—16 Ita e codd. Dav. seqq. *omnia* al. ante Dav. *concluderent* Monac.
CAP. XV. 1 *At enim natura dicitis* codd. aliquot, Mars. Junt. Crat. Lamb. Gœrenz. Orell. *At enim veram dicitis* alii codd. *At enim nam dicitis* E U ψ, Lall. *At enim dicitis* Manut.—2 E ψ *reficiet.* Mox, *omnino ea negligimus* ξ χ ψ, Oliv. Gœrenz. Schutz. *om. ea negligemus* Lamb. 1566. Orell. Tum, *obliviscemurque ipsi* E.—3 Ita Lamb. seqq. *Sin ea negligemus* ξ χ. *Sin ea non negligimus* al. ante Lamb. Mox, *referimus* Manut. Grut. *aberravimus* U.—4 E ξ *cupienda.*—5 *Nunc ita* Manut. Lamb. uti volebat Gœrenz.—6 *Itaque quod contra est acceditis* E ξ. Mox, *quæ sunt* χ ψ, Manut. Lamb. Grut. *principia naturæ* E χ. *ut* deest in χ. *summum* ξ

NOTÆ

[s] *Alia appetamus*] Appetitur finis, media sumuntur, unde 'sumenda' dicuntur. Quocirca Stoici sumenda distinxerunt a bono, seu fine, cum apud Peripateticos et Academicos media ipsa bonum sint.

[t] *In Aristonea vitia*] Qui media virtutis et vitii exæquavit, finemque constituit ita vivere, ut quicquid occurrat eorum quæ inter virtutem et vitia media posita sunt, sumas, nec ullo rerum delectu utaris, sed omnia paria facias: excellenti enim histrioni similem esse sapientem, qui sive Thersitis, sive Agamemnonis personam induat, utramque apte repræsentat.

[u] *Facit enim ille duo*] Scientiam et indifferentiam.

tutio hominis si loqueretur, hæc diceret: Primos suos quasi cœptus[a][7] appetendi fuisse, ut se conservaret in ea natura, in qua ortus esset. Nondum autem explanatum satis erat, quid[8] maxime natura vellet: explanetur igitur: quid ergo aliud intelligetur, nisi ut ne qua pars naturæ negligatur? in qua si nihil est præter rationem, sit in una virtute finis bonorum. Sin est etiam corpus, ista explanatio naturæ nempe hoc effecerit, ut ea, quæ ante explanationem[9] tenebamus, relinquamus. Ergo id est convenienter naturæ vivere, a natura discedere. 42. Ut quidam[10] philosophi,[x] cum a sensibus profecti,[b] majora quædam ac diviniora vidissent, sensus reliquerunt; sic isti, cum, ex appetitione rerum, virtutis pulchritudinem aspexissent, omnia quæ præter virtutem ipsam viderant, abjecerunt, obliti, naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut a principiis permanaret ad fines: neque intelligunt, se rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta subducere. XVI. 43. Itaque mihi videntur omnes quidem illi errasse, qui finem bonorum esse dixerunt, Honeste vivere: sed alius alio magis: Pyrrho scilicet maxime, qui, virtute constituta, nihil omnino, quod appetendum sit, relinquat:[1] deinde Aristo, qui nihil relinquere non est ausus: introduxit autem, quibus commotus sapiens appeteret [aliquid] quodcumque in mentem incide-

[a] *Principia.* [b] *Exorsi.*

χ.—7 Codd. aliquot, Mars. Junt. Crat. Gœrenz. Schutz. *conceptus.*—8 Grut. *quod.* Mox, *quid enim aliud* Junt. Crat. *quid igitur aliud* Monac. Tum, *ne quæ pars* Gœrenz. Orell. *ut æque pars* codd. aliquot, Junt. Crat. Manut. *naturæ ne gignatur* E.—9 Edd. ante Dav. *explicationem.*—10 *Ut igitur quidam* Lamb. Mox, *et diviniora* edd. quædam vett. *omnia propter quæ* Junt. Crat. Manut. Lamb. Orell. *omnia quæ propter* codd. aliquot et Grut. Deinde, *permaneret* E U ξ, Crat. et al. ante Manut. *permanet* χ. *fundamenta subruere* conj. Ernesti, improbante Orell.

CAP. XVI. 1 Ernesti conj. *relinquit*, improbante Orell. Mox, *aliquid* uncis inclusit Ernesti, non probante eodem Orell. *quod cuique in mentem* Crat.

NOTÆ

[x] *Ut quidam philosophi*] Academici recentiores. De quibus hæc Epictetus apud Arrianum: 'Miseri Academici sensus nec eripere, nec excæcare possunt, tametsi vehementer id efficere laborent.'

Digitized by Google

ret, et quodcumque tanquam occurreret.[a] Is hoc melior, quam Pyrrho, quod vel aliquod genus appetendi dedit; deterior quam ceteri, quod penitus a natura recessit. [p. 116.] Stoici autem, quod finem bonorum in una virtute ponunt, similes sunt illorum: quod autem principium officii quærunt, melius quam Pyrrho: quod ea non occurrentia fingunt,[2] vincunt Aristonem: quod autem ea, quæ ad naturam accommodata, et per se assumenda esse dicunt, non adjungunt ad finem bonorum, desciscunt a natura, et quodam modo sunt non dissimiles Aristonis. Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur:[3] hi autem ponunt illi quidem prima naturæ,[b] sed ea sejungunt a finibus, et a summa bonorum: quæ cum proponunt, ut sit aliqua rerum selectio; naturam videntur sequi: cum autem negant, ea quicquam ad beatam vitam pertinere, rursus naturam relinquunt.

44. Atque adhuc ea dixi,[4] cur causa Zenoni non fuisset, quamobrem a superiorum auctoritate discederet. Nunc reliqua videamus; nisi aut[5] ad hæc, Cato, dicere aliquid vis, aut nos jam longiores sumus. Neutrum vero, inquit ille: nam et a te perfici istam disputationem volo, nec tua mihi oratio longa videri potest. Optime, inquam: quid enim mihi potest esse optatius, quam cum Catone, omnium virtutum auctore, de virtutibus disputare? 45. Sed primum illud vide,[c] gravissimam illam vestram[6] sententiam,

Manut. Lamb. Grut.—2 Lall. cum Pearc. *occurrentia non fingunt*. Statim, *quæ et ad naturam* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—3 Codex unus Oxon. *commiscebat*. Mox, *ponunt illa* codd. aliquot, ut volebat Dav. et sic Orell. *cum præponunt* Gud. 2. Weg. Gœrenz. Schutz. Orell. *cum ponunt* suspic. Dav. —4 *Atque adhuc dixi* conj. Ernesti, non probante Orell. *causa cur* cum codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—5 E ξ *nisi tu;* χ *nisi ut*. Tum, *aliquid dicere vis* edd. vett.—6 E ξ *nostram*. Spirens. *ducit familiam*. ξ χ ψ *bonum quod sit*. Paulo

NOTÆ

[a] *Quodcumque tanquam occurreret*] De illis Aristonis 'occurrentibus' nihil me legere memini. Morelius quoque, qui hos de Finibus libros pererudite commentatus est, nihil se de iis uspiam comperisse ait.

[b] *Quidem prima naturæ*] Prima illa seu principia naturæ quid a finibus et summo bono discrepent, dictum in Acad.

[c] *Sed primum illud vide*] Totius disciplinæ Stoicorum fundamentum est

Digitized by Google

quæ familiam ducit, 'honestum quod sit, id esse solum bonum; honesteque vivere, bonorum finem,' communem fore vobis cum omnibus, qui in una virtute constituunt finem bonorum:[a] quodque dicitis, informari non posse virtutem, si quidpiam, nisi quod honestum sit, numeretur, idem dicetur ab illis, quos modo nominavi. Mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone[d] disceptantem, (a quo, quæ essent principia naturæ, acceperat) a communibus initiis progredientem, videre, ubi primum insisteret, et unde causa controversiæ[7] nasceretur; non, stantem cum iis qui ne dicerent quidem sua summa bona esse a natura profecta, uti iisdem argumentis, quibus illi uterentur, iisdemque sententiis. XVII. 46. Minime vero illud probo, quod, cum docuistis, (ut vobis videmini) solum bonum esse, quod honestum sit, tum rursum[1] dicitis, initia proponi necesse esse apta et accommodata naturæ, quorum ex selectione virtus possit existere. Non enim in selectione virtus ponenda erat, ut id ipsum,[2] quod erat bonorum ultimum, aliud aliquid acquireret. Nam omnia, quæ sumenda, quæque legenda[3] aut optanda sunt, inesse debent in summa

[a] *Sed primum illud vide, gravissimam illam vestram sententiam, quæ caput est et principium totius sectæ vestræ; qua videlicet docetis, id esse solum bonum quod sit honestum, et bonorum finem esse honeste vivere, communem fore vobis cum omnibus, qui in una virtute constituunt finem bonorum.*

post *infirmari* χ. *conformari* Monac. *si quicquam* E U χ ψ, Crat. Maunt. Lamb. Dav. *in bonis numeretur* Lamb.—7 Spirens. *causæ controversia.* Mox, *cum his* edd. vett. Deinde, *ut iisdem* Crat. Grut. Gœrenz.

CAP. XVII. 1 E ψ, Mars. *rursus.* Statim, *necesse est apta* E. *necesse apta* χ. Deinde *ex electione* edd. ante Ald.—2 Gud. 2. *ut ad ipsum.*—3 Codex

NOTÆ

μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι· finem autem τὸ καλῶς ζῇν. Porro 'familiam ducere' est in principe loco esse, vel caput esse ac principium alicujus rei. Ter hoc proverbio usus est Cicero.

[d] *Cum Polemone*] Zenonis magistro. Dixerat ante Zenonem, finem bonorum esse, 'congruenter naturæ vivere,' sic ut retineret quæ essent secundum naturam, eaque ad beatam vitam pertinere vellet. Zeno vero desciscens a præceptore, congruenter naturæ vivere, finem quoque bonorum esse voluit, sic tamen ut solam tueretur honestatem, alia autem quæ non sunt ejus generis, a beata vita removeret: quæ summi boni explicatio cum Pyrrhoniorum magis convenit, quam cum Peripateticorum ratione.

Digitized by Google

bonorum, ut is, qui eam adeptus sit, nihil præterea desideret. Videsne, ut, quibus summa est in voluptate, perspicuum sit, quid iis faciendum sit,[4] aut non faciendum? ut nemo dubitet, eorum omnia officia quo spectare, quid sequi, quid fugere debeant. Sit hoc[5] ultimum bonorum, quod nunc a me defenditur: apparet statim, quæ sint officia, quæ actiones. Vos autem,[6] quibus nihil est aliud propositum, nisi rectum atque honestum, unde officii, unde agendi principium nascatur, non reperietis. 47. Hoc igitur quæritis[7] omnes, et ii, qui, quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, se sequi dicent: et vos ad naturam revertimini. Quibus natura jure responderit, non esse verum, aliunde finem beate vivendi, a se principia rei gerendæ[8] peti:[b] esse enim unam rationem, qua et principia rerum agendarum, et ultima bonorum continerentur: atque, ut Aristonis esset explosa sententia, *p.* 117.] dicentis, nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas, præter virtutes et vitia, inter quas quicquam omnino interesset; sic errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute, [aut vitio], propensionem, ne minimi quidem momenti, ad summum bonum adipiscendum esse diceret: et, cum ad beatam vitam nullum momentum ea res haberet, ad appetitionem autem rerum, esse in his momenta diceret: quasi vero hæc appetitio non ad summi boni adeptionem pertineret. 48. Quid autem minus consentaneum est, quam, quod aiunt, cognito summo bono, reverti se ad naturam, ut ab ea[9] petant agendi principium, id est, officii?

[b] *Sed vobis ad naturam revertentibus, natura jure respondere posset, non æquum esse aliunde peti finem beate vivendi; ab ipsa autem, sola principia rei gerendæ.*

unus Oxon. *delegenda.*—4 Al. ap. Orell. *quid his f. sit.*—5 *Sed hoc* ψ.—6 Hoc est e conj. Ernesti; *Vobis autem* codd. cum aliis edd. Mox, *augendi officium nascitur* E.—7 *Hoc igitur quærentes* Gœrenz. e vestigiis codd. Schutz. Orell. *Hoc igitur quæretis* Spirens. et χ. *Hoc i. queritis* ψ. *Hoc i. quæres* al. ap. Orell. Mox, *et hi* codd. aliquot, Gœrenz. Schutz. *sed vos* al. ap. Orell. *qui ad naturam* conj. Lamb. *revertemini* Gud. 2. ξ ψ, uti volebat Dav.—8 Codex unus Oxon. *agendæ.* Mox, *atque Arist.* E ξ. Paulo post, *aut vitio* delevit Schutz. uncis inclusere Dav. Gœrenz. Orell. Deinde, *mom. cetera haberent* suspic. Brem. *ea* omittunt edd. quædam vett. *autem* omittit Lamb. *tamen* conj. Ernesti.—9 Spirens. N *ut ex ea.* Statim, *principia* E ξ.

Digitized by Google

Non enim actionis aut officii ratio impellit ad ea, quæ secundum naturam sunt, appetenda: sed ab his et appetitio et actio commovetur.

XVIII. Nunc venio[e] ad illa tua brevia, quæ consectaria esse dicebas; et primum illud, quo[1] nihil potest esse brevius: 'Bonum omne, laudabile; laudabile autem omne, honestum: igitur omne bonum, honestum.' O plumbeum pugionem![f] Quis enim tibi illud primum[2] concesserit? quo quidem concesso, nihil opus est secundo. Si enim omne bonum laudabile est, omne honestum est.[3] 49. Quis tibi ergo istud dabit, præter Pyrrhonem, Aristonem, eorumve similes? quos tu non probas. Aristoteles,[4] Xenocrates, tota illa familia,[g] non dabit; quippe qui valetudinem, vires, divitias, gloriam, multa alia, bona esse dicant, laudabilia non dicant. Et hi quidem ita non sola virtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus virtutem anteponant. Quid censes eos esse facturos,[5] qui omnino virtutem a bonorum fine segregaverunt, Epicurum, Hieronymum, illos etiam, si qui Carneadeum finem tueri volunt? 50. Jam aut Callipho,[6] aut Diodorus, quomodo poterunt tibi istud concedere, qui ad honestatem aliud adjungant, quod ex eodem genere non sit? Placet igitur tibi, Cato, cum res sumseris non concessas, ex illis efficere, quod ve-

CAP. XVIII. 1 E *a quo*. Statim, *esse* omittunt codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *omne* post *autem* omittit E. *bonum igitur omne* Spirens. N.—2 Codd. aliquot et Crat. *primum illud;* Gœrenz. delendum suspic. *illud*.—3 Ascens. Lamb. 1566. *omne laudabile honestum;* Lamb. in marg. ed. 1584. *omne bonum honestum*.—4 *Aristoteles vero* Manut. Lamb. Mox, *esse dicunt* codd. aliquot, et Dav.—5 *Quid c. eos facturos* Gud. 1. Crat. Gœrenz. Schutz. Orell.—6 *Jam ut a Callipho* E. *Jam aut Calliphon* Schutz. et Orell. *quo poterunt*

NOTÆ

[e] *Nunc venio*] Ex hoc loco colligere est, locum libri superioris, ad quem hic respondetur, legendum ita: *Sed consectaria* (non *consectari*) *me Stoicorum brevia et acuta delectant.*

[f] *O plumbeum pugionem*] Adagium in eos qui futili ac levi utuntur argumentatione. Eo Tullius ad Atticum usus est: 'Cum illum plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret.' Et Aug. contra Jul. lib. III. 'Jactas plumbeos pugiones.'

[g] *Tota illa familia*] Peripateticorum et Academiæ veteris, cujus princeps Xenocrates.

Digitized by Google

lis? Jam ille[7] sorites,[h] quo nihil putatis esse vitiosius, Quod bonum sit, id esse optabile: quod optabile, id esse expetendum: quod expetendum, laudabile: deinde reliqui gradus. Sed ego in hoc resisto: eodem enim modo tibi nemo dabit, quod expetendum sit, id esse laudabile. Illud vero minime consectarium,[8] sed inprimis hebes[i] illorum, gloriatione dignam esse beatam vitam, quod non possit sine honestate contingere, ut jure quisquam glorietur. 51. Dabit hoc Zenoni Polemon:[9] etiam magister ejus, et tota illa gens, et reliqui, qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes, adjungunt ei tamen aliquid summo in bono finiendo. Si enim virtus digna est gloriatione, ut est, tantumque præstat ceteris rebus,[10] ut dici vix possit; et beatus esse poterit virtute una præditus, carens ceteris; nec tamen illud tibi concedet, præter virtutem, nihil in bonis esse ducendum: illi autem, quibus summum bonum sine virtute est, non dabunt fortasse, vitam beatam habere; in quo jure possit gloriari: etsi illi quidem etiam voluptates faciunt interdum gloriosas. XIX. 52. Vides igitur, te aut ea sumere, quæ non concedantur, aut ea, quæ etiam concessa, te nihil juvent.[1] Equidem in omnibus istis conclusionibus[2] hoc putarem philosophia nobisque dignum, et maxime, cum summum bonum quæreremus, vitam nostram,

codd. aliquot, etiam ξ, et Grut.—7 *Nam ille* suspic. Gœrenz. *in quo nihil* χ ψ. *putatis esse melius* E ξ, Monac. Medic. Dav. *p. e. speciosius* conj. Brem. *quo genere nihil p. e. vitiosius* de Davisii conj. Schutz. *in quo nihil p. e. vitiosi* de Pearcii suspic. Lall. *esse . . . esse* desunt in Spirens. et N.—8 Editio quædam vet. *consentaneum.* Mox, *illorum scilicet nominum glor.* codd. plerique, etiam ξ χ ψ, Crat. Mannt. *quæ non possit* E U ξ χ.—9 *Polemo* codd. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell.—10 Codd. aliquot, et margo Crat. *reliquis rebus.* Paulo post, *tibi* omittunt E ξ.

NOTÆ

[h] *Ille sorites*] Stoicorum propria argumentatio, et captiosa; cujus auctor, teste Laërtio, Eubulides Milesius, qui scholæ Euclidis successit. Acervus ab Horatio vocatur.

[i] *Sed inprimis hebes*] Muretus IV. 13. (cujus conjectura confirmatur membranis Caroli Sigonii) locum hunc sic emendat, aitque mendum irrepsisse vitio Nonii, cujus et alios alibi lapsus ipse ibidem refert. Sensus est: Illud vero minime consectarium est, ut vocant Stoici, ex eorum doctrina, sed inprimis obtusum est, Vitam beatam dignam gloriatione.

Digitized by Google

consilia, voluntates, non verba corrigi. Quis enim potest istis, quæ te,[3] ut ais, delectant, brevibus et acutis, auditis, de sententia decedere? [*p.* 118.] Nam, cum ea spectant,[4] et avent audire, cur dolor malum non sit; dicunt illi, asperum esse dolere, molestum, odiosum, contra naturam, difficile toleratu; sed, quia nulla sit in dolore nec fraus, nec improbitas, nec malitia, nec culpa, nec turpitudo, non esse illud malum. Hæc qui audierit, ut ridere non curet, discedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam venerat.[5] Tu autem negas[k] fortem esse quenquam posse, qui dolorem malum putet. 53. Cur fortior sit, si illud, quod tute concedis, asperum, et vix ferendum putabit? Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. Et ais, si una litera[l] commota sit, fore,[6] tota ut labet disciplina. Utrum igitur[7] tibi literam videor, an totas paginas commovere? ut enim sit apud illos (id, quod est a te laudatum) ordo rerum conservatus, et omnia inter se apta et connexa, (sic enim aiebas) tamen persequi non debemus, si a falsis principiis profecta congruunt ipsa sibi, et a proposito non aberrant.[8] 54. In prima igitur constitutione Zeno tuus a natura recessit; cumque summum bonum posuisset in ingenii præstantia,[9] quam virtutem vocamus, nec quicquam aliud bonum esse dixisset, nisi quod esset honestum,

CAP. XIX. 1 Manut. Lamb. *adjuvent.*—2 E ξ *constructionibus.*—3 E ξ χ ψ *quæ tu.* Tum, *delectari* ξ χ ψ. *de sent. dicere* E ξ.—4 *Nam cum expectant* de Bentleii conj. Lall. Gœrenz. Schutz. Orell. *Nam cum ea expectant* conj. Ernesti. *et habent* E U χ. *esse dolorem* E U ξ χ, et edd. ante Grut. *difficilem toleratu* E U ξ χ ψ, et edd. vett. Deinde, *sed cum* codd. aliquot.—5 E *quem venerat.*—6 Idem cod. *fere.*—7 *Verum igitur* in eodem cod. *an totas pugnas* χ. Mox, *est apud te laudatum* χ.—8 Ita Ascens. Lamb. Dav. Gœrenz. Orell. *congruent ... aberrant* codd. plerique, et Manut. *congruant ... aberrent* Mars. Junt. Crat. *congruent ... aberrabunt* de Gœrenzii conjectura Schutz.—9 E ξ *posuisset ingenii præstantiam.* Paulo post, *hic propositis* E. *his positis* conj. Dav.

NOTÆ

k *Tu autem negas*] Dixerat pro Stoicis Cato libro superiore, sapientem, cum equuleo torquetur, beatum esse, si dolor non in malis ponatur.

l *Et ais, si una litera*] Refellit quod dictum est a Catone libro superiore, de opinione Stoicorum: 'Quid sequitur quod non respondeat superiori? quid non sic ex alio nectitur, ut non, si unam literam moveris, labent omnia?'

Digitized by Google

nec virtutem posse constare, si in ceteris rebus esset quicquam, quod aliud alio melius esset aut pejus: his propositis, tenuit prorsus consequentia. Recte dicis: negare enim non possum. Sed ita falsa sunt ea quæ consequuntur, ut illa, e quibus[10] hæc nata sunt, vera esse non possint. 55. Docent enim nos (ut scis) dialectici, si ea, quæ rem aliquam sequantur,[11] falsa sint, falsam illam ipsam esse, quam sequantur. Ita fit illa conclusio non solum vera, sed ita perspicua, ut dialectici ne rationem quidem reddi putent oportere: 'Si illud, hoc: non autem hoc; igitur ne illud quidem.' Sic, consequentibus vestris sublatis, prima tolluntur.[12] [m] Quæ sequuntur igitur, Omnes, qui non sint sapientes, æque miseros esse: Sapientes omnes summe beatos esse: Recte facta omnia æqualia: Omnia peccata paria: quæ cum magnifice[13] primo dici videntur, considerata minus probantur. Sensus enim cujusque,[n] et natura rerum, atque ipsa veritas clamat[14] quodam modo, non posse adduci, ut inter eas res, quas Zeno exæquaret, nihil interesset.

XX. 56. Postea tuus ille Pœnulus,[1] [o] (scis enim Cittiæos,

consequentiam χ.—10 E ξ χ ψ *ut illa quibus.* Mox, *non possunt* E ξ.—11 Gud. 2. Crat. Manut. Lamb. *consequantur;* χ *sequuntur.* Mox, *ipsam rem esse* Lamb. *illam esse,* omisso *ipsam,* E. *quam sequuntur* χ. Verba, *falsa sunt, f. i. i. e. q. sequantur,* desunt in ψ.—12 Ita cum codd. Mars. Crat. Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. *tollantur* Grut. et Dav. Statim, *qui non sint* est de conjectura Ernestii; *qui non sunt* codd. et edd. priores: *esse* post *beatos* omittunt E ξ.—13 Lamb. *quæ magnifice.* Statim, *dici viderentur* codd. et edd. vett. *dici videantur* conj. Brem. *dici videntur* habent Manut. Lamb. et sic de conj. Ernesti. *minus probabuntur* Schutz.—14 Monac. Ascens. Schutz. *clamabit;* Grut. et al. ante Ernesti *clamabat.*

CAP. XX. 1 *Zenulus* E ξ ψ. Mox, *Citieos* Gœrenz. et Orell. *Cicius* U χ, *citius* ψ. *Citiaeos* plerique codd. *Cittiæos* deest in E ξ. Pro *Phœnicia* U χ ψ

NOTÆ

[m] *Prima tolluntur*] Iste posterior concludendi modus Stoicis ἀναπόδεικτος dicitur, quod talis sit ut ne rationem quidem reddi oporteat. Fit autem cum id quod annexum est, ut id quoque cui fuerit annexum, negandum sit: quod annexum est, Stoici, qui hoc totum disputandi genus aut pepererunt aut amplificarunt, τὸ λῆγον appellant; et id cui annexum est, ἡγούμενον.

[n] *Sensus enim cujusque*] Huc pertinet illud Horat. Sat. I. 3. 96. 'Quis paria esse fere placuit peccata, laborant, Cum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant.'

[o] *Tuus ille Pœnulus*] Zeno patria Cittiæus. Citium vero parvum oppi-

Digitized by Google

clientes tuos,[p] e Phœnicia profectos) homo igitur acutus, causam non obtinens, repugnante natura, verba versare cœpit: et primum rebus iis, quas nos bonas ducimus,[2] concessit, ut haberentur aptæ, habiles, et ad naturam accommodatæ: faterique cœpit, sapienti, hoc est, summe beato, commodius tamen esse, si ea quoque habeat, quæ bona non audet appellare; natura ipsa accommodata esse concedit:[3] negatque, Platonem,[q] si sapiens non sit, eadem esse in causa, qua tyrannum Dionysium. Huic mori[4] optimum esse, propter desperationem sapientiæ; illi, propter spem, vivere: peccata autem partim esse tolerabilia, partim nullo modo, propterea quod alia peccata plures, alia pauciores quasi numeros officii præterirent: jam insipientes alios ita esse, ut nullo modo ad sapientiam possent pervenire; alios, qui possent, si id egissent, sapientiam consequi. 57. Hic loquebatur aliter, atque omnes; sentiebat idem,[5] quod ceteri. Nec vero minoris æstimanda

habent *poëtica.* χ omittit *causam non*, et mox *versare.*—2 Crat. Manut. Gœrenz. *dicimus.* Statim, *haberentur optabiles* codd. aliquot. 'Vide, ne *habiles* omnino e gloss. sit.' *Orell.*—3 Manut. Grut. Dav. uncis incluserc *natura ipsa a. e. concedit;* Lall. e codd. Gœrenz. et Orell. habent *natura ipsa commodata e. c.* Lamb. *naturæ ipsi accom. e. c.* Lall. suspic. *natura ipsa commendata.*—4 *Hujus mori* E. Mox, *præterea quod* ψ. *alia p. p. aut pauciores* E ξ. Deinde, *si id gessissent* E ξ, Manut. Grut. *si processissent* conj. Lamb.—5 E ξ *sentiebant*

NOTÆ

dum erat Cypri quod Phœnicas colonos habuit. Laërt. Olivarius legi vult *Zenulus*, quod exili esset corpore. Melius alii *Pœnulus;* quod quidem confirmatur ex Laërtio, apud quem Crates Zenonem discipulum reprehendens, per jocum 'Phœniculum' eum appellat.

p *Clientes tuos*] Cyprus enim in clientela Catonis fuit, Cic. Fam. xv. 4. quia Cyprum Cato pop. Romani provinciam fecerat. Mos enim Romanorum fuit, provincias eorum clientelæ committere quorum opera subjectæ essent pop. Rom.

q *Negatque, Platonem*] Videtur hic pugnare secum Zeno, qui supra dixerit, 'eos qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent, nisi eam omnino consecuti essent, summe esse miseros,' neque inter eorum vitam ac improbissimorum quicquam omnino interesse. In eo quoque quod mox subjicitur, 'peccata partim esse tolerabilia, partim nullo modo,' pugnat iterum secum, qui supra docuerit, 'omnia peccata esse paria.' Verosimile est Zenonem, ut primum ab aliorum sententia longius non recederet, suam non totam simul, sed quasi per gradus, exposuisse.

Digitized by Google

ducebat ea, quæ ipse bona negaret esse, quam illi, qui ea bona esse[6] dicebant. Quid igitur voluit sibi, qui illa mutaverit? [*p.* 119.] Saltem aliquid de pondere detraxisset, et paulo minoris æstimavisset ea, quam Peripatetici, ut sentire quoque aliud, non solum dicere videretur. Quid? de ipsa beata vita, ad quam omnia referuntur, quæ dicitis? Negatis eam esse, quæ expleta sit omnibus iis rebus,[7] quas natura desideret; totamque eam in una virtute ponitis: cumque omnis controversia aut de re soleat, aut de nomine esse; utraque earum nascitur, si aut res ignoratur, aut erratur in nomine. Quorum si neutrum[8] est, opera danda est, ut verbis utamur quam usitatissimis, et quam maxime aptis, id est, rem declarantibus. 58. Num igitur dubium est, quin, si in re ipsa nihil peccatur[9] a superioribus, verbis illi commodius utantur? Videamus igitur sententias eorum: tum ad verba redeamus.

XXI. Dicunt appetitionem animi moveri, cum aliquid ei secundum naturam esse videatur; omniaque, quæ secundum naturam sint,[1] æstimatione aliqua digna: eaque pro eo, quantum in quoque sit ponderis, esse æstimanda: quæque secundum naturam sint, partim nihil habere in sese ejus appetitionis, de qua sæpe jam diximus, quæ nec honesta, nec laudabilia dicantur: partim, quæ voluptatem habeant in omni animante, sed in homine rationem etiam: ex iis[2] quæ sint apta, ea honesta, ea pulchra, ea laudabilia: illa autem superiora, naturalia nominantur; quæ, conjuncta cum honestis, vitam beatam perficiunt, et absolvunt. 59. Omnium autem eorum commodorum[3] (quibus non illi plus tribuunt, qui illa bona esse dicunt, quam Zeno, qui negat) longe præstantissimum esse, quod honestum esset,

idem.—6 Ernesti delendum putavit *esse.*—7 Gœrenz. *his rebus.* Statim, *natura desideraret* E ξ.—8 *Quorum neutrum si* Gœrenz. *est* post *danda* cum tribus codd. delevit Gœrenz.—9 E ξ *paratur.* Mox, *verbis illis* E. *commodius utuntur* Grut. *commodioribus utantur* conj. Lamb.

CAP. XXI. 1 E ξ ψ, Mannt. Lamb. Dav. Gœrenz. *sunt.* Hæc omnia, *æstimatione . . . naturam sit*, desunt in E ξ. *quantum in quaque* χ, alii codd. ap. Orell. *secundum naturam sunt* Lamb. Grut. *s. n. sit* Ernesti, errore typogr. Paulo post, *partim habere, quæ* ξ, uti conj. Lamb. *partimque* χ ψ. *partim * quæ* Dav. —2 Crat. Lamb. Dav. *ex his.* Paulo post, *perficiant et absolvant* Crat.—3 E

Digitized by Google

atque laudabile: sed, si duo honesta proposita sint, alterum cum valetudine, alterum cum morbo, non esse dubium, ad utrum eorum[4] natura nos ipsa deductura sit: sed tamen tantam vim honestatis esse, tantumque eam rebus omnibus præstare et excellere, ut nullis nec suppliciis nec præmiis demoveri possit ex eo, quod rectum esse decreverit: omniaque, quæ dura, difficilia, adversa videantur, ea virtutibus iis,[5] quibus a natura essemus ornati, obteri posse, non faciles illas quidem, nec contemnendas (quid enim esset in virtute tantum?) sed ut hoc judicaremus, non esse in his partem maximam positam aut beate aut secus vivendi. 60. Ad summam,[6] ea, quæ Zeno æstimanda, et sumenda, et apta naturæ esse dixit, eadem illi bona appellant:[r] vitam autem beatam illi eam, quæ constaret ex iis rebus,[7] quas dixi, aut plurimis, aut gravissimis. Zeno autem, quod suam, quod propriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum appellat: beatam autem vitam eam solam, quæ cum virtute[8] degatur. XXII. Si de re disceptari oportet, nulla mihi tecum, Cato, potest esse dissensio. Nihil est enim, de quo aliter tu sentias,[1] atque

ξ *incommodorum.* ξ omittit *plus.*—4 E *utrumque eorum.* Mox, *tamen* deest in ψ. *esse honestatis* cum codd. Crat. Gœrenz. Orell.—5 E ξ *a virtutibus his.* Statim, *optari posse* E U ξ χ ψ. *aptari posse* edd. vett. *non facile* χ ψ. *non facilia* E ξ, Oliv. *illa quidem* E ξ χ ψ. *nec contemnenda* ξ χ ψ. *esset* deest in χ. ‘Corrupta hæc et manca omnibus visa præter Gœrenz. recte ad sensum, sed parum probabiliter quod ad verba ipsa attinet, sic emendare conati sunt viri docti: *posse: valetudinem autem, pulchritudinem, celeritatem, vires corporis, divitias et ceteras res hujus generis non faciles, &c.* Lamb. e marg. cod. ignoti. Est interpolatio Itali alicujus sec. 15. *non facilia illa quidem nec contemnenda* cum Sigonii cod. Lall. *non ut futilia illa quidem et contemnenda* conj. Dav. *non ut faciles illas quidem res, nec, &c.* conj. Brem. *ceteras res non futiles illas quidem, nec contemnendas* conj. Schutz.’ *Orell.* Tum, *sed ita, ut hoc, &c.* conj. Lamb. *sed ut hoc indicaremus* χ. *partem aliquam maximam* E ξ. *maximum* χ. *positam beate* U χ, Gœrenz. Orell. *positam aut* omittunt E ξ.—6 *Ad summum* χ. *Assummam* ψ.—7 Ita Manut. Lamb. Dav. Grut. *his rebus* ex codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—8 Dav. conj. *eam, quæ sola cum virtute*, probante Ernesti.

NOTÆ

[r] *Eadem illi bona appellant*] Duplex enim genus bonorum distinguebant Peripatetici. Primi generis erant quæ omnino appetenda essent, πάντη καὶ πάντως αἱρετά· secundi generis, quæ non omnino quidem appetenda, sed quæ interdum appeti possent. Atque hæc secundi generis bona recidebant in προηγμένα Stoicorum.

Digitized by Google

ego: modo commutatis verbis ipsas res conferamus. Nec hoc ille non vidit: sed verborum magnificentia est[2] et gloria delectatus; qui si ea, quæ dicit, ita sentiret, ut verba significant; quid inter eum, et vel Pyrrhonem, vel Aristonem interesset? Sin autem eos non probabat, quid attinuit cum iis, quibuscum re concinebat,[3] verbis discrepare? 61. Quid si reviviscant Platonici illi,[4][a] et deinceps qui eorum auditores fuerunt, et tecum ita loquantur? 'Nos cum te, M. Cato, studiosissimum philosophiæ, justissimum virum, optimum judicem, [p. 120.] religiosissimum testem audiremus, admirati sumus,[5] quid esset, cur nobis Stoicos anteferres, qui de rebus bonis et malis sentirent ea, quæ ab hoc Polemone Zeno cognoverat; nominibus uterentur iis, quæ prima specie, admirationem, re explicata, risum moverent. Tu autem, si tibi illa probabantur,[6] cur non propriis verbis illa tenebas? sin te auctoritas commovebat, nobisne omnibus, et Platoni ipsi, nescio quem illum anteponebas? præsertim cum in republica princeps esse velles, ad eamque tuendam cum summa tua dignitate maxime a nobis ornari atque instrui posses? Nobis enim[7] ista quæsita, a nobis descripta, notata, præcepta sunt: omniumque rerumpublicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam, et instituta, ac mores civitatum perscripsimus.[b] Eloquentiæ vero, quæ et principibus maximo[8] ornamento est, et qua te audivimus valere plurimum, quan-

Cap. xxii. 1 Tres codd. Oxon. *aliter sentias.*—2 Verbum *est* omittunt E ξ. Statim, *eum, vel Pyrr.* Grut. *vel* delendum censebat Ernesti.—3 E U ξ χ ψ, edd. vett. et Manut. *conveniebat;* codd. Gœrenzii *continebat;* Monac. *concineret;* Nonius *concinnabatur.*—4 *Platonis illi* Spirens. N, cod. Gronov. Gœrenz. Orell. *Platonis alumni* conj. Dav.—5 Lamb. conj. *demirati sumus.*—6 Ita Crat. Manut. Lamb. Dav. Orell. *probantur* E U ξ χ ψ, alii codd. Junt. Gœrenz. Schutz.—7 *A nobis enim* Lamb. *Et a nobis enim* χ. Mox, *publicarum rationes* Junt. Crat. *leges etiam, instituta, ac m. c. præscripsimus* E U ξ.—8 Ita Monac. Eliens. Spirens. N, Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *maxime* edd.

NOTÆ

[a] *Platonici illi*] Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crates, Crantor, &c.

[b] *Civitatum perscripsimus*] Plato, Aristoteles, et Theophrastus iis de rebus multa scripserunt: quæ Plato et Aristoteles, extant; quæ Theophrastus, perierunt.

Digitized by Google

tum tibi ex monumentis nostris addidisses!' Ea cum dixissent, quid tandem talibus viris responderes?[9] 62. Rogarem te, inquit, ut diceres pro me tu idem, qui illis orationem dictavisses, vel potius paulum loci[10] mihi, ut his responderem, dares, nisi et te audire nunc mallem, et istis tamen alio tempore responsurus essem, tum scilicet, cum tibi. XXIII. Atqui,[1] si verum respondere velles, Cato, hæc erant dicenda, Non eos tibi non probatos, tantis ingeniis homines, tantaque auctoritate; sed te animadvertisse, quas res illi propter antiquitatem parum vidissent, eas a Stoicis esse perspectas, eisdemque de rebus hos tum acutius disseruisse, tum sensisse gravius, et fortius, quippe qui primum valetudinem bonam expetendam negent esse, eligendam dicant, non quia sit bonum valere, sed quia sit non nihilo æstimandum; neque tamen pluris, quam illis videatur,[2] qui illud non dubitent bonum dicere. Hoc vero te ferre non potuisse, quod antiqui illi, quasi barbati,[3][a] ut nos de nostris solemus dicere, crediderint, ejus, qui honeste viveret, si idem et bene valeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore vitam, melioremque et magis expetendam, quam illius, qui æque vir bonus, multis modis esset, ut Ennii Alcmæo,[b]

ante Dav. *te audimus* Crat. Schutz. Orell.—9 Crat. Lamb. *respondisses; U responderent:* edd. quædam vett. *talibus viris tandem respondisses.*—10 Manut. Lamb. *paululum loci.* Mox, *audire nunc vellem* Crat. *tunc scilicet* Manut. Lamb. Verba, *tum s. c. tibi. Atqui si v. r. velles* desunt in ξ.

Cap. xxiii. 1 *Ad quæ* ψ, aliique codd. ap. Orell. Mox, *esse perfectas* E ξ. *disseruisse acutius* Lamb. Tum, *nec quia bonum sit* multi codd. etiam Monac. *non q. bonum sit* Crat. Gœrenz. Schutz. Orell. *sit non nihili* Lamb.—2 '*Pluris illis videri*] Ita correxi. Vulgo *pluris, quam illis videatur.* Et *pluris, quam illis* stare non posse vidit Davisius. Pro vulg. *dubitant* Ernesti dedit *dubitent;* Gœrenz. edidit, *neque tamen pluris, quam illis videtur, qui illud non dubitant bonum dicere;* ita ut hæc verba a Cicerone refutandi causa interjecta sint Catoniania.' *Schutz.* Gœrenzium secutus est Orell.—3 Codd. aliquot, et Manut. *barbari.* Mox, *crediderunt* edd. quædam vett. *si idem etiam bene* cum codd. Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. *si idem bene* al. ap. Orell.

NOTÆ

[a] *Quasi barbati*] Apud Romanos, inquit Erasmus, proverbiali loco *barbati* dici consueverant homines priscis ac simplicibus moribus, rusticanæque veritatis; quod illic sero receptum sit barbam radere, aut tondere. Huc spectat quod ait Juvenal. 'Facile est barbato imponere regi.'

[b] *Ut Ennii Alcmæo*] De Alcmæone Ennii dictum in lib. Acad.

Digitized by Google

Circumventus morbo, exilio, atque inopia.

63. Illi igitur antiqui non tam acute[4] optabiliorem illam vitam putant, præstantiorem, beatiorem. Stoici autem tantummodo præponendam in seligendo, non quo beatior hæc vita sit, sed quod ad naturam accommodatior; et qui sapientes non sint,[5] omnes æque miseros esse. Stoici hæc[6] videlicet viderunt: illos autem id fugerat superiores, qui arbitrabantur, homines sceleribus et parricidiis inquinatos nihilo miseriores esse, quam eos, qui cum caste et integre viverent, nondum perfectam illam sapientiam essent consecuti.

64. Atque hoc loco similitudines[c] eas, quibus illi[a] uti solent, dissimillimas proferebas.[7] Quis enim ignorat, si plures ex alto emergere velint, propius[8] fore eos quidem ad respirandum, qui ad summam jam aquam appropinquant, sed nihilo magis respirare posse, quam eos, [*p.* 121.] qui sunt in profundo? Nihil ergo[9] adjuvat procedere, et progredi in virtute, quo minus miserrimus sis, antequam ad eam perveneris, quoniam in aqua nihil adjuvat; et quoniam catuli, qui jam dispecturi sunt, cæci æque et ii, qui modo nati; Platonem quoque necesse est, quoniam nondum videbat sapientiam, æque cæcum animo ac Phalarim fuisse. XXIV. 65. Ista similia[d] non sunt, Cato; in qui-

[a] *Stoici.*

Paulo post, *meliorem quia et magis* E ξ. *quam illis* E. *ut enim Alcineo* in eodem cod. *ut Ennii Alcineo* ψ.—4 Lamb. *acuti*, uti volebat Ernesti, neque displicet Orellio. Deinde, *beatiorem* omittunt E ξ.—5 Lamb. et Gœrenz. *non sunt.*—6 *Stoici hoc* cum codd. Crat. Lamb. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. 'Verba *qui arbitrabantur* uncis inclusit Gœrenzius. Sane videntur glossatoris esse.' *Schutz.* 'Recte hæc delenda censet Schutz.' *Orell.* *qui arbitrantur* habent E ξ.—7 E *perferebas.*—8 Idem codex *propius.* Mox, *ad summam aquam jam* Crat.—9 *Nihil igitur* multi codd. etiam Monac. et Dav. *Nihil enim* Crat. Mox, *miserrimus sit* Grut. Gœrenz. Orell. *ad eam pervenerit* Orell. *ad summam pervenerit* Schutz. de conjectura. *æque ac hi* al. ap. Orell. *æque ut hi* Junt. *æque ut ii* Lamb.

NOTÆ

[c] *Hoc loco similitudines*] Hominis aqua immersi, et catuli cæci, quæ superiore libro expositæ sunt.

[d] *Ista similia*] Quemadmodum enim, qui aut oculis aut corpore male affectus est, si medicinam adhibeat, sensim sanatur; ita qui virtutem colit, etsi nondum perfecte sapiens sit, habet tamen sapientiæ initia.

Digitized by Google

bus quamvis multum processeris, tamen illud in eadem causa est, a quo abesse velis, donec evaseris. Nec enim ille respirat, ante quam emersit;[1] et catuli æque cæci priusquam dispexerunt, ac si ita futuri semper essent: illa sunt similia: hebes acies est cuipiam oculorum: corpore alius languescit: hi curatione adhibita levantur in dies: alter valet plus quotidie: alter videt. Hi similes sunt omnibus,[2] qui virtuti student; levantur vitiis, levantur erroribus. Nisi forte censes[3] Ti. Gracchum[e] patrem non beatiorem fuisse quam filium, cum alter stabilire rempublicam studuerit, alter evertere. Nec tamen ille erat sapiens: quis enim hoc?[4] aut quando? aut ubi? aut unde? sed quia studebat laudi et dignitati, multum in virtute processerat. 66. Conferam autem avum[5] tuum, Drusum,[f] cum C. Graccho ejus fere æquali. Quæ hic reipublicæ vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Sed nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus. Ut jam omnes insipientes sint miseri (quod profecto sunt), non est tamen æque miser, qui patriæ consulit, et is, qui illam exstinctam cupit. Levatio igitur vitiorum magna fit iis, qui

CAP. XXIV. 1 E ξ, Lamb. *emerserit.* Mox, *despexerit* χ. Paulo post, *hic curatione* E. *hi cum ratione* χ. *valet alter* codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—2 *His s. s. omnes* Monac. Spirens. N, alii codd. Ald. Gœrenz. Orell. *His similes sunt omnibus* Schutz.—3 Grut. *censeres.* Mox, *quam Ti. filium* conj. Gœrenz.—4 Al. ap. Orell. *quis enim hoc habet;* Dav. cum uno cod. delevit *hoc.*—5 C. *autem avunculum* de Manutii conj. Lamb. *Conferam avum* Spirens. N.

NOTÆ

[e] *Ti. Gracchum*] Patrem. Gener fuit Africani majoris, ex cujus filia Cornelia duos mares Tiberium et Caium suscepit, totidemque fœminas; quarum altera P. Scipioni Æmiliano nupsit. Duos consulatus ann. 576. et 591. censuramque gessit: duos egit triumphos; primum de Celtiberis prætor, alterum consul de Sardis: vir tum virtutibus, tum victoriis, ætatis suæ clarissimus. De filio ejus utroque, (nam geminus fuit licet unum hic commemoret Cicero) sæpe nos alias.

[f] *Avum tuum, Drusum*] Virum ingenio, eloquentia, divitiis pollentem. Tribunus plebis cum senatus partes contra C. Gracchum tueretur, senatus patronus appellatus est: unde ad summos honores evectus, aliquanto post consulatu an. 641. de Scordiscis triumpho, et censura enituit. Pater fuit M. Drusi qui initio belli Italici tribunus plebis occisus est, et Liviæ quæ Catonem peperit. Ita Drusus avus est Catonis, non avunculus, ut quidam temere emendant.

Digitized by Google

habent ad virtutem progressionis aliquantum.[6] 67. Vestri autem progressionem [s] ad virtutem fieri aiunt, levationem vitiorum fieri negant. At, quo nitantur[7] homines acuti argumento ad probandum, operæ pretium est considerare. Quarum, inquit,[8] artium summa crescere potest, earum etiam contrariarum summa poterit augeri. Ad virtutis autem summam accedere nihil potest: ne vitia quidem igitur crescere poterunt, quæ sunt virtutum contraria. Utrum igitur tandem[9] perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? Atqui hoc perspicuum est, vitia alia in aliis esse majora: illud dubium, ad id, quod summum bonum dicitis, ecquænam fieri possit accessio. Vos autem cum perspicuis dubia debeatis illustrare, dubiis perspicua conamini tollere. 68. Itaque eadem[10] ratione, qua sum paulo ante usus, hærebitis. Si enim propterea vitia alia aliis majora non sunt, quia ne ad finem quidem bonorum eum, quem vos facitis, quicquam potest accedere; quoniam perspicuum est, vitia non esse omnium paria,[11] finis bonorum vobis mutandus est. Teneamus enim illud necesse est, cum consequens aliquod falsum sit, illud, cujus id consequens sit, non posse esse verum.

XXV. Quæ est igitur causa istarum angustiarum? gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Cum enim, quod honestum sit, id solum bonum esse confirmatur, tol-

M. Drusum suspic. Gœrenz.—6 Ita cum codd. Dav. seqq. *aliquantulum* Manut. Lamb. Grut.—7 Ita Dav. ex uno codice; *nituntur* multi codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *utuntur* Manut. Grut. *utantur* Lamb.—8 Crat. Manut. Lamb. *inquiunt*. Mox, *contrariorum* Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. *contrarium* Steph. Manut.—9 Codd. aliquot omittunt *tandem*. Actutum, *perspicuis* Ernesti, errore typogr.—10 Ita ed. 1480. Manut. Lamb. Orell. *Itaque eadem usi* Grut. *Itaque usi eadem* Crat. *Itaque usus eadem* multi codd. et Lall. *Itaque usque eadem* e duobus codd. Dav. Gœrenz.—11 Nescio quis ap. Orell. conj. *omnia paria*.

NOTÆ

s *Vestri autem progressionem*] Hanc Stoicorum sententiam refellit Plut. eo libello quem inscripsit, 'Quo pacto quis sentire possit an ad virtutem progressum habeat.' Quam, inquit, rationem invenire quis possit, unde se meliorem evasisse sentiat, siquidem vitiorum levatio nulla sit iis qui habent ad virtutem progressionis aliquantum. Sed pari omnes momento, veluti plumbo rete, vitio si aliquo teneantur, deprimuntur.

Digitized by Google

litur cura valetudinis, diligentia rei familiaris, administratio reipublicæ, ordo gerendorum negotiorum, officia[1] vitæ: ipsum denique illud honestum, in quo uno vultis esse omnia, deserendum est. Quæ diligentissime contra Aristonem[h] dicuntur a Chrysippo. Ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ[2][i] (ut ait Accius) malitiæ natæ sunt. 69. Quod enim sapientia, ubi pedem[3] poneret, non habebat, sublatis officiis omnibus; officia autem tollebantur, [*p.* 122.] delectu omni et discrimine remoto, (quæ enim esse poterant, rebus omnibus sic exæquatis, ut inter eas nihil interesset?) ex his angustiis ista evaserunt deteriora, quam Aristonis. Illa tamen simplicia: vestra versuta.[k] Roges enim Aristonem, bonane ei videantur hæc, vacuitas doloris, divitiæ, valetudo? neget. Quid, quæ contraria sunt his, malane? nihilo magis. Zenonem roges: respondeat totidem verbis. Admirantes quæramus ab utroque, quonam modo vitam agere possimus, si nihil interesse nostra putemus, valeamus, ægrine simus; vacemus, an cruciemur dolore; frigus, famem propulsare possimus, necne possimus.[4] Vives, inquit Aristo, magnifice, atque præclare: quod erit cumque visum, agens, nunquam angere, nunquam cupies, nunquam timebis. 70. Quid Zeno? portenta hæc esse di-

CAP. XXV. 1 Mars. Junt. *officium*.—2 Ita Grut. e Nonio; *fallaciloquæ* cum codd. Manut. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. *fallaci*, vel *fallacis loquelæ* plerique codd. *versutiloquæ* conj. Gœrenz. Mox, *Attius* Lamb. Gœrenz.—3 Multi codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *pedem ubi*, Statim, *officia autem omnis* codd. aliquot, probante Dav. Deinde *enim* ante *esse* omittunt edd. quædam vett.—4 Editio quædam vet. omittit *necne possimus*. Mox, *cum*, *quod erit* Gœrenz. et Schutz. improbante Orell. Pro *agens*, quod e codd. recepere

NOTÆ

[h] *Contra Aristonem*] De hac Chrysippi disputatione cum Aristone plura Galenus, lib. VII. de decretis Hippocratis et Platonis.

[i] *Illæ fallaciloquentiæ*] Ita apud Nonium legitur cap. 1. et Victorio placet ea lectio. Verum Aldus senior legit *fallacis loquelæ*. Filius ejus ac nepos malunt *fallaciloquæ* cum Lambino. Gruterus omnium opinionem profert, nullam amplectitur.

[k] *Vestra versuta*] Aristo enim palam docebat eorum quæ inter virtutem et vitium media sint, nullam esse causam cur unum potius, quam alterum, expeteretur. Stoici vero, hanc sententiam dum tueri non audent, in vicinia consistunt, nec ea in bonis aut malis, sed in 'sumendis' aut 'rejiciendis' collocant.

Digitized by Google

cit, nec ea ratione ullo modo posse vivi; sed differre[5] inter honestum et turpe, nimium quantum,[1] nescio quid immensum: inter ceteras res nihil omnino interesse. 71. Idem adhuc: (audi reliqua, et risum contine, si potes) Media illa, inquit, inter quæ nihil interest, tamen ejusmodi sunt, ut eorum alia eligenda sint, alia rejicienda, alia omnino negligenda; hoc est, ut eorum alia velis, alia nolis, alia non cures. At modo[6] dixeras, nihil in his rebus esse, quod interesset. Et nunc idem dico, inquies,[7] sed ad virtutes, et ad vitia, nihil interesse. XXVI. 72. Quis istuc, quæso,[1] nesciebat? Verum audiamus. Ista, inquit, quæ dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Græce *προηγμένα*, Latine autem producta: sed præposita, aut præcipua malo: sic tolerabilius, et mollius Illa autem, egestatem, morbum,[2] dolorem, non appello mala, sed, si libet, rejectanea. Itaque illa non dico me expetere, sed legere; nec optare, sed sumere: contraria autem non fugere, sed quasi secernere. Quid ait Aristoteles, reliquique Platonis alumni? Se omnia, quæ secundum naturam sint, bona appellare; quæ autem contra, mala. Videsne igitur, Zenonem tuum cum Aristone verbis consistere,[3] re dissidere; cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare? Cur igitur, cum de re conveniat, non malimus[4] usitate loqui? Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, si illam in rebus præpositis, quam si in bonis duxero: fortioremque in patiendo

Dav. et seqq. *ages* habent reliqui.—5 Gud. 2. et Weg. *distare*. Mox, *nescio quid immensum* aberant a cod. Carrionis Antiq. Lectt. II. 12. probantibus Gronov. ad A. Gell. I. 8. et Dav. Defendit tamen Gœrenz.—6 *Ac modo* edd. quædam vett. Statim, *nihil in istis esse* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *nihil in istis rebus esse* e codd. Dav.—7 Gœrenzius e codd. item Schutz. Orell. *inquiet*.

CAP. XXVI. 1 Codd. aliquot, et edd. vett. *quasi*.—2 Gœrenz. et Dav. e codd. item Schutz. et Orell. *morbum, egestatem*. Mox, *rejecta* cod. Ursin.—3 Manut. Lamb. *consentire*. Statim, *re consistere* Memm. *re concinere* conj.

NOTÆ

[1] *Nimium quantum*] Locutio utiquè communis, pro 'summum quiddam.' Simile est illud Sallustii: 'Immane quantum animi exarsere.' Et Terentii Phorm. IV. 3. 'nimium quantum libuit,' &c.

Digitized by Google

dolore, si eum asperum, et difficilem perpessu, et contra naturam[5] esse, quam si malum dixero. 73. Facete M. Piso,[m] familiaris noster, et alia multa,[6] et hoc loco Stoicos irridebat. Quid enim aiebat? Bonum negas esse divitias, præpositum esse dicis: quid adjuvas? avaritiamne minuis? quod si verbum sequimur, primum longius verbum, 'præpositum,' quam 'bonum.' Nihil ad rem. Ne sit sane: at certe gravius: nam bonum ex quo appellatum sit, nescio: præpositum ex eo credo, quod præponatur aliis. Id mihi magnum videtur. Itaque dicebat plus tribui divitiis a Zenone, qui eas in præpositis poneret, quam ab Aristotele, qui bonum esse divitias fateretur; sed nec magnum[7] bonum, et præ rectis honestisque, contemnendum ac despiciendum, nec magnopere expetendum: omninoque de omnibus istis verbis a Zenone mutatis ita disputabat; et quæ bona negarentur esse ab eo, et quæ mala, illa lætioribus nominibus ab eo appellari,[8] quam a nobis, hæc tristioribus. XXVII. 74. Piso igitur hoc modo, vir optimus, tuique, ut scis, amantissimus. Nos, paucis ad hæc additis, finem faciamus aliquando: longum est enim ad omnia respondere, quæ a te dicta sunt.[1]

Nam ex iisdem[2] verborum præstigiis et regna nata vobis sunt,[n] [*p.* 123.] et imperia, et divitiæ, et tantæ quidem, ut omnia, quæ ubique sint, sapientis esse dicatis. Solum

Lamb.—4 Edd. quædam vett. *non malumus.*—5 Multi codd. *perpessu contra naturam;* Gœrenz. conj. *perpessu si contra naturam.* Editio quædam vet. *perp. et c. naturam, quam si m. esse dixero.*—6 Crat. Lamb. *ut alia multa.*—7 Ita Manut. Lamb. Grut. *sed neque magnum* Gœrenz. Schutz. Orell. Paulo post, *de istis omnibus* codd. plurimi, Mars. Crat. Gœrenz. Orell. *de istis verbis omnibus* Gud. 2. *omnibus* uncis inclusit Gœrenz. delevit Schutz.—8 Codd. aliquot *appellari ab eo.*

CAP. XXVII. 1 Verba *respondere, quæ a te dicta sunt* suspecta Gœrenzio

NOTÆ

[m] *Facete M. Piso*] De quo Cic. in Bruto: 'Cum Græcis doctrinis eruditus fuit, tum habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limaverat, quod erat in reprehendendis verbis versutum et solers, sed sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum.' Is ipse est qui libro sequente Peripateticorum partes aget.

[n] *Et regna nata vobis sunt*] Carpit familiarem Stoicis sententiam, 'Sapientem solum regem, solum imperatorem, solum divitem esse.'

Digitized by Google

præterea formosum, solum liberum, solum civem: stultorum[3] omnia contraria, quos etiam insanos esse vultis. Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, cum prope accesseris? Conferam tecum, quam cuique verbo rem subjicias: nulla erit controversia. Omnia peccata paria dicitis. Non ego[4] tecum jam ita loquar, ut iisdem his de rebus, cum L. Murenam,[o] te accusante, defenderem. Apud imperitos tum illa dicta sunt: aliquid etiam coronæ datum: nunc agendum est subtilius. 75. Peccata paria quonam modo? Quia nec honesto quicquam honestius,[p] nec turpi turpius. Perge porro: nam de isto magna dissensio est. Illa argumenta propria videamus, cur omnia peccata sint paria. Ut, inquit, in fidibus plurimis,[5] si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes æque incontentæ sint; sic peccata, quia discrepant, æque discrepant: paria sunt igitur. Hic ambiguo ludimur,[6] æque enim contingit omnibus fidibus, ut incontentæ sint; illud non continuo, ut æque incontentæ. Collatio igitur ista te nihil juvat: nec enim omnes avaritias si æque avaritias esse dixerimus, sequitur etiam[7] ut æquas esse dicamus. 76. Ecce aliud simile dissimile. Ut enim, inquit, gubernator[q] æque peccat, si pale-

in Addend.—2 Ita Dav. *ex eisdem* Gœrenz. et Orell.—3 Ita codex Maffæi, Manut. Lamb. seqq. *stultorum* omittunt codd. plerique, Junt. Venet. *omnia contraria stultis* Eliens. 1. cum cod. Steph. Ascens. Crat.—4 *Non ergo* edd. quædam vett. Statim, *ita locabor* Spirens. N. *ita jocabor* Monac. Weg. Vien.—5 Ita Crat. Manut. Grut. Dav. *pluribus* Monac. et e codd. suis Gœrenz. item Lamb. Schutz. Orell. Mox, *contenta nervis* codd. aliquot, etiam Monac. Spirens. N, Gœrenz. Schutz. et sic de Davisii conjectura edidit Lall. *numeris* omittendum censebat Lamb.—6 *Hic a. ludimus* E ξ χ ψ. *Hoc ambiguo ludis me* cod. Steph. Crat.—7 Crat. Orell. *sequetur, etiam;* Gœrenz. e codd.

NOTÆ

o *Cum L. Murenam*] Extat ea Oratio, in qua Stoicorum opiniones varias colligit: 'Fuit enim quidam summo ingenio vir Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur: hujus sententiæ sunt et præcepta ejusmodi, Gratia sapientem nunquam moveri,' &c.

p *Honesto quicquam honestius*] Hoc argumentum vide fuse in Paradoxo 3.

q *Ut enim, inquit, gubernator*] Idem iterum habet in Paradoxis: 'Auri navem evertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest.'

arum navem evertit, et si auri; item æque peccat, qui parentem, et qui servum injuria verberat. Hic non videre,[8] cujus generis onus navis vehat, ad gubernatoris artem nihil pertinere? itaque, aurum, paleamve[9] portet, ad bene, aut ad male gubernandum, nihil interesse: at quid inter parentem et servulum intersit, intelligi et potest, et debet. Ergo in gubernando nihil, in officio plurimum interest, quo in genere peccetur: et si in ipsa[10] gubernatione negligentia est navis eversa, majus est peccatum in auro, quam in palea. Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia; quam omnes, qui cuique[11] artificio præsunt, debent habere. Ita ne hoc modo paria[1] quidem peccata sunt. XXVIII. 77. Urgent tamen, et nihil remittunt. Quoniam, inquiunt,[2] omne peccatum imbecillitatis et inconstantiæ est, hæc autem vitia in omnibus stultis æque magna sunt; necesse est paria esse peccata. Quasi vero aut[3] concedatur, in omnibus stultis æque magna esse vitia, et eadem imbecillitate et inconstantia L. Tubulum[r] fuisse, qua illum, cujus is condemnatus est rogatione, P. Scævolam;[s] et quasi nihil inter res quoque ipsas, in quibus peccatur, intersit; ut, quo hæ majores minoresve sint, eo, quæ peccentur in his rebus, aut majora sint aut minora. 78. Itaque (jam enim con-

sequitur, ut etiam, &c.—8 Ita e duobus edd. vett. edidit Ernestius; *Hæc non videre* Crat. Grut. Dav. *Hoc non videre* cum codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *Hic nemo non videt* conj. Lall. Actutum *cujuscujus generis* codex unus Lambini. Tum, *et ad gubernatoris* E ξ χ ψ, Crat. al. vett. *id ad gub.* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *nil pertinere* E ξ.—9 Codd. aliquot, Crat. Lamb. Dav. *paleamne.* Mox, *et servum intersit* E U ξ.—10 *Et in ipsa* duo codd. Oxon. Statim, *navis est* codd. aliquot ap. Orell.—11 E ξ *omnes, quicumque.*

CAP. XXVIII. 1 *Ita ne hoc quidem modo paria* Lamb.—2 *Qui, inquiunt* E ξ. *Quoniam, inquit,* conj. Orell. Paulo post, *esse paria peccata* E, cum aliis codd. ap. Orell.—3 *Quasi vero ut* χ. Statim, *L. Tibullum* E ξ. *L. Tubullium* χ. Deinde, *aut quasi* conj. Bentl. *hæc majores* E. *eoque pec-*

NOTÆ

[r] *L. Tubulum*] Prætorium, qui propter multa flagitia, cum de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit. De eo dictum lib. II.

[s] *P. Scævolam*] P. Mucium Scævolam, qui tribunus plebis rogationem tulit ad plebem, ut L. Tubulus accusaretur; qua de re dictum quoque lib. II. Quæ porro fuerit levitas Scævolæ quæ hic carpitur, non comperi.

Digitized by Google

cludatur oratio) hoc uno vitio[4] maxime mihi premi videntur tui Stoici, quod se posse putant duas contrarias sententias obtinere. Quid enim est[5] tam repugnans, quam eundem dicere, quod honestum sit, solum id bonum esse, qui dicat, appetitionem rerum ad vivendum accommodatarum, a natura profectam? Ita cum ea volunt retinere, quæ superiori sententiæ conveniunt, in Aristonem incidunt: cum id fugiunt; re eadem defendunt, quæ Peripatetici; verba[6] tenent mordicus, quæ rursus dum sibi evelli ex ordine nolunt, horridiores evadunt, asperiores, duriores et oratione et moribus. 79. Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probavit: fuitque in altero genere mitior, in altero illustrior; [*p.* 124.] semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicæarchum,[1] ut ipsius scripta declarant. Quos quidem tibi studiose et diligenter tractandos magnopere censeo. 80. Sed quoniam advesperascit,[7] et mihi ad villam revertendum est, nunc quidem hactenus: verum hoc idem sæpe faciamus.[8] Nos vero, inquit ille. Nam quid possumus facere melius? et hanc quidem primam exigam a te operam, ut audias me, quæ a te dicta sunt, refellentem. Sed memento, te, quæ nos sentiamus, omnia probare, ni quod[9] verbis aliter utamur: mihi autem vestrorum nihil probari. Scrupulum, in-

cetur ξ. *eoque peccatæ* χ ψ. *eo quoque peccata* Crat. *eo quæ peccata* al. ap. Orell. *haud majora sint* conj. Gœrenz.—4 Lamb. de conj. delevit *vitio.* —5 Ita Manut. Lamb. Grut. Davisius. *Quid est enim* edd. quædam vett. *est* cum codd. etiam E ξ, omittunt Gœrenz. Schutz. Orell. Paulo post, *accommodatum natura* codd. aliquot ap. Orell. *perfectam* E ξ.—6 Cod. Paris. *verba sibi*; Ernesti conj. *verba sua*. Actutum, *tenent mordacius* E ξ. Mox, pro *ex ordine*, ξ χ ψ, Manut. Lamb. Oliv. Dav. habent *ex ore*; Ernesti suspic. *ex oratione*; Schutz. delendum censet *ex ordine*. Pro *nolunt* E U ψ præbent *volunt*. Verba, *asperiores d. et o. et moribus* desunt in E ξ.—7 *Sed q. et advesperascit* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—8 Gœrenz. e duobus codd. item Schutz. et Orell. *faciamus sæpe*: ξ *hoc quidem semper faciamus.*—9 Manut. Lamb. Dav. Orell. *nisi quod*. Actutum *verbis aliis utamur* Lamb. *v. a. utimur*

NOTÆ

[1] *Dicæarchum*] Aristotelis discipulum, patria Messenium, qui poëtarum et musicorum historiam egregie illustravit. Scripsit quoque historiam septem sapientum; et Homeri, Pythagoræ, Euripidis, Platonis. Aristoxeni æqualis fuit, ut dicetur Tuscul. lib. I.

Digitized by Google

quam,[10] abeunti:[u] sed videbimus. Quæ cum essent dicta, discessimus.

Gud. 2. Weg. *v. a. utamini* ξ. *nihil a. v. nihil* E.—10 Cod. χ *inquit*. Deinde, *sed videbimus* desunt in E ξ.

NOTÆ

[u] *Scrupulum, inquam, abeunti*] Simile est proverbium, quo dicimus aliquem infixo jaculo fugere, in eos qui dicto convicio discedunt. Ita scrupulum sibi immissum Cicero ait a Catone, qui nihil se Peripateticorum probare dicit.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS
DE FINIBUS
BONORUM ET MALORUM
AD BRUTUM
LIBER V.

ARGUMENTUM.

Quas superiori libro ipse partes susceperat Cicero, eas hoc libro M. Pisoni imponit, ut, cum ipse veteris Academiæ et Peripateticorum rationem, impugnata Stoica, defendisset, hic nunc omnem illam rationem explanaret. Et facile quidem intelligitur, quæ Piso hic disputare fingitur, ea Ciceroni placuisse ipsi, tum, quod eandem rationem superiori libro Stoicæ præposuerat, tum vero, quod ipsa ratio explicandi est longe illa venustior et ornatior, qua libro primo et tertio usus est, cum aliena e Torquati et Catonis personis disputaret. Ea enim fere felicius in hoc genere succedunt, quæ ipsi probamus. Itaque etiam illud accidit Ciceroni, ut cap. 8. oblivisceretur, Pisonis esse illam disputationem, et, se hic disputare, significaret. Nam in ipso illo Pisonis sermone, plane aliena ab ejus persona Ciceroni exciderunt hæc: 'Quando igitur et de voluptate cum Torquato (l. II.) et de honestate ... cum Catone (l. IV.) est disputatum,' &c. quæ profecto Pisoni minime, sed Ciceroni ipsi potius conveniunt. Nam quod in fine hujus libri cap. 26. sq. quædam in Peripatetica ratione reprehenduntur, ea non ad summam rei pertinent; cum non tam ipsa sententia reprehendatur, quam quod inconstans quodammodo, nec satis consentiens omnibus partibus sit Peripatetica ratio, quæ cum doceat, alia esse præter virtutem bona, tamen sapientem semper beatum, etiam in dolore et paupertate putet. Præmissis autem disputationi Platonis, Academicorum veterum et Peripateticorum laudibus, cap. 3. 4. et commemoratis omnibus de summo bono sententiis, quarum sex simplices sunt, tres omnino junctæ et duplices; rejectis ceteris, illam exponendam confirmandamque

Digitized by Google

suscipit Piso, in qua Aristotelem inprimis, ejusque filium Nicomachum, in plerisque etiam Theophrastum adhibere possit, quæ eadem est cum ea, quam Academia vetus tenuit. cap. 5—8. Facto ergo, ex instituto veterum omnium, a primis naturæ exponendis initio, hunc finem bonorum ex iis existere dicit, 'Secundum naturam vivere, sic affectum, ut optime affici possis, ad naturamque accommodatissime.' cap. 9. Exposita autem ista rerum expetendarum terminatione, cur ista se res ita habeat, demonstrat. Primum argumentum omne ducitur a prima commendatione naturæ, quod omne animal se ipsum diligit; id quod ita infixum est in ipsa natura, et suis cujusque sensibus comprehenditur, ut, contra si quis dicere velit, non audiatur: neque potest intelligi aut cogitari, non modo esse aliquod animal, quod se oderit, sed quod, quomodo se habeat, nihil sua censeat interesse, quod, eo sumto, omnis appetitus animi tollitur; quemadmodum in iis rebus, inter quas nihil interest, in neutram partem propensiores sumus. Ea etiam est corporis et animi, omnium partium facultatumque natura, ut eas salvas, et integras, perfectasque velimus, per se caras habeamus, in eisque sint ad bene vivendum momenta maxima: quod, cui conservatio sui proposita est, necesse est, huic partes quoque sui caras esse, eoque cariores, quo sint perfectiores: ex quo intelligitur, ut quæque ex nostris plurimum habent dignitatis et præstantiæ, ita maxime esse expetenda, atque adeo virtutem animi, quæ ex ratione gignitur, qua nihil est divinius in homine, omnium maxime appetendam esse. cap. 10—14. Quod si se quisque et naturam suam, simul ac natus est, cognosceret, et naturæ suæ singularumque partium vim, continuo homo videret hoc, quod quæritur, ultimum. Nunc vero, in infirma ætate, ea per caliginem cernitur, et sensim paulatimque cognoscitur; ut neque finis ille statim cernatur. cap. 15. 16. Altera argumentandi ratio inde ducitur, quod cujusque partis naturæ et in corpore et in animo sua vis est, ut idcirco in his rebus et actionibus, quæ cuique parti humanæ, membro, facultati subjectæ sint, summa nostra sponte moveamur, ut ad eas nati videamur. cap. 17—20. Actionum autem aliæ aliis sunt majores excellentioresque: maximæ vero, cognitio rerum cœlestium et a natura occultarum, quas indagare ratio potest; administratio reipublicæ, aut administrandi scientia, tum prudens, temperata, fortis et justa ratio, ceteræque virtutes, et actiones virtutibus congruentes, quæ omnia honesta dicimus, ad quorum cognitionem, natura ipsa præeunte, deducimur, quæque præterquam, quod nos ipsi diligimus, etiam suapte natura appetenda sunt. cap. 21. 22. In omni honesto autem nil est illustrius, quam hominum conjunctio, cujus innatus est nobis amor; quam quæ tuetur animi affectio, justitia appellatur, eique pietas, bonitas, liberalitas, comitas, aliaque ejus generis, ita propria sunt, ut sint virtutum reliquarum communia. Ita fit, ut illa conjunctio etiam per se appetenda sit. Neque tamen est in fine bonorum, quia est extrinsecus, neque in animo neque in corpore posita. Duo ergo sunt genera per se expetendorum: unum, in quo est finis ille, quæ sunt aut animi aut corporis; alterum, in quo sunt res extrinsecus positæ; quæ quanquam non continentur summo bono, tamen ad id referuntur, quod eas his officiis tuemur, quæ a suo cujusque genere virtutis oriuntur. cap.

Digitized by Google

23. 24. Hæc est Peripateticæ rationis summa, ex qua ceteri omnes particulam aliquam detraxerunt, cum suam quisque afferre videri vellet sententiam. cap. 25. Reliqua disputatio versatur in diluendis iis, quæ Cicero de inconstantia Peripateticæ rationis disseruerat: cap. 26. sq. qua ostenditur, tantam esse virtutis excellentiam, ut bonorum externorum defectum obruat, nihiloque minus beatus sapiens dici possit, etsi in molestia quadam sit; accessione autem illorum bonorum aut decessione fieri alium alio beatiorem.

I. 1. Cum audivissem [1] Antiochum,[a] Brute, ut solebat, cum M. Pisone,[b] in eo gymnasio, quod Ptolemeum [c] vocatur, unaque nobiscum Q. frater,[d] et T. Pomponius, et L. Cicero,[e] frater noster, cognatione patruelis, amore germanus; constituimus inter nos, ut ambulationem postmeridianam [2] conficeremus in Academia,[f] maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Itaque ad tempus ad Pisonem omnes. Inde vario sermone sex illa a

Cap. I. 1 *Cum audissem* codd. aliquot, etiam E U χ, Lamb. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. Statim, *ut solebam* Lamb. uti volebant Victor. Brem. Gœrenz. *Ptolemæium* E ξ, Manut. Lamb. Dav. *tholoneum* χ. Deinde, *Q. frater noster, T. Pomponius, L. Cicero* malit Gœrenz.—2 Al. *pomeridianum.*—

NOTÆ

[a] *Audivissem Antiochum*] Hunc sex mensibus Athenis audivit Cicero, ut monet in Bruto, ubi eum veteris Academiæ nobilissimum et prudentissimum philosophum appellat.

[b] *Cum M. Pisone*] Cui partes Peripateticorum hic tribuit Cicero, ut Epicureorum Torquato, et Stoicorum M. Catoni; quis autem ille sit M. Piso, nullibi comperi. Credibile est esse Pisonem Frugi, patrem illius cui filia Ciceronis nupsit, nepotem forte illius Pisonis qui primus Frugi dictus est.

[c] *Quod Ptolemeum*] Locus Athenis, auctore Pausania, a Ptolemæo conditore dictus. In quo etiamnum, ætate Ciceronis, visebantur lapides spectatu digni; Mercurii, et aëneum Ptolemæi simulacrum; et Libycus Jobas, et Chrysippus Solensis.

[d] *Q. frater*] Qui ex prætura, Asiæ per triennium præfuit, tandemque cum Quinto filio, quem ex Pomponia, Attici sorore, genuerat, in triumvirali proscriptione periit.

[e] *Et L. Cicero*] Is est, de cujus morte Cic. ad Att. I. 4. patruelis Ciceronis. Hic enim Marci, ille Lucii filius fuit. Marcus autem et Lucius fratres fuere. Fratrem autem suum vocat Lucium Cicero, quomodo patrueles interdum fratres vocantur. Ita Glandorpius.

[f] *In Academia*] Locus olim pestilens et desertus extra urbem; mox Platonis et Academicorum frequentia celebris, dictus ante Ἀκαδημία. Nomen sumsit ab Academo quodam heroë, unde Eupolis eum appellat 'umbrosa Academi herois spatia.'

Digitized by Google

Dipylo[3] [g] stadia confecimus. Cum autem venissemus in Academiæ[4] non sine causa nobilitata spatia,[a] solitudo erat ea, quam volueramus. 2. Tum Piso, Naturane nobis hoc, inquit, datum dicam, an errore quodam, ut, cum ea[5] loca videamus, in quibus memoria dignos viros acceperimus multum esse versatos, magis moveamur, quam siquando eorum ipsorum aut facta audiamus, aut scriptum aliquod legamus? velut ego nunc moveor. Venit enim mihi Platonis[6] in mentem, quem accepimus primum hic disputare solitum; cujus etiam illi hortuli[h] propinqui non memoriam solum mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo ponere. Hic Speusippus, hic Xenocrates, hic ejus auditor Polemo, cujus illa ipsa[7] sessio fuit, quam videmus. Equidem etiam curiam nostram, (Hostiliam dico,[i] non hanc novam,[k] quæ mihi minor[8] esse videtur, posteaquam est major) solebam, intuens, Scipionem, Catonem, Lælium, nostrum vero inprimis avum[l] cogitare. Tanta vis admonitio-

[a] *Ambulationes.*

3 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *ab Dipylo.* Actutum, *studia confecimus* E.—4 *Academiam* ψ, Junt. Manut. Grut. *achademiam* ξ χ.—5 Cod. Steph. *ut quando ea.* Mox, *multos esse versatos* E ξ. *quam si ante eorum, &c.* E U χ ψ. *quam si aut eorum* cod. Steph. *aut scriptum aliquid* E ξ χ.—6 *Plato* edd. quædam vett. Mox, *mihi offerunt* conj. Ernesti. *meo hic ponere* E ξ χ ψ, Manut. Lamb. Grut. Oliv.—7 Nonnulli codd. Crat. Manut. Lamb. Grut. Orell. *ipsa illa;* E ξ, alii codd. etiam Weg. et Gœrenz. *ipsius illa.* ‘ Sine causa Dav. *illa*

NOTÆ

[g] *A Dipylo*] Dipylon, teste Livio, porta erat Athenis, quæ velut in ore urbis posita major aliquanto patentiorque est quam ceteræ. Intra eam extraque, latæ erant viæ, ut et oppidani dirigere aciem foro ad portam possent. Liv. lib. XXXI.

[h] *Etiam illi hortuli*] Juxta Academiam fuit tumulus Platonis, quem hortulorum nomine forte hic intelligit. Polemonis sessionem vocat, quam Græci cathedram.

[i] *Hostiliam dico*] In monte Cælio habuit Tullus Hostilius regiam suam, quæ postea Curia Hostilia vocitata est. Ita Livius.

[k] *Non hanc novam*] Tres sunt significationes vocis curiæ: 1. Significantur triginta illæ partes, in quas populum Romulus distribuit. 2. Ædes sacræ quas singulæ harum triginta partium habuerunt, in quibus sacra sua peregere; quasque primum quidem a Romulo in monte Palatino conditas, veteresque appellatas, postea vero aucto populo novas prope compitum Fabricii ædificatas Festus docet. 3. Locus in quo senatus haberetur; haberi autem consueverat in Capitolio.

[l] *Nostrum vero inprimis avum*] L. Pisonem opinor, qui consul 620. Fru-

Digitized by Google

nis inest in locis, ut non sine causa ex his memoriæ ducta sit [m] disciplina. 3. Tum Quintus, Est plane, Piso, ut dicis, inquit: nam me ipsum huc modo venientem convertebat ad sese Coloneus ille [n] locus,[9] cujus incola Sophocles ob oculos versabatur; quem scis quam admirer, quamque eo delecter. Me quidem ad altiorem memoriam Œdipodis huc venientis, et illo mollissimo [10] carmine,[o] quænam essent ipsa hæc loca, requirentis, species quædam commovit, inanis scilicet, sed commovit tamen. Tum Pomponius, At ego, quem [11] vos, ut deditum Epicuro, insectari soletis, sum multum equidem cum Phædro,[p] quem unice diligo, ut scitis, in Epicuri hortis,[q] quos modo præteribamus: sed, veteris proverbii admonitu, vivorum memini:[r] [*p.* 125.] nec tamen Epicuri licet oblivisci, si cupiam; cujus imagi-

delevit.' *Schutz.*—8 Gœrenz. e codd. Schutz. et Orell. *minor mihi.*—9 *Colonus ille locus* conj. Menrs. *Colonus ille, cujus incola, &c.* suspic. Brem. *Coloneus ille lucus*, vel, deleto *Coloneus*, simpliciter *ille locus*, Valckenaër ad Callim. p. 216.—10 *Œdipiodis . . . molliosior* E. Mox, *inaniter scilicet* Monac.—11 *At ego quidem* E. Verba, *in Epicuri h. q. m. præteribamus*, desunt in E ξ. Pro *vivorum* E χ habent *virorum*. Tum, *si cupiam* E. *in tabulis nostris* ψ. *et in annellis* Lamb. e Nonio.

NOTÆ

gi cognomen ex singulari continentia invenit, et bellum servile confecit in Sicilia.

[m] *Memoriæ ducta sit*] Quam memoriam localem vulgo vocant, fertur Simonides artem illius memoriæ reperisse.

[n] *Coloneus ille*] Duplex fuit Athenis locus eo nomine: alter 'Hippios' dictus, ad quem primum venisse Œdipodem aiunt, in eoque habitasse Sophoclem; alter in foro, juxta Eurysaceum, quo mercenarii conveniebant.

[o] *Illo mollissimo carmine*] Quod initio Œdipi Colonei legitur his verbis: Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη. Sophocles in judicium vocatus, accusatusque insipientiæ, fertur eam tragœdiam recitasse judicibus, quæsisseque num illud carmen desipientis esse videretur. Qua recitata, sententiis judicum liberatus est.

[p] *Cum Phædro*] Philosopho Epicureo, quem Cicero Athenis docentem audivit Fam. XIII. 1. Scholam Epicuri post Zenonem Sidonium tenuit.

[q] *In Epicuri hortis*] Scribit Laërtius confluxisse ad Epicurum discipulos, ut cum eo in horto degerent. Hunc sibi comparaverat, ut scribit Apollodorus, ὀγδοήκοντα μνῶν pretio. Ejusdem horti meminit Juvenal. 'Non Epicurum Suspicit exigui lætum plantaribus horti.'

[r] *Vivorum memini*] Vivorum oportet meminisse, vetus proverbium in eos qui mortuos semper in ore habent, quod vulgo putatur ominosum.

Digitized by Google

nem non modo in tabulis[s] nostri familiares, sed etiam in poculis, et in annulis habent. II. 4. Hic ego, Pomponius quidem, inquam, noster jocari videtur, et fortasse suo jure. Ita enim Athenis se[1] collocavit, ut sit pæne unus[t] ex Atticis, ut id etiam cognomen videatur habiturus. Ego autem tibi, Piso, assentior, usu hoc evenire,[2] ut acrius aliquanto et attentius de claris viris, locorum admonitu, cogitemus. Scis enim me quodam tempore Metapontum venisse[u] tecum, nec ad hospitem[3] ante divertisse, quam Pythagoræ ipsum illum locum, ubi vitam ediderat, sedemque viderim. Hoc autem tempore, etsi multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis indicia summorum virorum; tamen ego illa moveor exhedra.[x] Modo enim fuit Charmadas,[4][y] quem videre videor (est enim nota imago); a sedeque ipsa, tanti[5] ingenii magnitudine orbata, desiderari illam vocem puto. 5. Tum Piso, Quoniam igitur aliquid omnes, quid Lucius noster inquit? an eum locum libenter invisit, ubi Demosthenes et Æschines inter se decertare soliti sunt? suo enim

---

CAP. II. 1 *Ita enim se Athenis* nonnulli codd. Crat. Dav. Gœrenz. Orell. Pro *cognomen*, quod e codd. receperunt Junt. Crat. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. *cognomine* legunt Manut. Grut. Dav.—2 Spirens. N, Orell. *venire*, ut volebat Brem. ' Ceteri *evenire*, solito errore; nam *usu evenire* nihil est.' *Orell.* —3 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *neque ad hospitem.* Actutum, *ante devertisse* Lamb. Orell. *ubi vitam reddiderat* conj. Morel.—4 Ita de Valesii conjectura Lall. Gœrenz. Schutz. Orell. ' Fortasse tamen legendum *modo enim fuit Charmadæ*, sc. illa exhedra.' *Schutz.* *Carneades* ceteri.—5 Ita nonnulli codd. etiam Monac. Crat. Dav. seqq. *tanta* Manut. Lamb. Grut.—

NOTÆ

[s] *Non modo in tabulis*] Diximus supra Epicuri imaginem circumferri solitam ab Epicureis.

[t] *Ut sit pæne unus*] Pomponius dictus est Atticus, tum propter diuturnam, quam cum Atticis habuit, consuetudinem, tum propter dicendi leporem, quo ipsis etiam Atticis par esset.

[u] *Metapontum venisse*] Pythagoras Samis ortus, Metaponti in Calabria, quæ olim Magna Græcia, mortuus est, voluntaria inedia confectus.

[x] *Moveor exhedra*] Exhedra quid esset diu inter jurisperitos quæsitum. Sedes sunt in interiore cubiculorum aut porticuum circuitu, ubi quasi in coronam considetur. Vitruv. v. 11. Julius Pollux I. 4.

[y] *Fuit Charmadas* [*Carneades*] Vixit diutissime Carneades. Cum enim Romam venisset legatus Atheniensium cum Diogene et Critolao, vivente Catone Censorio, vitam perduxit ad Antonii oratoris tempora. De Orat. lib. I.

Digitized by Google

quisque studio maxime ducitur. Et ille, cum erubuisset, Noli, inquit, ex me quærere, qui in Phalericum etiam[a] descenderim; quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem,[6] ut fremitum assuesceret voce vincere. Modo etiam paulum[7] ad dextram de via declinavi, ut ad Periclis sepulcrum[b] accederem. Quanquam id quidem infinitum est in hac urbe: quacumque enim ingredimur, in aliquam historiam[8] vestigium ponimus.

6. Tum Piso, Atqui, Cicero, inquit, ista studia, si ad imitandos summos viros spectant, ingeniosorum sunt: sin tantummodo ad indicia veteris memoriæ cognoscenda,[9] curiosorum. Te autem hortamur omnes, currentem quidem,[c] ut spero, ut eos, quos[10] novisse vis, etiam imitari velis. Hic ego, Etsi facit hic quidem, inquam, Piso, (ut vides) ea, quæ præcipis; tamen mihi grata est hortatio tua. Tum ille amicissime, ut solebat, Nos vero, inquit, omnes omnia ad hujus adolescentiam conferamus, inprimisque ut aliquid suorum studiorum philosophiæ quoque impertiat; vel ut te imitetur, quem amat; vel ut illud ipsum, quod studet, facere possit ornatius. Sed utrum hortandus es nobis, Luci, inquit, an etiam tua sponte propensus es? mihi quidem Antiochum, quem audis, satis belle videris attendere. Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem:

6 *Demosthenem declamare solitum* Lamb.—7 Manut. Lamb. *paululum*. Tum, *ad dexteram* codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *Pericli* de Gœrenzii conj. Schutz. —8 Spirens. et N *in aliqua historia*.—9 Manut. Grut. *cognoscendæ*.—10 Gud.

NOTÆ

[a] *Phalericum etiam*] Demosthenes cum verba ad populum facere cœpit, spretus propter confusam orationem, Satyro, cuidam histrioni, se addixit primum; mox locum quendam subterraneum, quem ad sua usque tempora extitisse Plut. ait, fabricavit, in quo sese ad dicendum exerceret. Qui locus, cum ad Phaleram, seu melius, Phalerum, portum Athenarum, situs esset, Phalericus, ut opinor, dictus est. Hinc et Demetrius Phalereus.

[b] *Ad Periclis sepulcrum*] Quod Pausanias in Atticis scribit constitutum juxta Academiam, ubi omnibus Atheniensibus monumentum est ædificatum, qui vel præliis navalibus, vel pugnis pedestribus ceciderunt, exceptis iis, qui dimicaverunt in Marathone.

[c] *Currentem quidem*] 'Currentem incitare,' proverbium, cum ad id hortamur aliquem, quo sponte fertur.

Digitized by Google

sed audistine modo de Charmada?[11] rapior illuc.[a] Revocat autem Antiochus: nec est præterea, quem audiamus. III. 7. Tum Piso, Etsi hoc, inquit, fortasse non poterit sic abire, cum hic adsit, (me autem dicebat) tamen audebo te ab hac Academia nova ad veterem illam[1] vocare; in qua, ut dicere Antiochum audiebas, non ii soli numerantur, qui Academici vocantur, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, ceterique, sed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Aristoteles, quem, excepto Platone, haud scio an recte dixerim principem philosophorum. Ad eos igitur converte te, quæso: ex eorum enim scriptis et institutis cum omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi potest, tum varietas est tanta artium, ut nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem satis ornatus possit accedere: [*p.* 126.] ab his oratores, ab his imperatores, ac rerumpublicarum principes extiterunt. Ut ad minora veniam, mathematici, poëtæ, musici, medici denique ex hac, tanquam ex omnium artium[2] officina, profecti sunt. 8. Ad quæ ego,[3] Scis me, inquam, istud idem sentire, Piso: sed a te opportune facta mentio est: studet enim meus audire Cicero, quænam sit istius veteris, quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum, Peripateticorumque sententia. Censemus autem te[4] facillime id explanare posse, quod et Staseam[d] Neapolitanum multos

[a] *Ad Academiam novam, cujus princeps est Charmadas.*

2. *ut omnes quos;* Gœrenz. conj. *ut quos.*—11 Codd. et edd. ante Lall. *Carneade.*

CAP. III. 1 Spirens. et N *ad illam veterem.* Mox, *non hi* Gœrenz. Mox, *ceteri, sed etiam* conj. idem Gœrenz.—2 Spirens. et N *tanquam omnium artium.* —3 *Atque ego* e codd. tribus Gœrenz. Schutz. Orell. Mox, *mentio facta* Manut. Lamb. Tum, *avet enim* conj. Ernesti.—4 *Censemus te autem* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *quod extaxeam* E ξ. *quod et Stanseam* ψ. *ex Antiquo* E ξ.

NOTÆ

[d] *Quod et Staseam*] Peripateticum insignem: de quo hæc Cic. de Orat. lib. I. 'Est apud M. Pisonem adolescentem, summo hominem ingenio, nostrique cupidissimum, Peripateticus Staseas, homo nobis sane familiaris, et, ut inter homines peritos constare video, in illo suo genere omnium princeps.'

Digitized by Google

annos habueris apud te, et complures jam menses Athenis hæc ipsa te ex Antiocho videmus exquirere. Et ille ridens, Age, age, inquit, (satis enim scite me nostri sermonis principium esse voluisti) exponamus adolescenti, si qua forte[5] possumus; dat enim id nobis solitudo. Quod si quis[6] Deus diceret, nunquam putarem, me in Academia, tanquam philosophum, disputaturum. Sed ne,[7] dum huic[b] obsequor, vobis molestus sim. Mihi, inquam, qui te id ipsum rogavi? Tum Quintus et Pomponius cum idem se velle dixissent, Piso exorsus est. Cujus oratio, attende quæso, Brute, satisne videatur Antiochi complexa esse sententiam; quam tibi, qui fratrem ejus Aristum frequenter audieris, maxime probatam existimo. IV. 9. Sic est igitur locutus.

Quantus ornatus in Peripateticorum disciplina sit, satis est a me, ut brevissime potui,[1] paulo ante dictum. Sed est forma ejus disciplinæ, sicut fere ceterarum, triplex. Una pars est naturæ:[2] disserendi altera: vivendi tertia. Natura sic ab iis[3] investigata est, ut nulla pars cœlo, mari, terra, (ut poëtice loquar) prætermissa sit. Quinetiam, cum de rerum initiis, omnique mundo locuti essent, ut multa[4] non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione[c] concluderent; maximam materiam ex rebus per se investigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerunt. 10. Persecutus[5] est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras; Theophrastus autem stirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ e

[b] *Lucio Ciceroni.*

videmus codd. optt. Crat. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell.—5 Gœrenz. e codd. Schutz. Orell. *si quæ forte.*—6 *Quod si qui* conj. Gœrenz.—7 *Sed verendum ne* Lamb.

CAP. IV. 1 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *ut br. potuit.*—2 Ita Lamb. Dav. seqq. *natura* ξ ψ, Crat. Manut.—3 *N. sic ab his* Orell.—4 Ernesti conj. *ita ut multa.* Mox, *ratione* deest in Monac. Verba, *locuti e. ut m. non modo*, desunt in χ. Paulo post, *ex rebus pro se* E χ ψ.—5 *Prosecutus* χ.—

NOTÆ

[c] *Mathematicorum ratione*] Ita dicta est demonstratio, seu quod aliarum disciplinarum non æque firmæ sint rationes, seu quod ea vox, *demonstratio*, *ἀπόδειξις*, a mathematicis profecta sit.

Digitized by Google

terra gignerentur, causas atque rationes, qua ex cognitione facilior facta est investigatio rerum occultissimarum.[6] Disserendique ab iisdem non dialectice solum, sed etiam oratorie præcepta sunt tradita:[7] ab Aristoteleque principe de singulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio est instituta, ut non contra omnia semper, sicut Arcesilas,[f] diceret, et tamen, ut in omnibus rebus, quicquid ex utraque parte dici posset, exprومeret:[8] 11. Cum autem tertia pars bene vivendi præcepta quæreret, ea quoque est ab iisdem non solum ad privatæ vitæ rationem,[9] sed etiam ad rerumpublicarum rectionem relata. Omnium fere civitatum, non Græciæ solum, sed etiam Barbariæ, ab Aristotele, mores, instituta, disciplinas; a Theophrasto leges etiam cognovimus. Cumque uterque eorum docuisset, qualem in republica principem esse[10] conveniret, pluribus præterea cum scripsisset, qui esset optimus reipublicæ status; hoc amplius Theophrastus, quæ essent in republica inclinationes rerum, et momenta temporum, quibus esset moderandum, utcumque res postularet. Vitæ autem degendæ[11] ratio maxime quidem illis placuit quieta, in contemplatione et cognitione posita rerum: quæ quia Deorum erat vitæ simillima, sapiente visa est dignissima, atque his de rebus et splendida est eorum et illustris oratio. v. 12. [*p*. 127.] De summo autem bono,[1] quia duo genera

6 Idem cod. *occultarum*.—7 Nonnulli codd. Oxon. *oratoria p. data sunt*. Actutum, *ab Aristotele principe* E.—8 E U ξ χ ψ, Crat. cum aliis vett. *exprimeret*.—9 Gud. 1. omittit *rationem*.—10 Ita Crat. Manut. Grut. seqq. *esse* omittunt codd. plerique, etiam E U ξ χ, Junt. et al. vett. Mox, *præterea conscripsisset* Spirens. N, Orell. probante Gœrenz.—11 *Vitæ a. eligendæ* margo Crat. probante Gœrenz.

CAP. V. 1 *De summo bono* ξ χ ψ. Statim, *unum pluraliter scriptum* χ. Tum,

NOTÆ

[f] *Sicut Arcesilas*] De cujus disputandi ratione hæc de Orat. lib. III. Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris, sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi quod aut sensibus aut animo percipi possit; quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi, aspernatum esse omne animi sensusque judicium, primumque instituisse (quanquam id fuit Socraticum maxime) non quod ipse sentiret ostendere, sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. Idem fere dictum Tuscul. II.

Digitized by Google

librorum sunt; unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν[g] appellabant; alterum limatius,[h] quod in commentariis reliquerunt; non semper idem dicere videntur: nec in summa tamen ipsa aut varietas est ulla, apud hos quidem, quos nominavi, aut inter ipsos dissensio. Sed cum beata vita[2] quæratur, idque sit unum, quod philosophia spectare et sequi debeat; sitne ea tota sita in potestate sapientis, an possit aut labefactari, aut eripi rebus adversis; in eo nonnunquam variari inter eos et dubitari videtur. Quod maxime efficit Theophrasti de beata[i] vita liber, in quo multum admodum fortunæ[3] datur. Quod si ita se habeat, non possit beatam præstare vitam[4] sapientia. Hæc mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio,[5] quam virtutis vis gravitasque postulat. Quare teneamus Aristotelem, et ejus filium Nicomachum,[k] cujus accurate scripti de moribus libri dicuntur illi quidem esse Aristotelis: sed non video, cur non potuerit patri[6] similis esse filius.

Græca vox deest in E ξ, spatio relicto. Deinde, *nec in scientia tamen* E. *nec in sententia tamen* ξ. Verba, *aut inter ipsos dissensio*, desunt in E ξ.—2 *Sed cum vita beata* edd. quædam vett. Paulo post, *sita* deest in Gud. 2. Deinde, *variari, etiam dubitari* duo codd. Oxon.—3 E ξ *fortior est*.—4 Lamb. *vitam præstare*.—5 Idem Lamb. *molliorque oratio*.—6 Lamb. *patris*, uti volebat

NOTÆ

[g] *Quod ἐξωτερικὸν*] Hoc est, *extraneum*. Illi generi exercendo vespertinum tempus dabat, posteriori matutinum; quia vero utroque tempore ambulans disserebat, illum δειλινὸν περίπατον, hunc ἑωθινὸν nuncupabat.

[h] *Alterum limatius*] Quod ἀκροατικὸν, in quo philosophia subtilior, et a vulgi intelligentia remotior, tractabatur. Ad ἐξωτερικὰ quilibet admittebatur, ad ἀκροατικὰ nonnisi ii, qui se in Aristotelis disciplinam dedissent, ut ipsa vox sonat, ἀπὸ τῶν ἀκροατῶν, *a discipulis*. Quare et personarum et materiæ ratione differebant exotericæ disputationes ab acroaticis. In exotericis, de iis quæ ad rhetoricam, ethicam, et politicam spectabant; in acroaticis, de dialecticis, physicis, et metaphysicis disserebatur. Plura apud Gell. xx. 5. et Salmasium Comment. in Epictet. et Simplicium p. 228.

[i] *Theophrasti de beata*] De eo libro mentio iterum est in Tuscul. Theophrasti autem de beata vita sententiam exposuimus in Acad. lib.

[k] *Nicomachum*] Tradit Suidas hunc de moribus libros sex scripsisse. Hinc Νικομάχεια ἠθικὰ, quæ in volumina decem divisa circumferuntur, a quibusdam Nicomacho tribuuntur; quanquam aliquot eorum volumina iisdem scripta sunt verbis, quibus et nonnulla quæ ad Eudemum extant.

Digitized by Google

Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit, firmitatis et roboris. Simus igitur[7] contenti his: 13. namque horum[8] posteri, meliores illi quidem, mea sententia, quam reliquarum philosophi disciplinarum; sed ita degenerant, ut ipsi ex se nati esse videantur. Primum Theophrasti Strato[l] physicum se voluit:[9] in quo etsi est magnus, tamen nova pleraque, et perpauca de moribus. Hujus Lysias[10][m] et oratione locuples, rebus ipsis jejunior. Concinnus[11] deinde et elegans hujus Aristo: sed ea, quæ desideratur a magno philosopho, gravitas in eo non fuit. Scripta sane et multa,[12] et polita: sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. 14. Prætereo multos, in his doctum hominem et suavem, Hieronymum: quem jam cur Peripateticum appellem, nescio. Summum enim bonum exposuit,[13] vacuitatem doloris: qui autem de summo bono dissentit, de tota philosophiæ ratione dissentit. Critolaus imitari[n] antiquos voluit:[14] et quidem est gravitate proximus, et redundat oratio. Attamen is quidem[15] in patriis institutis manet. Diodorus, ejus auditor, adjungit ad honestatem, vacuitatem doloris. Hic quoque suus est:[16] de

Brem. *cur potuerit patri* E ξ.—7 *Sumus igitur* χ ψ.—8 *Namque eorum* E. Paulo post, *degenerarant* Lamb. uti volebat Ernesti. *ut ipsi esse nati videantur* E ξ.—9 Lambinus ex codd. *physicum se esse voluit*; al. ap. Orell. *physicum esse voluit*.—10 *Hujus Lyco* Monac. probantibus Morel. et Lamb. item Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. Actutum *et* omittunt Gœrenz. Schutz. Orell. *ex oratione* U χ. *locuplex* E U.—11 *Concinnius* E χ ψ. *elegantiusque* E. *et elegantius* χ ψ. *quæ desiderantur* E.—12 *Scripta sane multa* E ξ. Mox, *non haberet* E. —13 Brem. suspic. *esse posuit*.—14 Spirens. N, Schutz. *voluit antiquos*. Mox, *sed redundat oratio* conj. Lamb.—15 *Attamen ne sic quidem* conj. Brem. *Ac tamen is quidem* suspic. Gœrenz.—16 *Hic quoque finis est* E ξ χ ψ. *de summo bono* E ξ. Paulo post, *videtur prosequi* E U ξ χ ψ.

NOTÆ

[l] *Theophrasti Strato*] Hic est Theophrasti discipulus, cui et in schola successit. De illo dictum in Acad.

[m] *Hujus Lysias*] Stratonis successor fuit, non Lysias, (hinc multi pro *Lysias* legunt *Lyco*) sed Lyco, teste Laërtio, vir eloquens, et in dicendo suavis. Unde plerique, adjecta ejus nomini litera Γ, eum *Glycona* nominabant. Lyconis fit mentio tertio Tusc.

[n] *Critolaus imitari*] Peripateticus insignis, qui Romam ab Atheniensibus missus est cum Carneade et Diogene, ut dictum est.

Digitized by Google

summoque bono dissentiens, dici vere Peripateticus non potest. Antiquorum autem sententiam[o] Antiochus noster mihi videtur persequi diligentissime: quam eandem Aristotelis fuisse et Polemonis docet. VI. 15. Facit igitur Lucius noster prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit. Hoc enim constituto in philosophia,[1] constituta sunt omnia. Nam ceteris in rebus, sive prætermissum, sive ignoratum est[2] quippiam, non plus incommodi est, quam quanti quæque earum rerum est, in quibus neglectum est aliquid. Summum autem bonum si ignoretur, vivendi rationem ignorari[3] necesse est: ex quo tantus error consequitur, ut quem in portum se recipiant, scire non possint. Cognitis autem rerum finibus, cum intelligitur, quid sit[4] et bonorum extremum et malorum, inventa vitæ via est, conformatioque omnium officiorum.

16. Est igitur, quo quidque[5] referatur:[*] ex quo (id quod omnes expetunt) beate vivendi ratio inveniri et comparari potest. [*p.* 128.] Quod quoniam in quo sit, magna dissensio est; Carneadea[6] nobis adhibenda divisio est, qua noster Antiochus libenter uti solet. Ille igitur vidit,[7] non modo quot fuissent adhuc philosophorum de summo bono, sed quot omnino esse possent sententiæ. Negabat igitur ullam[p] esse artem, quæ ipsa a se proficisceretur. Etenim semper illud extra est, quod arte comprehenditur.

[*] *Est igitur, et definitur, bonorum extremum, id quo quidque refertur.*

CAP. VI. 1 'Verba, *in philosophia,* suspecta Gœrenzio, bene defendit Schutz.' *Orell.*—2 Dav. ex uno cod. *ignoratum sit.*—3 E U ξ *ignorare.* Mox, *error sequitur* χ.—4 Gœrenz. e codd. *quod sit.* Actutum, *et* omittit E. *inventa et vitæ, &c.* e codd. Gœrenz. *confirmatioque* codd. plerique, etiam E ξ, et edd. vett.—5 *Est i. q. quodque* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—6 *Carneadia* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *Carneades n. a. divisio est* desunt in χ.—7 *Ille*

NOTÆ

[o] *Antiquorum autem sententiam*] Ea fuit, bonorum finem esse honeste vivere, fruentem rebus iis quas primas homini natura conciliat.

[p] *Negabat igitur ullam*] Carneades, qui semper infenso in Stoicos fuit animo, negabat, quod illi asserebant, artem vivendi, quæ est sapientia, in se conversam esse, seu occupari in ea materia quæ externa non esset. Negabat autem, quia ne id quidem fiat in ceteris artibus.

Digitized by Google

Nihil opus est exemplis hoc facere longius: est enim perspicuum, nullam artem[8] in se versari, sed esse aliud artem ipsam, aliud quod propositum sit arti. Quoniam igitur,[9] ut medicina valetudinis,[q] navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia; necesse est, eam quoque ab alia re esse constitutam et profectam. 17. Constitit[10] autem fere inter omnes, id, in quo prudentia versaretur, et quod assequi vellet, aptum et accommodatum naturæ esse oportere, et tale, ut ipsum per se invitaret et alliceret appetitum animi, quem ὁρμὴν Græci vocant. Quid autem sit, quod ita moveat, itaque a natura in primo ortu appetatur, non constat, deque eo est inter philosophos, cum summum bonum exquiritur, omnis dissensio. Totius enim quæstionis ejus, quæ habetur de finibus bonorum et malorum, cum quæritur, in his quid sit extremum et ultimum, fons[11] reperiendus est, in quo sint prima invitamenta naturæ. Quo invento, omnis ab eo, quasi capite, de summo bono et malo disputatio ducitur. VII. Voluptatis alii primum appetitum putant, et primam depulsionem doloris: alii censent primum ascitum, doloris vacuitatem, et primum[1] declinatum, dolorem. 18. Ab his alii, quæ[2] prima secundum naturam nominant, proficiscuntur; in quibus

igitur videt ξ χ ψ. Statim, *quod fuissent* ... *quod omnino* χ.—8 E ξ χ ψ, Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *artem ipsam*.—9 Ita e codd. Crat. Lamb. in marg. ed. 1584. Dav. seqq. *Quoniam ergo* Gud. 2. *igitur* omittunt Manut. Lamb. Paulo post, *ab aliqua re* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell.—10 *Consistit* χ. *prudentia versatur* E ξ. *esset oportere* χ. Deinde, *quod ὁρμὴν* E ξ. *quam ὁρμὴν* conj. Ernesti.—11 E *ultimus fons;* Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *quid sit e. quid ultimum, fons, &c.* Tum, *e quo sunt* Gœrenz. e codd. Verba, *in quo sint p. i. naturæ*, desunt in E ξ.

CAP. VII. 1 In plerisque codd. exciderunt verba aliquot post *ascitum*; sicque cum defectu ediderunt Junt. Crat. al. *ascitum * et primum*. Cod. Ursin. Mars. Gœrenz. Schutz. Orell. suppleverunt, *ascitum, non dolere, et primum;* Manut. Lamb. Dav. *ascitum, doloris vacuitatem, et primum*.—2 *Ab his quæ alii* Crat. *Ab his illa quæ* conj. nescio quis ap. Orell. *Alii, qui ab his proficiscuntur, quæ ... nominant, in quibus* conj. Lamb. Mox, *conservationem omnium partim* χ. Tum, *doloris vacuitatem* uncis inclusit Ernesti, delevit Orell. *ceteraque genera* E. *cetera generis* cum codd. Gœrenz. Schutz. Orell. Deinde,

NOTÆ

q *Ut medicina valetudinis*] Idem omnino habetur Ethic. Arist. lib. I. Ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυπηγικῆς γὲ πλοῖον.

Digitized by Google

numerant incolumitatem, conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, [doloris vacuitatem,] vires, pulchritudinem, ceteraque generis ejusdem; quorum similia sunt prima in animis, quasi virtutum igniculi, et semina. Ex his tribus cum unum aliquod sit, quo primum[3] natura moveatur vel ad appetendum vel ad repellendum, nec quicquam omnino, præter hæc tria, possit esse; necesse est omnino officium aut fugiendi, aut sequendi, ad eorum aliquid referri; ut illa prudentia, quam artem vitæ esse diximus, in earum trium rerum aliqua versetur, a qua totius vitæ ducat exordium. 19. Ex eo autem, quod statuerit esse, quo primum natura moveatur, existet etiam recti[4] ratio atque honesti, quæ cum uno aliquo ex tribus illis congruere possit; ut aut id honestum sit, facere omnia aut voluptatis causa, etiam si eam non consequare; aut non dolendi, etiam si id assequi nequeas; aut eorum, quæ secundum[r] naturam, adipiscendi. Ita fit, ut, quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo. Alii rursus iisdem[s] a principiis, omne officium referunt[5] aut ad voluptatem, aut

prima in causis ψ.—3 Duo codd. Oxon. *prima.* Mox, *possint esse* E. *ad eorum aliquod* cum codd. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *esse* ante *diximus* omittunt codd. aliqui ap. Orell. *in eorum ... versatur* E.—4 Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. *recti etiam.* Mox, *aliquo uno* in iisdem. *ut id honestum* ξ χ ψ, Lamb. *ut honestum* e duobus codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *non sequare* E ξ. Deinde, *quæ secundum naturam sunt, adipiscendi, etiam si non adipiscere* Orell. *quæ secundum naturam sunt, adipiscendi* Schutz. *sunt* e Spirens. N, Venet. 1494. Crat. inseruit Gœrenzius. Hæc, *etiam si non adipiscare,* sunt e cod. Stephani,

NOTÆ

[r] *Aut eorum quæ secundum*] Eorum adipiscendi: errant qui mendosum hunc loquendi modum putant: simili ferme usus est Terentius, 'novarum qui spectandi faciunt copiam.' Vide Gell. I. 6.

[s] *Alii rursus iisdem*] Varro non sex tantum, ut Cicero, sed duodecim de summo bono sententias esse posse dicebat. Cum enim ad voluptatem accedit virtus, ita accedit, ut aut præferatur, aut postponatur, aut ut juncta æquetur, ita tres existent sententiæ: præterea ex adjunctione virtutis cum primis illis principiis, quæ primigenia Varro vocabat, naturæ; atque inde rursus tres sententiæ. Denique conferri potest ea virtutis adjunctio cum doloris vacuitate, et hinc tres denuo sententiæ. Cicero autem non eas quæ esse potuerunt, sed quæ fuerunt, sententias enumerat.

Digitized by Google

ad non dolendum, aut ad prima illa secundum naturam obtinenda. 20. Expositis jam igitur[6] sex de summo bono sententiis, trium proximarum hi principes; voluptatis, Aristippus; non dolendi, Hieronymus; fruendi rebus iis,[7] quas primas secundum naturam esse diximus, Carneades, non ille quidem auctor, sed defensor, disserendi causa, fuit. [*p.* 129.] Superiores tres erant, quæ esse possent: quarum est una sola[8] [t] defensa, eaque vehementer. Nam voluptatis causa facere[9] omnia, cum, etiam si nihil consequamur, tamen ipsum illud consilium ita faciendi, per se expetendum, et honestum, et solum bonum sit, nemo dicit. Ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putavit, ne si etiam evitare posset.[10] At vero facere omnia, ut adipiscamur quæ secundum naturam sint,[11] etiam si ea non assequamur, id esse et honestum, et solum per se expetendum, et solum bonum, Stoici dicunt.

VIII. 21. Sex igitur hæ sunt simplices de summa bonorum[1] malorumque sententiæ; duæ sine patrono, quatuor defensæ: junctæ autem, et duplices expositiones summi boni, tres omnino fuerunt: nec vero plures, si penitus rerum naturam videas, esse potuerunt: nam aut voluptas adjungi potest ad honestatem, ut Calliphoni[2] Dinomachoque[u] placuit; aut doloris vacuitas, ut Diodoro; aut prima naturæ, ut antiquis: quos eosdem Academicos et Peripateticos nominamus. Sed quoniam non possunt omnia simul dici, hæc in præsentia[3] nota esse debebunt, volupta-

et ed. 1480.—5 E *referrent.*—6 Codex unus Oxon. omittit *igitur.*—7 Gœrenz. cum quibusdam vett. *rebus his.*—8 Mars. et Crat. omittunt *sola.* Statim, *ea quæ vehementer* χ.—9 *Nam v. c. facienda esse* conj. Lamb. Mox, *ut etiam si* conj. Dav. probante Lall. *cum etsi* χ. Pro *tamen* E ξ χ habent *tum.* Tum, *per se esse expetendum* ξ. *nemo dixit* Lamb.—10 E *vitare posset;* Lamb. conj. *nec si eum vitare possit.*—11 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *sunt.* Actutum *etsi ea* codd. aliquot, cum edd. vett. et Dav.

Cap. VIII. 1 E, Manut. Lamb. al. vett. *de summo bonorum.*—2 *Calliphonti* Schutz. et Orell. Cf. lib. II. § 35. *Clitomachoque placuit* Lamb.—3 Lamb. in

NOTÆ

[t] *Quarum est una sola*] Quæ finem bonorum in primis naturæ collocat.

[u] *Dinomachoque*] De illo jam dictum; monuimusque esse, qui legant *Clitomacho*, non *Dinomacho*.

Digitized by Google

tem semovendam esse; quando ad majora quædam, ut jam apparebit, nati sumus. De vacuitate doloris eadem fere dici solent, quæ de voluptate. Quoniam igitur[4] et de voluptate cum Torquato, et de honestate, in qua una omne bonum poneretur, cum Catone est disputatum; primum, quæ contra voluptatem dicta sunt, eadem fere cadunt contra vacuitatem doloris. 22. Nec vero alia sunt quærenda contra Carneadeam[5] illam sententiam: quocumque enim modo summum bonum sic exponitur, ut id vacet honestate,[6] nec officia, nec virtutes in ea ratione, nec amicitiæ constare possunt. Conjunctio autem cum honestate vel voluptatis, vel non dolendi, id ipsum honestum, quod amplecti vult, efficit turpe. Ad eas enim res[7] referre quæ agas; quarum una, si quis malo careat, in summo eum bono dicat esse; altera versetur in levissima parte naturæ; obscurantis est omnem splendorem honestatis, ne dicam inquinantis. Restant Stoici,[1] qui cum a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. Hos contra singulos dici est melius: sed nunc, quod agimus: de illis, cum volemus. 23. Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant[8] εὐθυμίαν, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ea ipsa est beata vita. Quærimus autem, non quæ sit, sed unde sit. Jam

præsenti. Statim, *quoniam ad majora* E ξ. *ut jam apparebat* χ.—4 *Quando igitur* ψ. Tota hæc periodus suspecta est Brem. uncis inclusere Gœrenz. Schutz. Orell. *est disputandum* E ξ.—5 *Carneadam* E. *Carneadiam* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—6 E *ut id volo et honestate.*—7 *Ad eas enim rationes* conj. Lamb. Mox, *dicas esse* e Gud. 2. Schutz. probante Gœrenz. *obscurantis et omnem, &c.* E ξ.—8 Codd. aliquot, etiam Spirens. Gud. 2. Mars. Gœrenz. Schutz. Orell. *appellavit;* Dav. conj. *appellat.* Voc. Græcum deest in E ξ, spatio relicto. Mox *ea* ante *ipsa* deest in Weg. delerunt Gœrenz. Schutz. Orell. *est ipsa* habent Mars. Crat. *re ipsa* conj. Dav. *vita beata* Venet. 1494.

NOTÆ

[1] *Restant Stoici*] Stoicos a veteribus Academicis et Peripateticis dogma suum arripuisse, mutatis tantum nominibus, dictum est supra. Quod quidem Zenoni Polemo exprobrare consueverat: 'Non nos latet,' inquit, 'te per hortuli fores clam irrepere, Zeno, ac decretis, quæ furaris, Punica fide tete indui.'

Digitized by Google

explosæ ejectæque[y] sententiæ Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possunt, adhibendæ omnino non fuerunt. Nam cum omnis hæc quæstio de finibus, et quasi de extremis bonorum et malorum, ab eo proficiscatur,[9] quod dicimus naturæ esse aptum et accommodatum, quodque ipsum per se primum appetatur; hoc totum et ii tollunt, qui in rebus iis, in quibus nihil quod aut honestum aut turpe sit, negant esse ullam causam, cur aliud alii anteponatur, nec inter eas res quicquam omnino putant interesse: et Herillus, si ita sensit, nihil esse bonum, præter scientiam, omnem consilii capiendi causam, inventionemque officii sustulit. Sic, exclusis sententiis reliquorum, cum præterea nulla esse possit, hæc antiquorum valeat necesse est. Ergo instituto veterum, quo etiam Stoici utuntur, hinc capiamus exordium.

IX. 24. [*p.* 130.] Omne animal se ipsum diligit, ac simul ut[1] ortum est, id agit, ut se conservet, quod hic ei primus ad omnem vitam tuendam appetitus a natura datur, se ut conservet, atque ita sit affectum, ut optime secundum naturam affectum esse possit. Hanc initio constitutionem[2] confusam habet et incertam, ut tantummodo se tueatur, qualecumque sit. Sed nec quid sit, nec quid possit, nec quid ipsius natura sit, intelligit. Cum autem processit

Gœrenz.—9 E *proficiscantur*. Actutum, *quod diximus* E χ ψ. *quod quia per se primum* alii codd. *et hi t. qui in r. his* edd. quædam vett. et Gœrenz. *nihil quod non aut honestum* ξ χ ψ. *nihil aut honestum* Lamb. probante Lall. In cod. Regio punctis notata erant voc. *quod non*.

Cap. IX. 1 Ita ex uno cod. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seqq. *ac simul et* multi codd. Junt. Crat. Gœrenz. *et simul atque* Lamb. in ed. 1566. *et simul ac* Manut. Dav. Statim, *se ut* Gud. 1. Dav. Verba, *ut se c. q. h. ei p. ad o. v. t. a. a n. datur*, desunt in uno cod. Oxon. ‘ Verba, *quod hic ei p. ad o. v. t. a. a n. datur, se ut conservet*, Davisius uncis inclusit, eademque Ernestius quoque huc aliunde translata censuit. Defendit tamen Gœrenz. modo additis parentheseos signis separentur. Mihi tamen verba *se ut conservet* insititia videntur.’ *Schutz.* Verba, *atque ita s. a. ut o. s. n. a. e. possit* suspecta sunt

NOTÆ

y *Jam explosæ ejectæque*] Locum hunc egregie illustrat alter ex Acad. lib. IV. ‘ Omitto illa quæ jam relicta videntur, et Herillum, qui in cognitione et scientia summum bonum ponit,’ &c. consule.

Digitized by Google

paulum, et quatenus quicquid se attingat, ad seque pertineat, perspicere cœpit, tum sensim incipit progredi, seseque agnoscere, et intelligere, quam ob causam habeat[3] eum, quem diximus, animi appetitum: cœptatque et ea, quæ naturæ apta sentit, appetere, et propulsare contraria. Ergo omni animali illud, quod appetit, positum est in eo quod naturæ est accommodatum. Ita finis bonorum existit, secundum naturam vivere, sic affectum, ut optime affici possit,[4] ad naturamque accommodatissime. 25. Quoniam autem sua cujusque animantis natura est, necesse est quoque, finem[5] omnium hunc esse, ut natura expleatur: nihil enim prohibet, quædam esse et inter se animalibus reliquis, et cum bestiis homini, communia, quoniam omnium est natura communis. Sed extrema illa, et summa, quæ quærimus, inter animalium genera distincta et dispertita sunt, et sua cuique propria, et ad id apta, quod cujusque natura desiderat.[6] 26. Quare cum dicimus, omnibus animalibus extremum esse, secundum naturam[7] vivere; non ita accipiendum est, quasi dicamus, unum esse omnium extremum: sed ut omnium artium[a] recte dici potest commune esse, ut in aliqua scientia versetur, scientiam autem suam cujusque artis esse; sic commune animalium omnium secundum naturam vivere, sed naturas esse diversas, ut aliud equo sit natura, aliud bovi, aliud homini, et tamen

Bremio.—2 *H. i. institutionem* Spirens. N, Monac. Crat.—3 Ita Ascens. Lamb. Dav. *habet* vulgg. Mox, *sentit apta* edd. quædam vett. item Dav. Gœrenz. Schutz. Orell.—4 Ernesti conj. *possis*.—5 Gœrenz. e codd. Spirens. N, item Schutz. Orell. *finem quoque*; Crat. *quoque omnium finem*. Statim, *natura sua expleatur* suspic. Brem.—6 Gœrenz. e codd. Spirens. et N reposuit *dispertita sint*...*desideret*; E *dispartita sunt*, &c.—7 Idem cod. *contra naturam secundum*. Paulo post, *in aliqua sententia versetur* in eodem cod. *in a. scientia versentur* χ, N, Manut. Lamb. Dav. Deinde, *animalium omnium est* Lamb. *omnium commune animalium* edd. quædam vett. *animalium commune omnium*

NOTÆ

[a] *Sed ut omnium artium*] Artis ac scientiæ nomen non eo hic sumitur sensu, quo solet in scholis, ubi variis modis τέχνη καὶ ἐπιστήμη distinguuntur. Artem impræsentia appellat Cicero comprehensionem cognitionum ad certum quendam finem spectantium, usu et exercitatione conquisitam; scientiam vero, cognitionem omnem.

Digitized by Google

in omnibus summa communis; et quidem non solum in animalibus, sed etiam in rebus omnibus iis, quas natura alit, auget, et tuetur:[8] in quibus videmus, ea, quæ gignuntur e terra, multa quodam modo efficere ipsa sibi per se, quæ ad vivendum crescendumque valeant, et suo genere perveniant ad extremum: ut jam liceat una comprehensione omnia complecti; non dubitemque[9] dicere, omnem naturam esse conservatricem sui, idque habere propositum, quasi finem, et extremum, se ut custodiat quam in optimo sui generis statu: ut necesse sit, omnium rerum, quæ natura vigeant, similem esse finem, non eundem. Ex quo intelligi debet, homini id esse in bonis ultimum, secundum naturam vivere: quod ita interpretemur, vivere ex hominis natura undique perfecta, et nihil requirente. 27. Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatius, vos ignoscetis: hujus enim ætati, et huic, nunc hoc primum[10] fortasse audienti, servire debemus. Ita prorsus, inquam: etsi ea quidem, quæ adhuc dixisti, quamvis ad ætatem recte isto modo dicerentur.[b]

X. Exposita igitur, inquit, terminatione[1] rerum expetendarum, cur ista se res ita habeat, ut dixi, deinceps demonstrandum est. Quamobrem ordiamur ab eo, quod primum[2] posui; quod idem reapse primum est, ut intelligamus, omne animal se ipsum diligere. Quod quanquam dubitationem non habet (est enim infixum in ipsa natura, comprehenditur suis[3] cujusque sensibus, sic, ut, contra si quis dicere velit, non audiatur), tamen, [*p.* 131.] ne quid prætermittamus, rationes quoque, cur hoc ita sit, afferendas puto. 28. Etsi qui potest intelligi aut cogitari, esse

[b] *Tamen ea quæ hactenus dixisti, ad quamcunque ætatem accommodata sunt.*

Venet. 1494. probante Gœrenz.—8 Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. *alit, auget, tuetur.* Paulo post, *quo ad vivendum* de Davisii conjectura Lall. Deinde, *et ut suo* suspic. Brem. Cf. Beier. ad Offic. tom. I. p. 24.—9 Gœrenz. de conjectura et Orell. *non dubitanterque;* plerique codd. Victor. Dav. *non dubitantemque.* Mox, *esse servatricem* codd. aliquot, Victor. Crat. Dav. Deinde, *in quam optimo* Crat. Lamb. Gœrenz. Orell.—10 Ald. Dav. *nunc hæc primum.*

CAP. X. 1 Codex unus Oxon. *determinatione.*—2 Cod. Steph. *quod modo.*

Digitized by Google

aliquod animal, quod se oderit? Res enim concurrent[4] contrariæ. Nam cum appetitus ille animi aliquid ad se trahere cœperit consulto, quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus: cum id sua causa faciet; et oderit se, et simul diliget: quod fieri non potest. Necesse est quidem,[5] si quis sibi ipse inimicus est, eum, quæ bona sunt, mala putare; bona contra, quæ mala; et quæ appetenda, fugere; et quæ fugienda, appetere: quæ sine dubio vitæ sunt eversio. Neque enim, si nonnulli reperiuntur, qui aut laqueos, aut alia exitia quærant, aut,[6] ut ille apud Terentium,[a] qui decrevit 'tantisper se minus injuriæ suo gnato facere, (ut ait ipse) dum fiat miser,' inimicus ipse sibi putandus est. 29. Sed alii dolore moventur, alii cupiditate: iracundia etiam multi efferuntur; et, cum in mala scientes irruunt,[7] tamen se optime sibi consulere arbitrantur: itaque dicunt, nec dubitant,

Mihi sic usus est:[b] tibi ut opus est facto, face:

velut, qui ipsi sibi bellum indixissent, cruciari dies, noctes torqueri vellent: nec vero sese[8] ipsi accusarent ob eam causam, quod sese male rebus suis consuluisse dicerent. Eorum enim hæc est[9] querela, qui sibi cari sunt, seseque diligunt. Quare, quotiescumque dicetur male de se quis[10] mereri, sibique esse inimicus atque hostis, vitam denique fugere; intelligatur aliquam subesse ejusmodi causam, ut

—3 Crat. Lamb. Gœrenz. Orell. *comprehenditurque suis.*—4 *Res e. concurrerint* Dav. e duobus codd. *Res e. occurrent* Monac.—5 *Necesse est enim* Lamb. *si quis ipse sibi* Beier. et Orell. *si quis ipsi sibi* e codd. Gœrenz. *si quis sibi ipsi* Grut. *sibi ipse* est de conjectura Ernestii. *inimicus est ea quæ* Mars.—6 Dav. *aut* uncis inclusit. Mox, *suo nato* Victor. Lamb.—7 Ita e codd. Crat. Victor. Grut. seqq. *ruunt* Manut. Lamb. Actutum, *tum se* e tribus codd. Gœrenz. et Orell. Deinde, *nec dubitanter* conj. Orell.—8 Lamb. *nec vero se.* Statim, *quod se male* Crat. Victor. Dav. *suis rebus* Crat. Gœrenz. Orell.—9 Ita Dav. *est hæc* Crat. Victor. Manut. Lamb. Gœrenz. Orell.—10 Spirens.

NOTÆ

[a] *Ille apud Terentium*] Menedemus, qui ejectum filium deflet in Heautontimorumeno I. 2. 'Agrum hunc mercatus sum; hic me exerceo. Decrevi tantisper me minus injuriæ, Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser; Nec fas esse ulla me voluptate hic frui, Nisi ubi ille huc salvus redierit meus particeps.'

[b] *Mihi sic usus est*]. Est hoc carmen excerptum ex prædicto loco Terentii.

Digitized by Google

ex eo ipso possit intelligi, sibi quemque esse carum. 30. Nec vero id satis est,[11] neminem esse, qui ipse se oderit: sed illud quoque intelligendum est, neminem esse, qui, quo modo se habeat, nihil sua censeat[c] interesse. Tolletur enim appetitus animi, si, ut in iis rebus, inter quas nihil interest, neutram in partem propensiores simus,[12] item in nobismetipsis, quemadmodum affecti simus, nihil nostra arbitrabimur interesse. XI. Atque etiam illud, si quis dicere velit, perabsurdum sit: ita diligi a sese quemque,[1] ut ea vis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum, qui sese diligat. Hoc cum in amicitiis, cum in officiis, cum in virtutibus dicitur, quomodocumque dicitur, intelligi tamen quid dicatur, potest: in nobis autem ipsis ne intelligi quidem, ut propter aliam quampiam rem, (verbi gratia, propter voluptatem) nos amemus:[2] propter nos enim illam, non propter eam nosmetipsos diligimus. 31. Quanquam quid est, quod magis perspicuum sit, non modo[3] carum sibi quemque, verum etiam vehementer carum esse? quis est enim, aut quotus quisque, cui, mors cum appropinquet,

Non[4] refugiat timido[d] sanguen,[e] atque exalbescat metu?

et N *quis de se*. Paulo post, *intelligi possit* Gœrenz. Schutz. Orell.—11 Codd. aliquot, Crat. Victor. Dav. Orell. *satis est id;* Gœrenz. cum Weg. delevit *id*. Statim, *est* post *intelligendum* omittit Spirens. probante Gœrenz.—12 Lamb. Dav. Gœrenz. *sumus*. Statim, *affecti sumus* e codd. Gœrenz.

CAP. XI. 1 Manut. Lamb. *quenquam*. Paulo post, *qui se diligat* Mars.—2 Ita e conjectura Manut. Grut. Dav. *in nobismet autem, &c.* Orell. *in nobismet autem ipsis intelligi qui potest, quod propter, &c.* Mars. *in nobismet autem ipsis intelligi quidem propter aliam quampiam rem ... nos amemus* codd. cum Junt. Crat. Victor. *in nobis ipsis autem intelligi qui potest, ut ... amemus* Lamb.—3 Manut. Lamb. *quam non modo*.—4 'Ennius, ut ex Orat. III. 59. patet, scripserat *Quin refugiat, &c.* Ergo particulam *non* Gœrenzius non, ut vulgo, versiculo præposuit, sed ad Ciceronis verba retraxit.' *Schutz.* Ita

NOTÆ

[c] *Nihil sua censeat*] Contra Pyrrhonios.

[d] *Non refugiat timido*] Citatur idem versus de Orat. lib. III. At cujus sit non suspicor.

[e] *Sanguen*] Pro 'sanguis,' vox antiqua: apud veteres tamen frequentius 'sanguen' dicebatur. 'Sanguineus,' genus fruticis, sanguinei coloris, de quo Plin. XVIII. 18. et Macrob. Saturn. I. 16.

Digitized by Google

Etsi hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere: quod item est reprehendendum in dolore. Sed quia fere sic afficiuntur omnes, satis argumenti est, ab interitu naturam[5] abhorrere: idque quo magis quidam ita faciunt, ut jure etiam reprehendantur, hoc magis intelligendum est, hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura. Nec vero dico eorum metum mortis, qui, quia privari se vitæ bonis arbitrentur, aut quia quasdam post mortem formidines extimescant, aut si metuant, ne cum dolore moriantur, idcirco mortem fugiant: in parvis[6] enim sæpe, qui nihil eorum cogitant, si quando his ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimescunt. Quinetiam feræ, inquit Pacuvius,[7] [*p*. 132.]

Quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia,

sibi injecto terrore mortis horrescunt. 32. Quis autem de ipso sapiente aliter existimat, quin, etiam[8] cum decreverit esse moriendum, tamen discessu a suis, atque ipsa relinquenda luce moveatur? Maxime autem in hoc quidem genere vis est perspicua naturæ, cum et mendicitatem multi perpetiantur,[9] ut vivant; et angantur appropinquatione mortis confecti homines senectute; et ea perferant, quæ Philoctetam videmus[f] in fabulis; qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum:

Configebat[10] tardus[g] celeres, stans volantes,

ut apud Attium est,

---

quoque Orell.—5 Codd. aliquot omittunt *naturam*.—6 Lamb. *parvi*, ut volebat Dav. *in parvis e. s. q. n. e. cogitant* desunt in E ξ. *quia nihil* U. *his l. minantur* E.—7 Schutz. delevit *inquit Pacuvius*. Actutum, voc. *quibus* ad Ciceronis verba retraxerunt Brem. et Orell. Deinde, *sibi* omittunt Spirens. et N. *Terrore mortis injecto horrescunt sibi* in marg. libri cujusdam scriptum reperit Verburg.—8 Mars. Junt. Crat. Gœrenz. Schutz. Orell. *qui etiam*.—9 Codex unus Oxon. *perpetrantur*. Statim, *ut ea proferant* E. Tum, *in tabulis* ξ.—10 *Confugiebat* E. *aucupio. Sagitta configebat* conj. Dav. *stans volatiles*

NOTÆ

[f] *Philoctetam videmus*] Socium Herculis, ejusque sagittarum hæredem. De illo, ejusque doloribus plura Tuscul. lib. II.

[g] *Configebat tardus*] Hunc locum sic restituit Scaliger: *Configo tardus*

Digitized by Google

Pinnarumque[11] contextu corpori tegumenta faciebat. 33. De hominum genere, aut omnino de animalium, loquor; cum arborum et stirpium eadem pæne natura sit: sive (ut[12] doctissimis viris[h] visum est) major aliqua causa atque divinior hanc vim ingenuit; sive hoc ita fit fortuito.[i] Videamus[13] ea, quæ terra gignit, corticibus et radicibus valida servari; quod contingit animalibus sensuum distributione, et quadam compactione membrorum. Qua quidem de re, quanquam assentior iis qui hæc omnia regi natura putant, quæ si natura negligat, ipsa esse non possint; tamen[14] concedo, ut, qui de hoc dissentiunt, existiment quod velint, ac vel hoc intelligant, si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me: nihil enim hoc differt: nam prius poterit a se[15] quisque discedere, quam appetitum earum rerum, quæ sibi conducant, amittere. Jure igitur gravissimi philosophi initium summi boni a natura petiverunt, et illum appetitum rerum ad naturam[16] accommodatarum, ingeneratum putaverunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua se ipsi diligunt.

XII. 34. Deinceps videndum est, quoniam satis apertum est,[1] sibi quemque natura esse carum, quæ sit hominis

de Scaligeri sententia Lamb.—11 *Pennarumque* E U ψ. Victor. Lamb. *Pennarum quoque* χ. Attii versus ita constituit Hermannus de Philoct. p. 10. *Vitam sagittarum aucupio propaginat. Configit tardus celeres, stans volatiles. Pro veste pinnis membra textis contegit.* Tertium servavit Fragm. Censorino subjectum c. 14. ubi est *contegit*, non *obtegit*, ut ait Gœrenz.—12 Codd. optt. etiam Monac. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *sive enim, ut.* Mox, *fortuito* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—13 *Videmus* e codd. Mars. Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell.—14 Lamb. *ita tamen.* Statim, *vel existiment* Lamb. et Lall. *ac* omittunt iidem. Deinde, *nihil enim differt* cum codd. Crat. Gœrenz. Schutz. Orell.—15 E codd. etiam Vienn. Crat. Victor. Gœrenz. Schutz. Orell. *a se poterit.*—16 Ita codd. plurimi, etiam Monac. item Manut. seqq. *a natura* cod. Stephani, E ξ χ ψ, Crat. *ad naturam* omittunt Gud. 2. Victor. Mox, *quia continentur* conj. Dav. *qui se ipsi* ψ.

CAP. XII. 1 Codex unus Oxon. *aptum est.* Tum, *esse eorum, quæ sunt* E.

NOTÆ

celeres, stans volantes, Pro veste pennis membra textis contegens.

[h] *Ut doctissimis viris*] Academicis veteribus, Peripateticis, Stoicis, qui providentiam admittebant.

[i] *Ita fit fortuito*] Ut sentiebant Epicurei, aliique pauci, qui rerum ortus et progressiones temere existere docebant.

Digitized by Google

natura: id est enim, de quo quærimus. Atqui perspicuum est, hominem e corpore animoque constare,[k] cum primæ sint animi partes, secundæ corporis. Deinde[2] id quoque videmus, et ita figuratum corpus, ut excellat aliis, animumque ita constitutum, ut et sensibus instructus sit, et habeat præstantiam mentis, cui tota hominis natura pareat, in qua sit mirabilis quædam vis rationis, et cognitionis, et scientiæ, virtutumque omnium. Nam quæ[3] corporis sunt, ea nec auctoritatem cum animi partibus comparandam, et cognitionem habent faciliorem. Itaque ab his ordiamur. 35. Corporis igitur nostri partes,[l] totaque figura, et forma, et statura, quam apta ad naturam sit, apparet: neque est dubium,[4] quin frons, oculi, aures, et reliquæ partes, quales propriæ sunt hominis, intelligatur. Sed certe opus est ea valere, et vigere, et[5] naturales motus ususque habere, ut nec absit quid eorum, nec ægrum, debilitatumve sit: id enim natura desiderat. Est etiam actio[6] quædam corporis, quæ motus, et status naturæ congruentes tenet; in quibus si peccetur distortione, et depravatione quadam, aut motu, statuve deformi, ut, si aut manibus ingrediatur quis, aut non ante, sed retro; fugere plane se ipse, et hominem ex homine exuens naturam

—2 *Dein* E. *Denique* χ ψ. Mox, *videmus esse ita* conj. Dav. *videmus, ita* Lamb.—3 *Namque quæ* ψ.—4 Codd. aliquot *neque enim dubium*, probante Gœrenz. Mox, *propriæ sint* E, et edd. quædam vett. probante Matthiæ: *quam propriæ sint* conj. Nissenius, probante Schutz.—5 E U ξ χ, et Grut. omittunt *et*. Mox, *ut ne absit* E. *debilitatumque sit* E ξ.—6 *Est enim actio* U χ ψ, Crat. Victor. Manut. Lamb. *Est autem actio etiam* Monac. Spirens. N. *congruentis* ψ. Statim, *ac motu* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. Deinde, *et exuens hominem ex homine* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *se ipsa ... exuens*

NOTÆ

[k] *E corpore animoque constare*] Contra quorundam opinionem, qui animam solam hominem esse arbitrantur, ita ut corpus illi esset, ut equus equiti. Quos et hic Cicero, et Varro, ex Antiochi sententia, cujus discipulus cum Cicerone fuit, refellit apud Augustin. de Civit. Dei, lib. XIX.

[l] *Corporis igitur nostri partes*] Hanc argumentationem a corpore desumtam prolixe tractat de Nat. Deor. lib. II. excerptam forte aut e Timæo Platonis, aut ex Arist. περὶ ζώων μορίων, lib. II. ubi multa in eam rem præclare.

Digitized by Google

odisse videatur. Quamobrem etiam sessiones[7] quædam, et flexi fractique motus, quales protervorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt: ut, etiam si animi vitio id eveniat, tamen in corpore immutari hominis natura videatur. 36. [*p.* 133.] Itaque, e contrario, moderati æquabilesque habitus, affectiones,[8] ususque corporis, apta esse ad naturam videntur. Jam vero animus[9] non esse solum, sed etiam cujusdam modi debet esse, ut et omnes partes habeat incolumes, et de virtutibus nulla desit. Atqui[10] in sensibus est sua cujusque virtus, ut ne quid impediat, quominus suo sensus quisque munere fungatur in iis rebus celeriter expediteque percipiendis, quæ subjectæ sunt sensibus. XIII. Animi autem, et ejus animi partis, quæ princeps est, quæque mens nominatur, plures sunt virtutes, sed duo prima genera;[m] unum earum, quæ ingenerantur suapte natura, appellanturque non voluntariæ; alterum earum,[1] quæ in voluntate positæ, magis proprio nomine appellari solent; quarum est excellens in animorum laude præstantia. Prioris generis est docilitas, memoria; quæ fere omnia appellantur uno ingenii nomine: easque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. Alterum autem genus[2] est magnarum verarumque virtutum, quas appellamus

natura ξ.—7 *Quamobrem et sessiones* E ξ. Mox, *etiam si in a. vitio adveniat* E ξ. —8 Manut. *effectiones ;* E *affectionesque usus corporis, &c.* Statim, *apti esse* cum codd. aliquot, etiam Monac. Dav.—9 *Jam vero animum* E.—10 *Atque* Spirens. N. *sensus quique minime fungatur* E ξ. *in his rebus* Victor.

Cap. XIII. 1 Dav. e codd. *alterum autem earum.* Actutum, *quæ in voluptate* E ξ χ. Tum, *proprie eo nomine appellari* suspic. Dav. *proprio nomine virtutes appellari* e conjectura sua edidit Schutz.—2 *Alterum genus* E ξ. Mox, *et*

NOTÆ

[m] *Duo prima genera*] Aliam divisionem partium animi afferunt Plato et Aristoteles. Plato quidem de Rep. lib. I. cujus tres esse partes ait: 1. in qua est ratio; 2. in qua irarum ardor; 3. in qua cupiditas. Aristoteles vero duas esse animi partes putat, rationis alteram participem, expertem alteram: rursus, ejus, in qua sit ratio, duas esse partes; quarum altera res eas contempletur, quæ aliter atque aliter evenire non possunt; alteram in iis, quæ hoc et illo modo contingunt; illam ἐπιστημονικὸν, quod in ea sedes scientiæ sit; hanc λογιστικὸν, quod ea deliberationem ineamus, appellat. Quanquam, et divisionem suam Cicero videtur hausisse ex primo Magnorum Moral.

Digitized by Google

voluntarias, ut prudentiam, temperantiam, fortitudinem, justitiam, et reliquas ejusdem generis. Et summatim quidem hæc erant de corpore animoque dicenda; quibus quasi informatum est, quod[3] hominis natura postulet. 37. Ex quo perspicuum est, quoniam ipsi a nobis diligamur, omniaque et in animo et in corpore perfecta velimus esse, ea nobis ipsa cara esse propter se, et in iis esse[4] ad bene vivendum momenta maxima. Nam cui[5] proposita sit conservatio sui, necesse est huic partes quoque sui caras esse, carioresque, quo perfectiores sint, et magis in suo genere laudabiles; ea enim vita expetitur, quæ sit animi corporisque expleta virtutibus: in eoque summum bonum poni necesse est, quandoquidem id tale esse debet, ut rerum expetendarum sit extremum. Quo cognito, dubitari non potest, quin, cum ipsi homines sibi sint per se, et sua sponte cari, partes quoque et corporis, et animi, et earum rerum quæ sunt in utriusque motu et statu, sua caritate[6] colantur, et per se ipsæ appetantur. 38. Quibus expositis, facilis est conjectura, ea maxime esse expetenda ex nostris, quæ plurimum habent[7] dignitatis: ut optimæ cujusque partis, quæ per se expetatur, virtus sit expetenda maxime. Ita fiet,[8] ut animi virtus corporis virtuti anteponatur, animique virtutes non voluntarias vincant virtutes voluntariæ: quæ quidem proprie virtutes appellantur, multumque excellunt, propterea quod ex ratione gignuntur; qua nihil est in homine divinius. Etenim omnium rerum, quas[9] et creat natura et tuetur, quæ aut sine animo sunt, aut non multo secus, earum summum bonum in corpore est; ut non inscite illud[a] dictum videatur in sue, animam illi pecudi datam pro sale, ne putisceret.

prudentiam E.—3 Brem. conj. *quid.*—4 Ita Manut. Lamb. Grut. Dav. *et in his esse* Gœrenz. Schutz. Orell.—5 *Nam cum* χ. Paulo post, *in eo summum* idem codex: *quoniam quidem id* E ξ.—6 Spirens. et N *sua et caritate.*—7 Ernesti conj. *habeant.*—8 *Ita fit* codex unus Davisii. Statim, *virtus* deest in χ ψ. Paulo post, *ex ratione gignuntur* E. *quia nihil* E ξ.—9 *Est enim*

NOTÆ

[a] *Ut non inscite illud*] Dictum illud Chrysippo tribuitur de Nat. Deor. lib. II. meminit quoque Varro de Re Rustica, lib. II.

Digitized by Google

XIV. Sunt autem bestiæ quædam,[c] in quibus inest aliquid simile virtutis, ut in leonibus, ut in canibus, ut in equis;[1] in quibus non corporum solum, ut in suibus, sed etiam animorum aliqua ex parte motus quosdam videmus. In homine autem summa omnis animi est, et in animo, rationis;[a] ex qua virtus est, quæ rationis absolutio definitur; quam etiam atque etiam explicandam[2] putant. 39. Earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam et perfectio est, non dissimilis animantium. Itaque et vivere vitem, et mori dicimus; arboremque et novellam,[3] et vetulam, et vigere, et senescere. [p. 184.] Ex quo non est alienum, ut animantibus, sic illis et apta quædam ad naturam aptare,[4] et aliena; earumque augendarum et alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, ut, quo natura ferat, eo possint ire;[5] ut ipsæ vites, si loqui possint, ita se tractandas tuendasque esse fateantur. Et nunc quidem, quod eam tuetur, ut de vite potissimum loquar, est id extrinsecus: in ipsa enim parum magna vis est, ut quam optime se habere possit, si nulla cultura adhibeatur. 40. At vero si ad vitem sensus accesserit, ut appetitum quendam habeat, et per se ipsa[6]

[a] *In homine autem quod præcipuas partes tenet, animus est; et in animo, ratio.*

omnium, quas E ξ. Mox, *sunt* est e conjectura Ernesti; alii habent *sint*. Cod. Stephani, E U χ ψ, Victor. omittunt *non* ante *multo*. Tum, *eorum summum* E ξ χ. *animum i. p. datum* E U ξ χ ψ. *animum ... datum ... putrescere* alii codd. et edd. ante Grut. item Dav. et Lall.

CAP. XIV. 1 Nonnulli codd. etiam E U ξ, Crat. Gœrenz. Schutz. Orell. *ut in l. in canibus, in equis*; χ *ut in l. et in c. in equis*; alii codd. et Victor. *ut in l. ut in c. in equis*.—2 Dav. cum quibusdam codd. *quæ e. a. e. explicanda*.—3 E ξ *dicimus arborem: quia et novellam*. Mox, *et vigere, et senescere* omnes codd. et edd. præter Ern. in qua legitur *et vivere* errore typogr.—4 Ita codd. aliquot, Crat. Victor. Manut. Grut. Davis. *putare* margo Crat. probante Morelio, item Lamb. Gœrenz. Schutz. Dav. *amputareque* E U ξ χ ψ. *aptare et aliena amputare* Manut. uti conjectabat Lall.—5 Ita de Davisii conjectura primus edidit Ernesti, eumque secuti sunt Gœrenz. Schutz. Orell. *possit ire* ceteri; *feratur, possit ire* conj. Ernesti. Statim, *si loqui possent* codd. aliquot, Victor. Dav. *ita se t. tutandasque* Vindob.—6 Codd. aliquot,

NOTÆ

[c] *Sunt autem bestiæ quædam*] Transtulit hæc Cicero ex Hist. Animal. lib. IX. et X.

Digitized by Google

moveatur, quid facturam putas? an ea, quæ per vinitorem antea consequebatur, et per se ipsa curabit? Sed videsne accessuram ei curam, ut sensus quoque suos, eorumque omnium[7] appetitum, et, si qua sint ei membra adjuncta, tueatur? Sic ad illa quæ semper habuit, junget ea[8] quæ postea accesserint: nec eundem finem habebit, quem cultor ejus habebat: sed volet secundum eam naturam, quæ postea ei adjuncta sit, vivere. Ita similis erit et finis boni,[9] atque antea fuerat, nec idem tamen: non enim jam stirpis bonum quæret, sed animalis. Quod si[10] non sensus modo ei sit datus, verum etiam animus hominis, non necesse est et illa pristina manere, ut tuenda? et inter hæc multo esse cariora, quæ accesserint? animique optimam quamque partem carissimam? in eaque expletione naturæ summi boni finem consistere, cum longe multumque præstet mens atque ratio? Sic et extremum[11] omnium appetendorum, atque ductum a prima commendatione[p] naturæ, multis gradibus ascendit, ut ad summum perveniret; quod cumulatur[q] ex integritate corporis, et ex mentis ratione perfecta.

etiam ξ χ, Gœrenz. Schutz. Orell. *ipsam*. Mox, *per se ipsam*, omisso *et*, codd. aliquot, Venet. 1494. Ascens. Manut. Lamb. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *ipsa* soli Crat. et Ernesti.—7 Monac. Spirens. N *eorumque omnem*, probante Orell. Mox, *si qua sunt* Gud. 2. Manut. Lamb. *ei adjuncta membra* Crat. *membra* delevit Gœrenz. e conjectura.—8 Codex unus Oxon. *jungit ea*. Tum, *finem habebat* U. *quem c. e. habebat* desunt in E U ξ χ.—9 *Ita similis erit ei finis boni* Gœrenz. e conjectura, et Orell. *Ita similis erit et f. b.* Crat. Vict. Grut. Schutz. *Ita similis erit f. b.* Manut. Lamb. *Ita et similis erit f. b.* e codd. Dav. *Ita et s. erit et f. b.* Ernesti errore typogr. *neque idem tamen* Victor. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell.—10 *Quid? si* e codd. Spirens. N, et Gœrenz. improbante Orell. Statim, *verum etiam animus, et animus hominis* cod. Steph. et Vict. Deinde, *ut tuenda sint, et hæc multo* Orell. e codd. Spir. et N. *ut tuenda; et inter hæc multo* Crat. Victor. Grut. seqq. *ut tuenda, sit, et inter hæc multo* Lamb. Denique, *naturæ summum* codd. aliquot, etiam E ξ.—11 *Sicque extremum* Spirens. *Sitque extimum* N. *et* delendum censet Gœrenz. uncis inclusit Orell. Mox, *atque* omittit Lamb. probante Ernesti. *a prima commutatione* codd. aliquot; *a prima communitate* ξ χ ψ, alii codd. Victor. Manut. Dav.

NOTÆ

[p] *A prima commendatione* [*communitate*] Lambinus legit *a prima commendatione naturæ*, quanquam, 'invitis,' inquit, 'omnibus manuscriptis.' 'Ea de commendatione' sæpe jam dictum.

[q] *Quod cumulatur*] In quo autem sita esset integritas corporis, et men-

Digitized by Google

XV. 41. Cum igitur ea sit, quam exposui, forma naturæ; si, ut initio dixi, simul atque ortus esset, se quisque[1] cognosceret, judicareque posset, quæ vis et totius esset naturæ et partium singularum, continuo videret, quid esset hoc, quod quærimus, omnium rerum, quas expetimus, summum et ultimum: nec ulla in re peccare posset. Nunc vero a primo quidem mirabiliter occulta natura est,[2] nec perspici nec cognosci potest: progredientibus autem ætatibus, sensim, tardeve potius quasi nosmetipsos cognoscimus. Itaque illa prima commendatio, quæ a natura nostri facta est, nobis obscura et incerta est:[3] primusque appetitus ille animi tantum agit, ut salvi atque integri esse possimus. Cum autem dispicere cœpimus,[4] et sentire, quid simus, et quid animantibus ceteris differamus, tum ea sequi incipimus, ad quæ nati sumus. 42. Quam similitudinem videmus in bestiis, quæ primo, in quo loco natæ sunt, ex eo se non commovent: deinde suo quæque appetitu movetur:[5] serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves, nepas aculeis:[r] suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem. Quæ similitudo in genere etiam humano apparet. Parvi enim primo[6] ortu sic jacent, tanquam omnino sine animo sint: cum autem paulum firmitatis accesserit, et animo utuntur,

CAP. XV. 1 Gœrenz. *si quisque.* Actutum, *judicare quin posset* E.—2 *Nec vero quod mirabiliter occulta n. est* Monac.—3 Nonnulli codd. Mars. Crat. Victor. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *facta est nobis, incerta et obscura est.* ψ omittit *facta.* Mox, *tantum id agit* conj. Ernesti, probante Brem.—4 Ita codd. Regg. Lall. Orell. *cœperimus* Victor. Lamb. Dav. Gœrenz. Statim, *ab animantibus* Manut. Lamb.—5 Dav. e tribus codd. *moventur.* Mox, pro *nepas*, quod servant multi codd. cum Nonio, item Victor. Lamb. in marg. ed. 1584. Dav. seqq. *vespas* exhibent E U ξ χ ψ, Manut. et Lamb. in ed. 1566.—6 *Parvi primo* E ξ. Paulo post, *et manibus utuntur* Weg. Junt. Crat. Lamb. Orell. uti volebat Brem. Tum, *libenterque cum his congregantur d. se ad illudendum* E ξ. *ipsi superant alios glorificari* in iisdem codd. Denique, *ani-*

NOTÆ

tis ratio perfecta, dictum est lib. I. 'Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus,' &c.

[r] *Nepas aculeis*] Nepam, ait Nonius, quidam cancrum putant, ob illud Plauti, 'Retroversum cedam, imitabor nepam.' Sed scorpius est, ut ex loco Arati, quem Cic. de Nat. Deor. lib. II. ita vertit: 'Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram.' Sunt qui legant *vespas* pro *nepas*. Ita Muretus.

Digitized by Google

et sensibus; connituntarque, ut sese erigant, et manibus utantur; et eos agnoscunt, a quibus educantur: deinde æqualibus delectantur, libenterque se cum his congregant, dantque se ad ludendum: fabellarumque auditione ducuntur: deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt: animadvertuntque ea, quæ domi fiunt, curiosius, [*p.* 135.] incipiuntque commentari aliquid, et discere: et eorum, quos vident, volunt non ignorare[7] nomina; quibusque rebus cum æqualibus decertant, si vincunt, efferunt se lætitia; victi debilitantur, animosque demittunt: quorum sine causa fieri nihil putandum est. 43. Est enim natura sic generata vis[8] hominis, ut ad omnem virtutem percipiendam facta videatur: ob eamque causam parvi virtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina moventur. Sunt enim prima elementa naturæ; quibus auctis,[9] virtutis quasi carmen efficitur: nam cum ita nati factique simus, ut et agendi aliquid, et diligendi aliquos, et liberalitatis, et referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, atque ad scientiam, prudentiam, fortitudinemque[10] aptos animos haberemus, a contrariisque rebus alienos; non sine causa eas, quas dixi, in pueris virtutum quasi scintillulas videmus, e quibus accendi philosophi ratio debet, ut eam, quasi Deum, ducem subsequens, ad naturæ perveniat extremum. Nam, ut sæpe jam dixi, in infirma ætate, imbecillaque mente, vis naturæ per caliginem[11] cernitur. Cum autem progrediens confirmatur animus, agnoscit ille quidem[12] naturæ vim, sed ita, ut progredi possit longius, per se sit tamen inchoata. XVI. 44. Intrandum est igitur in rerum naturam, et penitus, quid ea postulet, pervidendum.[1] Aliter enim nosmetipsos nosse

---

madverttunt ea quæ domi sunt duo codd. Oxon.—7 Mars. *nolunt ignorare.* Idem mox, *de rebus*, probantibus Dav. et Ernesti. Deinde, *si vicerint* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. uti conjectabat Ernesti.—8 Voc. *vis* delendum censebat Dav. probante Ernesti.—9 Monac. *actis.* Pro *carmen* J. F. Gronov. conj. *germen;* Dav. *cacumen;* Nissenius *lumen.*—10 Spirens. N, Gud. 2. Weg. Gœrenz. Schutz. Orell. *fortitudinem.* Paulo post, *ut naturam, quasi Deum* conj. Beier. Offic. tom. I. p. 301. *ad n. subveniat* ξ.—11 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *quasi per caliginem.*—12 Victor. *quidem ille.*

Digitized by Google

non possumus. Quod præceptum quia majus erat, quam ut ab homine videretur,[2] idcirco assignatum est Deo.[s] Jubet igitur nos Pythius Apollo[t] noscere nosmetipsos. Cognitio autem hæc est una, ut vim[3] nostri corporis animique norimus, sequamurque eam vitam, quæ rebus ipsis perfruatur. Quoniam autem is animi[4] appetitus a principio fuit, ut ea, quæ dixi, quam perfectissima a natura haberemus; confitendum est, cum id adepti simus, quod appetitum sit, in eo quasi ultimo consistere naturam, atque id esse summum bonum: quod certe universum sua sponte ipsum expeti, et propter se, necesse est, quoniam ante demonstratum est, etiam singulas ejus partes esse per se expetendas.
45. In enumerandis autem corporis commodis siquis prætermissam a nobis voluptatem putabit, in aliud tempus quæstio[5] differatur. Utrum enim sit voluptas[u] in iis rebus, quas primas secundum naturam esse diximus, necne sit, ad id, quod agimus, nihil interest. Si enim (ut mihi quidem videtur) non explet[6] bona naturæ voluptas, jure prætermissa est: sin est in ea, quod quidam volunt, nihil impedit nostram hanc comprehensionem summi boni. Quæ

Cap. xvi. 1 Codex unus Oxon. *providendum*.—2 Bentl. conj. *ederetur*; Dav. suspic. *traderetur*; Ernesti malit *natum*, vel *ortum videretur*.—3 E ξ *ut cum vim*. Mox, *rebus* delendum censebat Brem. *ipsis perficiatur* multi codd. etiam E U ξ χ ψ.—4 *Q. a. his animus* χ. *perfectissima natura* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell.—5 Spirens. N, Crat. Orell. *ea quæstio*.—6 *Si enim est … nec explet* de Gœrenzii conjectura Schutz. Verba, *Si enim … prætermissa est*, desunt in E ξ. Mox, *sin est inter ea, quod* conj. Brem. *sin est in eis, quod* suspic. Dav. *si non est, quod* de Gœrenzii conjectura Schutz. Deinde, *nihil impedit veram hanc esse nostram, &c.* vel, *nihil impedit veram hanc esse comp.*

NOTÆ

[s] *Assignatum est Deo*] Ex quo illud Juvenal. 'Cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν.' Qua vero occasione ab Apolline Pythio prolatum sit, dicetur Tusc. lib. I.

[t] *Pythius Apollo*] Hoc dictum alii aliis tribuunt; Ovidius ad Pythagoram auctorem refert; sunt qui Homero tribuant; Diogenes Thaleti tribuit. Ut ut sit, constat unum illud fuisse ex apophthegmatibus, quæ pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inscripta sunt, teste Platone in Charmide.

[u] *Utrum enim sit voluptas*] Plato asserebat, Stoici negabant; sed voluptatem posterum quiddam esse et consequens: naturam enim, cum quæ sibi salutaria sunt, adepta sit, hilarari quodammodo; hincque voluptatem nasci.

Digitized by Google

enim constituta sunt prima naturæ, ad ea si voluptas accesserit, unum aliquod accesserit[x] commodum corporis; neque eam constitutionem summi boni, quæ est proposita,[7] mutaverit.

XVII. 46. Et adhuc quidem ita nobis progressa ratio est, ut ea duceretur[1] omnis a prima commendatione naturæ. Nunc autem aliud jam argumentandi sequamur genus, ut non solum quia nos diligamus, sed quia cujusque partis naturæ et in corpore et in animo sua quæque[2] vis sit, idcirco in his rebus summa nostra sponte moveamur. Atque ut a corpore ordiar, videsne, ut, si qua[3] in membris prava, aut debilitata, aut imminuta sint, occultent homines? ut etiam contendant, et elaborent, si efficere possint, ut aut non appareat corporis vitium, aut quam minimum appareat? multosque etiam dolores curationis[y] causa[4] perferant? ut, [p. 136.] si ipse usus membrorum non modo non major, verum etiam minor futurus sit, eorum tamen species ad naturam revertatur: etenim cum omnes natura totos se expetendos putent, nec id ob aliam rem, sed propter ipsos; necesse est ejus etiam partes propter se expeti, quod universum propter se expetatur. 47. Quid?[5] in motu, et in statu corporis nihilne est, quod animadvertendum esse ipsa natura judicet? quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui vultus in quoque sit: nihilne est in his rebus, quod dignum libero, aut indignum esse

Gœrenz. e vestigiis codd. *nihil impendit* χ.—7 Victor. *præposita.*

CAP. XVII. 1 E ξ *ut adduceretur.*—2 Brem. suspic. *sua cujusque;* Ernesti conj. *sua quædam.* Actutum, *vis fit* ψ. *vis est* χ, Oliv. *summa* delevit Lamb. probantibus Ernesti et Brem. *summe* Brutus.—3 Gœrenz. e codd. *si quæ.* Paulo post, *et laborent* cod. Stephani, E ξ. *se efficere* E.—4 Gœrenz. tacite, *curationis causa dolores.* E *proferant.*—5 *Quod* multi codd. etiam E U ξ χ ψ, Crat. Victor. *et statu,* omisso *in,* Lamb. *nihil inest* codd. optt. etiam Monac. χ ψ, Manut. Gœrenz. Schutz. Orell. *nihil non inest* E. *nihil non est* U ξ, Victor. *nihil interest* Crat. *Quid? in motu . . . indicet* uncis incluait

NOTÆ

[x] *Unum aliquod accesserit*] Vides voluptatem hic intelligi eam, quæ sensu et corpore percipitur, non animo.

[y] *Multosque etiam dolores curationis*] Qualis fuit C. Marius, qui cum varices secarentur, acrem doloris morsum sic pertulit, ut ligari se vetuerit.

ducamus? Nonne odio dignos multos[6] putamus, qui quodam motu aut statu videntur naturæ legem et modum contemsisse? Et, quoniam hæc deducuntur[7] de corpore, quid est, cur non recte pulchritudo etiam ipsa propter se expetenda ducatur? Nam si pravitatem imminutionemque corporis,[8] propter se fugiendam putamus; cur non etiam, ac fortasse magis, propter se formæ dignitatem sequamur? Et, si turpitudinem fugimus[9] in statu et motu corporis; quid est, cur pulchritudinem non sequamur? atque etiam valetudinem, vires, vacuitatem doloris, non propter utilitatem solum, sed etiam ipsas propter se expetemus: quoniam enim natura suis omnibus expleri partibus vult, hunc statum corporis per se ipsum expetit, qui est maxime e natura; quæ tota perturbatur, si aut ægrum corpus est, aut dolet, aut caret viribus. XVIII. 48. Videamus animi partes, quarum est aspectus[1] illustrior; quæ quo sunt excelsiores, eo dant clariora indicia naturæ. Tantus est igitur[2] innatus[a] in nobis cognitionis amor et scientiæ, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur. Videmusne, ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? ut pulsi requirant,[3] et aliquid scire se gaudeant? ut aliis narrare gestiant? ut pompa, ludis, atque ejusmodi spectaculis teneantur, ob eamque rem vel famem et sitim perferant? Quid vero? Qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nonne videmus eos nec valetudinis,

Dav. non probante Orell.—6 Codd. aliquot *multos dignos.* Gœrenzius vel legendum *multo,* vel *multos* delendum censuit: delevit Schutz.—7 Ita codd. Gruteri, E U χ, Junt. Crat. Grut. seqq. *ducuntur* ξ ψ, Victor. Manut. *dicuntur* Lamb. Mox, *expetenda dicatur* E ξ.—8 *Nam si pravitatem et i. corporis* E.—9 Ita Lamb. Manut. Schutz. Orell. *fugiamus* vulg. quod defendere nititur Gœrenzius. Statim, *non sequamur atque valitudinem* χ. Deinde, *expetamus* Manut. Lamb.

CAP. XVIII. 1 Spirens. N, et margo Crat. *conspectus.*—2 *Tantus igitur est* Manut. Lamb. *innatus nobis* Pith. *innatus in omnibus* Manut. Lamb.—3 Orell. e Monac. *ut pulsi recurrant;* codd. aliquot, etiam E ξ χ, Crat. Victor. *aut p. requirant.* Actutum, *et aliqui* χ. *ut aliquid* Monac. Schutz. et Orell. et sic

NOTÆ

[a] *Tantus est igitur innatus*] 'Labi et malum et turpe ducitur.' Offic. enim et errare, et nescire, et decipi, lib. I.

Digitized by Google

nec rei familiaris habere rationem? omniaque perpeti, ipsa cognitione et scientia captos? et cum maximis curis et laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant, voluptatem? 49. Mihi quidem Homerus hujusmodi quiddam vidisse[4] videtur in iis quæ de Sirenum cantibus[b] finxerit: neque enim vocum suavitate videntur,[5] aut novitate quadam et varietate cantandi, revocare eos solitæ, qui prætervehebantur, sed quia multa se scire profitebantur; ut homines ad earum saxa discendi cupiditate adhærescerent. Ita enim[6] invitant Ulyssem: (nam verti, ut quædam Homeri, sic istum ipsum locum[c])

O decus Argolicum![d] quin[7] puppim flectis, Ulysses,
Auribus ut nostros possis[8] agnoscere cantus?
Nam nemo hæc unquam[9] est transvectus cœrula cursu,
Quin prius[10] astiterit vocum dulcedine captus;
Post, variis avido satiatus pectore musis,
Doctior ad patrias lapsus pervenerit[11] oras.
Nos[12] grave certamen belli, clademque tenemus,
Græcia quam Trojæ divino numine vexit;
Omniaque e latis rerum[13] vestigia terris.[a]

[a] *O Ulysses, decus Græcorum, quidni huc navim admoves, ut cantus nostros audire possis? Nam nemo hæc maria cursu decurrit, quin huc accesserit captus dulcedine vocum nostrarum, et varias avide hauserit cognitiones, doctiorque in pa-*

conj. Gœrenz. *atque hujusmodi* E ξ. *vel famem, vel sitim* E ξ.—4 Dav. conj. *indicasse*, vel *prodidisse*. Statim, *in his* Gœrenz. *quæ a Sirenum* χ. *cantibus finxit* codd. aliquot ap. Orell.—5 E *videtur*.—6 *Ut enim* E ξ.—7 *O Deus A.* qui in iisdem codd.—8 Codex unus Oxon. *posses*.—9 Idem cod. *inquam*. Actutum, *est travectus* Spirens. N. *est* omittunt E ξ.—10 *Qui prius* E ξ.—11 Iidem codd. *pervenerat*.—12 *Nunc* ξ. *clademque canemus* Crat. Grut. al.

NOTÆ

[b] *Sirenum cantibus*] Sirenes, Acheloi fluminis et Terpsichores, aut, ut quibusdam placet, Melpomenes, aut, ut aliis, Calliopes, filiæ tres, ausæ Musas cantu provocare, victæque, alis (nam alatæ primum fuerant) spoliatæ sunt. Feruntur habitasse juxta Pelorum, Siciliæ promontorium, vel, ut alii tradunt, in insulis Sirenusis. Clearchus Solensis, in Amatoriis, Leucosiam, Lygeam, Parthenopen appellatas ait. Alii aliter.

[c] *Sic istum ipsum locum*] Odyss. M. 184. cujus hoc principium est: Δεῦρ' ἄγ' ἰὼν, πολύαιν' Ὀδυσσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν, κ. τ. λ.

[d] *Argolicum*] Piso igitur hos versus fecit, aut fecisse se dicit; ipse enim est qui loquitur.

Digitized by Google

[*p.* 137.] Vidit Homerus, probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur. Scientiam pollicentur, quam non erat mirum sapientiæ cupido patria esse[14] cariorem. Atque omnia quidem scire, cujuscumque modi sint, cupere, curiosorum; duci vero majorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiæ, summorum virorum est putandum. XIX. 50. Quem enim ardorem studii censetis fuisse in Archimede,[e] qui dum in pulvere quædam describit attentius,[1] ne patriam quidem captam esse senserit? quantum Aristoxeni[f] ingenium consumtum videmus in musicis? quo studio Aristophanem[g] putamus ætatem in literis duxisse? Quid de Pythagora,[h] quid de Platone[i] aut Democrito[2 k] loquar, a quibus, propter discendi cupidi-

triam recesserit. Scimus eventus belli Trojani, et clades, quibus Græcia, Diis volentibus, Trojam afflixit; et omnia vestigia rerum e latis terris.

vett.—13 Codd. plerique, et Crat. *e latis regum*; χ *elatis regum*.—14 Crat. Victor. Manut. Dav. omittunt *esse*. Pro *sint* E U ξ χ, Manut. et Lamb. *sunt*.

Cap. XIX. 1 Codd. aliquot, etiam χ, et Crat. *attentus*. Mox *quantum A. ingenii* Monac. *literis traduxisse* conj. Lamb.—2 Gœrenz. et Orell. *aut de*

NOTÆ

[e] *Fuisse in Archimede*] Geometra nobili, Syracusano. Cum Syracusæ caperentur, vetuit M. Marcellus, ne violaretur; a milite, ignaro quis esset, interfectus est.

[f] *Quantum Aristoxeni*] Insignis musicus, idemque philosophus, Dicæarchi condiscipulus. Magistris usus est, patre suo, et Erythræo quodam, deinde Xenophilo Pythagoræo, postremum Aristotele, in quem morientem invectus est, quod scholæ Theophrastum successorem reliquisset. De eo iterum Tusc. lib. I.

[g] *Aristophanem*] Is non comicus est, sed grammaticus celeberrimus, Byzantinus, auditor Callimachi et Zenodoti, præceptor Aristarchi: in interpretando Homero plurimum operæ posuit.

[h] *Quid de Pythagora*] Discendi studio impulsus, omnibus ferme barbarorum Græcorumque sacris initiatus est, Ægyptum lustravit, et a Chaldæis, Persarumque magis edoctus est; in Cretam deinde et Samum venit; ac denique Italis leges dedit.

[i] *Quid de Platone*] Ægyptum peragravit, ut a sacerdotibus numeros et astronomiam perdisceret; postea Tarentum ad Archytam, et ad reliquos Pythagoræos concessit.

[k] *Aut Democrito*] Cum magos domi et Chaldæos audiisset, quos patri ejus Xerxes reliquerat, in Ægyptum profectus est, ut geometriam disceret; et in Persidem, ut Chaldæos audiret: Æthiopiam quoque peragravit; et in India cum gymnosophistis, ut quidam tradunt, congressus est.

Digitized by Google

tatem videmus ultimas terras esse peragratas? Quæ qui non vident, nihil unquam magna cognitione[3] dignum amaverunt. Atque hoc loco, qui propter animi voluptates coli dicunt ea studia, quæ dixi, non intelligunt, idcirco esse ea propter[4] se expetenda, quod, nulla utilitate objecta, delectentur animi, atque ipsa scientia, etiam si incommoda datura sit, gaudeant. 51. Sed quid attinet de rebus tam apertis plura requirere? ipsi enim quæramus a nobis, stellarum motus contemplationesque rerum cœlestium, eorumque omnium, quæ naturæ obscuritate occultantur, cognitiones, quemadmodum nos moveant: et quid historia delectet, quam solemus persequi[5] usque ad extremum: prætermissa repetimus, inchoata persequimur. Nec vero sum inscius, esse utilitatem in historia, non modo voluptatem. Quid? cum fictas fabulas, e quibus utilitas nulla duci potest,[6] cum voluptate legimus? 52. Quid? cum volumus nomina eorum, qui quid gesserint, nota nobis esse,[7] parentes, patriam, multa præterea minime necessaria? Quid? quod homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum, opifices denique, delectantur[8] historia? maximeque eos videre possumus res gestas audire et legere velle, qui a spe gerendi absunt, confecti senectute. Quocirca intelligi necesse est, in ipsis rebus, quæ discuntur et cognoscuntur, invitamenta inesse, quibus[9] ad discendum cognoscendumque moveamur. 53. Ac veteres quidem philosophi, in beatorum insulis,[1] fingunt, qualis natura sit[10] vita sapien-

Democrito.—3 Dav. et Brem. conj. *magnum aut cognitione.* Brem. post *vident* excidisse quædam putat. Ernesti suspic. *quæ qui non vident magna, nihil unquam cogn.* Nescio quis ap. Orell. *quæ qui rident, &c.*—4 Gœrenz. e codd. Schutz. et Orell. *idcirco esse propter ;* Crat. *idcirco ea esse propter.* Statim, *objecta* omittunt codd. aliquot. Deinde, *incommoda allatura* Lamb. 1566.—5 Gœrenz. e tribus codd. Schutz. Orell. *prosequi.* Gœrenz. præterea volebat *quam cum sol. &c.*—6 Gœrenz. e codd. *nulla elici potest ;* alii codd. *nulla dici potest.*—7 Schutz. suspic. *cum volumus eorum, qui quid gesserint, nota nobis esse nomina, &c.*—8 Victor. Manut. Grut. Dav. *delectentur.* Mox, *videre possimus* χ.—9 E *in quibus.*—10 Orell. de conjectura

NOTÆ

[1] *In beatorum insulis*] Dicuntur esse insulæ oceano conclusæ, et afflari Favonio perpetuo, fructus ter singulis annis producere. Scribunt qui-

Digitized by Google

tium, quos cura omni liberatos, nullum necessarium vitæ cultum aut paratum requirentes, nihil aliud esse acturos putant, nisi ut omne tempus in quærendo ac discendo, in naturæ cognitione, consumant. Nos autem non solum beatæ vitæ istam [11] oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum. Itaque multi, cum in potestate [12] essent hostium aut tyrannorum; multi in custodia, multi in exilio, dolorem suum doctrinæ studiis levaverunt. 54. Prince pshujus civitatis [m] Phalereus [n] Demetrius, cum patria [13] pulsus esset injuria, ad Ptolemæum [o] se regem Alexandriam contulit: qui cum in hac ipsa [philosophia,[a] ad quam te hortamur, excelleret, Theophrastique esset auditor, multa præclara in illo calamitoso otio scripsit,[14] non ad usum aliquem suum, quo erat orbatus: sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis [b] cibus. Equidem e Cn. Aufidio, prætorio,[p] erudito homine, oculis capto, sæpe

[a] *Peripatetica.* [b] *Doctrinæ.*

viri docti sæculi 16. in marg. Lamb. *qualis futura sit*, probantibus Dav. et Ernesti. Statim *omni* omittit Victor. Pro *aut paratum* Lamb. habet *apparatum*. Tum, *esse* ante *acturos* omittunt Gœrenz. et Orell. *tempus inquirendo* codd. optt. Gœrenz. Schutz. Orell.—11 Lamb. e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *istam esse*.—12 Codex unus Oxon. *in tempestate*.—13 Lamb. *cum e patria*. Actutum, *et injuria* χ. *Alexandream* Spirens. N.—14 E ξ χ ψ *scribit*.—

NOTÆ

dam Julium Cæsarem ad eas aliquando appulisse, captumque locorum amœnitate, et sedem ibi constituere volentem, pulsum ab incolis fuisse. Eas multis describit Socrates apud Platonem. Vide Plut. in Sertorio, et Platonem in Gorgia.

[m] *Princeps hujus civitatis*] Athenarum, ubi hæc habetur disputatio.

[n] *Phalereus*] Cur Phalereus appellatus sit, dictum supra. Philosophus Peripateticus, annis decem rempublicam præclare administravit, quanquam genere obscuro. Invidia mox in eum commota et insidiæ paratæ. Mors etiam absenti decreta; statuæ, quæ plurimæ illi erectæ fuerant, dejectæ, unica in arce servata. Mortuo Cassandro, cum ab Antigono sibi timeret, ad Ptolemæum Soterem se contulit, apud quem mortuus est.

[o] *Ad Ptolemæum*] Soterem, qui Ptolemæo Euergetæ successit. Porro Ptolemæi nomen commune fuit omnibus regibus Alexandriæ et Ægypti, jam tum ab conditore Ptolemæo, filio Lagi, sive, ut Pausanias in Atticis refert, Philippi, patris Alexandri Magni.

[p] *Cn. Aufidio, prætorio*] Hunc prætorium appellat Cicero, ut distinguatur, opinor, a Cn. Aufidio consulari, quem hic prætorius adoptaverat ex domo Aurelia jam senex et orbus.

Digitized by Google

audiebam, cum se lucis magis, quam utilitatis desiderio [15] moveri diceret. Somnum denique nobis, nisi requietem corporibus, et medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum: aufert enim sensus, actionemque tollit omnem. Itaque, si aut requietem natura non quæreret, aut eam posset alia quadam ratione consequi, facile.pateremur; [16] [p. 138.] qui etiam nunc, agendi aliquid discendique causa, prope contra naturam vigilias suscipere soleamus. XX. 55. Sunt autem [1] clariora, vel plane perspicua, nec dubitanda indicia naturæ, maxime scilicet in homine, sed in omni animali, ut appetat animus aliquid agere semper, neque ulla conditione quietem sempiternam possit pati. Facile est hæc [2] cernere in primis puerorum ætatulis. Quanquam enim vereor, ne nimius in hoc genere videar; tamen omnes veteres philosophi, maxime nostri, ad incunabula accedunt, quod in pueritia facillime se arbitrentur naturæ voluntatem posse cognoscere. Videmus igitur, ut conquiescere ne infantes quidem possint: cum vero paulum processerint, [3] lusionibus vel laboriosis delectentur, ut ne verberibus quidem deterreri possint: eaque cupiditas agendi aliquid adolescit una cum ætatibus. [4] Itaque, ne si jucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis [q] somnum nobis velimus [5] dari: idque

15 Orell. conj. *quam consulatus desiderio.*—16 Lamb. *facile nos eo carere pateremur.*

CAP. XX. 1 *Sunt autem etiam* e codd. Gœrenz. Schutz. Orell. *Sunt autem et* Crat.—2 *Facile est hoc* Gœrenz. Schutz. Orell. Mox, *qui in pueritia, &c.* cum codd. Gœrenz. et Orell. Pro *voluntatem* Victor. et Manut. habent *voluptatem.*—3 Quidam ap. Lamb. *processerint ætate.* Statim, *delectentur* est e conjectura Ernesti: *delectantur* habent codd. et edd. priores.—4 Cod. Ursin.

NOTÆ

Prætorii esse opinor legem Aufidiam de feris Africanis ludorum Circensium, de qua meminit Plin. VIII. 17. De Aufidio iterum Tusc. lib. V.

q *Endymionis*] Æthlii et Calyces filius, in antro quodam Latmi, Cariæ montis, versari solitus, quo ad eum ventitabat Luna. Locus fabulæ datus, quod per diem dormiret Endymion, Elidis rex, per noctem venaretur; vel ut alii tradunt, sidera lunamque maxime specularetur. Primus enim, teste Luciano, cursum lunæ notavit, ut Phaëton solis. De eo iterum Tusc. lib. V.

si accidat, mortis instar putemus. 56. Quinetiam inertissimos homines, nescio qua singulari nequitia[6] præditos, videmus tamen et animo et corpore moveri semper, et, cum re nulla impediantur necessaria, aut alveolum poscere,[r] aut quærere quempiam ludum, aut sermonem aliquem requirere; cumque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes,[7] circulos aliquos et sessiunculas[s] consectari. Ne bestiæ quidem, quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur quam si essent liberæ, facile patiuntur sese contineri: motusque solutos et vagos, a natura sibi[8] tributos, requirunt. 57. Itaque, ut quisque optime natus institutusque est,[9] esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus, possit paratissimis vesci voluptatibus. Nam aut privatim[10] aliquid gerere malunt; aut, qui altiore animo sunt, capessunt rempublicam honoribus imperiisque adipiscendis, aut totos se ad studia doctrinæ conferunt. Qua in vita, tantum abest, ut voluptates consectentur;[11] etiam curas, solicitudines, vigilias perferunt: optimaque parte hominis, quæ in nobis divina ducenda est, ingenii et mentis acie fruuntur, nec voluptatem requirentes, nec fugientes laborem. Nec vero intermittunt aut admirationem earum rerum, quæ sunt ab antiquis repertæ, aut investigationem novarum: quo studio cum satiari non possint,[12] omnium ceterarum rerum obliti, nihil abjectum, nihil humile cogitant: tantaque est vis talibus[t] in studiis, ut eos etiam, qui

ætatula.—5 Ita Junt. Crat. Lamb. seqq. *nolimus* edd. vett.—6 Codd. aliquot, etiam Monac. *segnitia;* Crat. *segnitie.* Mox, *et corpore et animo* edd. vett. Gœrenz. et Orell. Paulo post, *circulos aliquot et semicirculos* edd. vett. —7 Codex unus Oxon. *oblectationis.*—8 E ξ *datos sibi.*—9 Iidem codd. omittunt *est.* Mox, *velit in vita* χ. *possit paratissimus* ξ.—10 *Nam ut privatim* χ.

NOTÆ

[r] *Aut alveolum poscere*] Alveolus, auctore Festo, est tabula lusoria, alio nomine 'aleatoria,' et 'latruncularia.'

[s] *Circulos aliquos et sessiunculas* [*semicirculos*] Scaliger ex vetere libro supplet *circulos et sessiunculas,* quod Grutero placet. Sunt genera quædam ludorum, usurpata veteribus, nobis ignota.

[t] *Tantaque est vis talibus*] Ita Epicurus, cum in voluptate summum bonum poneret, quiescere tamen non potuit, dies noctesque literis insudavit, librosque plurimos scripsit.

Digitized by Google

sibi alios proposuerunt fines bonorum, quos utilitate aut voluptate dirigunt; tamen in rebus[11] quærendis, explicandisque naturis, ætates conterere videamus. XXI. 58. Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum esse natos: actionum autem genera plura,[a] ut obscurentur etiam minora majoribus. Maximæ autem sunt, primum, ut mihi quidem videtur, et iis[1] quorum nunc in ratione versamur, consideratio cognitioque rerum cœlestium, et earum, quas, a natura occultatas et latentes, indagare ratio potest: deinde rerumpublicarum administratio, aut administrandi sciendique prudens, temperata, fortis, et justa ratio, reliquæque virtutes, et actiones virtutibus congruentes; quæ, uno verbo complexi omnia, 'honesta' dicimus: ad quorum etiam cognitionem[2] et usum jam corroborati, natura ipsa præeunte, deducimur. Omnium enim rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usa[3] augentur: [*p.* 139.] nec sine causa: in primo enim ortu inest teneritas et mollities quædam, ut nec res videre optimas, nec agere possint. Virtutis enim, beatæque vitæ, quæ duo maxime expetenda sunt, serius lumen apparet: multo etiam serius, ut plane,

—11 Cod. ξ *consectantur*.—12 Ita Mars. *possunt* Grut. aliique.—13 Dav. conj. *rerum*, probante Ernesti. Gœrenz. suspic. *in quærendis rerum explicandisque naturis*.

CAP. XXI. 1 Gœrenz. et Orell. *et his*. Statim, *et consideratio* E ξ. *cognitione rerum* Junt. Crat. Victor. Gœrenz. Orell. Cf. Beier. ad Offic. tom. I. p. 604. *cogitatiove rerum* Monac. *cognitione rerum* Pith. *cogitatione rerum* cod. Scaligeri, ipso probante, nisi apud Grut. error est typogr. pro lect. cod. Monac. Paulo post, *scientia ; tum prudens* codd. aliquot, etiam Monac. Dav. Lall. Gœrenz. Schutz. Orell. *reliquæ virtutes* χ. *verbo compleri* E.—2 Gœrenz. Schutz. Orell. *ad quorum et cogn*. Mox, *jam* omittit Victor.—3 Lamb. *progressionibus usu ;* χ *progressibus usa*. Statim, *inest temeritas* codd. aliquot, etiam E U ξ χ, et Gœrenz. Lectionem nostram agnoscit Non. Marcell. Pro

NOTÆ

[a] *Actionum autem genera plura*] Actionum humanarum genus omne ad duplex reducit Aristoteles, *θεωρητικὸν* et *πρακτικὸν*, *contemplativum* et *activum*. Quæ quidem actionum divisio orta est ex distributione animi in *ἐπιστημονικὸν* et *λογιστικὸν*; unde duplex genus mentis in homine, 'practica' et, ut aiunt, 'theoretica:' 'practica' earum rerum quæ in deliberationem cadunt, 'theoretica' earum quæ in cognitione et scientia positæ sunt. Quæ autem sint actionum genera minora, quæ majora, Cicero paulo post explicat.

Digitized by Google

qualia sint, intelligantur: præclare enim Plato,[x] 'Beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam,[4] verasque opiniones assequi possit.' 59. Quare, quoniam de primis naturæ commodis[5] satis dictum est, nunc de majoribus consequentibusque videamus.

Natura igitur corpus quidem hominis sic et genuit, et formavit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret;[6] neque sane multum adjumentis externis et adventiciis uteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit, ut corpus. Sensibus enim ornavit[7] ad res percipiendas idoneis, ut nihil, aut non multum adjumento ullo ad suam conformationem indigeret: quod autem in homine[y] præstantissimum atque optimum est, id deseruit: etsi dedit talem mentem, quæ omnem virtutem accipere[8] posset, ingenuitque sine doctrina notitias parvas rerum maximarum, et quasi instituit docere, et induxit in ea, quæ inerant, tanquam elementa virtutis.[z] Sed virtutem ipsam inchoavit: nihil amplius. 60. Itaque nostrum est[9] (quod nostrum dico, artis est) ad ea principia, quæ accepimus, consequentia exquirere, quoad sit id, quod volumus, effectum: quod quidem pluris sit haud paulo, magisque ipsum propter se expetendum, quam aut sensus, aut corporis ea, quæ diximus: quibus tantum præstat mentis excellens perfectio, ut vix cogitari possit, quid intersit. Itaque om-

optimas Ernestius suspicabatur legendum *homines*.—4 E *sapientias*.—5 Vec. *commodis* suspectum est Ernestio. *consequentibus videamus* E ξ.—6 'Gœrenzius conj. *ætate effingeret*, quod est sane speciosum.' *Schutz*. *citata fingeret* E.—7 *Sensibus ornavit* χ. Mox, *ad suam confirmationem* cod. Stephani, E U ξ ψ, Junt. Crat. Victor. Orell. *indigerent* conj. Brem.—8 Ita quatuor codd. Gœrenzii, Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *virtutem jam accipere* ceteri.—9 Ita e conjectura Manut. Lamb. Grut. Dav. seqq. *inchoavit. Nihil itaque amplius nostrum est* edd. vett. Statim, *consequentiam* χ. *quo adsit id* ψ. Paulo post,

NOTÆ

[x] *Præclare enim Plato*] Locus est Platonis de Leg. lib. II.

[y] *Quod autem in homine*] Corporis partes omnes ipsa per se perficit natura, nec quicquam in his nobis absolvendum reliquit; animum autem industriæ nostræ perficiendum commisit.

[z] *Elementa virtutis*] Quæ Aristoteles appellat *φυσικὰς ὁρμὰς*, sine quibus non perficiuntur virtutes.

Digitized by Google

nis honos, omnis admiratio, omne studium, ad virtutem, et ad eas actiones quæ virtuti sunt consentaneæ, refertur: eaque omnia, quæ aut ita in animis sunt, aut ita geruntur, uno nomine honesta dicuntur. Quorum omnium quæque sint notitiæ, quæque significentur [rerum] vocabulis, quæque cujusque vis et natura sit, mox videbimus. XXII. 61. Hoc autem loco tantum explicemus, hæc, honesta quæ dico, præterquam quod nosmetipsos diligamus, præterea [1] suapte natura per se esse expetenda. Indicant pueri, in quibus, ut in speculis, natura cernitur. Quanta studia decertantium sunt! [2] quanta ipsa certamina! ut illi efferuntur lætitia, cum vicerint! ut pudet victos! ut se accusari nolunt! quam cupiunt laudari! quos illi labores non perferunt, ut æqualium principes sint! quæ memoria est in his bene merentium! quæ referendæ gratiæ cupiditas! Atque ea in optima [3] quaque indole maxime apparent; in qua hæc honesta, quæ intelligimus, a natura tanquam adumbrantur. Sed hæc in pueris [expressa].[4] 62. In iis vero ætatibus, quæ jam confirmatæ sunt, quis est tam dissimilis homini, qui non moveatur et offensione turpitudinis, et comprobatione honestatis? quis est, qui non oderit libidinosam, protervam adolescentiam? quis contra in illa ætate pudorem, constantiam, etiam si sua nihil intersit, non tamen diligat? quis Pullum Numitorium,[a] Fre-

quibus tantis præstat χ. *quod intersit* codd. aliquot.—10 *Quorum o. quæ* conj. Matthiæ, probante Orell. *sunt notitiæ* E ξ χ. *queisque significentur* conj. Dav. probantibus Ernesti et Matthiæ, improbante Orell. *quæque significantur* E. *rerum* uncis inclusit solus Ernesti.

Cap. XXII. 1 Gud. 2. omittit *præterea;* spurium videbatur Ernestio.—2 Spirens. et N *sint;* Gœrenz. de conjectura delevit *sunt.* Actutum, *quantum ipsa* ξ ψ. *quantaque ipsa* χ. *ut pudet victor* E. Deinde *labores non ferunt* Victor.—3 *Atque in optima* Ernesti errore typogr. Mox, *tanquam* delevit Victor.—4 Mars. Gœrenz. Schutz. Orell. omittunt *expressa.* Paulo post, *protervamque adolescentiam* Monac. Mox, *Numitorem* Grut. et al. vett, *Fregellarum* conj. Dav. *Erichthei* Victor. Manut. Lamb. *mortuum non diligit* codd.

NOTÆ

[a] *Quis Pullum Numitorium* [*Numitorem*] Ursinus legit, aut *Paulum*, aut *Pullum Numitorium.* Ego vero cum Glandorpio crediderim eum esse Q. Numitorium Pullum, qui, quod semper animo bono in pop. R. fuisset, ob posterius beneficium veniam a L. Opimio impetravit, ut est lib. II. de

Digitized by Google

gellanum,[b] proditorem, quanquam reipublicæ nostræ profuit, non odit? quis urbis conservatorem Codrum,[c] quis Erechthei filias[d] non maxime laudat? cui Tubuli nomen[e] odio non est? quis Aristidem non mortuum[f] diligit? An obliviscimur, quantopere in audiendo, in legendoque[5] moveamur, cum pie, cum amice, cum magno animo aliquid factum cognoscimus? 63. [*p.* 140.] Quid loquar[6] de nobis, qui ad laudem et ad decus nati, suscepti, instituti sumus? qui clamores vulgi atque imperitorum excitantur in theatris, cum illa dicuntur!

aliquot, Junt. Crat. Manut. Lamb.—5 Junt. Crat. Manut. Lamb. *in audiendo legendoque.*—6 *Quid loquor* Schutz. uti volebant Morgenstern, Matthiæ, et

NOTÆ

Iuven. et qui Fregellas prodidit; unde proditor Fregellanus hic vocatur. Illius forte filia est Numitoria, quam Cic. Philip. III. ab Antonii patre ductam uxorem scribit; nisi velis eam ad P. Numitorium, equitem Romanum, de quo Cic. in Verrinis, pertinere.

[b] *Fregellanum*] Fregellæ, nunc *Ponte Corvo*, colonia et urbs olim clara Latii, nunc oppidum in Campania apud Lirim fluvium, Aquino finitimum. Fregellas a L. Opimio excisas anno U. C. 630. Livius refert. Porro Fregellanus cognomen fuit Papiriæ gentis.

[c] *Codrum*] Regem Athenarum. Cum Thraces adversus Athenienses bellum gererent, ab oraculo responsum erat, fore se victores, si a cæde Codri abstinerent; quod ubi Codrus rescivit, ad hostes habitu familiari et falcem gerens profectus est, et a Thrace quodam, quem ipse de industria lacessivit, interemtus est; atque ita vicerunt Athenienses. Refertur et illud Tusc. lib. I.

[d] *Erechthei filias*] A patre immolatas Proserpinæ, Athenis peste laborantibus, quam ob causam Erechtheus ipse et filiæ inter Deos collocati sunt Athenis. Qua de re iterum Tusc. lib. I.

[e] *Cui Tubuli nomen*] Qui prætor cum esset, judiciumque de sicariis ferret, pecunia aperte corruptus est; anno autem sequente accusatus, solum vertere compulsus est. De eo jam dictum lib. II.

[f] *Aristidem non mortuum*] Cui Justi cognomen: amorem quidem populi, sed principum invidiam peperit, ac præcipue Themistoclis, cujus sermonibus plebs temere commota, Aristidem, quasi tyrannidem affectaret, urbe expulit. Dum abiret, precatus esse dicitur, ne Atheniensibus contingerent ea tempora, quibus Aristidis meminisse cogerentur; paulo post tamen revocatus est, ne se Xerxi jungeret. Decessisse Aristidem alii in Ponto memorant, quo navigarat reip. causa; alii Athenis ex senio; Craterus Macedo in Ionia fugitivum, quod repetundarum damnatus esset. Craterum refellit Plutarchus, qui mortuum Athenis esse vult, ibique sumtum funeri cum ipse non reliquisset, publice factum esse.

Digitized by Google

Ego sum Orestes:[g]

contraque ab altero,

Immo enimvero ego sum, inquam, Orestes.

Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique[7] regi;[h] ambo ergo una vivere precamur. Quoties hoc agitur, quandove, nisi admirationibus maximis? Nemo est igitur, qui non hanc[8] affectionem animi probet atque laudet; qua non modo utilitas nulla quæritur, sed contra utilitatem etiam conservatur fides. 64. Talibus exemplis non fictæ solum fabulæ, verum etiam historiæ refertæ sunt, et quidem maxime nostræ. Nos enim ad sacra Idæa[9][i] accipienda optimum virum delegimus: nos tutores misimus[k] regibus: nostri imperatores[l] pro salute

Gœrenz. in Addendis.—7 Dav. conj. *hærentique.* Statim, *ambos ergo una vivere precamur* edd. vett. et Orell. *ambo ergo sibi unam necem imprecantur* cod. Reg. et margo Pal. 4. *ambo ergo una necemur precantur* conj. Dav. *ambo sic una enicarier precamur* suspic. Gœrenz. *ambo sic una precamur, enicarier* Schutz. *Cum autem etiam exitus ab utroque flagitatur, conturbato hærenteque rege: Ambo ergo unam necem precamur: quoties hoc agitur ecquandone nisi admirationibus maximis?* conj. Brem. *ecquandone* conj. etiam Dav. recepit Orell. *et quandove* habent E U ψ, Junt. Crat. Victor.—8 *Nemo e. i. quin hanc* Spirens. N, Gœrenz. Orell. Mox, *non modo utilitatis* E.—9 E ξ *sacra Dei.* Actutum, *concipienda* Manut. Lamb. Paulo post, *sibi ut caveret* Lamb. Tum, *Lucretia et quæ per vim* Spirens. N, Pith. *Lucretia, quæ, &c.* Crat. *stuprum*

NOTÆ

[g] *Ego sum Orestes*] Verba sunt e tragœdia Pacuvii, in qua, ignorante rege uter Orestes esset, Pylades eum se esse dicit, Oreste ita ut erat sese esse proclamante. Fit quoque illius loci ejusdem tragœdiæ mentio in Lælio.

[h] *Errantique regi*] Thoanti. De hac fabula plura nos in Lælio.

[i] *Ad sacra Idæa*] Bello Punico secundo jam quatuordecim annos vigente, cum a decemviris Sibyllæ carmen inventum esset, quo significabatur fore ut hostes ex Italia ejicerentur, si Pessinunte, quæ Phrygiæ civitas erat, mater Deum advehetur; legati eo ad regem Attalum missi sunt, qui matrem Deum postularent. His in via Delphicum Apollinem consulentibus de legationis exitu, responsum est, impetraturos quod vellent, sed curarent ut ab optimo totius civitatis viro Romæ sacra ea exciperentur. Itaque P. Corn. Scipio Nasica adolescens, necdum functus quæstura, qui primus erat dignitatum gradus, jussus est Deæ sacra excipere.

[k] *Nos tutores misimus*] Cum Ptolemæus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, senatus M. Æmil. Lepidum, pontif. max. bis consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit. Ita Val. Max. VI. 6. Rem Polybius et Justinus aliter narrant. Mortuo inquiunt Ptolemæo Philopatore, et Agathocle populi furore sublato, veriti Alexandrini, ne Antiochus Syriæ, et Philippus Macedoniæ reges, junctis viribus Ægyp-

Digitized by Google

patriæ sua capita voverunt: nostri consules[m] regem inimicissimum, mœnibus jam appropinquantem, monuerunt, a veneno ut cavéret: nostra in republica,[n] et, quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret, inventa est; et qui interficeret[o] filiam, ne stupraretur: quæ quidem omnia, et innumerabilia præterea, quis est, qui non intelligat, et eos, qui fecerunt,[10] dignitatis splendore ductos, immemores fuisse utilitatum suarum, nosque, cum ea laudemus, nulla alia re, nisi honestate duci?

XXIII. Quibus rebus breviter expositis[1] (nec enim sum copiam, quam potui, quia dubitatio in re nulla erat, persecutus); sed his rebus concluditur profecto, et virtutes omnes, et honestum illud, quod ex his virtutibus exoritur, et in his hæret, esse per se expetendum. 65. In omni autem honesto, de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quam conjunctio inter homines hominum, et quasi quædam societas et communicatio[2] utilitatum, et ipsa caritas generis humani; quæ, nata a primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur, et tota domus conjugio et stirpe conjungitur, serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post

per vim oblatum Lamb.—10 E ξ ψ, Gœrenz. Schutz. Orell. *fecerint.* Statim, *cum ea ludemus* χ. *nisi h. ductos* E ξ.

Cap. XXIII. 1 Tres codd. Oxon. Mars. Gœrenz. Schutz. Orell. *expositis breviter.* Mox, *nulla in re* codd. aliquot, et Victor. Tum, *quod his exoritur* duo codd. Davisii. *per se esse* nonnulli codd. Crat. Victor. Dav. Gœrenz.

NOTÆ

tum invaderent, Romam legatos mittunt, qui puero regi tutorem petant. Grata Romæ legatio fuit, missique primum qui Philippo et Antiocho senatus nomine nuntiarent, ut abstinerent Ægypto; et biennio post, sub finem belli secundi Punici, electus est M. Æmil. Lepidus, qui tutorio nomine Ægyptum regeret.

[l] *Nostri imperatores*] Tres Decii, de quibus alias.

[m] *Nostri consules*] Cum Pyrrhus rex in Italia esset a Tarentinis evocatus, Timochares, vel ut alii scribunt, Nicias quidam, Pyrrhi amicus, furtim ad C. Fabricium et Q. Æmilium consules venit, promisitque filios ejus regem, cui a poculis erant, veneno necaturos. Consules rem ad senatum scribunt, senatus legatos mittit qui moneant regem ut a proximorum insidiis provideat sibi. Alii consules ipsos ad Pyrrhum scripsisse aiunt, extatque apud Gell. ea epistola, III. 8.

[n] *Nostra in rep.*] Lucretia.

[o] *Et qui interficeret*] Virginius.

Digitized by Google

vicinitatibus; tum civibus,[3] et iis, qui publice socii atque amici sunt: deinde totius complexu gentis humanæ: quæ animi affectio, suum cuique tribuens, atque hanc, quam dico, societatem conjunctionis humanæ munifice[4] et æque tuens, justitia dicitur: cui adjunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque sunt generis ejusdem. Atque hæc ita justitiæ propria sunt, ut sint virtutum reliquarum communia. 66. Nam cum sic hominis[p] natura generata sit, ut habeat quiddam innatum[5] quasi civile atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant; quicquid aget quæque virtus, id a communitate, et ea, quam exposui, caritate atque societate humana non abhorrebit: vicissimque justitia, ut ipsa se fundet usu in ceteras[6] virtutes, sic illas expetet: servari enim justitia, nisi a forti viro, nisi a sapiente, non potest. Qualis est igitur omnis hæc,[7] quam dico, conspiratio, consensusque virtutum, tale est illud ipsum honestum; quandoquidem honestum, aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute. Quibus in rebus[8] vita consentiens, virtutibusque respondens, recta, et honesta, et constans, et naturæ congruens existimari potest. 67. Atque hæc conjunctio confusioque virtutum tamen a philosophis ratione quadam distinguitur. [*p.* 141.] Nam cum ita copulatæ connexæque sunt,[9] ut omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari; tamen proprium suum cujusque[q] munus est, ut fortitudo in laboribus periculisque cernatur, temperantia in prætermitten-

Schutz. Orell.—2 Codd. aliquot *communitas.*—3 Duo codd. Oxon. et edd. ante Lamb. *cum civibus.*—4 Codex unus Oxon. *mirifice.* Mox, *cum sunt adjunctæ* E ξ. *cui sunt adjunctæ* codd. aliquot, Crat. Victor. Dav. Gœrenz. Orell. Pro *comitas* E ξ habent *communitas.*—5 Spirens. N, et margo Crat. *quoddam ingenitum;* E ξ, Junt. *quoddam innatum.*—6 N *fundet se in ceteras;* Spirens. *se fundet in ceteras.*—7 Victor. omittit *hæc.*—8 *Quibus rebus* conj. Brem. et Gœrenz.—9 Nonnulli codd. Crat. Victor. Dav. Gœrenz. Schutz. Orell. *sint.* Actutum, *ut omnes o. p. sint* desunt in cod. Paris. probante Dav. qui pro *cum*

NOTÆ

[p] *Nam cum sic hominis*] Nota vox est Aristotelis ad Nicomachum, πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος καὶ συζῆν πεφυκός.

[q] *Proprium suum cujusque*] Virtutum numerum persecutus est Aristoteles eo libello qui 'de Virtutibus' inscribitur, si tamen Aristotelis est.

Digitized by Google

dis voluptatibus, prudentia in delectu bonorum et malorum, justitia in suo cuique tribuendo. Quando igitur inest[10] in omni virtute cura quædam quasi foras spectans, aliosque appetens atque complectens, existit illud, ut amici, ut fratres, ut propinqui, ut affines, ut cives, ut omnes denique (quando unam societatem hominum esse volumus) propter se expetendi sint: atque eorum nihil est ejus generis, ut sit in fine atque extremo bonorum. 68. Ita fit, ut duo genera[r] propter se expetendorum reperiantur: unum, quod est in iis, in quibus[11] completur illud extremum; quæ sunt aut animi, aut corporis. Hæc autem, quæ sunt extrinsecus, id est, quæ neque in animo sunt,[12] neque in corpore, ut amici, ut parentes, ut liberi, ut propinqui, ut ipsa patria, sunt illa quidem sua sponte cara, sed eodem in genere, quo illa, non sunt. Nec vero quisquam summum bonum assequi unquam posset,[13] si omnia illa, quæ sunt extra, quanquam expetenda, summo bono continerentur. XXIV. 69. Quo modo igitur, inquies, verum esse poterit, omnia referri ad summum bonum, si amicitiæ, si propinquitates, si reliqua externa summo bono non continentur? Hac videlicet ratione: quod ea, quæ externa sunt, iis tuemur officiis,[1] quæ oriuntur a suo cujusque genere virtutis. Nam et amici cultus,[2] et parentis, et qui officio fungitur, in eo ipso prodest, quod, ita fungi officio,

ita volebat *cum illæ*. Paulo post, *cernitur* suspic. idem Dav.—10 *Quoniam est igitur* E ξ. *Quoniam igitur inest* al. ap. Orell. Pro *complectens* E U ξ ψ habent *contemplans*. Paulo post, *quoniam unam societatem* N. *volumus esse hominum* Junt. Crat. *esse volumus hominum* Mars. Schutz. probante Beier. ad Offic. tom. I. p. 103.—11 Pith. Schutz. Orell. *in iis, quibus*, uti volebant Lamb. et Gœrenz. *in iis* omittunt E ξ.—12 Nonnulli codd. etiam ξ χ, Crat. Victor. Dav. Gœrenz. Orell. *in animo insunt*; al. vett. *in animis sunt*. Statim, *ut liberi, ut propinqui* omittunt Mars. et Junt. probante Gœrenz. *sunt ista quidem* conj. Gœrenz.—13 Codex unus Oxon. *potuisset*.

CAP. XXIV. 1 Morel. conj. *quod iis, quæ externa sunt, hæc tuemur officia*.—2 Clericus conj. *cultor*. Statim, *et* ante *qui* uncis inclusit Gœrenz. delevit Schutz. *et ejus qui* conj. Lamb. Hæc omnia, *nam et amici*...*duce natura*

NOTÆ

[r] *Ita fit, ut duo genera*] Quæ primi generis erant, *συμπληρωτικὰ τῆς εὐδαιμονίας*, quod beatitudinem complerent; quæ secundi, *φυλακτικὰ, ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικὰ*, quod illam juvarent.

Digitized by Google

in recte factis est; quæ sunt orta virtutibus. Quæ quidem sapientes sequuntur, utentes[3] tanquam duce natura.

Non perfecti autem homines, et tamen ingeniis excellentibus præditi, excitantur sæpe gloria,[4] quæ habet formam honestatis, et similitudinem. Quod si ipsam honestatem undique perfectam et absolutam,[5] rem unam præclarissimam omnium, maximeque laudandam, penitus viderent; quonam gaudio complerentur, cum tantopere ejus adumbrata opinione lætentur? 70. Quem enim deditum voluptatibus, cupiditatum[6] incendiis inflammatum, in iis potiendis quæ acerrime concupivisset, tanta lætitia perfundi arbitramur, quanta aut superiorem Africanum Hannibale victo,[s] aut posteriorem Carthagine eversa?[t] quem Tiberina decursio, festo illo die,[u] tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum,[x] cum regem Persen captum adduceret,

Brem. delenda existimabat. Deinde, *orta a virtutibus* Lamb.—3 Codd. multi; Pith. Victor. *utentes sequuntur*. Codd. aliquot omittunt *tanquam*.—4 Crat. Victor. Manut. *spe gloriæ*. Pro *formam* al. habent *speciem*.—5 Victor. e codd. item Gœrenz. Schutz. Orell. *atque absolutam*.—6 Codd. aliquot, Crat. Gœrenz. Orell. *quem cupiditatum*. Mox, *his p. q. a. corripuisset* Victor. *corripuisset* etiam E ξ χ ψ. *quam ut superiorem* E ξ. *Hannibale victo* omittunt iidem codd. *Tiberina descensio* e codd. Dav. *T. dissensio* Victor. Manut. Grut. *tyberiana dissensio* χ. *Tyberiana discensio* U. *tiberina dissentio* ξ. *Persem* E. *eodem flumine invecto* E U χ ψ. *e. f. invectio* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. uti

NOTÆ

[s] *Hannibale victo*] Non procul urbe Nagarra in Africa. Eo prælio, quod ultimum Hannibali contra Romanos fuit, hostium supra viginti millia cæsa sunt, par fere numerus captus, cum signis militaribus centum triginta tribus, elephantis undecim. E victoribus Romanis bis mille desiderati. Hannibal Adrumetum perfugit; inde Carthaginem accitus, confessusque non se prælio tantum, sed bello etiam victum esse, nec spem aliam quam in pace esse. Pax igitur petita, cui Scipio conditiones pro arbitrio præscripsit. De quibus Liv. Polyb. Appian. Zonar.

[t] *Carthagine eversa*] Hanc septingentesimo quam condita erat anno delevit Scipio Æmilianus; erexitque in urbis dirutæ medio tropæum, cui Victoria, vel Nemesis, coronam imponeret, quo significaretur Pœnorum perfidiam victrici Justitiæ pœnas dedisse. Extat quoque illius monumenti numisma.

[u] *Festo illo die*] Quem Romani in honorem Fortunæ celebrabant; de quo Ovid. Fast. VI. 'Ite, Deam læti fortem celebrate, Quirites: In Tiberis ripa munera regis habet,' &c.

[x] *Quanto L. Paulum*] Confecto Macedonico bello captoque Perse, prædam omnem regiam classi impositam Cn. Octavium Romam devehere jussit: ipse, exercitu in Italiam trajecto, regia navi ingentis magnitudinis,

Digitized by Google

eodem flumine invectum? 71. Age nunc, Luci noster, exstrue animo altitudinem excellentiamque virtutum: jam non dubitabis, quin earum compotes homines, magno animo erectoque viventes, semper sint beati: qui omnes motus fortunæ,[y] mutationesque rerum et temporum, leves et imbecilles[7] fore intelligant, si in virtutis certamen venerint. Illa enim, quæ sunt a nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatissimam vitam, sed ita, ut sine[8] illis possit beata vita existere. Ita enim parvæ et exiguæ sunt istæ accessiones bonorum, ut, quemadmodum stellæ in radio solis,[9] sic istæ in virtutum splendore ne cernantur quidem. 72. Atque hoc[10] ut vere dicitur, parva esse ad beate vivendum momenta ista corporis commodorum; sic nimis violentum est, nulla esse dicere. Qui enim sic disputant, obliti mihi videntur, quæ ipsi egerint[11] principia naturæ. Tribuendum igitur est[12] his aliquid, dummodo, quantum tribuendum sit, intelligas. [*p.* 142.] Est tamen[13] philosophi, non tam gloriosa quam vera quærentis, nec pro nihilo putare ea, quæ secundum naturam illi ipsi gloriosi esse fatebantur, et videre tantam vim virtutis, tantamque (ut ita dicam) auctoritatem honestatis, ut reliqua non illa quidem nulla, sed ita parva sint, ut nulla esse videantur. Hæc est nec[14] omnia spernentis præter virtutem, et virtutem ipsam suis laudibus amplificantis oratio. Denique hæc est undique completa et perfecta explicatio summi

conj. Dav. *e. f. invento* al. vett.—7 Codd. aliquot, Lamb. Gœrenz. Schutz. Orell. *imbecillos.* Statim, *si cum virtutibus in* conj. Dav.—8 Gœrenz. conj. *ut vel sine.* Pro *existere* Monac. habet *consistere.*—9 Gœrenz. cum codd. item Schutz. Orell. *in radiis solis.*—10 *Atque hæc* E U, Victor. Lamb. et al. ante Grut. Mox, *ista corporis commoda* E U ξ ψ, et cod. Stephani.—11 Tres codd. Oxon. et Lamb. *ipsi fecerint;* Grut. conj. *ipsi elegerint;* Dav. conj. *ipsi dederint;* Gifanus suspic. *ipsi jecerint,* probante Orell.—12 *Tribuendum est igitur* e codd. Manut. Gœrenz. Schutz. Orell.—13 *Est enim* conj. Dav.—14 *Hæc est non* E U ξ ψ, et edd. ante Manut.

NOTÆ

quam sexdecim remorum versus agebant, adverso Tiberi ad urbem est subvectus, completis passim ripis obvia multitudine; paucosque post dies triumphavit: sed de triumpho alias.

y *Qui omnes motus fortunæ*] In eum sensum dicebat Epicurus, 'exiguam sapienti intervenire fortunam.'

Digitized by Google

boni. Hinc ceteri particulas arripere conati, suam quisque videri voluit afferre sententiam. XXV. 73. Sæpe ab Aristotele,[1] a Theophrasto,[1] mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia. Hoc uno captus Herillus, scientiam summum bonum esse defendit, nec rem ullam aliam per se expetendam. Multa sunt dicta ab antiquis de contemnendis ac despiciendis rebus humanis. Hoc unum Aristo[2] tenuit: præter vitia atque virtutes, negavit rem esse ullam aut fugiendam aut expetendam. Positum est a nostris, in iis[3] rebus quæ secundum naturam essent, non dolere. Hoc Hieronymus summum bonum esse dixit. At vero Callipho,[4] et post eum Diodorus, cum alter voluptatem adamavisset, alter vacuitatem doloris; neuter honestate carere potuit, quæ est a nostris laudata maxime. 74. Quinetiam[5] ipsi voluptarii diverticula quærunt, et virtutes habent in ore totos dies, voluptatemque primo duntaxat expeti dicunt; deinde consuetudine, quasi alteram naturam effici, qua impulsi multa faciant nullam quærentes voluptatem. Stoici restant:[6] hi quidem non unam aliquam aut alteram a nobis, sed totam ad se nostram philosophiam transtulerunt. Atque, ut reliqui fures, earum rerum, quas ceperunt,[a] [7] signa commutant; sic illi, ut sententiis nostris pro suis uterentur, nomina, tanquam rerum notas,[2]

[a] *Fureti sunt.*

CAP. XXV. 1 *Aristotele et Theophrasto* Crat. Manut. Lamb. *A. et a Th.* χ. *mirabiliter* omittunt E ξ. *laudata pro se* E U ξ χ ψ.—2 *Eristo* E.—3 U, Victor. Gœrenz. *in his;* E ξ ψ *in his esse.*—4 *Calliphon* Schutz. et Orell. *Calipho* E. *voluptatem clamavisset* E ξ.—5 *Quis etiam* E. Mox, *quærant habeant, dicant* edd. ante Lamb. item Grut. *consuetudinem* Manut. ed. 1555. et Lamb. *alteram quandam naturam* Spirens. N, alii codd. Crat. Gœrenz. Schutz. Orell. *quasi impulsi* E. *multa faciunt* Grut. et al. ante Ernesti. *voluptatem* omittunt E ξ.—6 *Stoici resistunt* E ξ. Statim, *alteram rem a nobis* Gœrenz. de conjectura Davisii; *alteram sententiam a nobis* Lamb. *a. partem a nobis* Brem.—7 Ita codd. omnes et edd. præter Lall. qui cum Orell. legit *clepcrunt;* Muret. in Var.

NOTÆ

[1] *Sæpe ab Aristotele*] Interrogatus Aristoteles, quid inter eruditos rudesque interesset, 'quantum,' inquiebat, 'inter viventes et mortuos;' idemque dictitabat, 'tantum ad Dei beatitudinem nos accedere, quantum operæ in scientia collocaremus.'

[2] *Nomina tanquam rerum notas*] Voces a Stoicis, non res novas excogitatas fuisse, dictum fuse lib. superiore.

Digitized by Google

mutaverunt. Ita [8] relinquitur [b] sola hæc disciplina digna studiosis ingenuarum artium, digna eruditis, digna claris viris, digna principibus, digna regibus.

75. Quæ cum dixisset, paulumque institisset, Quid est? inquit:[9] satisne vobis videor pro meo jure in vestris auribus commentatus? Et ego, Tu vero, inquam, Piso, ut sæpe alias, sic hodie ita ista nosse [10] visus es, ut, si tui copia nobis semper fieret, non multum Græcis supplicandum putarem. Quod quidem eo probavi magis, quia memini, Staseam [11] Neapolitanum, doctorem illum tuum, nobilem sane Peripateticum, aliquanto ista secus dicere solitum, assentientem iis,[c] qui multum in fortuna secunda aut adversa, multum in bonis aut malis corporis ponerent. Est ut dicis, inquit: sed hæc ab Antiocho,[d] nostro familiari,[12] dicuntur multo melius et fortius, quam a Stasea dicebantur: quanquam ego non quæro, quid tibi a me probatum sit, sed huic Ciceroni nostro, quem discipulum cupio a te [13] abducere. XXVI. 76. Tum Lucius, Mihi vero ista valde probata sunt; quod item fratri puto. Tum mihi Piso, Quid ergo? inquit: dasne adolescenti veniam? an eum discere ea mavis,[e] quæ cum præclare didicerit,[1] nihil sciat? Ego vero isti, inquam,[2] permitto: sed nonne me-

Lectt. IX. 19. profert *clepserunt*. Mox, *ut nostris sententiis* Victor.—8 *Itaque* U. Statim, *digna principibus* omittit Monac. *digna claris viris* E.—9 *Quid? inquit* Monac. *Quis est, inquit* E. Mox, alii legunt *auribus commoratus*, improbante Lamb.—10 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *ita nosse ista;* al. ap. Orell. *ista ita nosse*. E ξ omittunt *ita* et *nosse*. Tum, *si tui nobis potestas sæpius* Spirens. N, probante Gœrenz. *si tui potestas* Monac.—11 *Stasiam* E. *aliquando ista solum* ξ. *aliquanto ista secum* E. *assentientem his* Victor. et Gœrenz.—12 Spirens. N, Vienn. Schutz. *familiari nostro*. Verba, *quam a Stasea dicebantur*, suspecta sunt Grutero.—13 Spirens. et N *ab te;* Orell. conj. *abs te*.

Cap. XXVI. 1 Spirens. *plane perdidicit;* N *plane perdiderit;* unde Gœrenz. conj. *plane perdidicerit*.—2 *Ego vero, inquam, isti* Victor. *isti* omittunt Lamb. et Manut. *nonne* omittit ξ. Pro *a te dicta*, codd. aliquot, Venet.

NOTÆ

[b] *Ita relinquitur*] Peripateticorum.

[c] *Assentientem iis*] Theophrasti de summo bono opinionem maxime probavit.

[d] *Sed hæc ab Antiocho*] Opinio Antiochi infra exponetur.

[e] *Discere ea mavis*] Decreta novæ Academiæ 'nihil scire posse' docentis.

Digitized by Google

ministi,[f] mihi licere probare ista, quæ sunt a te dicta? Quis enim potest ea, quæ probabilia videantur ei,[3] non probare? An vero, inquit, quisquam potest probare, quod perceptum, quod comprehensum, quod cognitum non habet?[4] Non est ista, inquam, Piso, magna dissensio. Nihil est enim[5] aliud, quamobrem nihil percipi mihi posse videatur, [*p.* 143.] nisi quod percipiendi vis ita definitur a Stoicis, ut negent quicquam posse percipi, nisi tale verum, quale falsum esse non possit. Itaque hæc cum illis est dissensio, cum Peripateticis nulla sane.[6] Sed hæc omittamus; habent enim et bene longam et satis litigiosam disputationem.

77. Illud mihi a te nimium festinanter dictum videtur, sapientes omnes esse semper[7] beatos; (nescio quo modo[8] prætervolavit oratio) quod nisi ita[9] efficitur, quæ Theophrastus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit, cum quibus conjungi beatam vitam nullo modo posse putavit, vereor ne vera sint. Nam illud vehementer repugnat, eundem et beatum esse,[10] et multis malis oppressum. Hæc quo modo conveniant, non sane intelligo. Utrum igitur tibi non placet, inquit,[11] virtutis tantam vim esse, ut ad beate vivendum se ipsa contenta sit? an, si id probas, ita fieri posse negas, ut ii, qui virtutis compotes sint, etiam malis quibusdam affecti, beati sint? Ego vero volo in virtute vim esse quam maximam: sed, quanta sit, alias: nunc tantum, possitne esse tanta, si quicquam extra vir-

1494. et Gœrenz. *apte dicta.*—3 Gud. 2. et Weg. *ea;* unde Gœrenz. conj. *quis enim potest, quæ probabilia videantur, ea non, &c.*—4 Ernesti conj. *habeat,* improbante Brem.—5 *Nihil enim est* Victor. Mox, *mihi nihil percipi posse* cum codd. Victor. Gœrenz. Orell. *nisi quod percipiendum* E ξ. *ita definitur* desunt in ξ.—6 E ξ omittunt *cum P. n. sane.*—7 Victor. *semper esse.*—8 E ξ χ, alii codd. et Victor. omittunt *modo.*—9 *Quod nisi ita esse* de Gœrenzii conjectura Schutz.—10 Victor. *eundem beatum esse.*—11 *Utrum i. t. inquit, non placet* Spirens. N, Gœrenz. Actutum, *virtutisne esse tantam vim* Spirens. N, Gœrenz. Orell. *virtutisne tantam vim esse* Crat. *virtutis esse tantam vim* Victor. Manut.

NOTÆ

[f] *Sed nonne meministi*] Academici, quanquam 'percipi nihil posse' dicerent, quod probabilius tamen esset, probabant ac sequebantur.

Digitized by Google

tutem habeatur in bonis. 78. Atqui, inquit, si Stoicis concedis, ut virtus sola, si adsit, vitam efficiat beatam, concedis etiam [12] Peripateticis: quæ enim mala illi non audeant appellare, aspera autem, et incommoda, et rejicienda, et aliena naturæ esse concedunt, ea nos mala dicimus, sed exigua, et porro minima.[13] Quare si potest esse beatus is, qui est in asperis rejiciendisque rebus, potest is quoque esse, qui est in parvis malis. Et ego, Piso, inquam, si est quisquam, qui acute in causis videre soleat, quæ res [14] agatur, is es profecto tu. Quare attende, quæso: nam adhuc, meo fortasse vitio, quid ego quæram, non perspicis. Istic sum, inquit; expectoque quid ad id, quod quæram, respondeas. XXVII. 79. Respondebo, me non quærere, inquam, hoc tempore, quid virtus possit efficere,[1] sed quid constanter dicatur, quid ipsum a se dissentiat. Quo igitur, inquit,[2] modo? Quia cum [3] a Zenone, inquam, hoc magnifice, tanquam ex oraculo, editur, Virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est. Quare? inquit. Respondet:[4] Quia nisi quod honestum est, nullum est aliud bonum. Non quæro jam, verumne sit: illud dico, ea, quæ dicat, præclare inter se cohærere. 80. Dixerit hoc idem [5] Epicurus, Semper beatum esse sapientem, (quod quidem solet ebullire nonnunquam) quem quidem, cum summis doloribus conficiatur, ait dicturum, Quam suave est! quam nihil curo! Non pugnem cum homine, cur [6] tantum habeat in natura boni: illud urgeam, non intelligere eum, quid sibi dicendum sit, cum dolorem summum malum esse dixerit. Eadem nunc mea adversum te oratio est. Dicis eadem omnia et bona et mala, quæ quidem dicunt, qui

Lamb. Dav. Paulo post, *fieri ita* Gœrenz. e codd.—12 Codd. aliquot, etiam E U ξ χ ψ, et Victor. *et concedis etiam.*—13 Spirens. N, et margo Crat. *et pæne minima*, probante Orell.—14 Lamb. conj. *qua de re.*

Cap. XXVII. 1 Multi codd. *efficere possit.*—2 *Quo, inquit* al. ap. Orell.—3 *Quia tum* conj. Gœrenz.—4 *Responde* Ernesti errore typogr.—5 Edd. ante Grut. *quidem;* Dav. cum uno cod. delevit *idem.* Mox, *qui quidem solet* nonnulli codd. *in quo quidem solet* conj. Gœrenz. *quidem* delevit Lamb.—6 Monac. E ξ *cum*, uti volebat Nodell. *cui* Weg. *quo* conj. Gœrenz. ‘Latet hic corruptela.’ *Orell.* Statim, *habeat natura boni* Bazal. et Junt. Deinde, me-

Digitized by Google

nunquam philosophum pictum,[g] ut dicitur, viderunt, valetudinem, vires, staturam, formam, integritatem unguiculorum omnium, bona: deformitatem, morbum, debilitatem, mala.[7] 81. Jam illa externa parce tu quidem; sed [hæc] cum corporis bona sint,[8] eorum conficientia certe in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, divitias, honores, opes. Contra hæc attende me nihil dicere: si ista mala sunt, in quæ potest incidere sapiens, sapientem esse, non esse ad beate vivendum satis. Immo vero,[9] inquit, ad beatissime vivendum, parum est; ad beate vero, satis. [p. 144.] Animadverti, inquam, te isto modo paulo ante ponere; et scio, ab Antiocho[h] nostro dici sic solere. Sed quid minus probandum, quam esse aliquem beatum, nec satis beatum? Quod autem satis est, eo quicquid accesserit, nimium est: et nemo[10] nimium beatus est, et nemo beato beatior. 82. Ergo, inquit, tibi Q. Metellus,[i] qui tres filios consules vidit, e quibus unum etiam et censorem,

---

lum *dixerit* E χ.—7 '*Omnium: deformitatem, morbum, debilitatem mala*] Sic codd. noti. Sed vel inserendum *bona* post v. *omnium* cum Lambino, vel delendum *mala* cum Gœrenzio.' *Orell.*—8 'Locus difficilis; ex parte tamen sanatus a Lamb. et Schutz. Scil. cum ille edidisset, *sed cum hæc corporis, bona sint*, melius hic, *sed hæc corporis, cum bona sint*. Deinde dele cum Schutz. *nihil* ante v. *dicere*. Gœrenz. sic dedit: *sed hæc, cum corporis bona sint eorum conficientia, certe in bonis numerabis*, sine sensu. Tum post *nihil dicere*, in quo non hæsitabat, inculcavit *sed;* et revera Gud. 2. et Weg. habent ex simili errore, *nihil dicere; sed ista*. Brem. delendum censuit *corporis*. Schutz. conj. *sed hæc, cum bonorum sint conficientia, certe . . . numerabis*. Pro *nihil* Ernesti non male volebat *non nihil:* sed præstat, puto, *nihil* cum Schutz. pro pravo gloss. habere.' *Orell.*—9 *Immo vivendum* ψ. *vero* post *beate* omittunt Spirens.

NOTÆ

[g] *Philosophum pictum*] De illo axiomate nulla extat apud veteres mentio, et quid ad rem præsentem faciat, non facile est suspicari. Corruptum ego locum crediderim sic restitui oportere, *philosophum victum*, ut sensus sit: Quæ quidem dicunt, qui philosophum in doloribus positum et ab iis superatum non viderunt.

[h] *Et scio, ab Antiocho*] Antiochus sola virtute vitam beatam, sed non beatissimam esse, docebat. Acad. lib. IV.

[i] *Tibi Q. Metellus*] Macedonicus a domita Macedonia dictus, quem inter felicitatis humanæ exempla proponi solitum aiunt Plin. et Plut. Quatuor filii consulares fuere, sed tres tantum vidit: Q. Balearicum, qui etiam censorius ac triumphalis; L. Dalmaticum, vel ut Plut. vocat, Diadumenum; et M. Metellum. C. Caprarius, qui quartus filius, non nisi post mortem patris consul fuit.

et triumphantem, quartum autem prætorem, eosque salvos reliquit, et tres filias nuptas,[k] cum ipse consul, censor etiam augurque fuisset, et triumphasset,[11] ut sapiens fuerit, nonne beatior, quam, ut item sapiens fuerit, qui, in potestate hostium, vigiliis, et inedia[l] necatus est, Regulus? XXVIII. 83. Quid me istud rogas, inquam? Stoicos roga. Quid igitur, inquit, eos[1] responsuros putas? Nihilo beatiorem esse Metellum, quam Regulum. Inde igitur, inquit, audiendum est. Tamen a proposito, inquam, aberravimus:[2] non enim, inquam, quæro, quid verum,[3] sed quid cuique dicendum sit. Utinam quidem dicerent alium alio beatiorem! jam ruinas videres. In virtute enim sola, et in ipso honesto cum sit bonum positum, cumque nec virtus, ut placet[4] illis, nec honestum crescat, idque bonum solum sit, quo qui potiatur, necesse est beatus sit; cum id augeri non possit, in quo uno positum est beatum esse, qui potest esse quisquam alius alio beatior? Videsne, ut hæc[b] concinant?[5] Et, hercule, (fatendum est enim, quod sentio) mirabilis est apud illos contextus rerum: respondent extrema primis, media utrisque, omnia omnibus: quid sequatur, quid repugnet, vident. In geometria[6] prima si dederis, danda sunt omnia. Concede nihil esse bonum, nisi quod ho-

[b] *Quæ dicuntur a Stoicis.*

et N. *satis est* ξ. *ad beate vivendum satis* ψ.—10 Brem. conj. *at nemo.*—11 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *consul, censor, augur fuisset et tr.* Crat. Victor. *consul, censor esset, augur fuisset, triumphasset;* E ξ χ, al. ap. Orell. *censor, etiam augur fuisset, triumphasset;* ψ *censor, consul, etiam augur fuisset, triumphasset.* Actutum, *modo ut sapiens* conj. Lamb.

CAP. XXVIII. 1 *Quid igitur eos* E ξ.—2 Nonnulli codd. Dav. Lall. Gœrenz. Orell. *aberramus;* Pal. 4. *erramus,* probante Grut.—3 E U *quod verum.*—4 Codex unus Oxon. *ut placeat.* Mox, *augeri id* e codd. Gœrenz. et Orell.—5 E ψ *ut concinnant;* χ *ut hæc continuant.*—6 Lamb. conj. *vident, et ut in*

NOTÆ

[k] *Tres filias nuptas*] Una mater fuit P. Servilii Isaurici, altera P. Scipionis, qui in exilio periit. De tertia nulla uspiam mentio; atque hæc forte causa est, cur Cantelius in gente Cælia duas illi duntaxat filias tribuat.

[l] *Vigiliis, et inedia*] De Reguli morte jam dictum.

Digitized by Google

nestum sit; concedendum est, in virtute sola positam esse[7] beatam vitam. Vide rursus retro: dato hoc,[8] dandum erit illud: quod vestri non item. 84. Tria genera bonorum, Proclivius[9] currit oratio: venit ad extremum: hæret in salebra: cupit enim dicere, Nihil posse ad beatam vitam deesse sapienti. Honesta oratio, Socratica, Platonis etiam. Audeo dicere, inquit.[10] Non potest, nisi retexueris[11] illa: paupertas si malum est, mendicus beatus esse nemo potest, quamvis sit sapiens. At Zeno eum non beatum modo, sed etiam divitem dicere ausus est. Dolere, malum: in crucem qui agitur,[12] beatus esse non potest. Bonum liberi: miserum[13] orbitas. Bonum patria: miserum exilium. Bonum valetudo: miserum morbus. Bonum integritas corporis: miserum debilitas. Bonum incolumis acies: miserum cæcitas. Quæ si potest singula consolando levare, universa quo modo sustinebit? Sit enim idem cæcus, debilis, morbo gravissimo affectus, exul, orbus, egens, torqueatur equuleo: quem hunc appellas,[14] Zeno: Beatum, inquit. Etiam beatissimum? Quippe, inquiet, cum tam docuerim, gradus istam rem non habere, quam virtutem, in qua sit etiam ipsum beatum.[15] 85. Tibi hoc incredibile, quia[16] beatissimum. Quid tuum? credibile? si enim ad populum me vocas; eum, qui[17] ita sit affectus, beatum nunquam probabis: si ad prudentes, alterum fortasse dubitabunt, sitne tantum in virtute, ut ea præditi, vel in Phalaridis tauro[m] beati sint: alterum non dubitabunt, quin

gem.—7 E ξ, Victor. omittunt *esse*.—8 E et Victor. *date hoc.* Pro *dandum* E habet *dato*.—9 Nonnulli codd. etiam χ, Dav. Gœrenz. Orell. *Proclivi*; Lamb. *In proclivi*; E U ξ ψ *providi*; al. ap. Orell. *proclivis*.—10 *Aude dicere, inquit* conj. Orell. *Audeo dicere, inquis* Schutz. *Honesta oratio, Socratica; Platonis etiam audeo dicere* conj. Brem. *Honesta oratio, et Socratica; Platonis etiam audeo eam dicere, inquit*, Gœrenz.—11 Lamb. conj. *retexuerit*. Mox, *esse beatus* e codd. Gœrenz. et Orell. *non potest* Victor.—12 Plerique codd. etiam E U ξ χ ψ, Crat. Lamb. *in cruce qui angitur*.—13 *Bonum, miseri, miserum* E. *B. l. misera* edd. ante Ernesti, qui e codd. dedit *miserum*.—14 Codex unus Oxon. *appello*.—15 Gœrenz. e codd. item Schutz. et Orell. *ipsum etiam beatum*.—16 Dav. delendum putabat *quia*.—17 Grut. et Ernesti *quia*, nescio quo erro-

NOTÆ

[m] *In Phalaridis tauro*] A quo φαλαρισμὸς pro crudeli imperio in proverbium abiit. Cic. ad Att. 'Nam istum quidem, cujus φαλαρισμὸν times, om-

Digitized by Google

et Stoici convenientia sibi dicant, et vos repugnantia. Theophrasti igitur, inquit, tibi liber ille placet de beata vita? Tamen aberramus a proposito: et, ne longius, prorsus, inquam, Piso, si ista mala sunt, placet.[c] 86. Nonne igitur tibi videntur, inquit, mala? Id quæres?[18] inquam: in quo, utrum respondebo, verses te huc atque illuc necesse est. [*p.* 145.] Quo tandem modo? inquit. Quia si mala sunt, is, qui erit in his, beatus non erit: si mala non sunt, jacet omnis ratio Peripateticorum. Et ille ridens, Video, inquit, quid agas: ne discipulum abducam, times. Tu vero, inquam, ducas licet,[19] si sequatur: erit enim mecum, si tecum erit.

XXIX. Audi igitur, inquit, Luci: tecum enim, [ut ait Theophrastus,] mihi instituenda oratio est.[1] Omnis auctoritas philosophiæ consistit in beata vita comparanda:[n] beate enim vivendi cupiditate incensi omnes sumus.[2] 87. Hoc mihi cum tuo fratre convenit. Quare hoc[3] videndum est, possitne nobis hoc ratio philosophorum dare: pollicetur certe: nisi enim id faceret, cur Plato Ægyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et cœlestia acciperet? cur post, Tarentum, ad Archytam?[o] cur ad ceteros[4] Pythagoreos, Echecratem,[p] Timæum,[q] Acrionem[r] Locros;

[c] *Et prorsus, inquam, mihi placet, ne longius aberremus, si ista mala sunt.*

re. Statim, *beatum esse* Spirens. et N. *unquam probabis* χ.—18 *Id quæris* Manut. Lamb. Orell. uti volebat Ernesti. Mox, *respondere* e conjectura Lambini Schutz. uti volebat idem Ernesti. *necesse est?* Dav. et Gœrenz. improbante Orell.—19 Weg. et Gud. 2. *abducas licet.* Actutum, *si sequetur* N et Spirens.

CAP. XXIX. 1 Gud. 1. 2. Weg. Gœrenz. *est ratio;* Schutz. *ratio est.* 'Verba, *ut ait Theophr.* collocanda sunt *philosophiæ.*' Orell.—2 Crat. Victor. Lamb. *sumus omnes.*—3 Gœrenz. uncis inclusit *hoc;* delevit Schutz. Mox, *hæc ratio* E U ξ.—4 Nonnulli codd. etiam E ξ χ ψ, Crat. Victor. Dav. Gœ-

NOTÆ

nia teterrime facturum puto.'

[n] *Beata vita comparanda*] 'Comparare' hoc loco Nonius interpretatur 'confirmare' et 'constituere.'

[o] *Ad Archytam*] Pythagoricum nobilissimum, tanta apud cives suos commendatione virum, ut civitati septies præpositus sit, cum imperare quenquam plus quam annum leges prohiberent; tanta felicitate, ut exercitus Tarentinorum, quamdiu iis præfuit, nunquam superati sint.

[p] *Echecratem*] Numeratur a Laërtio lib. VIII. inter discipulos Pythagoræ.

[q] *Timæum*] Timæi fuere præcipue

Digitized by Google

ut, cum Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque, quæ Socrates repudiabat, addisceret? cur ipse Pythagoras et Ægyptum lustravit, et Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria transmisit? cur hæc eadem Democritus? qui, (vere falsone,[s] quæreremus [5]) dicitur oculis se privasse: certe ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit;[t] agros deseruit incultos; quid quærens aliud, nisi beatam vitam? Quam si etiam [6] in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturæ consequi volebat, ut esset bono animo: id enim [7] ille summum bonum, *εὐθυμίαν*, et sæpe *ἀθαμβίαν* appellat, id est, animum terrore liberum. 88. Sed hæc etsi præclare,[8] nondum tamen et perpolita: pauca enim, neque ea ipsa enucleate

renz. *ad reliquos.* Paulo post, *et ea quæ* E. *et* ante *Ægyptum* omittunt E ξ. *et Persarum in agros* U ξ. Pro *obiit* E habet *obivit.*—5 ‘Hoc corruptum.’ *Orell. quæremus* Manut. *quæreremus* delendum censent Victor. Lamb. Brem. *non quæremus* suspic. Dav. *vere, falso, ne quæremus* conj. Gœrenz. Mox, *quam minimum* conj. Lamb.—6 *Quam etiam si* Lamb. *Quid si etiam* χ. Mox, *bono ut esset animo* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell.—7 *Ideo enim* Spirens. N, Gœrenz. Orell. Pro *ἀθαμβίαν*, quod servant nonnulli codd. Gronov. 1692. Dav. seqq. *ἀκακίαν* habent Victor. et Crat. *ἀταραξίαν* Lamb. Oliv. Verba, *id est a. t. liberum*, suspecta sunt Manutio.—8 *Sed hoc e. præclare* E. *Sed hæc e. præclara* Lamb. in marg. ed. 1584. et de Bremii conj. Schutz. *nondum tamen*

NOTÆ

tres, Locrus, Cyzicenus, Siculus; quos quia multi non satis distinxerunt, hinc varii errores. Locrum audivit Plato. Locri cum Socrate disputatio est in liber Platonis qui Timæus inscribitur. Hunc autem cum Socrate eodem vixisse sæculo negat temere Macrob. I. 1. Cyzicenus Platonis auditor fuit, ejusque opusculum *περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων* Photius laudat, quod quidem opus Timæi Locri esse male Meursius tradit.

[r] *Acrionem*] Miror a Lambino eam vocem respui, cum Acrionem unum e præcipuis Pythagoræis fuisse constet auctore Jonsio.

[s] *Vere falsone*] Falsum esse dicit Plut. *περὶ πολυπραγμοσύνης.* Neque Laërt. et Hesychius in Vita Democriti meminerunt. D. Hieron. autem id asserit tract. II. contra Jovinian. c. 127. Facti quoque causa varie refertur. Ab aliis, ut animam vegetiorem ad philosophiæ contemplationem haberet. Ita Gell. XIX. 17. et D. Hieron. loco citato; ab aliis, quod mulieres sine cupiditate intueri non posset. Tertull. in Apologet. Laberius poëta aliam quoque nescio quam ejus cæcitatis causam memorat.

[t] *Patrimonium neglexit*] Illud patriæ donavit auctore Val. Maximo. Scribunt alii partitum esse fratribus.

Digitized by Google

ab hoc, de virtute quidem, dicta: post enim hæc in hac urbe primum a Socrate quæri cœpta;[u] deinde in hunc locum delata sunt. Nec dubitatum,[9] quin in virtute omnis, ut bene, sic etiam beate vivendi spes poneretur. Quæ cum Zeno didicisset a nostris; ut in actionibus præscribi[10 x] solet, de re eadem alio modo. Hoc tu nunc in illo probas. Scilicet vocabulis rerum mutatis,[11] inconstantiæ crimen ille effugit; nos effugere non possumus? Ille Metelli vitam negat beatiorem quam Reguli, præponendam tamen; nec magis expetendam, sed magis sumendam; et, si optio esset, eligendam Metelli, rejiciendam Reguli.[12] Ego, quam ille præponendam, et magis eligendam, beatiorem hanc appello; nec ullo minimo momento plus ei vitæ tribuo, quam Stoici. 89. Quid interest, nisi quod ego res notas notis verbis appello; illi nomina nova quærunt, quibus idem dicant? Ita, quemadmodum in senatu[y] semper est aliquis, qui interpretem[13] postulet, sic isti nobis cum interprete audiendi sunt. Bonum appello, quicquid secundum naturam est; quod contra, malum; nec ego solus; sed tu etiam, Chrysippe, in foro, domi: in schola definis.[14] Quid ergo? aliter homines, aliter philosophos loqui putes[15] oportere,

perpolita Lamb. in ed. 1566. et Schutz.—9 *Nec dubitant* E U ξ χ ψ, Crat. Victor. Manut. *Nec dubium* Monac.—10 Codd. aliquot et Manut. *perscribi*. Mox, *de rea eadem fecit alio modo* Grut. et al. ante Ernesti, etiam Orell. qui conj. *verba fecit*. Victor. Dav. et margo Lamb. *egit* pro *fecit*, recepit Lall. *dixit* Lamb. in ed. 1566.—11 Schutz. tacite *immutatis;* Gud. 1. 2. et Gœrenz. *imitatis*.—12 *Reguli rejiciendam* cum codd. Crat. Victor. Gœrenz. Orell. Paulo post, *nec ullo omnino momento* Spirens. N, probante Gœrenz.—13 Codex unus Oxon. *interprete*.—14 Nonnulli codd. Lamb. Dav. Lall. Orell. *desinis*.—15 Spirens. N, Lamb. Schutz. Orell. *putas*. Pro *quidque* multi codd. etiam

NOTÆ

[u] *A Socrate quæri cœpta*] Qui primus philosophiam a naturæ contemplatione revocavit; invexitque morem, ut de virtutibus et vitiis quæreretur.

[x] *In actionibus præscribi*] Simile est illud in Epistola quadam Ciceronis: 'Ut vos in vestris formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo.' Dicitur autem eadem res fieri alio modo in actionibus forensibus, cum quis, v. g. furto recuperato per aliquem modum, puta æstimationem, illud iterum repetit alio modo.

[y] *Quemadmodum in senatu*] Imperitis legum ac juris interpretes erant, qui leges iis exponerent explicarentque, quod genus hominum ἐξηγητὰς Suidas vocat.

Digitized by Google

[quanti quidque sit [z]]? aliter doctos, et indoctos? Sed cum constiterit inter doctos, quanti res quæque sit, [si homines essent, usitate loquerentur [16]] dum res maneant, verba fingant arbitratu suo. XXX. 90. Sed venio ad inconstantiæ [1] crimen, (ne sæpius dicas, me aberrare) quam tu ponis in verbis; ego positam in re putabam. Si satis erit hoc perceptum, [*p.* 146.] (in quo adjutores Stoicos optimos habemus) tantam vim esse virtutis, ut omnia, si ex altera parte ponantur, ne appareant quidem; cum omnia, quæ illi commoda certe dicunt esse, et sumenda, et eligenda, et præposita, quæ ita definiunt,[a] ut satis magno æstimanda sint; hæc igitur cum ego, tot nominibus a Stoicis appellata, partim novis et commenticiis, ut ista 'producta' et 'reducta,' partim idem significantibus (quid enim interest, expetas an eligas? mihi quidem etiam lautius videtur, quod eligitur, et ad quod delectus adhibetur); sed, cum ego ista bona omnia dixero,[2] tantum refert, quam magna dicam; cum expetenda, quam valde. Sin autem [3] nec expetenda ego magis, quam tu eligenda, nec illa pluris æstimanda ego, qui bona, quam tu, qui producta appellas; omnia ista necesse est obscurari, nec apparere, et in virtutis, tanquam in solis radios, incurrere. 91. At enim, qua in vita est aliquid mali, ea esse beata [4] non potest. Ne seges quidem igitur [5] spicis uberibus, et crebris, si avenam us-

EUξχψ, et Victor. habent *quicquid*. Tria hæc verba *quanti quidque sit* delevit Schutz. defendit Gœrenz. *oportere? quanti quidque sit, aliter docti et indocti* e codd. Lamb.—16 Hæc Dav. primus uncis inclusit.

CAP. XXX. 1 E ξ *constantiæ*. Mox, *hoc præceptum* in iisdem codd. *optimos* omittunt Gud. 1. 2. Weg. Gœrenz. *Stoicos adjutores optimos* Dav. tacite. Deinde, *ne appareret . . . dicant* χ.—2 Nonnulli codd. Victor. Lamb. Gœrenz. Orell. *ista omnia, bona dixero*. Statim, *quam expetenda* E U ξ, et edd. vett. *dicam quam valde expetenda* Lamb. 1566.—3 *Sunt autem* E ξ. Mox, *ego pluris æstimanda* Victor. Paulo post, *et in virtutes* Grut. et al. vett.—4 Nonnulli codd. Victor. Lamb. Gœrenz. Orell. *beata esse*.—5 Gœrenz. conj. *igitur est*. 'Excidit fortasse *lætatur, læta est*.' Orell. Pro *uspiam*, quod servant codd,

NOTÆ

z *Quanti quidque sit*] Sententia est libro superiore tractata ab eo qui Stoicorum partes agebat.

a *Quæ ita definiunt*] Sic enim præpositum Cato lib. III. definivit: Quod sit indifferens cum æstimatione mediocri.

piam videris; nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. An hoc usquequaque aliter in vita? et non ex maxima[6] parte de tota judicabis? an dubium est, quin virtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis, ut reliquas obruat? Audebo igitur cetera,[7] quæ secundum naturam sunt, bona appellare, nec fraudare suo veteri nomine, quam aliquid potius novum exquirere; virtutis autem amplitudinem[b] quasi in altera libræ lance ponere. 92. Terram, mihi crede, ea lanx, et maria deprimet: semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur. Dicimus aliquem hilare vivere. Igitur,[8] si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? At hoc in eo M. Crasso,[c] quem semel ait in vita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus ἀγέλαστος, ut ait idem, vocaretur. Polycratem Samium[d] felicem appellant.[9] Nihil acciderat ei, quod nollet, nisi quod annulum, quo delectabatur, in mare[10] abjecerat.[e] Ergo infelix una molestia: felix rur-

Crat. Victor. Manut. *ipsam* Grut. Pro *parum*, Brem. conj. *paulum*; Lamb. 1566. *parum aliquis*; Gœrenz. suspic. *parvuli quid damni*.—6 *An hoc aliter in vita? et non usquequaque et ex maxima* Lamb. 1566. Ipse postea improbavit. Paulo post, *ut reliquæ* conj. Gœrenz.—7 Nonnulli codd. Manut. Lamb. Dav. Lall. Gœrenz. Schutz. Orell. omittunt *cetera*. Pro *sunt* Victor. Dav. Gœrenz. Orell. habent *sint*. Statim, *potius quam aliquid novum* Dav. *potius quam aliquod novum* Lamb. probante Ernesti.—8 *Ergo* N, Spirens. Monac. Orell. Actatum, *si semel tristis* Crat. Victor.—9 Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell. *appellabant*.—10 Codd. aliquot, Junt. Crat. Gœrenz. Schutz. Orell. in

NOTÆ

[b] *Virtutis autem amplitudinem*] Ad Critolai libram videntur hæc referri, qui dictitare solebat, in altera lance animi bona exponantur, in altera corporis commoda et fortunæ, tantum propensuram quæ animi bona teneat, ut terram et maria depressura sit. Ad Critolai libram pertinet quod apud Lucianum legitur in Dialogo Martis et Mercurii. De illa iterum Tuscul. lib. v.

[c] *In eo M. Crasso*] Qui pater fuit P. Licinii Crassi Sapientis cognominati. Vide Plin. VII. 19.

[d] *Polycratem Samium*] Samiorum tyrannum, cujus historiam referunt Herodot. lib. III. Strabo lib. XIV. Plin. XXXVII. 1. De illius felicitate hæc Valer. Max. VI. 9. 'Ad invidiam usque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis conspicuus vitæ fulgor excessit . . . Velle ac posse in æquo positum erat.'

[e] *In mare abjecerat*] Ipse, ne omnis incommodi expers esset, sponte abjecit annulum sibi carissimum. Sed

Digitized by Google

sus, cum is ipse annulus in præcordiis piscis inventus est. Ille vero, si insipiens, (quod certe, quoniam tyrannus) nunquam beatus: si sapiens, ne tum quidem miser, cum ab Orœte[11] [f] prætore [g] Darei in crucem actus est.[h] At multis malis affectus. Quis negat? sed ea mala virtutis magnitudine obruebantur. XXXI. 93. An ne hoc quidem Peripateticis concedis, ut dicant, omnium virorum bonorum (id est, sapientum, omnibusque virtutibus [1] ornatorum) vitam omnibus partibus plus habere semper boni, quam mali? quis hoc dicit? Stoicis licet:[2] minime: sed isti ipsi,[i] qui voluptate et dolore omnia metiuntur, nonne clamant, sapienti plus semper adesse, quod velit, quam quod nolit? Cum tantum igitur [3] in virtute ponant ii, qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse; quid facere nos oportet, qui quamvis minimam animi præstantiam omnibus bonis corporis anteire dicamus, ut ea ne in conspectu quidem relinquantur? Quis enim est,[4] qui hoc cadere in sapientem dicere audeat, ut, si fieri possit, virtutem in perpetuum abjiciat, ut dolore omni liberetur? quis nostrum dixerit (quos non pudet ea, quæ Stoici aspera dicunt, mala dicere) melius esse, turpiter aliquid facere cum voluptate, quam honeste

---

meri. Victor. *abjecit.*—11 Ita de Victorii emend. Lamb. et seqq. *Oronte* codd. aliquot, etiam E ξ χ ψ, Crat. Manut. *Darii* Lamb. *Dareis* E. *Daretii* ψ.

CAP. XXXI. 1 Spirens. N, Gœrenz. Orell. *omnibus virtutibus.*—2 Lamb. e conjectura, Lall. Gœrenz. Orell. *Stoici scilicet;* Manut. *Stoicis licet minime,* uti volebat Nissen.—3 Codd. aliquot, et Victor. omittunt *igitur.* Mox, *ponunt hi* E, Gœrenz. Schutz. Orell. *eam voluptate marceret* E ξ. *ea voluptatem maceret* χ. *ea voluptatem acciret,* et pro v. l. *maceret* ψ. Mox, *nimiam animi* ξ. Pro *dicamus* Lamb. habet *dicimus.*—4 Gœrenz. e codd. et Orell. *quis est enim.* Sta-

NOTÆ

ne annulo quidem diu caruit. Paucis enim post diebus captus est piscis et tyranno donatus, in cujus ventre repertus est annulus. Val. Max. VI. 9.

[f] *Cum ab Orœte*] Dicitur Ὀροίτης Herod. lib. III. et Athen. lib. XII. quanquam Val. Maximus *Orontem* quoque legit.

[g] *Prætore*] Hunc præfectum Val. Max. vocat.

[h] *Actus est*] In excelso Micalensi monte, in Asia Minore, a regione Sami insulæ.

[i] *Sed isti ipsi*] Epicurei; quam eorum opinionem Torquatus lib. I. sic exponit: 'Neque enim tempus est ullum, quo non plus habeat voluptatum, quam dolorum, sapiens,' &c.

Digitized by Google

cum dolore? 94. [*p.* 147.] Nobis Heracleotes[k] ille Dionysius flagitiose descivisse videtur a Stoicis propter oculorum[5] dolorem. Quasi vero[6] hoc didicisset a Zenone, non dolere, cum doleret? Illud audierat, nec tamen didicerat, malum illud non esse, quia turpe non esset, et esse[7] ferendum viro. Hic si Peripateticus fuisset, permansisset, credo, in sententia, quoniam[8] dolorem dicunt malum esse. De asperitate autem ejus fortiter ferenda præcipiunt eadem, quæ Stoici: et quidem Arcesilas[l] tuus, etsi fuit in disserendo pertinacior, tamen noster fuit: erat enim Polemonis. Is cum arderet podagræ doloribus, visitassetque[9] hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, et tristis exiret; 'Mane, quæso,' inquit, 'Carneade noster: nihil illinc huc pervenit:' ostendit pedes, et pectus. Attamen[10] hic mallet non dolere. XXXII. 95. Hæc igitur est nostra ratio, quæ tibi videtur inconstans: cum, propter virtutis cœlestem quandam et divinam, tantamque præstantiam, ut, ubi virtus sit, resque magnæ, sumendæ laudabilesque virtute gestæ,[1] ibi esse miseria et ærumna non possit, tamen labor possit, et molestia; non dubitem dicere, omnes sapientes semper beatos esse, sed tamen fieri posse, ut sit alius alio beatior.

---

tim, *qui hæc* Grut. et al. vett. Paulo post, *quis vestrum* Lamb. *quod non pudet* χ. —5 Monac. *genu*; al. ap. Orell. *renum*.—6 Ita cum codd. Lamb. Lall. Gœrenz. *Quis vero* Victor. Manut. Dav. *Qui vero* conj. Dav.—7 Ita de Manutii conjectura Lall. *et esset* codd. et reliquæ edd.—8 Pro *quoniam* Spirens. et N habent *qui*.—9 Lamb. *visissetque*. Statim, *Corniades* et *Corniade* de Davisii conjectura Schutz. et Orell.—10 *Ac tamen* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell.

CAP. XXXII. 1 Spirens. Mars. Crat. Gœrenz. Orell. *resque magnæ et summe laudabiles virtute gestæ*; N *resque magnæ summe laudabiles virtute*

NOTÆ

[k] *Heracleotes*] Cognomento Μεθαπέμενος. Is primum insignis Stoicus fuit, sed propter oculorum dolorem, ut hic Cic. et Laërt. in Zenone, vel ut Tusc. lib. II. propter renum dolorem, a Zenone ad Cyrenaicos se contulit.

[l] *Et quidem Arcesilas*] Novæ Academiæ fundator, ut Ciceroni; Mediæ, ut Laërtio placet. Theophrastum audivit, sed ab eo subinde discessit; cumque discederet, quam ingeniosus, inquit Theophrastus, e schola nostra discessit. Adeo studiosus fuit Peripateticorum, ut quendam e discipulis suis ad aliorum scholas transire volentem, manu apprehensum, ad Hieronymum Peripateticum deduxerit. Plura de illo in Academicis.

Digitized by Google

Atqui iste locus est, Piso, tibi etiam atque etiam confirmandus, inquam: quem si tenueris, non modo meum Ciceronem, sed etiam me ipsum abducas licebit. 96. Tum Quintus, Mihi quidem,[2] inquit, satis hoc confirmatum videtur. Lætor[3] quidem, philosophiam, cujus antea supellectilem pluris æstimabam, quam possessiones reliquorum (ita mihi dives videbatur, ut ab ea petere possem, quicquid in studiis nostris concupissem): hanc igitur lætor etiam acutiorem repertam, quam ceteras; quod quidam ei deesse[m] dicebant. Non quam[4] nostram[n] quidem, inquit Pomponius jocans: sed, mehercule, pergrata mihi oratio tua. Quæ enim dici Latine posse non arbitrabar, ea dicta sunt a te, nec minus plane, quam dicuntur a Græcis, verbis aptis.[5] Sed tempus est, si videtur: et recta quidem ad me. Quod cum ille dixisset, et satis disputatum videretur, in oppidum[o] ad Pomponium[p] perreximus omnes.

gestæ; Lamb. *resque magnæ, sumendæ, laudabiles et virtute gestæ.* Mox, *labor possit molestia* Spirens. N, Gœrenz. Schutz. Orell.—2 *Mihi vero* Schutz. de conjectura.—3 *Lætorque* conj. Dav. *Et lætor* de Gœrenzii conjectura Schutz. —4 *Nunquam* codd. plerique, Crat. Victor. Statim, *Pomponius inquit* cum Gud. 1. Mars. Gœrenz. Vide Heindorf. ad Nat. Deor. p. 16. Deinde, *pergrata fuit mihi* Lamb. solus.—5 Lamb. edidit de conjectura, *nec minus plane, quam dicuntur a Græcis, nec verbis minus aptis.* Voces *verbis aptis* post *dicta sunt a te* inseruit Schutz. Gœrenzius vero pro gloss. habet.

NOTÆ

[m] *Quod quidam ei deesse*] Stoici videlicet Peripateticos dixerunt esse populares, minime subtiles, ac dissolutos.

[n] *Non quam nostram*] Epicuream. Ironice dictum, quod ea secta parum erudita et ignobilis habebatur.

[o] *In oppidum*] Athenas.

[p] *Pomponium*] Morelius hunc Q. Pomponium appellat; sed perspicuum est, Titum esse. Quid enim ille Q. Pomponius in hoc loco? Observa tamen T. Pomponium, quia a Q. Cæcilio adoptatus erat, sæpe quoque vocari solitum Q. Cæcilium Atticum, ut habet Varro de Re Rust. II. 2.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM[a] QUÆSTIONUM

AD M. BRUTUM[b]

LIBER I.

DE CONTEMNENDA MORTE.

ARGUMENTUM.

Præfatus de instituto philosophiæ Græcæ Latinis literis illustrandæ, ut, in quo uno a Græcis vincerentur Romani, id ad ipsos quoque transferretur, cap. 1—4. ponit id, de quo tota est primi libri disputatio, 'An mors malum sit?' quod deinde multis refellit. Primo ostendit, mortem non posse malum esse mortuis, quod falsa sint omnia, quæ de inferis apud poëtas narrentur; et, si nusquam sint mortui, non possint esse miseri, quod nil sentiant, neque adeo mors malum. cap. 5—7. Deinde non esse malum mortem morituris cap. 8. demonstrare suscipit. Mors quid sit, non constare inter philosophos, qui de natura animi valde dissentiant: cap. 9. 10. qua non cognita, ne mors quidem qualis sit, posse intelligi. Qui animum cum corpore confundant, interitum etiam mentis et corporis conjungere, reliquos spem immortalitatis afferre. Quicquid sit, mortem non esse malum. Nam si intereat animus, non esse miserum; sin superstes sit corporis ruinis, beatum esse. cap. 11. Immortalitatem autem animi confirmari auctoritate antiquitatis omnis, cap. 12. 13. cura, quam quisque rerum post

NOTÆ

[a] *Tusculanarum*] Dictæ sunt *Tusculanæ*, vel quod scriptæ sint, vel quod fingantur habitæ, in villa Tusculana. Quando autem scripserit eas Cicero, an ætatis suæ an. 62. an 63. non omnino exploratum est. Fabricius, quod quidem similius vero est, ad 63. refert, certe post bella civilia, potito jam rerum Cæsare.

[b] *Ad M. Brutum*] Ad quem libros de Finibus, de Nat. Deor. &c. scripsit.

Digitized by Google

mortem futurarum gerat, cap. 14. sq. consensu nationum omnium, cap. 16. natura animorum vel animali, h. e. spirabili, vel ignea, qua, cum corpore excesserint, propter agilitatem in sublime ferantur, cap. 17. divinis denique rebus, quæ animo insint, quæ nec a corpore oriri, nec in terra natæ esse possint. cap. 24—27. Quod autem primo propterea quidam animum a corpore discretum negent, quod, ubi sit, aut qualis sit, non intelligant, id esse leve; quod nec oculus se videat, et animus, quanquam non suam formam, tamen sagacitatem, memoriam, ingenium videat. cap. 28. 29. Deinde, quod negent animum vacantem corpore esse posse, quod qualis ejusmodi animus sit, et quomodo possit vacare corpore, non intelligant; ne in corpore quidem qualis sit intelligi, difficiliusque esse, comprehendere, quomodo in alieno et diversæ naturæ corpore esse, quam quomodo vacare corpore possit. cap. 22. Stoicos autem esse perabsurdos, qui animos manere dicant, cum e corpore excesserint, sed non semper; quod dent id, quod difficillimum in causa sit, posse animum manere corpore vacantem; quod facile sit, tollant, semper manere. cap. 32. Neque Panætii rationem duplicem valere, qui animos mortales velit, primo, quod quicquid nascatur, intereat; deinde, quod animus sæpe æger sit: quod autem ægrum esse, et in morbum cadere possit, id etiam interire possit. Nam cum de immortalitate disputetur, de mente dici, quæ omni turbido motu vacet, non de iis partibus, in quibus ægritudines versentur. cap. 32. 33. Quod si vero animus intereat, non esse tamen, quare mortem timeamus, cum propter eam rationem, quam supra attulerit, cap. 11. tum propter multas alias. Mortem non propter se (fieri enim in puncto, sæpe etiam sine sensu) timeri, sed propter discessum ab omnibus vitæ bonis; sed ea esse aut opinata tantum, aut tam pauca et parva, ut a malorum et magnitudine aut multitudine obruantur; et morte omnia mala et pericula effugi. cap. 34—36. Nullis bonis rebus carere mortuos, quod carere is demum dicatur, cui desit, quod desideret: cap. 36. neque, sine sensu esse, odiosum esse tum, cum sensus ablatus sit. cap. 37. Ac propterea omnem metum mortis pellendum esse, neque miserum putandum maturæ mori, et, ut aiunt, ante tempus, quod nullum certum vivendi spatium natura dederit, sed incertam vitæ usuram. cap. 39—41. De humatione autem et sepultura non esse laborandum, quod nihil ad mortuum pertineat: cap. 42—45. operam potius dandam esse, ut laudabilem vitam gloriosa ratione finiamus: eam esse optimam æquo animo oppetendæ mortis rationem. cap. 46. 47. Epilogi loco afferuntur ipsorum Deorum de morte testimonia, et hominum de morte pro patria oppetita opiniones.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 148.] CUM defensionum [c] laboribus senatoriisque muneribus, aut omnino, aut magna ex parte

NOTÆ

[c] *Defensionum*] In hoc Ciceronis opere commentando versati sunt præcipue Aldus Manutius, Fulvius Ursinus, Camerarius, Beroaldus. Aldus Manutius locos integros, et verba ipsa ex Camerario et Beroaldo sibi vindicavit. Optimum est quod ex Paulo Manutio patre suo habet. Ful-

Digitized by Google

essem aliquando liberatus, retuli me, Brute, te hortante maxime, ad ea studia, quæ, retenta animo, remissa temporibus,[d] longo intervallo intermissa revocavi: et, cum omnium artium, quæ ad rectam vivendi viam pertinerent,[1] ratio et disciplina, studio sapientiæ, quæ philosophia dicitur, contineretur; hoc mihi Latinis literis illustrandum putavi: non, quia philosophia Græcis et literis[2] et doctoribus percipi non posset: sed meum semper judicium fuit, omnia nostros aut invenisse[e] per se sapientius, quam Græcos, aut, accepta ab illis, fecisse meliora, quæ quidem digna statuissent, in quibus[3] elaborarent. 2. Nam mores, et instituta[4] vitæ, resque domesticas ac familiares nos profecto et melius tuemur et lautius: rem vero publicam nostri majores certe melioribus temperaverunt et institutis et legibus. Quid loquar de re militari? in qua cum virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina.[f] Jam illa, quæ natura, non literis assecuti sunt, neque cum Græcia,[5] neque ulla cum gente sunt conferenda. Quæ enim tanta gravitas, quæ tanta constantia, magnitudo animi,[g] probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in ullis[6] fuit, ut sit cum majoribus nostris compa-

CAP. I. 1 Tres codd. Oxon. *pertinent.* Statim, *continetur* E. *continerentur* σ ψ 1.—2 Vat. *libris.* Mox *judicium semper* edd. vett. et Lamb.—3 Codex unus Oxon. *in quibus nonnihil.*—4 Cod. ψ 1. *institutiones.* Paulo post, *temperarunt* edd. vett.—5 *Græcis* Manut. Lamb.—6 Marge Crat. *in illis,*

NOTÆ

vius Ursinus ad editionem Lambini breves quidem notas appingit, sed selectas. Camerarius non commentaria, sed si pauca demas, parerga scribit. Beroaldus omnium optime in hoc Ciceronis opere versatus est. Erasmus, Janus Pagninus, et Georg. Valla aliquas in hos libros notas ediderunt.

[d] *Remissa temporibus*] Intellige bellorum civilium tempora, in quibus, ut ait Ennius, 'Tollitur e medio sapientia, vi geritur res.'

[e] *Nostros aut invenisse*] Fatetur in Bruto id a se dici solitum, 'non quod res ita sit, sed ut suos accendat et hortetur.'

[f] *Tum plus etiam disciplina*] De disciplina Romanorum militari, notum est quod ipse Romanorum hostis Taxiles, ille a sinu et latere Mithridatis, libero ore apud Tigranem fassus est: Ἄμαχον πρᾶγμα τὰ Ῥωμαίων ὅπλα, *Rem invictam Romanorum arma.* Plut. in Lucullo, et Lips. de Milit. Rom. Dial. I.

[g] *Magnitudo animi*] De virtutibus Romanorum insigne est illud Flori:

randa? 3. Doctrina Græcia nos, et omni literarum genere superabat: in quo erat facile vincere non repugnantes. Nam cum apud Græcos antiquissimum sit e doctis genus poëtarum,[7] si quidem Homerus[h] fuit, et Hesiodus[i] ante Romam conditam, Archilochus[k] regnante Romulo;[l] serius poëticam nos accepimus: annis enim[8] fere DX post Romam conditam Livius fabulam[m] dedit, C. Claudio,[n] Cæci filio, M. Tuditano,[o] consulibus, anno ante natum Ennium,

prob. Bouh.—7 Reg. et edd. vett. *e doctis genus sit poët.* Manut. Lamb. *e doctis sit gen. poët.*—8 Reg. omittit *enim;* et sic quinque codd. Oxon. Pro *DX* quod servant Manut. Dav. Wolf. Orell. *CCCCX* habent plerique codd. etiam Reg. et edd. vett. *DXIV* Muret. e cod. Ursin. *ICXIV* duo codd. Oxon. *quadringentis decem* al. Mox, *Livius primus* conj. Bentl. *fabulam docuit* cod. Ursin. Pro *Cæci filio* idem cod. habet *Centone.* Deinde, *et Nævius* omittunt codd. aliquot et Wolf. qui de Ernestii sententia uncis inclusit *qui fuit . . . Plautus.* Hæc delevit Schutz. *ut et Nævius* de Pearcii conj. Lall. *fuitque major . . . Nævius* conj. Burm.

NOTÆ

'Ad constituendum Rom. imperium videri contendisse virtutem et fortunam.' Et Ammiani, 'virtutum omnium larem fuisse.' Ita Casalius de Romæ Splendore.

[h] *Si quidem Homerus*] Annus 160. ab excisa Troja fuit natalis Homeri, vixitque annos centum et quatuor. Ita Salianus, a cujus sententia sunt qui discedant.

[i] *Et Hesiodus*] Hunc Homero alii supparem faciunt: Salianus annis 100. juniorem scribit. Herodotus, scriptor, ut ait Camerarius, in chronicis diligens, supparem ait, et ab utriusque temporibus ad ætatem suam fluxisse annos 400. totidemque ad ipsos a Trojano bello.

[k] *Archilochus*] Poëta petulantissimus, et obscœnus. Quare a Lacedæmoniis sancitum, ut ejus libri urbe exportarentur.

[l] *Regnante Romulo*] Corn. Nepos, aliique non pauci, claruisse illum aiunt temporibus Tulli Hostilii, sive annis post Romulum ferme centum; Herodotus, iis temporibus quibus Gyges, interfecto domino suo, regina regnoque Lydiæ potitus est.

[m] *Livius fabulam*] Cognomine Andronicus. Ita dictus, quod cum prius servus esset, et Andronicus vocaretur, donatus subinde sit libertate a Livio Salinatore. Andronicus ex nomine cognomen factum est. Vide Gell. XVII. 21. Plura nos in Catone Majore.

[n] *C. Claudio*] Centone cognominato, quarto Appii Cæci filio. Censuram, dictaturamque gessit post consulatum qui in annum 513. incidit. Thisius et Oiselius notis in Gell. notant an. 514. Extat cusus ejus nomine denarius ex argento, in quo Romæ caput, et Castores in equis decurrentes, quod plerumque apud Romanos fraternæ concordiæ signum fuit. Iterum de illo in Catone Majore.

[o] *M. Tuditano*] E nobili Semproniorum gente, qui et censor post consulatum fuit. Extat nummus ejus argenteus, ubi Jovis est caput, et templi ejus quadristylum frontispicium cum mensa sacra, et a læva templi

Digitized by Google

qui fuit major natu,[p] quam Plautus et Nævius.[q] II. Sero igitur a nostris poëtæ vel cogniti, vel recepti. Quanquam est in Originibus,[r] solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem[s] de clarorum hominum virtutibus; honorem tamen huic generi non fuisse, declarat oratio Catonis,[t] in qua objecit,[1] ut probrum, M. Nobiliori,[u] quod is in provinciam poëtas duxisset: duxerat[x] autem consul ille in Ætoliam,[y] ut scimus, Ennium. Quo minus igitur[2] honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt. Nec tamen, siqui[3] magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non satis Græcorum gloriæ responderunt. 4. An censemus, si Fabio, nobilissimo homini, laudi datum esset, quod pingeret,[z] non multos etiam

Cap. II. 1 Bentl. conj. *objicit*.—2 *Quo m. ergo* codd. aliquot, edd. vett. Manut. Lamb.—3 *Nec tamen sic, qui* Reg. Vat. unus cod. Oxon. Pal. 2. prob.

NOTÆ

fulmen. Cusus videtur ex argento decreto ad restaurationem templi Jovis, in Tuditani forte quæstura urbana, vel in ædilitate, aut censura.

[p] *Major natu*] Lapsus est Eusebius, vel qui eum vertit Hieronymus, qui lib. de Temporibus Nævium et Plautum ante Livium commemorat; et ipse Cicero lapsus est in Bruto, ubi a Nævio vel surripuisse multa, vel sumsisse Ennium scribit.

[q] *Et Nævius*] Patria Campanus, cui in comœdia tertias tribuit Volcatius. Stipendia fecit bello Punico, teste Varrone. In vincula a triumviris conjectus propter maledicentiam in principes civitatis, fabulas 'Laureolum' et 'Leontem' composuit, quibus priorem petulantiam diluit, vinculisque solutus est. Uticæ tamen in Africa, teste Eusebio, mortuus est, exul factione Metelli et Scipionis Africani, quos versibus suis perstrinxerat.

[r] *In Originibus*] Qui liber a Porcio Catone Censorio scriptus est. De quo hæc Cicero in Bruto: 'Origines Catonis quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent!'

[s] *Ad tibicinem*] In conviviis adhiberi primo cœpti sunt tibicines solitarii, qui mos a Tuscis Romam invectus est: mox tibicinibus additi vocum concentus. Plura Bulengerus de Conviviis.

[t] *Oratio Catonis*] Is ipse qui Origines scripsit. Fertur orationes scripsisse 150.

[u] *Marco Nobiliori*] E gente Fulvia. Is oratione ex Hispania ulteriore, ex capta Ambracia, domitisque Ætolis, triumpho, consulatu 564. et censura clarus fuit.

[x] *Duxerat*] Quinam mitterentur in provincias, quando, quamdiu, quæ auctoritas, tradit Rosinus VII. 42. ad 45.

[y] *In Ætoliam*] Regio est Achaiæ in confinio Epiri, nunc a multis Parva Græcia dicitur.

[z] *Fabio . . . quod pingeret*] Cognomen ex picturæ peritia traxerunt Fabii Pictores: princeps hujus cognominis fuit is de quo hic agitur, C. Fabius Pictor, qui ædem Salutis

Digitized by Google

apud nos futuros Polycletos[4] [a] et Parrhasios [b] fuisse? Honos alit artes,[c] omnesque incenduntur[5] ad studia gloria: jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur. Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. Igitur et Epaminondas,[d] princeps, meo judicio, Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur: [*p*. 149.] Themistoclesque,[e] aliquot ante annos,[6] cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Ergo in Græcia musici floruerunt, discebantque id omnes;[7] nec, qui nesciebat, satis excultus doctrina putabatur. 5. In summo apud illos honore geometria fuit:[f] itaque nihil mathematicis illustrius. At nos,[8] metiendi ratiocinandique utilitate, hujus artis terminavimus modum. III. At contra oratorem celeriter complexi[1] sumus; nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicendum; post autem eruditum. Nam Galbam,[g] Africanum,[h] Lælium,[2] [i] doctos fuisse tradi-

Bentl. et Dav.—4 *Polygnotos* de Camer. et Mureti conj. Lamb. prob. Bentl. —5 Ita Reg. et Orell. *incendimur* codd. aliquot, Lall. Wolf.—6 Ita Reg. Crat. Victor. Dav. Lall. *annis* edd. vett. Manut. Lamb. Wolf. Orell. Mox, *recusaret* Reg. U χ, Crat. Victor. Dav. Orell. prob. Bentl. *est habitus* Reg. Guelf. edd. vett. Crat. Victor. Dav. Orell.—7 Ernesti conj. *ideo omnes*. Statim, *qui nesciebant . . . putatur* χ. *doctrina videbatur* ψ 1.—8 *Apud nos* E ξ.

CAP. III. 1 Codex unus Oxon. *impressi*.—2 D E *et Africanum et Lælium*.

NOTÆ

pinxit, dedicatam a C. Junio Bubulco de Æquis triumphante.

[a] *Futuros Polycletos*] Miror Ciceronem, cum de pictoribus loquatur, mentionem facere Polycleti, qui statuarius fuit, teste Plinio.

[b] *Parrhasios*] Is primus symmetriam dedit picturæ, primus argutias vultus, elegantiam capilli expressit. Plin.

[c] *Honos alit artes*] Simile est illud Platonis Πολιτειῶν H. 'Ασκεῖται δὲ ἀεὶ τὸ τιμώμενον, ἀμελεῖται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον.

[d] *Epaminondas*] Cantare ad chordarum sonum edoctus est a Dionysio, carmina cantare tibiis ab Olympiodoro, saltare a Caliphrone, philosophari a Lysia Pythagoræo.

[e] *Themistocles*] Vide Plut. in Themistocle et in Cimone.

[f] *Geometria fuit*] Ab Ægyptiis geometria duxit originem, ut a Phœnicibus arithmetica.

[g] *Nam Galbam*] E gente Sulpicia, oratorem excellentem, qui vocatus in judicium, quod, victus a Lusitanis, eorum multa millia insigni perfidia trucidasset, populi animum precibus et lacrymis flexit, et consulatus honorem haud multo post an. 609. adeptus est.

[h] *Africanum*] Minorem.

[i] *Lælium*] Qui 'Sapiens' appellatus est, a Lucilio 'Sophos,' quod legem Agrariam promulgare cum ten-

Digitized by Google

tum est: studiosum autem eum, qui iis ætate anteibat, Catonem;[k] post vero Lepidum,[l] Carbonem,[m] Gracchos;[n] deinde ita magnos nostram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Philosophia jacuit[3] usque ad hanc ætatem, nec ullum habuit lumen literarum Latinarum; quæ illustranda et excitanda nobis est, ut, si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. 6. In quo eo magis nobis est elaborandum, quod multi jam esse Latini libri dicuntur scripti inconsiderate,[4] ab optimis illis quidem viris, sed non satis

Statim, *memoriæ traditum est* D, edd. vett. Manut. Lamb. Tum, *qui his* Lamb. Dav. Wolf. *qui hos* Col. Manut. Pro *Carbonem*, quod servant χ, Argent. 1511. Erasm. seqq. *Catonem* habent Reg. D E U ι ξ σ ψ 1, Venett. 1480. 1481. *inde ita* D E U ξ σ χ ψ 1, Reg. Dav. Wolf. Orell. *Græcis cederemur* Lamb. 1566. *G. cederemus* Lamb. in marg. 1584. *G. cederent* Leid. D E U, prob. Bouh. *G. excederetur* χ.—3 *Ph. latuit* edd. vett. non improb. Ernesti. Mox, *Lat. lit.* Crat. Paulo post, *possimus* χ, uti conj. Ernesti.—4 Bentl. conj. *incondite.* Actutum, *ab o. illi* Schutz. de conj. Ernestii. Tum, *ferri a. potest* conj. Manut. improbb. Fabr. et Dav. *et id quod sentit* omittit D. *elo-*

NOTÆ

taret adversante magno locupletum numero, nec sine civili discordia expediri rem tantam posse intelligeret, quieti publicæ consulens, ab incœpta actione sponte destitit.

[k] *Catonem*] Qui Porciæ gentis princeps fuit, Censorius.

[l] *Lepidum*] M. Æmilium Lepidum, augurem et oratorem, qui consul cum C. Hostilio Mancino an. 617. 'scriptor,' inquit Cicero in Bruto, 'sane bonus, in quo Latinorum omnium primo, et lenitas Græcorum apparuerit, et verborum comprehensio cum artifice stylo.'

[m] *Carbonem*] Caium Papirium Carbonem, qui cum fratre Cn. Carbone populari factione pervenit ad consulatum. Fuit Caius eloquentia clarus, sed seditiosus. Hujus orationes, ait Tullius in Bruto, 'fuisse nondum satis splendidas verbis, sed acutas, prudentiæque plenissimas.' Sepultæ Gracchanæ seditionis turbulentus vindex dicitur a Vell. Paterc. Cum consulatu abiret, accusatus est a L. Crasso, adolescente annorum 21.

[n] *Gracchos*] Fratres duo fuerunt Tiberius et Gracchus, e gente Sempronia, quæ patricia quidem primum fuit, sed mox ad plebem transiit. Fuit utrique par ingenium, par eloquentia; sed alii alia. Iidem honores delati, eadem utriusque consilia, idem exitus fuit. Uterque enim tribunus plebis leges Agrarias contra senatus voluntatem promulgavit. Quare uterque a patribus; Tiberius a Scipione Nasica in Capitolio anno 620. Caius ab Opimio consule in Aventino an. 632. oppressus est. Patrem habuerunt Tib. Gracchum, duobus consulatibus, censura, duobus triumphis, insignem; avum bis item consulem.

Digitized by Google

eruditis: fieri autem potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit: sed mandare quemquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et literis. Itaque suos libros ipsi legunt cum suis; nec quisquam attingit, præter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt. Quare si aliquid[5] oratoriæ laudis nostra attulimus industria, multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant. IV. 7. Sed, ut Aristoteles, vir summo ingenio, scientiæ copia,[1] cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, docere etiam cœpit adolescentes dicere, et prudentiam cum eloquentia jungere; sic nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere, et in hac majore et uberiore arte versari. Hanc enim perfectam philosophiam[2] semper judicavi, quæ de maximis quæstionibus copiose posset ornateque dicere: in quam exercitationem ita nos studiose [operam] dedimus, ut jam etiam scholas Græcorum more habere auderemus: ut nuper, tuum post discessum, in Tusculano, cum essent plures mecum familiares, tentavi, quid in eo genere possem. Ut enim[3] antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit; sic hæc nunc mihi senilis est declamatio. Ponere jubebam,[4] de quo quis audire vellet: ad id aut sedens aut

qui non posse ψ 1. *suas cogitationes* edd. vett. *nec accurate illustrare* duo codd. Oxon.—5 *Quare si quid* D. *o. laudi* ξ σ χ ψ 1. 2. Leid. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *laudi nostræ nostra* conj. Moser. Denique *manabat* ι, Lall. et sic conj. Pearc. prob. Ernesti.

CAP. IV. 1 Lamb. Lall. Wolf. Orell. *scientia, copia;* Dav. conj. *scientia et copia*, prob. Bentl. *summi ingenii, et scientiæ copia* Leid. *scientiæ copia* omittunt cod. Ursin. et D. Actutum, *commotus esset* D ψ 1. 2. Reg. *cum commotus esset* conj. nescio quis ap. Orell. Tum, *docere e. c. a. dicere* est e conj. Ernestii, improbante Orell. qui cum Grut. et al. legit *dicere e. c. a. docere;* Dav. de conj. Bentleii, *dicere etiam c. ad adolescentes, et prud.* Reg. cum uno cod. Oxon. omittit *docere.* Pro *eloquentia* ψ 2 habet *gloria.*—2 Bentl. conj. *eloquentiam.* Mox, *operam* omittunt cod. Mureti, Lamb. Wolf. Orell. *operam contulimus* conj. Bentl. teste Dav. Deinde, pro *plures,* U ι χ ψ 1. 2. multa edd. et Orell. habent *complures.* Pro *possem,* Reg. D σ ψ 1. *possim.*—3 *Ut autem* E ξ. Paulo post *mihi nunc* Reg. alii codd. edd. vett. Manut. Lamb. Dav. Orell. *nunc minime* σ.—4 *Ponere videbam* D E. *de quo quisque* E σ. *ad idem* duo codd. Oxon. *at id* ξ σ. *ac id* codd. aliquot, et edd. vett. prob.

Digitized by Google

ambulans[o] disputabam. 8. Itaque dierum quinque scholas,[p] ut Græci appellant, in totidem libros contuli. Fiebat autem ita, ut, cum is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem. Hæc est enim, ut scis, vetus[5] et Socratica ratio contra alterius opinionem disserendi. Nam ita facillime, quid verisimillimum esset,[6] inveniri posse Socrates arbitrabatur: sed quo commodius disputationes nostræ[7] explicentur, sic eas exponam, quasi agatur res, non quasi narretur. Ergo ita nascetur exordium.

V. 9. [*p.* 150.] A.[1] Malum mihi videtur[q] esse mors. M. Iisne[2] qui mortui sunt, an iis quibus moriendum est? A. Utrisque. M. Est miserum igitur,[3] quoniam malum. A. Certe. M. Ergo et ii quibus evenit jam ut morerentur, et ii[4] quibus eventurum est, miseri. A. Mihi ita videtur. M. Nemo ergo[5] non miser. A. Prorsus nemo. M. Et quidem,[6] si tibi constare vis, omnes, quicumque nati sunt, eruntve,

Bouh. *et id* Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *autem sedens* E.—5 Argent. 1511. et Erasm. *vetus, ut scis.*—6 Col. *quid verum esset, verive simillimum.* Actutum, *invenire* ξ.—7 Edd. vett. et Lamb. omittunt *nostræ.*

CAP. V. 1 *Atticus* Eliens. 1. 2. *Auditor* Manut. Lall.—2 *Hisne* Reg. edd. vett. Crat. Victor. Dav. Schutz. Mox, *an eis* Schutz. solus; *an his* Reg. Dav.—3 *Est igitur miserum* edd. vett. Manut. Lamb.—4 *Ergo et hi* . . . *et hi* Reg. edd. vett. Crat. Victor. Dav.—5 *Nemo itaque* D.—6 *Equidem* ξ. Mox,

NOTÆ

[o] *Sedens aut ambulans*] Sedens Socratis more; ambulans, ut solebat Aristoteles. Quorsum autem, et quamdiu ambulans docuerit Aristoteles, quod videntur aliqui ignorare, paucis habe: Cum Atheniensium legatus ad Philippum profectus esset Aristoteles, teste Hermippo, Academiæ, eo absente, præfectus est Xenocrates; reversus Aristoteles, cœpit, schola sua ab alio occupata, in Lycæo περιπατεῖν. Alii Peripateticum dictum volunt, quod ex ægritudine convalescenti ac deambulanti Alexandro quædam tradere soleret præcepta, et ipse deambulans. Ubi vero plures habere cœpit discipulos, sedens docuit.

[p] *Dierum quinque scholas*] Quid schola hoc loco significet, dictum est lib. de Finibus.

[q] *Malum mihi videtur*] Dialogus est inter *Auditorem* et *Magistrum*. Sunt qui putent interlocutores esse Ciceronem, et Pomponium; literamque *M.* Marcum, *A.* Atticum, significare; idque de Cicerone quidem colligunt ex loco quodam qui sic infra legitur: 'Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ, licuit, ne vetera et externa quæram, mihi,' &c.

Digitized by Google

non solum miseri, sed etiam semper miseri. Nam si solos[7] eos diceres miseros, quibus moriendum esset, neminem tu quidem eorum, qui viverent, exciperes: moriendum est enim omnibus: esset tamen miseriæ finis in morte: quoniam autem etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. Necesse est enim, miseros esse eos, qui centum millibus annorum ante occiderunt, vel potius omnes, quicumque nati sunt. 10. A. Ita prorsus[8] existimo. M. Dic, quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus,[r] Cocyti fremitus,[s] transvectio[9] Acherontis,[t] mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus?[u] num illud, quod

Sisyphu' versat[x]
Saxum sudans[y] nitendo, neque proficit hilum?[z]

qui unquam nati sunt Col.—7 *Nam si solum* cod. Steph. ι, edd. vett. Crat. Mox, *moriendum e. e. omnibus* suspecta sunt Censori Jenens. Pro *quoniam* codex unus Oxon. habet *quando.*—8 *Ita prorsus quidem* Argent. 1511. et Erasm.—9 Reg. Lamb. Orell. *travectio;* cod. Steph. et edd. vett. *trajectio.* Mox, *siti enecatus* Wolf. Schutz. Orell. *enectus siti* Nonius, Reg. Dav. Pro

NOTÆ

[r] *Inferos Cerberus*] Canis inferorum custos, e Typhone et Echidna natus. Ita Hesiod. Cui angues e capite pro villis pendebant: omnibus ingressuris humanissime blandiebatur, egressuros latratibus deterrebat.

[s] *Cocyti fremitus*] Fluvius Campaniæ exiguus in Lucrinum lacum influens, qui a poëtis fluvius inferorum fingitur a κωκύειν, *flere.*

[t] *Acherontis*] Geminus est ejus nominis fluvius: unus Brutiorum in Calabria citeriore in sinum Tetinæum desinens; alter Epiri, ex Acherusia palude in sinum Ambracium decurrens. Calaber poëtis locum dedit.

[u] *Tantalus*] Filius Æthonis, secundum Lucian. in Dialogo de Dipsadibus, vel ut aliis placet, Jovis et Plotæ nymphæ. Sunt qui immanitatem qua filium suum Diis in hospitium acceptis apposuit, excusent, dicantque ex reverentia peccasse, oblato nimirum quod sibi carissimum erat.

[x] *Versat*] De litera S, quæ præ consonante liquescit, ita Cicero in Oratore: 'Quin etiam, quod jam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum quorum eædem erant postremæ duæ literæ quæ sunt in 'optimus,' postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtæ novi,' &c.

[y] *Saxum sudans*] Cujus sit illud carmen, incertum; Nævii forte aut Livii.

[z] *Proficit hilum*] Hilum est quo granum fabæ conjungitur siliquæ. Ex quo 'nihil' et 'nihilum.' Scaliger ad Varronem putat esse cavum illud in media vola. Unde cum veteres mo-

Digitized by Google

fortasse etiam inexorabiles judices, Minos et Rhadamanthus; apud quos nec te L. Crassus[a] defendet, nec M. Antonius,[b] nec (quoniam[10] apud Græcos judices res agetur) poteris adhibere Demosthenem: tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda.[a] Hæc fortasse metuis, et idcirco[11] mortem censes esse sempiternum malum. VI. A. Adeone[1] me delirare censes, ut ista esse credam? M. An tu hæc[2] non credis? A. Minime vero. M. Male, hercule, narras.[3] A. Cur? quæso. M. Quia disertus esse possem,[4] si contra ista dicerem. 11. A. Quis enim non in ejusmodi causa? aut quid negotii est, hæc poëtarum et pictorum portenta convincere? M. Atqui pleni sunt libri[5] contra ista ipsa philosophorum disserentium. A. Inepte sane: quis est enim[6] tam excors, quem ista moveant? M. Si ergo apud inferos miseri non sunt, ne sunt quidem apud inferos ulli. A. Ita prorsus existimo. M. Ubi ergo sunt ii,[7] quos mi-

[a] *Et quamvis Minos et Rhadamanthus, qui judices futuri sunt, Græci sint, non tamen poteris Demosthenem Græcum quoque oratorem adhibere: tua tibi ipsi causa dicenda erit in maxima corona seu multitudine, nempe umbrarum circumsidentium.*

num, Reg. D E U ι ξ σ χ ψ 1. 2. et Dav. habent *tum*. Dein *L. Crassus defendet, M. Antonius* D. *L. Crassus, M. Ant.* ψ 1.—10 Ita Reg. antiquiss. *quanquam* duo codd. Regg. Lall. Bipont. uti volebat Ernesti. Mox, *res agitur* E ξ. 11 D *et ideo*. E omittit *mortem*. ψ 1 omittit *censes*.

Cap. VI. 1 *Adeo* ψ 1. Statim, *ita ut esse* Steph. *esse* omittunt cod. Steph. et ψ 1.—2 *Ain tu? hæc* conj. Boub.—3 *Mallem hercule narrares* ψ 1.—4 E ξ omittunt *possum*; ι habet *esse non possem*; ψ 2. *essem possem*.—5 Reg. Crat. Victor. Dav. *libri sunt*. Actutum, *contra i. i. disserentium philosophorum* Reg. Crat. Victor. Dav. Wolf. Orell. *philosophorum contra i. i. diss.* edd. vett. Manut. Lamb. Lall.—6 *Quis enim est* Reg.—7 *Ubi sunt ergo ii* edd. vett.

NOTÆ

dicum aliquid ostendere vellent, expansa vola manus, 'Ne hilum quidem' aiebant.

[a] *Nec te L. Crassus*] Orator clarissimus, e gente Licinia, natus 613. Anno ætatis suæ 22. Carbonem consularem accusare ausus est; in qua quidem accusatione insigne dedit specimen integritatis: Carbonis enim servum proditorem afferentem ad se chartas quibus reus opprimi posset, Crassus vinctum remisit ad dominum, aliena uti fraude ad suam victoriam nolens. Cum Galliam obtineret consul, insigne quoque moderationis specimen dedit, loco in tribunali concesso Carboni, filio ipsius quem accusaverat. Hunc in oratione loquentem inducit Cicero.

[b] *M. Antonius*] Orator, L. Crasso triennio major. De illo supra.

Digitized by Google

seros dicis? aut quem locum incolunt? si enim sunt, nusquam esse non possunt. A. Ego vero nusquam esse illos puto. M. Igitur ne esse quidem. A. Prorsus isto modo; et tamen miseros ob id ipsum quidem, quia nulli sunt.[8] 12. M. Jam mallem Cerberum metueres, quam ista tam inconsiderate diceres. A. Quid tandem?[9] M. Quem esse negas, eundem esse dicis: ubi est acumen tuum? cum enim miserum esse dicis, tum[10] eum, qui non sit, dicis esse. A. Non sum ita hebes, ut istuc[11] dicam. M. Quid dicis igitur? A. Miserum esse, verbi causa,[12] M. Crassum,[c] qui illas fortunas morte dimiserit; miserum Cn. Pompeium, qui tanta gloria sit orbatus; omnes denique miseros, qui hac luce careant. M. Revolveris eodem. Sint enim oportet, si miseri sunt:[13] tu autem modo negabas eos esse, qui mortui essent. Si igitur non sunt, nihil possunt esse; ita ne miseri quidem sunt.[14] A. Non dico fortasse etiam, quod sentio: nam istuc ipsum, non esse, cum fueris,[15] miserrimum puto. 13. M. Quid? miserius, quam omnino nunquam fuisse?[16] ita, qui nondum nati sunt, miseri jam sunt, quia non sunt: et nos ipsi, si post mortem miseri futuri sumus, miseri fuimus, antequam nati. Ego autem non commemini,[d] antequam sum natus,

Crat. Victor. Dav.—8 Reg. et Dav. *sint.*—9 *Qui tandem* ξ σ χ ψ 1. 2. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Orell.—10 Argent. 1511. Erasm. *tunc;* σ χ *tum enim eum;* ψ 1. *tamen eum.*—11 Reg. ψ 2. Dav. Wolf. Orell. *istud;* E ξ σ *ista.*—12 Pro *verbi causa* codex unus Oxon. habet *ubi tam.* Paulo post, *tanta gloria, dignitate tanta* D E U ι ξ σ ψ 1. 2. edd. vett. Crat. Victor. Lamb. Dav. *tanta dignitate, tanta gloria* Regg. Lall. Leid. *luce carent* ψ 2.—13 Codex unus Oxon. *sint.*—14 Wolf. delevit *sunt*, de Bentl. et Ernestii sententia.—15 Codex unus Oxon. *fueris prius.* Actutum, *miserum puto* E ψ 1.—16 E *nunquam esse;* ξ *nusquam esse;* ψ 1. *nusquam fuisse.* Tum, *quia non sunt, miseri jam sunt* Manut. *quia non sunt* omittit ψ 1. Statim, *ipsi* omittunt Reg. E ξ χ ψ 1. Dav.

NOTÆ

[c] *M. Crassum*] E gente quoque Licinia, Romanorum ditissimum. Hinc cognomen Dives. Post duplicem consulatum, inita cum C. Cæsare et Cn. Pompeio societate, bellum Parthicum sortitus est, in quo exercitum filiumque Publium amisit. Ipse per speciem colloquii ab hoste circumventus occiditur. Patrem habuit P. Crassum cognomento Sapientem.

[d] *Non commemini*] Usus est adhuc ea voce alibi Cicero. In Oratore: 'id quod tu recte commeministi;' et

me miserum: [17] **tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordere. VII. A. Ita jocaris, quasi ego dicam, eos miseros** [1] **qui nati non sunt, et non eos qui mortui sunt. M. Esse ergo eos dicis.** [2] **A. Immo, quia non sunt,** [3] **cum fuerint, eo miseros esse. [*p.* 151.] M. Pugnantia te loqui non vides?** [4] **quid enim tam pugnat, quam non modo miserum, sed omnino quicquam esse, qui non sit? An tu, egressus** [e] **porta Capena,** [f] **cum Calatini,** [g] **Scipionum, Serviliorum,** [h] **Metellorum** [i] **sepulcra vides, miseros putas illos? A. Quoniam** [5] **me verbo premis, posthac non ita dicam**

miseri omittit χ.—17 Lamb. *me esse miserum.* Mox, *et quid de te* D E U ξ *hec quidem de te* ψ 1. *recordare* Reg. ψ 1. alii codd. Gebh. Dav.

Cap. VII. 1 Edd. vett. Lamb. Manut. *eos esse miseros.* Mox, *et non eos miseros* Reg. ψ 1. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav.—2 Ita Manut. Lamb. seqq. *Ergo esse dicis eos* edd. vett. Crat. Victor.—3 Reg. ξ ψ 1. Dav. *sint.* Statim, *eos miseros esse* edd. vett.—4 D *num vides?* χ *non vales.* Mox, *quod non sit* D E ξ. *Campanam* χ. *Collatini* E ξ. *Colatini* U χ. *Latini* ψ 1.—

NOTÆ

'quem hominem probe se commeminisse aiebat.'

[e] *An tu egressus*] Egressum ait, quia mortui, qui ante legem XII. Tabularum domi suæ condebantur tumulo, post illam extra urbem sepeliebantur. Quanquam in urbe sepulti sunt qui virtutis causa legibus solvi meruissent, sic Val. Publicola, P. Postumius Tuberius, teste Cic. de Leg. lib. II. Sic C. Fabricius juxta Veliam in foro sepulcrum habuit, secundum Plut. C. Poplicius et gens Claudia sub Capitolio. Sueton. Servius Sulpicius in campo Esquilino, &c.

[f] *Porta Capena*] Ad quam proconsules jurare consueverant. Non procul ab arcubus Horatianis in quibus aquæ ductus, per quos aquæ Romam devehebantur. Unde 'madida Capena' Juven. dicitur Sat. III. 11. 'Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.'

[g] *Cum Calatini*] A. Attilii Calatini, (de quo in Catone Majore) bis consulis, censoris, et dictatoris, et inter principes civitatis numerati aureo illo tempore, quo qui virtutibus domi militiæque florebant, ii soli clari haberentur. Hunc nunquam Tullius sine honoris præfatione nominat.

[h] *Serviliorum*] Serviliorum alii plebeii, alii patricii, variis distincti nominibus, Priscus, Fidenas, Ahala, Structus, geminus Cæpio. E Priscis et Fidenatibus multi consules numerantur, tribuni militares multo plures; ex Ahalis duo tresve consules; ex Structis unus et alter. An plebeiorum, an patriciorum sepulcrum hic intelligendum sit, incertum; forte utrorumque.

[i] *Metellorum*] E gente Cæcilia fuerunt. Metelli a voce militari quæ mercenarium significat, dicti. Cæciliam vero gentem alii a Cæculo Vulcani filio, alii a Cæcade Æneæ comite, melius alii ab oculorum parvitate dictam volunt. Haud scio an ulla gens, si Corneliam exceperis, Cæciliæ par fuerit rerum gestarum splendore.

Digitized by Google

miseros esse, sed tantum, miseros, ob id ipsum, quia non sunt. M. Non dicis igitur, miser est M. Crassus, sed tantum, miser M. Crassus. 14. A. Ita plane. M. Quasi non necesse sit, quicquid isto modo pronunties, id aut esse, aut non esse. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? inprimis enim hoc traditur: Omne pronuntiatum (sic enim[6] mihi in præsentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα: utar post alio, si invenero melius) id ergo est pronuntiatum, quod est verum aut falsum. Cum dicis igitur,[7] miser M. Crassus, aut hoc dicis, miser est M. Crassus, ut possit judicari, verum id falsumne sit; aut nihil dicis omnino. A. Age, jam concedo, non esse miseros qui mortui sunt,[8] quoniam extorsisti, ut faterer, qui omnino non essent, eos ne miseros quidem esse posse. Quid? qui vivimus, cum moriendum sit, nonne miseri sumus? quæ enim potest in vita esse jucunditas, cum dies et noctes cogitandum sit, jam jamque esse moriendum?

VIII. 15. M. Ecqui ergo[1] intelligis, quantum mali de humana conditione dejeceris? A. Quonam modo? M. Quia, si mori[2] etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus in vita: nunc video calcem,[k] ad quam cum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum. Sed tu mihi videris Epicharmi,[l]

5 *Quomodo* codex unus Oxon.—6 D U ξ σ χ omittunt *enim*. Mox, *appellem* ψ 2. Dav. *sed si invenero* e codd. Gebhard. Dav. Deinde, *aut verum, aut falsum* Dav. *quod aut verum, aut falsum esse dicitur* Manut. Lamb. *id ergo, quod est pronuntiatum aut verum est, aut falsum* Col.—7 Ita Gebh. tacite, Lall. Wolf. Orell. *Cum igitur dicis* Reg. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav.—8 Reg. *sint*, uti volebat Ernesti.

CAP. VIII. 1 Ita e codd. Gebh. et Dav. *Ecquid ergo* al. et Orell. *Hæc jam ergo* ψ 1. *Hæc qui ergo* ψ 2. *Atqui ergo* χ. *Ecqui* omittunt E ξ. Mox, *quantum m. ex humana* Manut. Lamb.—2 Bentl. conj. *mors*. Statim, *haberemus*. *In vita nunc, &c.* distinguendum censebat Bentl. *in vita* suspecta Davisio et Schutz. Deinde, *ad quem* D E U, et edd. ante Lamb. *ad quam* ser-

NOTÆ

k *Nunc video calcem*] Adagium de quo nihil Erasmus. Loci sensus est: Video finem et scopum, quo tendebat oratio tua.

l *Videris Epicharmi*] Epicharmus philosophus insignis, Elothalis, ut Laërt. aut Tityri, aut Chimari, aut etiam Sicidis, ut Suidas tradit, filius; Pythagoræ auditor. De natura rerum, de sententiis, de medicina

Digitized by Google

acuti, nec insulsi hominis, ut Siculi,[3] [m] sententiam sequi. A. Quam? non enim novi. M. Dicam, si potero, Latine: scis enim me[4] Græce loqui in Latino sermone non plus solere, quam in Græco Latine. A. Et recte quidem: sed quæ tandem est Epicharmi ista sententia? M.

Emori nolo: [n] sed me esse mortuum nihil æstimo.[5]

A. Jam agnosco Græcum: et quoniam[6] coëgisti, ut concederem, qui mortui essent, eos miseros non esse, perfice, si potes, ut ne moriendum quidem esse, miserum putem.
16. M. Jam istuc[7] quidem nihil negotii est: sed etiam majora molior. A. Quo modo hoc nihil negotii est? aut quæ sunt tandem[8] ista majora? M. Quoniam, si[9] post mortem nihil est mali, ne mors quidem est malum; cui proximum tempus est post mortem, in quo mali nihil esse concedis: ita ne moriendum quidem esse, malum est: id est enim, perveniendum esse ad id, quod non esse malum confitemur. A. Uberius[10] ista quæso. Hæc enim spinosiora, prius, ut confitear, me cogunt, quam ut assentiar. Sed quæ sunt ea, quæ dicis te[11] majora moliri? M. Ut doceam, si possim, non modo malum non esse, sed bonum etiam esse mortem.[12] A. Non postulo id quidem; aveo[13]

vant Guelf. Lamb. Dav. Wolf. Orell.—3 Codex unus Oxon. *ut figuli.*—4 D *scis me.*—5 D E U ι ξ, Crat. Victor. *existimo.*—6 Manut. Lamb. Lall. Wolf. Orell. *sed quoniam.*—7 Ita Manut. Lamb. Dav. *istud* al. et Orell. Mox, *sed et majora* Dav. *sed e. m. molior* desunt in ι ξ σ ψ 1. 2. Reg. et tribus Pall. —8 Manut. Lamb. *tandem sunt.*—9 *Quia quoniam* Reg. D ι, Dav. Lall. Wolf. Orell. *Quia* χ. *Quoniam* al. Statim, verba *post mortem* suspecta Bouh. *nihil esse mali* edd. vett. Crat. Victor. Lamb. Pro *id est* E ξ habent *inde;* ψ 1. *idem;* ψ 2. *sic.*—10 *Ulterius* χ.—11 Duo codd. ap. Gœrenz. Acad. II. p. 135. *quæ te dicis.*—12 Ita Reg. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Wolf. Orell. *non esse mortem, sed b. e. esse* edd. vett. Crat. Victor. Fabr. Lall.—13 *Non tamen postulo abeo* D ξ. *Non p. i. q. habeo* Reg. Gebb. Mox, *ut enim efficias* . . .

NOTÆ

scripsit, unde Plato multa hausit auctore Aldobrandino; a Plinio quoque inter medicos recensetur. XX. 9.

[m] *Ut Siculi*] Epicharmum omnes fere Siculum, et Syracusium, aut Megarensem, dixerunt. Coum tamen Laërtius facit, quæ insula est maris Carpathii.

[n] *Emori nolo*] Græcum sic habet: *Ἀπό μου θανεῖν ἤ, θνήσκειν δ' οὔ μοι διαφέρει.* Bosius ad Att. I. 3. hunc Epicharmi versum aliter legit. Eundem sic habet Sext. Empiricus: *Ἀποθανεῖν ἢ τεθνᾶναι, οὔ μοι διαφέρει.*

Digitized by Google

tamen audire: ut enim non efficias quod vis, tamen, mors ut malum non sit, efficies. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. 17. M. Quid? si te rogavero aliquid, nonne respondebis?[14] A. Superbum id quidem est:[15] sed, nisi quid necesse erit, malo ne roges. IX. M. Geram tibi morem; et ea, quæ vis, ut potero, explicabo; nec tamen quasi Pythius Apollo,[o] certa ut sint et fixa, quæ dixero; sed ut homunculus unus e multis, probabilia conjectura sequens: [p. 152.] ultra enim quo progrediar, quam ut veri videam similia,[1] non habeo. Certa dicent ii,[2] qui et percipi ea posse dicunt, et se sapientes esse profitentur. A. Tu, ut videtur: nos ad audiendum parati sumus.

18. M. Mors igitur ipsa, quæ videtur notissima res esse, quid sit, primum est videndum. Sunt enim, qui discessum[p] animi[3] a corpore putent esse mortem: sunt, qui nullum[q] censeant fieri discessum, sed una animum et corpus occidere, animumque cum corpore[4] exstingui. Qui discedere animum censent, alii statim dissipari, alii diu permanere,[r] alii semper.[s] Quid sit porro ipse animus, aut ubi, aut unde, magna dissensio est: aliis cor ipsum[t]

non efficies e codd. Gebh. *non efficies, &c.* E ξ.—14 Lamb. Lall. Wolf. Orell. *non respondebis.*—15 *Superbum quidem est* ι σ χ ψ 1. 2. *Superbi id quidem esset* E ξ, Manut. Lamb. Oliv. *Superbum id quidem esset* e codd. Dav. et Lall. *malo non roges* cum codd. Dav. et Lall.

CAP. IX. 1 Ita e codd. Gebh. Lall. Wolf. Orell. *veri similia videam* Reg. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Dav. *ut veri similia dicam* Lamb.—2 Reg. Crat. Victor. Dav. *hi.* Verba, *qui . . . profitentur,* desunt in χ.—3 Codex unus Oxon. edd. vett. Crat. *animæ.* Statim, *putant* D E.—4 Nonnulli codd. Victor. Dav. Wolf. Orell. *in corpore;* ψ 1. *et corpus.* Hæc, *animumque cum corpore ex-*

NOTÆ

[o] *Pythius Apollo*] A Græco πυνθάνεσθαι, *interrogare*, ut Phurnuto placet, quod sciscitandi oraculi gratia ad eum mortales confluerent. Macrobius, ea rejecta opinione, a πύθεσθαι, *putrescere*, deducit, quod nunquam quicquam sine vi caloris, qui Apollo est, efficitur; alii ab urbe Delphis, quæ primum Nape, deinde Petroëssa, mox Crissa, denique Pytho, appellata est. Est qui, nec male, deducat a Pythone serpente, Apollinis sagittis confecto.

[p] *Sunt, qui discessum*] Platonici.

[q] *Sunt, qui nullum*] Epicurei.

[r] *Alii diu permanere*] Stoici.

[s] *Alii semper*] Platonici.

[t] *Aliis cor ipsum*] Romani ut plurimum ita sentiebant tempore Ciceronis.

Digitized by Google

animus videtur; ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur: et Nasica ille[5] prudens,[u] bis consul,[x] Corculum,[y] et

Egregie cordatus[z] homo catus Ælius' Sextus.[a]

19. Empedocles animum[6] esse censet cordi suffusum[b] sanguinem. Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem, esse animum: sed alii in corde, alii in cerebro[c] dixerunt animi esse sedem et locum. Animum autem alii[7] animam, ut fere nostri declarant nomen:

tingui, aberant a cod. Ursin.—5 E ξ *videtur esse* ... *et N. vir ille.* Mox, *Corculum appellatus* edd. vett. Crat. Lamb.—6 *Empedocles autem animum* cod. Steph. edd. vett. Crat. Victor.—7 Edd. vett. Argent. Ernesm. Lamb. omittunt *alii*. Mox, pro *nomen* Wolf. de conjectura, Schutz. et Orell. habent *nomine*; Col. ι ξ σ ψ 2. edd. vett. Crat. Victor. Manut. *nominari*; Lamb. *animam nostri declarant nominari*; Dav. conj. *ut fere nostri. Declarat nomen*; Lall.

NOTÆ

[u] *Nasica ille prudens*] Publius Scipio Nasica, filius Nasicæ consulis an. 572. ejus quem senatus 'virum optimum' appellavit.

[x] *Bis consul*] An. 591. et 598. ac priori quidem consulatu celebre est quod cum T. Sempronius anno superiori consul ad successores sibi subrogandos comitia haberet, auspicia repetendo tabernaculum non mutasset, cumque vitium id esse subinde comperisset, lectis, qui ad sacra pertinerent, libris, rem perscripsit Romam collegis auguribus. Igitur senatus jussu, C. Figulus e Gallia, Scipio Nasica e Corsica, revocati ob vitium illud, consulatu se abdicarunt, insigni religionis exemplo.

[y] *Corculum*] Ita dictus ob singularem humanitatem. Is patrem clarissimum gloria superavit; nam præterquam quod bis consul, Delminio (urbs Dalmatarum erat) expugnato, imperatoris nomen a militibus, honorem triumphi a senatu oblatum, repudiavit, vir alioqui eloquentia princeps, juris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus, et paulo censoria dignitate insignis.

[z] *Egregie cordatus*] Carmen est Ennii poëtæ, ut Pighius in consulatu S. Ælii notat.

[a] *Ælius' Sextus*] Sex. Ælius Pætus ex Ælia, sive Allia, gente plebeia. Catus (quæ vox antiquis solertem et ingeniosum sonabat) dictus est ob acumen ingenii et insignem juris prudentiam. Consul anno 555. factus est præter ordinem, nam ex ædilitate curuli, non gesta prætura, ad consulatum transiit. In XII tabulas historiam tripartitam scripsit, quod ex eo jus Ælianum vocatum est.

[b] *Cordi suffusum*] In eam sententiam Virg. 'Purpuream vomit ille animam.'

[c] *Alii in cerebro*] Hippocrates, Plato, Galenus sentiunt vitalem vim animæ esse in corde; in cerebro vero, ejusdem vim intelligendi et sentiendi.

Digitized by Google

nam et agere animam, et efflare dicimus, et animosos, et bene animatos, et ex animi sententia:[8] ipse autem animus ab anima dictus est. Zenoni Stoico[d] animus ignis videtur. x. Sed hæc quidem, quæ dixi, cor, cerebrum,[1] animam, ignem, vulgo; reliqua fere singuli, ut multi ante veteres. 20. Proxime autem Aristoxenus, musicus, idemque philosophus, ipsius corporis intentionem quandam, velut[2] in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur; sic ex corporis totius natura et figura, varios motus cieri, tanquam in cantu sonos.[a] Hic ab artificio[e] suo non recessit,[3] et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone.[f] Xenocrates[g] animi figuram, et quasi corpus, negavit esse, verum[4] numerum dixit esse, cujus vis, ut jam antea Pythagoræ visum erat, in natura maxima esset. Ejus doctor Plato triplicem finxit animam;[5] cujus principatum, id est rationem, in

[a] *Sed illæ sententiæ quas exposui, docentium animum esse vel cor, vel cerebrum, vel animum, vel ignem, sententiæ communes sunt; quæ sequuntur, singulares sunt: talis est hæc opinio, quam multi ante veteres, proxime autem Aristoxenus musicus docuit, animum quidem esse intentionem quandam corporis.*

ut fere nostri: ipsum declarat nomen.—8 Hæc, *Nam et . . . sententia*, uncis inclusit Dav. *et animosos . . . sententia* uncis inclusit Schutz. Bentl. totum locum sic constituit, *animam, ut fere nostri; declarat nomen ipsum; nam animus ab anima dictus est*. Lall. de Bouh. conj. *dicimus. Dicimus et animosos.* Statim, *ipse enim* Dav.

Cap. x. 1 Cod. Manutii, Dav. Lall. Wolf. Orell. *cor, sanguinem, cerebrum.* Mox, *reliqua fere omnia* E U ξ. *reliqua vero* ι. *singuli dixerunt* ψ 1. Bentl. Dav. Wolf. Orell. distinguunt, *singuli. Ut multi ante veteres, proxime, &c.* Lall. de Bentleii conj. *ut multo ante, &c.* Schutz. *ut multa ante, &c.* Reisk. conj. *ut multi multa ante, &c.* Wyttenb. ad Phædon. p. 248. *at multi ante.*—2 Wolf. de Reiskii conj. *vel ut:* Ernesti conj. *et ut.* Mox, *varios animi motus* suspic. Schutz.—3 E ξ *decessit;* ψ 1. *retexit.* Statim, *et* ante *dictum* omittunt Crat. Victor. *dictum et explosum* conj. Wyttenb. *multo ante ejectum et explosum* suspic. Schutz.—4 Codd. aliquot, et edd. vett. *esse ullum verum;* Eliens. 1. *esse, illum vero;* Manut. ap. Dav. *esse ullum, numerum dixit, &c.* Bentl. conj. *esse ullum; merum numerum, &c.* Mox, *jam ante* D E U ξ σ χ ψ 1. edd. vett. et Orell.—5 Dav. Wolf. Schutz. Orell. de Bentleii conj. *animum;* Lamb.

NOTÆ

[d] *Zenoni Stoico*] De hac Zenonis opinione dictum in Lucullo.

[e] *Ab artificio*] Hoc est, ab arte sua musica.

[f] *A Platone*] In libris de Rep. atque in Phædone.

[g] *Xenocrates*] Hæc Xenocratis opinio paucis in Lucullo expressa est: 'An ut Xenocrates, mens nullo corpore?' De illa nihil est in Vita Xenocratis apud Laërt.

Digitized by Google

capite, sicut in arce, posuit: et duas partes parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit; iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. 21. Dicæarchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium, primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam[h] Phthiotam[6 i] senem, quem ait a Deucalione[k] ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane: frustraque animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam, nec in bestia: vimque omnem eam, qua vel agamus quid, vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis æquabiliter[7] esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quæ nulla sit, nec sit quicquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat et sentiat. 22. Aristoteles, longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans et ingenio et diligentia,[8] cum quatuor illa ge-

animi naturam. Mox, pro *parere*, quod servant Vat. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *separare* habent edd. vett. *seperare* D U. *separari* σ ψ 2. *voluit* omittit D. *et d. p. ei parere* conj. Dav. Tum, *locis suis disclusit* edd. vett. et Crat. *disclusit* omittunt Reg. a m. pr. Eliens. 1. σ ψ 1. *locis suis, iram … locavit* Dav. *locis disclusas* idem Dav. in ed. pr. *duas partes, quas parere voluit, i. et c. locis disclusit* Wakef. ad Lucr. v. 441.—6 *Phtiotam* D U. *Phytyotam* χ. *Chiotam* ψ 1. *disserentem induxit* D. *et hoc est* σ. *frustraque et animalia* edd. vett. et Orell. *nec in homine* Lamb. *vel animam*, Bentleio suspecta, uncis inclusere Wolf. defendit Nissen. *neque in homine i. animum, nec animam in bestia* conj. Rath.—7 E ι ξ *æqualiter*. Verba, *fusam, n. s. a c. esse*, desunt in ι. *nec seperabile* ψ 2.—8 Ed. vet. Bouh. *et ingenio, et sapientia, et diligentia*. Mox, *nota illa genera* E ξ ψ 1. alii codd. et edd. ante Manut. item Schutz. et Orell. *illa nota genera* Ven. 1481. Beroald. Tum, *principiorum* omittit ed. vet.

NOTÆ

[h] *Pherecratem quendam*] Nulla usquam mentio est de illo. Meminit Suidas alterius Pherecratis, comici Atheniensis.

[i] *Phthiotam*] Phthia, oppidum Phthiotidis regionis apud sinum Maliacum et Apidanum fluvium, in Hellade, patria Achillis, auctore Ennio. De qua Virg. 'Cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas Servitio premet.' Est et alia Phthia, portus Marmaricæ, testibus Plinio et Strabone.

[k] *A Deucalione*] A quo diluvium Deucalioneum, historiis poëtarumque fabulis celebratum. Vixit irca Cecropis et Mosis tempora, teste Eusebio. Hygini et Arati fabulæ hoc diluvium cum Phaëthontis deflagratione conjungunt, annis 874. post diluvium Noëticum. *Salianus*.

nera [l] principiorum esset complexus, e quibus omnia oriantur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et providere, et discere, et docere, et invenire aliquid, [*p.* 153.] et tam multa alia [9] meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, lætari; hæc, et similia eorum, in horum quatuor generum nullo inesse putat. Quintum genus [10] adhibet, vacans nomine: et sic ipsum animum ἐντελέχειαν [m] appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem. XI. Nisi [1] quæ me forte fugiunt, hæ sunt fere omnium de animo sententiæ. Democritum enim, magnum quidem illum virum, sed [2] lævibus et rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus: nihil est enim apud istos, quod non atomorum turba conficiat. 23. Harum sententiarum quæ vera sit, Deus aliquis [3] viderit: quæ verisimillima, magna quæstio est. Utrum igitur inter has sententias dijudicare malumus, an ad propositum redire? A. Cuperem equidem utrumque, si posset: sed est difficile confundere.[4] Quare si, ut ista non disserantur,[5] liberari mortis metu possumus, id agamus: sin id non potest, nisi hac quæstione animorum explicata, nunc, si videtur, hoc: illud alias. M. Quod malle te intelligo, id puto esse com-

Bouhierii.—9 Ernesti censebat delendum *alia.* Paulo post *inesse nullo* Orell. *nullo inesse modo* D.—10 *Quintum vero genus* D. *Quintum tamen genus* U. *vocans quasi nomine* ψ 1. Statim, ἐντελεχίαν Ernesti; ἐνδελέχειαν Medic. Venet. 1491. Dav. ἐντελέχειαν alii vett. et Orell. *endelecheiam* Reg. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Actutum, *appellavit* Argent. 1511. Erasm.

CAP. XI. 1 *Et nisi* D U χ. *hæc sunt* Dav. *Omnium* omittunt Reg. Brem. ι σ ψ 1. Dav. Wolf. Orell.—2 Ernesti delendum censebat *sed.*—3 *Deus aliqui* Reg. Dav. Orell. Mox, *verisimilior* E ξ. *veri similis* ι. *verisimilia* χ. Mox Lambino in marg. ed. 1584. suspectum *inter.* Statim, *divinare malumus, aut* σ.—4 Sex codd. Oxon. et Manut. *non confundere;* Eliens. 1. *confutare;* Dav. conj. *conjungere;* Bentl. conj. *sed esse difficile confitere.* Refutat Hottinger.—5 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. *disseramus.*

NOTÆ

[l] *Quatuor illa genera*] Vulgo quatuor elementa: ignis, aër, aqua, terra.

[m] Ἐντελέχειαν] Vocis ejus explanationem dabit Justinus Martyr in Oratione Parenetica. Plato ante Aristotelem usus erat ea voce, sed adjectiva; substantivam fecit Aristoteles.

modius. Efficiet enim ratio, ut quæcumque vera sit earum sententiarum, quas exposui, mors aut malum non sit, aut sit bonum potius. 24. Nam si cor, aut sanguis, aut cerebrum est animus, certe, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore: si anima est,[6] fortasse dissipabitur: si ignis, exstinguetur: si est Aristoxeni harmonia, dissolvetur. Quid de Dicæarcho dicam, qui nihil omnino animum dicat[7] esse? His sententiis omnibus nihil post mortem pertinere[8] ad quenquam potest; pariter enim cum vita sensus amittitur: non sentientis autem, nihil est, ullam in partem quod intersit. Reliquorum sententiæ spem afferunt, si te forte hoc delectat,[9] posse animos, cum e corporibus excesserint, in cœlum, quasi in domicilium suum, pervenire. A. Me vero delectat: idque, primum, ita esse velim:[10] deinde, etiam si non sit, mihi tamen persuaderi velim. M. Quid tibi ergo opera nostra opus est? num eloquentia Platonem superare possumus? Evolve diligenter ejus eum librum,[11] qui est de animo:[a] amplius quod desideres, nihil erit. A. Feci, mehercule, et quidem sæpius: sed, nescio quo modo, dum lego, assentior; cum posui librum, et mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assensio omnis illa elabitur.[12] 25. M. Quid hoc? dasne aut manere animos post mortem, aut morte ipsa interire? A. Do vero. M. Quid, si maneant?[13] A. Beatos esse concedo. M. Si intereant? A. Non esse miseros, quoniam ne sint[14] quidem. Jam istuc,[15] coacti a te, paulo ante

—6 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *si aër est.* Mox, *et fortasse, dissipabitur* Bentl. et Bouh. item Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *si est ut Arist.* codex Ursin. *si est ut placet A.* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *si ut Aristoxeno visum est* Leid. Tum, Bentl. volebat *ne quid de Dic.*—7 Lamb. *dicit.*—8 Lamb. *nihil mors pertinere.*—9 Argent. 1511. Erasm. *si te hoc forte delectat.*—10 Manut. Lamb. Lall. omittunt *velim*; id tamen servant quinque codd. Oxon. Mox, *persuaderi tamen* Reg. Dav.—11 *Evolve diligenter eum librum* D U χ.—12 Victor. Dav. *illa omnis elabitur*; σ *omnis illa illabitur.*—13 *Quod si maneant* Reg. Hinc Dav. *Do vero: quod, si ... concedo; sin, &c.* Reg. ξ, alii codd. Argent. 1511. Erasm. etiam *Sin.*—14 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *sunt.*—15 *Nam istud* Wolf.

NOTÆ

[a] *Librum, qui est de animo*] Phædon inscribitur.

concessimus. M. Quo modo igitur, aut cur mortem malum tibi videri dicis,[16] quæ aut beatos nos efficiet, animis manentibus, aut non miseros, sensu carentes?

XII. 26. A. Expone igitur, nisi molestum est, primum, animos, si potes,[1] remanere post mortem: tum, si minus id obtinebis (est enim arduum), docebis, carere omni malo mortem. Ego enim istuc[2] ipsum vereor, ne malum sit, non dico carere sensu, sed carendum esse. M. Auctoribus quidem ad istam sententiam,[3] quam vis obtineri, uti optimis possumus (quod in omnibus causis et debet et solet valere plurimum),[b] et primum quidem omni antiquitate; quæ quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc[4] melius ea fortasse, quæ erant vera, cernebat.

27. Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos[5] appellat[o] Ennius, esse in morte sensum, neque excessu vitæ sic deleri hominem, ut funditus interiret: idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio jure,[p] et cæremoniis sepulcrorum intelligi licet; [p. 154.] quas maximis ingeniis præditi nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent,[q] nisi hæsisset[6] in eorum

[b] *Et quidem ad probandam illam sententiam, quam vis exponi et probari, afferre possumus optimos auctores, quod in omnibus causis et debet et solet valere plurimum.*

Orell.—16 D U χ *videri vel esse dicis.* Pro *efficiet* ψ 2 habet *efficit.*

Cap. XII. 1 Crat. Victor. Lamb. Dav. *si potes animos.*—2 Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. *istuc.*—3 Cod. ψ 1 *sententiam obtinendam.* Actutum *quamvis optima* U. *obtinere uti optimis* E U χ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. *optimis obtineri* ψ 1.—4 Venet. 1481. Beroald. Crat. *eo.*—5 *Castos* D U. *Cassos* E. Mox, *excessu e vita* conj. Lamb. Deinde, *idque tum multis* Schutz. *idque cum e multis* Lamb. *et e ceremoniis* cum codd. Dav.—6 Reg. D E ι ξ σ χ ψ 2. Bern. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *hæreret.* Paulo post, *quæ cleris* D U, alii codd. et Lall. *fœminis animis dux* conj. Lamb. Tum, *in ceteris*

NOTÆ

[o] *Quos Cascos appellat*] 'Cascus' veterem significat, ut patet ex eo quod hic Cicero indicat, Ennii carmine: 'Quam primum Casci populi genuere Latini.' Ita Manut. Vox illa a Sabinis ad Oscos defluxit, teste Varrone de Ling. Lat. et Festo in 'Cascum.'

[p] *Pontificio jure*] De jure pontificio dicemus de Nat. Deor. lib. I. Continebatur opinor prima parte XII. Tabularum.

[q] *Religione sanxissent*] Quanta superstitione servarentur cærimoniæ defunctorum docet Gyraldus de Ritu Sepeliendi, et Rosin. v. 39.

Digitized by Google

mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitæ, quæ, in claris viris et fœminis, dux in cœlum[r] soleret esse; in ceteris humi retineretur, et permaneret tamen. 28. Ex hoc, et nostrorum [7] opinione,

Romulus in cœlo[s] cum Diis agit ævum,

ut, famæ assentiens,[t] dixit Ennius: et apud Græcos, indeque perlapsus ad nos, et usque ad Oceanum,[u] Hercules, tantus et tam præsens habetur Deus. Hinc Liber Deus,[8] Semele natus,[x] eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres,[y] qui

---

cos humi retineret, ut permanerent tamen Lamb. 1566. *in ceteris humi retineret, et permanerent tamen* cum tribus codd. Lamb. 1584. *cum ceteros humi retineret, ut permanerent tamen* conj. Dav. *cum ceteri humi retinerentur, et permanerent tamen* de Ernestii conjectura Schutz. *cum ceteri humi retinerentur, ut permanerent tamen* Wolf.—7 *Ex hac et nostr.* edd. vett. Crat. al. *Ex hac nostr.* conj. Ernesti. Statim, *cum Dis genitalibus ævum Degit* conj. Lamb.—8 *Deus* omittunt E U ξ χ ψ 1. Reg. Manut. Lamb. Dav. Schutz. Orell. *Liber de* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *Deus* uncis inclusit Wolf. *Semela* Reg. Bern. a m. pr. Dav. Wolf. Orell. Paulo post, *qui n. m. adjutores in*

NOTÆ

[r] *Dux in cœlum*] Platonicum illud dogma fuit, magnos illustresque viros in cœlum evehi, plebeios ignavosque humi remanere. Aliquid simile Stoici docuerunt.

[s] *Romulus in cœlo*] Pars est carminis, quod sic habet totum Manutius et Fulv. Ursinus: 'Romulus in cœlo cum Dis genitalibus ævum Degit.'

[t] *Famæ assentiens*] Ea semper hominum fuit opinio, immortales esse animas.

[u] *Ad Oceanum*] Atlanticum, juxta quem ad Gades exstructæ sunt columnæ Herculeæ. Huc ab Eurystheo missus est Hercules ut ad se adduceret puniceos Hispaniæ regis boves, qui hospites vorarent, et a cane bicipiti, septemque capitum dracone, custodirentur. Occiso tum cane, tum dracone, deducturus boves, geminam columnam iis in locis exstruxit, tanquam laborum metam: alteram Abylam, Calpen alteram vocavit. Quanquam ubi erectæ fuerint non admodum constat. Dicæarchus, Eratosthenes, Polybius, et plerique Græcorum, ad Euripi angustias erectas putant; apud Gades vero Dionysius in lib. de Situ Orbis, et Afri omnes.

[x] *Semele natus*] Orpheus in Hymno quodam, Jovis et Proserpinæ, in altero Isidis filium fuisse canit. Communis tamen sententia est ex Semele natum esse, bimatremque vocatum, non quod duas matres habuerit, sed quod cum Semele arsisset, ignibus ereptum Jupiter femori suo imposuerit, matrisque partes in eo alendo egerit. Ovid. Met. III.

[y] *Tyndaridæ fratres*] Castor et Pollux, de quibus abunde de Nat. Deor. vicibus alternis mori et reviviscere dicuntur. Locum fabulæ dedisse creditur geminorum in cœlo natura, quorum oriente altero alter occidat; sed hunc vulgi errorem esse notant astronomi, neque enim geminorum alter oritur occidente altero.

Digitized by Google

non modo adjutores [z] in præliis victoriæ populi Romani, sed etiam nuntii fuisse perhibentur. Quid? Ino, Cadmi filia,[a] nonne Leucothea [9] [b] nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris? Quid? totum prope cœlum (ne plures persequar) nonne humano genere completum est? XIII. 29. Si vero scrutari vetera, et ex his ea,[1] quæ scriptores Græci prodiderunt, eruere coner; ipsi illi, majorum gentium Dii [c] qui habentur, hinc a nobis profecti in cœlum reperientur. Quære, quorum demonstrantur [2] sepulcra in Græcia: reminiscere, quoniam es initiatus, quæ traduntur mysteriis:[*] tum denique, quam hoc late pateat, intelliges. Sed qui nondum ea, quæ multis post annis tractari cœpissent,[3] physica didicissent, tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognoverant; rationes et causas rerum non tenebant: visis quibusdam sæpe movebantur, hisque [4] max-

[*] *Reminiscere, quoniam doctrina rerum sacrarum imbui cœpisti, quid tradatur mysteriis religionis nostræ.*

præliis P. R. sed etiam victoriæ nuntii, &c. conj. Lamb.—9 *Λευκοθέα* Reg. Dav. Orell.

Cap. xiii. 1 Erasm. *ex iis ea.* Mox, pro *Græci*, quod e cod. Guelf. receperunt Ernesti, Wolf. Schutz. *Græciæ* habent alii.—2 Wolf. *demonstrentur.* Tum *tradantur* Venet. 1481. Erasm. Victor. Manut.—3 Reg. ξ σ *tractare cœpissent;* Ernesti conj. *t. cœperant.* Statim *adm. cognoverunt* ξ ψ 1.—4 Reg. Bern. Argent. 1511. Erasm. Wolf. Schutz. Orell. *iisque.* Tum, *ut viderentur*

NOTÆ

[z] *Non modo adjutores*] Ut apud Regillum lacum in agro Tusculano, ubi Postumio dictatore, et Mamilio Octavio, Tarquinii Superbi genero, magnis viribus inter se concurrentibus, Castor et Pollux Romanarum partium propugnatores visi. Dion. Plut. Val. Max. I. 8. Livius tamen non meminit illius miraculi, et Frontinus commentum fuisse scribit Postumii milites suos incitantis.

[a] *Cadmi filia*] Et Harmoniæ, Athamantis Thebanorum regis uxor. Athamante in furorem verso, filiosque quos obtruncaret quærente, Ino, accepto uno ex illis Melicerta, in mare insiliit: hinc inter numina marina locum habuit, navibusque præesse cum Palæmone filio existimata.

[b] *Leucothea*] 'Leucothoë Graiis, Matuta vocabere nostris,' Ovid. Aurora est, quæ, quod matutinam lucem afferat, 'Matuta' dicitur. Hæc Baccho ex sorore nepoti mammam dedit. Ancillas perosa, quia virum cum ancilla rem habere suspicata est; ideo ancillis ædem Matutæ ingredi nefas fuit.

[c] *Majorum gentium Dii*] Dii, alii majorum gentium, alii minorum, dicebantur: isti, quod præcipui essent, et majorem quasi familiam duce-

Digitized by Google

ime nocturnis, ut viderentur ii, qui vita excesserant, vivere. 30. Ut porro[5] firmissimum hoc afferri videtur, cur Deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio. Multi de Diis prava sentiunt; id enim vitioso more effici solet: omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur. Nec vero id collocutio hominum aut consensus effecit:[6] non institutis opinio est confirmata, non legibus. Omni autem in re, consensio omnium gentium lex naturæ putanda est. Quis est igitur, qui suorum mortem primum non eo lugeat, quod eos orbatos vitæ commodis arbitretur? Tolle hanc opinionem: luctum sustuleris. Nemo enim mœret suo incommodo: dolent fortasse[7] et anguntur: sed illa lugubris lamentatio, fletusque mœrens, ex eo est, quod eum, quem diligimus, vitæ commodis privatum arbitramur, idque sentire. Atque hæc[8] ita sentimus natura duce, nulla ratione, nullaque doctrina.

XIV. 31. Maximum vero argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam judicare, quod omnibus curæ sunt, et maxime quidem,[1] quæ post mortem futura sint. 'Serit arbores, quæ alteri sæculo prosint,' ut ait Statius[2][d] in Synephebis;[e] quid spectans, nisi etiam

---

hi Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav.—5 *At porro* conj. Lamb. probante Ernesti. *Et porro* suspic. Bouh. Pro *omnium* cod. Ursin. habet *hominum*. Tum, *multi de his prava* Leid. probante Bouh.—6 Ita edd. vett. Bouhierii, Wolf. Schutz. Orell. *efficit* Bern. ψ 2. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. *aut consensus effecit* conj. Bouh. et Nissen.—7 Voc. *fortasse* suspectum est Ernestio.—8 *Atque hoc* Bern. D. Dav. Wolf. Orell.

CAP. XIV. 1 Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *maximæ*. Mox, *futura sunt* Junt. Crat. Victor. non improbante Ernestio.—2 Ita plurimæ edd. *ut ait ille* Wolf. Schutz. Orell. de conjectura; *ut ait*, omisso *Statius*,

NOTÆ

rent; hi, quod minorem haberent.

[d] *Ut ait Statius*] Statius Cæcilius, comicorum inter Latinos Volcatio, teste, princeps, genere servus, (Statius enim apud antiquos servile nomen) floruit, auctore Eusebio, tempore Porcii Catonis, patria Mediolanensis, ut scribit Crinitus; Ennii contubernalis, eodemque quo ille anno mortuus, et juxta Janiculum sepultus.

[e] *In Synephebis*] Seu coadolescentibus. De quo mentio iterum est in Catone Majore. Non extat.

Digitized by Google

postera secula ad se pertinere? Ergo arbores seret[3] diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam: [f] vir magnus leges, instituta, rempublicam non seret? Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptiones[4][g] filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia[h] significant, nisi nos futura etiam cogitare? 32. [p. 155.] Quid illud? num dubitas,[5] quin specimen naturæ capi debeat ex optima quaque natura? Quæ est igitur melior in hominum genere natura, quam eorum, qui se natos ad homines juvandos, tutandos, conservandos arbitrantur? Abiit ad Deos Hercules: nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. Vetera jam ista, et religione omnium[6] consecrata. XV. Quid in hac republica, tot tantosque viros, ob rempublicam interfectos, cogitasse arbitramur? iisdemne ut finibus nomen suum,

Reg. Bern. ψ 1. *ut ait Ennius* D E U ι ξ σ χ ψ 2. Venet. 1481.—3 Bouh. Wolf. Schutz. *serit*, probante Beier. ad Offic. tom. I. p. 245. Paulo post, *rempublicam conseret* D U σ χ ψ 1. Reg. Col. Crat. Victor. Manut. *conserit* E ξ, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1510. *non serit* Erasm. *reip. conseret* ψ 2.—4 Reg. Bern. ψ 1. alii codd. ed. vet. Bouh. Dav. Wolf. Orell. *adoptationes*. Statim, *quid eulogia* D E U ι ξ χ. *quid eclogia* Lamb.—5 *Quid num dubitas* ξ. *Quid illud dubitas* σ. *quin* omittit ξ. Pro *debeat*, quod servant Lamb. et Dav. *deceat* Bern. edd. vett. Wolf. Orell. defendunt Wopk. p. 61. et Bouh. Mox, *quæ est melior igitur* cum codd. Dav. Orell. Pro *tutandos* E ξ habent *curandos*; ι *tuendos*. Deinde, *conservandos natura arbitrabantur* D. *cons. natura arbitrantur* E ξ. *cons. arbitrentur* ψ 2.—6 Cod. Ursin. et Wolf. *et r. hominum*.

NOTÆ

[f] *Baccam ipse nunquam*] Baccam Juvenalis pro olea sumit, Sat. III. 84. 'Quod nostra infantia cœlum Hausit Aventini, bacca nutrita Sabina.' Bacca, inquit Perottus, est minutior cujusvis arboris fructus, ut sunt lauri, et olivæ, a quarum similitudine gemmæ quoque et lapilli baccæ vocantur.

[g] *Quid adoptiones*] Adoptione uti non cuivis licebat, sed iis duntaxat qui liberos nec haberent nec habere possent. Qui adoptabat, adoptatum tenens, apud prætorem aiebat, 'Hunc hominem filium meum esse aio, isque mihi emtus est hoc ære.'

[h] *Quid elogia*] Quæ in exequiis mortuorum fiebant. Qua de re hæc Polyb. lib. VI. 'Si quis nobilium Romanorum decesserit, elato funere defertur ad rostra; et nunc stans conspicuus, nunc obvolutus, idque raro universa plebe circumstante, rostra ascendit filius adultus, si quis supersit; sin vero, alius quispiam ex ipsius genere defuncti res gestas laudat.' *Rosin.*

Digitized by Google

quibus vita, terminaretur?[1] Nemo unquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret[2] ad mortem. 33. Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ, licuit, (ne et vetera et externa quæram) mihi: sed, nescio quomodo, inhæret in mentibus quasi sæculorum quoddam augurium futurorum: idque in maximis ingeniis, altissimisque animis, et existit maxime, et apparet facillime. Quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus et periculis viveret? loquor de principibus. 34. Quid poëtæ? nonne post mortem nobilitari volunt? unde ergo illud?

> Aspicite,[3] o cives,[i] senis Ennii imagini' formam.
> Hic vestrum pinxit maxima facta patrum.

Mercedem gloriæ flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloria: idemque,

> Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu.
> Faxit:[4] cur? volito vivu' per ora virum.

Sed quid poëtas?[5] Opifices post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere[6] non liceret?[k] Quid nostri philosophi? nonne[7] in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? 35. Quod si

Cap. xv. 1 Verba, *iisdemne ut f. n. s. q. v. terminaretur*, desunt in χ.—2 D *pro p. offeret;* ψ 2 *propriam offert.*—3 *Accipite* ψ 1. *imagine* ι. Pro *pinxit*, Reg. ι ξ σ χ ψ 1. 2. Victor. Mannt. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *panxit.* —4 Reg. ψ 1. Dav. omittunt *decoret, nec f. f. Faxit.* E ξ ψ 2. pro *nec* legunt *aut;* U *neque.* E ι ξ omittunt *fletu.* Leid. et Lall. *nec funera lessum*, prob. Bouh. Actutum, *cur luctu volito? vivo* codex unus Oxon. *cur volito vivus docta* ξ. *cum volito vivas* χ. *docta ora* D E U.—5 *Sed quid putas* Reg. E ι ξ ψ 1. 2.—6 D ξ σ ψ 1 *cum scribere;* Ernesti conj. *cum nomen inscribere.*—7 *Quid?*

NOTÆ

[i] *Aspicite o cives*] Hoc epitaphium Ennii ab ipso Ennio constructum est. Obiit Q. Martio et Cn. Servilio coss. cum Sulpicius Gallus prætor Apollini ludos faceret, ipseque Ennius Thyestem fabulam docuisset, annos natus 70. ut scribit Hier. Periit articulari morbo, quem, teste Q. Sereno, ex nimio potu contraxerat: sepultus est in Scipionis monumento, via Appia. Unde illud Ovid. 'Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguus poni, Scipio magne, tibi.'

[k] *Inscribere non liceret*] Id imitatus est C. Fabius Pictor, qui in æde Salutis, quam C. Junius Bubulcus dedicaverat, cum parietes pingeret, nomen his suum inscripsit. Val. Max. viii. 14.

Digitized by Google

omnium consensus naturæ vox est; omnesque, qui ubique sunt, consentiunt esse aliquid, quod ad eos pertineat qui vita cesserint;[8] nobis quoque idem existimandum est. Et si, quorum aut ingenio aut virtute animus excellit, eos arbitramur,[9] quia natura optima sunt, cernere naturæ vim maxime; verisimile est, cum optimus quisque maxime posteritati serviat, esse aliquid, cujus is post mortem sensum sit habiturus. XVI. 36. Sed ut Deos esse natura opinamur, qualesque sint, ratione cognoscimus; sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium: qua in sede maneant, qualesque sint,[1] ratione discendum est. Cujus ignoratio finxit inferos, easque[2] formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare: in terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, e quo dictum est 'humari,' sub terra censebant reliquam vita magi mortuorum. Quam eorum opinionem magni errores[3] consecuti sunt; quos auxerunt poëtæ. 37. Frequens enim consessus[4] theatri, in quo sunt mulierculæ et pueri, movetur, audiens tam grande carmen:[l]

Adsum, atque advenio Acheronte,[5] vix, via alta atque ardua,
Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus,
Maximis: ubi rigida constat crassa caligo[m] inferum:

tantumque valuit error (qui mihi[6] quidem jam sublatus

nostri philosophi nonne, &c. Schutz. *in iis* Argent. 1511. Erasm.—8 Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *qui vita cesserunt;* edd. vett. Manut. Lamb. Oliv. *qui e vita cesserunt;* Crat. Victor. *qui e vita cesseriat;* cod. Ursin. *qui e vita excesserint;* D ι, Dav. *qui vita excesserint;* ψ 1 *qui vita censserint.* Statim, *id estimandum* ψ 1. *idem* omittit D.—9 Reg. Dav. *arbitrabimur.* Pro *sunt* Reg. Manut. Lamb. Dav. Lall. habent *sint.*

CAP. XVI. 1 E *quales sunt;* D *quales sint.*—2 Codex unus Oxon. *easdemque;* alius Oxon. *easdem.* Paulo post, *iisque humo* Bern. 1. Argent. 1511. Erasm. Wolf. Orell. *a quo* ψ 2. *ex quo* edd. vett. Crat. Victor. Lamb. Manut.—3 Margo Crat. *terrores,* uti volebat H. Steph.—4 Codex unus Oxon. *consensu;* quatuor alii *consensus;* ψ 1 *consessu.*—5 Wolf. conj. *ab Acheronte.* Paulo post, pro *constat* Ernesti auspic. *stat;* D ψ 2 *constat et.*—6 Rath. conj.

NOTÆ

[l] *Tam grande carmen*] Grande, non propter auctorem, qui ignoratur; sed propter literam *A*, octies ore aperto et cum emphasi pronuntiandam.

[m] *Constat crassa caligo*] Citat hunc locum Nonius lib. IV. in 'Constituo,' ubi *constat* interpretatur 'erectus est.'

Digitized by Google

videtur), ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quæ sine corporibus[n] nec fieri possent, nec intelligi. Animos enim per se ipsos viventes non poterant mente complecti: formam aliquam figuramque quærebant. Inde Homeri tota νεκυία:[o] inde ea, quæ[7] meus amicus Appius[p] νεκρομαντεῖα faciebat: inde in vicinia nostra[q] Averni lacus,[r]

[*p.* 156] Unde animæ excitantur obscura umbra, aperto ostio

Alti Acherontis,[s] falso sanguine, imagines mortuorum:[8]

has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterumve et pulmonum vi[9] et figura potest: nihil enim animo videre poterant:

tibi. Statim, *sublatus videbatur* suspic. Ernesti. Deinde, pro *possent* D habet *possint*; Ernesti conj. *possunt*.—7 Edd. quædam vett. et Gebb. *quam*. Statim, *νεκυομαντεῖα* Dav. ψυχομαντεῖα cod. Ursin. *νεκρομαντείαν* D.—8 Reg. *obscura umbra apertæ hostio alte acheruntis salso sanguine imagines mortuorum*. Margo Crat. *operto*; Dav. conj. *opertæ*; Bouh. conj. *aperto et ostio*; Wolf. et Schütz. cum Vossio *apertoque ostio*; Boeth. Poët. Scen. p. 49. *aperto alti ostio Acheruntis*; Osann. Anal. p. 132. *umbra obscura adaperto ostio Alti, &c.* Reg. Guelf. ψ 2 *salso sanguine*, probante Turneb. *mortuorum imagines* codd. aliquot, Manut. Lamb. Wolf. Orell.—9 Reg. Bern. 1. Manut. Lamb. Dav.

NOTÆ

[n] *Sine corporibus*] Tormenta, pœnæ, aliaque id genus quæ in inferis percipiebantur.

[o] *Tota νεκυία*] Sive *mortuaria*. Pars est illa Odysseæ, qua fingitur Ulysses ad inferos accessisse, atque umbram allocutus: hanc fabularum partem pictam Nicias Attalo regi vendere noluit talentis sexaginta, patriæque donare maluit. Plin. XXXV. 11.

[p] *Amicus Appius*] Appius Claudius Pulcher, quem in auguratu collegam habuisse se ait Cic. de Divinat. De filio opere Plut. in Cimone.

[q] *In vicinia nostra*] Non procul ab Arpino, Ciceronis municipio, quod hodie castrum est provinciæ terræ di Lavoro, in regno Neapolitano, in confinio ditionis pontificiæ.

[r] *Averni lacus*] Ab *a* privativo et ὄρνις, *avis*, dictus, propterea quod prætervolare aves nequeant ob nimium fœtorem, quod tamen fabulosum Strabo putat, lacumque limpidissimum esse tradit. Idem refert lib. v. M. Agrippam lucum Averni succidisse, dirutaque subterranea fossa, patefecisse omnia de Manibus commenta.

[s] *Acherontis*] Acheron, inferorum fluvius, Titanis et Terræ filius, detrusus a Jove ad inferos, quod sitientibus in bello gigantibus potum præbuisset. Ab *a* et χαίρω, *gaudeo*. Locum fabulæ dedit noxia vis ejus fluvii: Acheron autem multiplex; unus in Elide, occidentali et maritima Peloponnesi regione, in Alpheum influens, juxta quem insignis est Plutonis et Proserpinæ cultus. Ita Strabo lib. VIII. Alter in Thesprotia, Epiri regione, ex Acherusia palude profluens ad Cichyrum urbem. Strabo lib. VII. et Pausan. in Atticis.

Digitized by Google

ad oculos omnia referebant. 38. Magni autem est ingenii, sevocare[10] mentem a sensibus, et cogitationem a consuetudine abducere. Itaque credo equidem etiam alios[11] tot sæculis: sed, quod literis extet proditum, Pherecydes[t] Syrius[u] primum dixit, animos hominum esse sempiternos: antiquus sane; fuit enim meo regnante gentili.[x] Hanc opinionem discipulus ejus Pythagoras maxime[12] confirmavit; qui cum, Superbo regnante,[y] in Italiam venisset, tenuit Magnam illam Græciam cum honore disciplinæ, tum etiam auctoritate: multaque sæcula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur.

XVII. Sed redeo ad antiquos. Rationem illi sententiæ suæ non fere reddebant, nisi quid erat numeris[z] aut de-

Wolf. Schutz. Orell. *laterum, pulmonum vi.*—10 Ita ex Augustino ad Volus. Epist. 3. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *revocare* ceteri. Mox, *ab consuetudine* Reg. Dav. Orell.—11 Dav. conj. *alii.* Statim, *sæculis disputasse sed* Leid. ξ ε ψ 1. *sæculis de animis, sed* Lamb. 1566. *sæculis disputasse de animis, sed* χ, edd. vett. Crat. Victor. Manut. *extet, probo* edd. vett. Erasm. Crat. *proditum* omittunt Reg. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Lall. uncis inclusit Orell. *Pherecydes Syrus* D E U, et edd. vett. *Pherentides sirus* ψ 1. *esse hominem* Reg. Dav. Orell.—12 Oliv. et Lall. omittunt *maxime.* Statim, *regnante Tarquinio Superbo* edd. vett. Erasm. Crat. *tum honore disciplinæ* Wolf. *cum honore disciplina* Reg. E. *cum honore et disciplina* ξ χ ψ 1. 2. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Gebh. Dav. *cum honore ex disciplina* de Pearcii conjectura Lall. *cum more et disciplina* Dav. in ed. pr. ex sententia Bentleii.

NOTÆ

[t] *Pherecydes*] Pyttaci auditor: primus omnium de natura et de Diis scripsit teste Theopompo: multas ejus easque insignes prædictiones refert Laërt. in ejus Vita.

[u] *Syrius* [*Syrus*] *Syrius* Plinio VII. 51. ubi de ejus morte; et Laërtio in ejus Vita; et Strabone: a Syro, insula maris Ægæi, Cycladum una, Delo finitima.

[x] *Regnante gentili*] Servius Tullius, Romanorum rex sextus, ad quem Cicero genus suum ambitiose referebat. At quo jure? Arpinas erat Cicero, equestri loco; diversus a Tullia gente, quæ patricia fuit, ac verosimilius Servii Tullii consanguinea. Sunt qui Ciceronem excusent, dicantque per jocum genus suum Ciceronem ad Servium Tullium retulisse. At quis hoc loco jocus?

[y] *Superbo regnante*] Tarquinius cognomen traxit ex factis: quippe neglecta senatus auctoritate, in administranda rep. mulctatis per calumniam senatoribus qua morte, qua exilio; adductis in usum Romæ latomiis, compedibus, catenis; denique stupro Lucretiæ lectissimæ fœminæ per Sextum filium ejus illato, regno pulsus est per L. Brutum, qui regis metu ad eam diem insaniam simularat.

[z] *Quid erat numeris*] Pythagoras omnem veritatis inquisitionem in nu-

Digitized by Google

scriptionibus[a] explicandum. 39. Platonem ferunt,[b] ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, et didicisse[1] Pythagorea omnia, primumque de animorum æternitate non solum sensisse idem, quod Pythagoram; sed rationem etiam attulisse: quam, nisi quid dicis, prætermittamus, et hanc totam spem immortalitatis relinquamus. A. An tu,[2] cum me in summam expectationem adduxeris, deseris? errare, mehercule, malo cum Platone, quem tu quanti facias, scio, et quem ex tuo ore admiror, quam cum istis vera sentire. 40. M. Macte virtute: ego enim ipse cum eodem ipso[3] non invitus erraverim. Num igitur dubitamus, [an],[4] sicut pleraque, sic et hoc? quanquam hoc quidem minime: persuadent enim mathematici, terram in medio mundo sitam ad universi cœli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant: eam porro naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, ut quasi partita habeant inter se et divisa[5] momenta: terrena et humida, suopte

Cap. XVII. 1 Ita Reg. alii codd. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *venisse, et in ea cum alios multos, tum Archytam Timæumque cognovisse* (al. *cognovit*) *et didicisse* edd. vett. et Lall. Mox, *quod Pythagoras* edd. vett. et Lall. Tum, *sed rationes . . . quas, &c.* codd. aliquot, probantibus Bentl. et Dav.—2 *Ain' tu* Dav. e conjectura, Wolf. Schutz. Orell. Statim, *deseres* ψ 2. uti volebat Bouh. probante Ernesti.—3 Matthiæ Oratt. Sel. p. 94. conj. *illo*.—4 Dav. de Bentleii conjectura delevit *an*; uncis liberarunt Wolf. et Schutz. *pleraque sub dubitatione accipimus* D U χ. *sic et hoc* uncis inclusit Orell. Mox, *mundi* Victor. Manut. Lamb. Lall. *in media mundi sede sitam* Rath.—5 Reg. et

NOTÆ

meris posuit, Deumque, animas nostras, omniaque e numeris constare docuit, adeoque arithmeticam omnium scientiarum matrem esse. Plato totam de numeris Pythagoricis doctrinam illustrare tentavit, sed irrito conatu: unde adagium, 'Platonicis obscurius numeris.' Eos numeros illustrare quoque nisi sunt Jo. Meursius in denario Pythagorico; et Petrus Bungus de Numerorum Mysteriis.

a *Aut descriptionibus*] Seu delineationibus mathematicis, quibus præsertim Pythagorici, et a Pythagoricis Platonici philosophiam suam explicarunt.

b *Platonem ferunt*] Annum agens 20. audivit Socratem, illoque mortuo Cratylum et Hermogenem, tum ad Euclidem Megaram se contulit; hinc Cyrenen ad Theodorum mathematicum; post in Ægyptum ad sacerdotes; inde in Italiam ad Pythagoreos; Athenas denique reversus docuit in Academia.

c [*Cum alios multos*] Puta Arionem, Echecratem, quem male Val. Max. Cœtum appellat; utrumque Pythagoreum.

nutu et suo pondere, ad pares angulos in terram et in mare ferantur; reliquæ duæ partes, una ignea, altera animalis; ut illæ superiores in medium locum mundi gravitate ferantur et pondere, sic hæ rursum rectis lineis in cœlestem locum subvolent, sive ipsa natura superiora appetente, sive quod a gravioribus leviora natura repellantur. Quæ cum constent, perspicuum debet esse, animos, cum e corpore excesserint, sive illi sint animales, id est, spirabiles,[6] sive ignei, in sublime ferri.[d] 41. Si vero aut numerus quidam sit animus (quod subtiliter magis quam dilucide dicitur), aut quinta illa,[e] non nominata magis quam non intellecta,[7] natura; multo etiam integriora ac puriora sunt, ut a terra longissime se efferant. Horum igitur aliquid animus est,[8] nec tam vegeta mens aut in corde, cerebrove, aut in Empedocleo[f] sanguine demersa jaceat. XVIII. Dicæarchum vero, cum Aristoxeno æquali et condiscipulo[1] suo, doctos sane homines, omittamus; quorum alter ne condoluisse quidem unquam videtur, qui animum se habere non sentiat; alter ita delectatur[g] suis cantibus, ut eos etiam ad hæc transferre conetur. Harmoniam autem ex intervallis

Orell. *ac divisa*. Statim, *ut terrena* codd. *ut* omittunt Manut. Lamb. Dav. *et suopte pondere* Lamb. Tum, *gravitate feruntur* idem Lamb. uti volebat Bouh. *sic hæc sursum* edd. vett. Dav. Wolf. Orell. *ipsa n. s. appetentes* Lamb. 1566. *ipsæ n. s. appetentes* Dav. Lall. Wolf. Deinde *pellantur* E U ξ χ, alii codd. et edd. antiq.—6 Reg. ψ 1. alii codd. *spiritabiles* probante Bouh. *in* ante *sublime* omittunt Col. D σ, Victor. Manut. Dav. Orell.—7 Wolf. cum uno cod. Oxon. *illa non nominata magis quam intellecta*; Schutz. de Rathii conj. *illa nominata magis quam intellecta*; Orell. suspic. *illa nove nominata magis quam intellecta*. Statim, *sunt* omittunt edd. quædam vett. *integriores ac puriores sunt*, vel *integrior ac purior est* conj. Bentl.—8 Bouh. *esto*. Actutum, *ne tam vegeta mens* edd. ante Ernesti: *est aliquid*. *Nec vegitata mens* ψ 1. *vegeta res* conj. Bentl. non improbante Wolf. Pro *jaceat* edd. vett. habent *iacet*.

CAP. XVIII. 1 E U ξ *cum discipulo*. Paulo post, *ad hoc transferre* E ξ. *et*

NOTÆ

[d] *Sublime ferri*] Hinc consequens est, animam apud istos corpoream fuisse, quippe unam ex elementis.

[e] *Aut quinta illa*] Quæ opinio est Aristotelis, quintam hanc naturam, essentiam quintam appellantis.

[f] *Empedocleo*] Quem diximus supra docere, animam esse cordi diffusum sanguinem.

[g] *Alter ita delectatur*] Aristoxenus, qui vulgo Musicus dictus est.

Digitized by Google

sonorum[2] nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures: membrorum vero situs, et figura corporis, vacans animo, quam possit harmoniam efficere, non video: [p. 157.] sed hic quidem, quamvis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli: canere ipse doceat: bene enim illo proverbio Græcorum[3] præcipitur,

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

42. Illam vero funditus ejiciamus individuorum corporum lævium et rotundorum concursionem fortuitam; quam tamen Democritus concalefactam et spirabilem,[h] id est, animalem,[4] esse voluit. Is autem animus, qui, si est horum[5] quatuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat (ut potissimum videri video Panætio),[i] superiora capessat necesse est: nihil enim habent hæc duo genera proni;[6] et supera semper petunt. Ita, sive dissipantur, procul[7] a terris id evenit: sive permanent, et conservant habitum suum, hoc etiam magis necesse est ferantur ad cœlum, et ab his perrumpatur et dividatur crassus hic et concretus aër, qui est terræ proximus: calidior est enim, vel potius ardentior animus, quam est hic aër, quem modo dixi crassum atque concretum. Quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra, terreno[8] principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt. XIX. 43. Accedit, ut eo[1] facilius animus evadat ex hoc aëre, quem sæpe

hæc transferre ψ 1.—2 Crat. Victor. Lamb. *ex sonorum intervallis.* Mox, *harmonias etiam* edd. vett. Crat. Victor. Lamb.—3 Codd. omnes Bentleii, Dav. Orell. *Græcorum proverbio.*—4 Verba, *id est animalem*, uncis inclusere Wolf. et Schutz. probante Rath. Pro *id est* D habet *et*. Idem codex ξ et ψ 1 *esse vult*; et sic quoque Reg. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Orell.—5 Lamb. *si est ex aliquo horum.* Pro *ex quibus* Nonius in v. 'Constat' legit *unde*, probante Bentl. Tum, *potissimum videtur Panætio* duo codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—6 D omittit *proni.* —7 Idem cod. omittit *procul.* Statim, *permanent et conservent* E. *permaneant et conservent* ξ. Pro *habitum* ψ 1 præbet *animum*; ψ 2 *semper animum.* Pro *hoc* σ habet *per hoc*; edd. vetust. *per hæc.* Tum, *et ab iis* Argent. 1511. Erasm. *prorumpatur* U ι. *disrumpatur* E ξ.—8 Margo ed. 1584. *ex terreno*; refutatur Wopk. p. 57.

CAP. XIX. 1 *Accidit ut eo* D U χ ψ 1. Reg. *Accessit ut eo* E ξ. *Accedit*

NOTÆ

[h] *Et spirabilem*] De iis prolixe dictum de Nat. Deor.

[i] *Video Panætio*] De illius doctrina dicetur de Nat. Deor.

jam appello, eumque perrumpat, quod nihil est animo velocius; nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere. Qui si permanet incorruptus, suique similis, necesse est[2] ita feratur, ut penetret et dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur; quod et humidum et caliginosum est, propter exhalationes terræ. Quam regionem cum superavit animus, naturamque sui similem contigit, et agnovit; junctis[3] ex anima tenui, et ex ardore solis temperato, ignibus insistit, et finem altius se efferendi facit. Cum enim[4] sui similem et levitatem et calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur; eaque ei demum naturalis est sedes, cum ad sui similem penetravit, in quo, nulla re egens, aletur et sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur. 44. Cumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates, eoque magis incendi, quod iis[5] æmulemur,[k] qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus; profecto beati erimus, cum, corporibus relictis, et cupiditatum et æmulationum erimus expertes: quodque nunc facimus, cum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus et visere, id multo tum faciemus liberius, totos-

eo ut codd. aliquot ap. Bouh. *Accidit eo ut* conj. Bouh. *Accedit cur eo* Lamb. Mox, *appello crassum* ι ξ σ ψ 1. 2. edd. vetust. et Lall. *crassum appello* Crat. Victor. *perrumpit* E. *prorumpat* U χ. *nulla est enim celeritas* ed. vet. Bouh. Hæc, *nulla . . . contendere*, uncis inclusit Wolf.—2 Ed. vet. Bouh. *ad sui simile necesse est*, ipso probante.—3 Ita Reg. ψ. 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *junctus* Crat. Victor. Manut. Lamb. Grut. Gebh. *vinctus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *ex aëre tenui* χ. *et . . . temperatus* E ξ. *et . . . temperata* ψ 1. *ignibus resistit* D. *i. existit* ψ 1. *se efferendi* ι.—4 *Tum enim* de Bentleii conj. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *adeptus est* D, et edd. antiquiss. Mox, *sui simile* quatuor codd. Oxon. Reg. Bern. 1. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *in qua nulla* conj. Hotting.—5 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Dav. *quod his*. Mox, *habere cupimus* edd. vett. *profecto tunc beati* cod. Steph. *profecto tunc erimus beati* edd. antiquiss. Victor. Wolf. *fuerimus* D. Paulo post, *faciemus libentius* E ξ. Deinde, *et natura inest in mentibus* Reg. Bern. 1. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *ex natura inest mentibus* ψ 1. *et* omittunt D E ξ.

NOTÆ

k *Iis æmulemur*] Æmulari frequentius jungitur accusativo, hicque unicus est in toto Cicerone locus, ubi dativum regat. Quanquam et Quintil. x. 1. dixit, 'Nam et consummati jam patroni veteribus æmulantur.'

Digitized by Google

que nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus, propterea, quod et natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi; et oræ ipsæ locorum illorum, quo pervenerimus, quo faciliorem nobis cognitionem rerum cœlestium, eo[6] majorem cognoscendi cupiditatem dabunt. 45. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patriam[7] illam[l] et avitam (ut ait Theophrastus) philosophiam, cognitionis cupiditate incensam, excitavit. Præcipue vero fruentur ea, qui tum etiam, cum has terras incolentes, circumfusi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant. XX. Etenim si nunc aliquid assequi[1] se putant, qui ostium Ponti[m] viderunt, et eas angustias, per quas penetravit ea, quæ est nominata

Argo,[n] quia Argivi in ea, delecti[o] viri,
Vecti, petebant pellem inauratam arietis;[p]

[p. 158.] aut ii,[2] qui Oceani freta illa[q] viderunt,

---

nostris omittit ψ 1. *veri visendi* R, χ, edd. antiquiss. Wolf. Orell.—6 Ernesti omittit *eo*, errore typogr.—7 Manut. Lamb. Grut. Wolf. *patritam*, e Nonio, probante Bouh. Mox, *cupiditate incensa* conj. Neidius, probante Wolf.

Cap. xx. 1 Bentl. conj. *assecutos*. Statim, *viderint* codex unus Oxon. et Dav. e conjectura Bentleii.—2 Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor.

NOTÆ

[l] *Patriam* [*patritam*] *illam*] Id est a priscis illis veluti patribus et avis nobis tanquam per manus traditam. Non *patriam*, ut a quibusdam legitur, quod quidem testimonio Nonii comprobatur, qui hunc locum refert in 'Patrita,' aliumque affert ex Varrone.

[m] *Ostium Ponti*] Quæ vulgo 'fauces Ponti Euxini' seu 'Bosporus Thracius' nuncupantur. In illius Bospori citimo littore sita Constantinopolis. Est autem Bosporus fretum ita angustum, ut trajici a bove natante possit, unde illi nomen a βοῦς et πόρος: quatuor admodum stadia, sive 500. passus, in latitudinem patet. Hodie illi nomen *le Canal de la Mer Noire*. Est et alius Bosporus, nomine Cimmerius.

[n] *Argo*] De Argo navi et Argonautis dicetur de Nat. Deor.

[o] *In ea, delecti*] Cujus auctoris sint hæc carmina, dictum est de Nat. Deor.

[p] *Inauratam arietis*] Colchici, quo fabulantur Phryxum trajecisse Hellespontum, quemque ille Jovi fugæ faventi immolavit, ac pellem arbori in luco Martis apud Colchos suspendit: servabat hanc pellem draco magnitudine navis quinquaginta remorum. Ad eam consequendam Jason profectus est, jubente Pelia.

[q] *Freta illa*] Quod fretum Gaditanum dicitur, a Gadibus insula cum urbe cognomine, extremo Hispaniæ littori adjacente. Qui autem sint ii

Digitized by Google

Europam Libyamque[r] rapax ubi dividit unda;

quod tandem spectaculum fore putamus, cum totam terram contueri licebit, ejusque cum situm, formam, circumscriptionem, tum et habitabiles regiones, et rursum omni cultu, propter vim frigoris aut caloris, vacantes? 46. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus: neque enim est[3] ullus sensus in corpore; sed (ut non solum physici docent, verum etiam medici, qui ista aperta et patefacta viderunt) viæ quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares a sede animi perforatæ. Itaque sæpe aut[4] cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris et oculis et auribus, nec videmus, nec audimus: ut facile intelligi possit, animum et videre, et audire, non eas partes, quæ quasi fenestræ sunt[5] animi; quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat, et adsit. Quid, quod eadem mente res dissimillimas comprehendimus, ut colorem, saporem, calorem,[6] odorem, sonum? quæ nunquam quinque nuntiis animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, et is omnium judex solus esset. Atque ea profecto tum[7] multo puriora et dilucidiora cernentur, cum, quo natura fert, liber animus pervenerit. 47. Nam nunc[8] quidem, quanquam foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est, tamen terrenis

aut hi. Mox, *illa viderent* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. *illa viderant* U. *illa viderint* Dav. Hoc *viderunt* delendum censebat Ernesti. Paulo post, *tueri licebit* Erasm. Manut. *ejus consitum formam* D. Pro *tum* χ habet *animi.*—3 Reg. Dav. Orell. *neque est enim.* Mox, *physici solum* Reg. Dav. Orell. *solum philosophi* ι. *et patefacta* omittunt E ξ.—4 *Itaque sæpe et* E ξ.—5 Reg. D U, al. ap. Bentl. et Dav. *sint.* Statim, *sentiri* D U χ. *nisi aliquid agat*, omissis *et adsit*, ψ 1.—6 E ξ *calorem, s. colorem.* Paulo post, *ut idem omnium* edd. antiquiss. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *et idem omnium* quatuor codd. Oxon. Venet. 1480.—7 Cod. χ *tamen.* Idem cod. omittit *et dilucidiora.* Actutum, *cernerentur* ξ. *cum eo quò* D. *liber* omittit ψ 2.—8 *Nam eum nunc* ψ 1. Idem cod. omittit *artificio.* Statim, *a terrenis* σ, unde Wakef. conj. *ea terrenis.* Tum *sunt intercepta* Lall. errore typogr. *sint intersæpta* χ.

NOTÆ

qui primi Oceanum viderunt, nec tradit Polyd. Virg. nec facile est suspicari.

r *Europam Libyamque*] Cujus sit illud carmen incertum est. Citatur quoque de Nat. Deor. lib. III. Sed ibi quoque siletur auctor.

Digitized by Google

concretisque corporibus sunt intersepta quodammodo: cum autem nihil[9] erit præter animum, nulla res objecta impediet, quo minus percipiat, quale quidque sit. XXI. Quamvis copiose hæc, diceremus, si res postularet, quam multa, quam varia, quanta[1] spectacula animus in locis cœlestibus esset habiturus. 48. Quæ quidem cogitans, soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur, ejusque inventori[2] et principi gratias exultantes agunt, eumque venerantur, ut Deum: liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis, terrore sempiterno, et diurno ac nocturno metu. Quo terrore?[3] quo metu? quæ est anus tam delira, Quæ timeat ista, quæ vos videlicet, si physica non didicissetis, timeretis?

Acherusia[4] templa,[a] alta Orci, pallida
Leti, obnubila, obsita tenebris loca.

Non pudet[5] philosophum in eo gloriari, quod hæc non timeat, et quod falsa esse cognoverit? Ex quo[6] intelligi potest, quam acuti natura sint, qui hæc sine doctrina credituri fuerint. 49. Præclarum autem nescio quid adepti sunt, quod didicerunt,[7] se, cum tempus mortis venisset, totos esse perituros. Quod ut ita sit,[8] (nihil enim pugno)

—9 Cod. ψ 1 *cum enim nil.* Pro *percipiat* codex Cantab. habet *perspiciat*, probantibus Bentl. et Ernesti; recepit Dav.

CAP. XXI. 1 E U ξ χ omittunt *quanta.* Actutum *spectanda* ψ 1.—2 E ξ ψ 1 *ejus inventori.*—3 *Quo errore* Regg. Lall. *Quo terrore, quo metu* desunt in E ξ. *quæ est enim anus* ψ 1.—4 *Acheruntia* ψ 2. Lamb. Gebh. *Acherontia* D E, edd. vett. *Acheruntis* Grut. Mox, *alta Orci, salvete infera* e codd. tribus Regg. Lall. Pro *Leti* Eliens. 2. habet *Lethes;* Dav. conj. *Lethæa.* Tum, *nubila tenebris loca* plerique codd. Oxon. Reg. Venet. 1480. Dav. Lall. Wolf. et Orell. qui h. l. ita constituit:

. . . Acherusia templa alta Orci . . .
. . . . pallida leti,
Nubila tenebris loca. . . . .

—5 *Num pudet* ι. *Non timet* ψ 1.—6 *E quo* Reg. alii codd. et Orell. probante Bentl. Statim, pro *qui* Reg. E ξ ψ 1. Rom. 1469. habent *quoniam.*—7 Edd. vett. Crat. Victor. Manut. Dav. *qui didicerunt.*—8 *Quod ita sit* Reg. *Quod ut*

NOTÆ

[a] *Acherusia* [*Acherontia*] *templa*] Verosimile est, hæc duo carmina ejusdem auctoris esse cujus priora. Ennii vult esse Manutius. Eadem memerat Varro de Ling. Lat. lib. VI. ex Andromacha, legitque Acherusia templa, alta Orci, salvete, *infera.* Si tamen locus idem est, non diversus.

Digitized by Google

quid habet ista res aut lætabile aut gloriosum? nec tamen mihi sane quicquam occurrit, cur non Pythagoræ sit et Platonis vera sententia. Ut enim rationem Plato nullam[9] afferret, (vide, quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret: tot autem rationes attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur.

XXII. 50. Sed plurimi contra nituntur,[1] animosque, quasi capite damnatos, morte mulctant; neque aliud est[1] quicquam, cur incredibilis his animorum videatur æternitas, nisi quod nequeunt, qualis animus sit vacans corpore, intelligere, et cogitatione comprehendere. Quasi vero intelligant, qualis sit in ipso corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus: ut, si[2] jam possent in homine uno cerni omnia, [p. 159.] quæ nunc tecta sunt, casurusne in conspectum videatur animus; an tanta sit ejus tenuitas, ut fugiat aciem. 51. Hæc reputent isti, qui negant, animum sine corpore se intelligere posse. Videbunt, quem in ipso corpore intelligant. Mihi quidem, naturam animi intuenti, multo difficilior occurrit cogitatio: multoque obscurior,[3] qualis animus in corpore sit, tanquam alienæ domi, quam qualis, cum exierit, et in liberum cœlum, quasi domum suam, venerit; nisi enim, quod nunquam vidimus, id quale sit, intelligere non possumus, certe, et Deum ipsum, et divinum animum, corpore liberatum, cogitatione complecti non possumus.[4] Dicæarchus quidem, et Aristoxenus, quia difficilis erat animi, quid, aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino animum

---

sit codd. aliquot, Dav. Lall. probante Gœrenz. Acadd. II. p. 123.—9 Edd. antiquiss. *nullam Plato.*

CAP. XXII. 1 Ernesti conj. *neque vero est.* Statim, *cur i. iis* Argent. 1511. Erasm.—2 Lamb. et Wolf. *aut si*, probante Ernestio. Pro *uno* Dav. Lall. Wolf. Orell. habent *vivo* de conjectura Bentleii. Tum, *animus* omittunt Oliv. Lall.—3 Reg. cum duobus codd. Oxon. *multo obscurior.* Pro *domi*, Reg. Col. ξ σ ψ 1. margo Crat. Victor. Manut. Grut. exhibent *domui.* Tum, *quasi in domum* edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb. Lall. Deinde *venerit. Si enim* codd. aliquot, Crat. Victor. Manut. Lamb.—4 Reg.

NOTÆ

[1] *Plurimi contra nituntur*] Epicurei et Diagorei.

Digitized by Google

esse dixerunt. 52. Est illud[5] quidem vel maximum, animo ipso animum videre: et nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis,[a] quo monet, ut se quisque noscat. Non enim, credo,[6] id præcipit, ut membra nostra, aut staturam, figuramve noscamus: neque nos corpora sumus; neque ego,[7] tibi dicens hoc, corpori tuo dico. Cum igitur, Nosce te, dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum: nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur, id agitur a te. Hunc igitur nosse, nisi divinum[8] esset, non esset hoc acrioris cujusdam animi præceptum, sic, ut tributum Deo sit: [hoc est, se ipsum posse cognoscere.]

53. Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciet;[9] dic, quæso, ne esse quidem se sciet? ne moveri quidem se? ex quo illa ratio nata est Platonis, quæ a Socrate est in Phædro explicata, a me autem posita est in sexto libro De Republica. XXIII. 'Quod semper movetur, æternum est.[1] Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde,[2] quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod se ipsum movet, quia nun-

Bern. 1. alii codd. Dav. Wolf. Orell. *complecti possumus.*—5 *Et est illud* ψ 2. Paulo post, *quisque cognoscat* ι.—6 *Non enim ordo* idem codex: *id præcepit* D. *id percepit* χ. *id præceperit* ψ 2. *aut* omittunt E U ξ χ. *figuramque nosc.* E ξ ψ 2.—7 D *nec ego;* E ξ *num ego;* U χ *non ego.* Codex unus Oxon. et Victor. omittunt *tibi.* Venet. 1480. omittit *hæc;* Venet. 1481. Beroald. et al. vett. habent *tibi dicens hoc.* Tum, *dico sed animo* edd. antiquiss. Erasm. Crat.—8 Dav. de Bentleii conjectura *divinus.* Pro *acrioris* Ernesti conj. *altioris.* Tum, *sic ut* omittunt ψ 1. 2. *tributum a Deo sit hoc se ipsum, &c.* Reg. Bern. 1. *præceptum, tributum ut Deo sit* Dav. *tributum a Deo, se ipsum, &c.* Regg. ap. Lall. ipse Lall. et Bipont. *Hoc ... cognoscere* delevit Orell.—9 Orell. cum aliis *nesciat.* Pro *dic* Boub. conj. *hic.* Statim, *illa ratiocinatio est* Col.

CAP. XXIII. 1 Reg. *et æternum est;* edd. vett. et Lall. *id æternum est.*—2 Reg. D U ξ χ ψ 1. edd. vett. et Dav. *alicunde.* Mox, *vivendi quoque finem*

NOTÆ

[a] *Præceptum Apollinis*] Pythii. Plin. lib. VII. scribit non Apollinis illud dictum esse, sed Chilonis Lacedæmonii, unius e septem Græciæ sapientibus. Sed cum in templo Apollinis Delphici aureis literis inscriptum fuisset, Apollinis esse creditum est. Unde Juvenal. Sat. XI. 'E cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν.' Laërtius Thaletis Milesii esse putat. Antisthenes vero in Successionibus illud Phæmonoi tribuit, ab illoque accepisse Thaletem.

Digitized by Google

quam deseritur a se, nunquam ne moveri quidem desinit; quinetiam ceteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo: **54.** nam e principio[3] oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci potest: nec enim esset principium, quod gigneretur aliunde. Quod si nunquam oritur, ne occidit[4] quidem unquam. Nam principium exstinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec a se[5] aliud creabit, siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit,[6] ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur: id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cœlum, omnisque terra consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua primo impulsa moveatur. Cum pateat[7] igitur, æternum id esse quod se ipsum moveat, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est[8] enim omne, quod pulsu agitatur externo: quod autem est animal, id motu cietur interiore, et suo: nam hæc est propria natura animi[9] atque vis: quæ si est una ex omnibus, quæ se ipsa[10] semper moveat; neque nata certe est, et æterna est.' **55.** Licet concurrant plebeii omnes[11] philosophi, (sic enim ii, qui a Platone, et Socrate, et ab ea familia dissident, appellandi videntur) non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum, quam subtiliter conclusum sit, intelligent. Sentit igitur animus se mo-

habeat edd. vett. et Lall. *vivendi habeat* e codd. Gebh. et Grut.—3 *Nam ex principio* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Statim, *esset id principium* edd. ante Gebh. item Orell.—4 D E U ι ξ χ ψ 1 *nec occidit.* Actutum, *quidem nunquam* D.—5 Codd. aliquot et Macrob. Somn. Scip. II. 13. *nec ex se;* Reg. D E *nec se;* ψ 1 *nec de se;* σ *nec e se.* Tum, *aliud crearet* D. *aliud certaret* E ξ. Verba, *siquidem n. est a p. o. o. Ita fit* desunt in ψ 2.—6 *Sic fit* D. *Ut fit* E. Mox, *ex eo fit* D. *principium id sit* conj. Lamb. Tum, *vel concidant* Lamb. *omnisque natura consistat* codd. aliquot, et edd. antiquiss. *omnisque terra et consistant* conj. Lamb. *omnisque terra et consistat* Dav. Deinde, *qua a primo impulsa* Macrob. Wolf. Schutz. Orell. *qua ut a primo impulsa* cod. Mureti Var. Lect. VIII. 3. *qua ut primo impulsa* ι σ χ ψ 2. *qua ut primo impulsu* E ξ. *qua primo impulsu* cum aliquot codd. Venet. 1481. al. vett. et Lall.—7 *Cum pareat* Lamb. *Cum p. i. æ. id e. q. s. i. moveat* desunt in ψ 1.—8 *Inanime est* D U. *In animo est* E σ. *Inanima* ξ. Statim, *animal est* Orell. *est animale* Lall. *est animatum* edd. antiquiss.—9 Lamb. cum multis codd. *animæ.*—10 Ita de Bentleii conjectura Dav. et seqq. *se ipsam* edd. vett.—11 Codd. aliquot, et Dav. *omnes plebeii.* Mox, *sic enim hi* E, Reg. Dav. *et ab illa familia* Manut. Lamb. Tum, *non modo nihil animi* χ. *num modo in hoc*

Digitized by Google

veri: quod cum sentit, illud una sentit, se vi sua, non aliena, moveri: nec accidere posse, ut ipse unquam a se deseratur: [*p.* 160.] ex quo efficitur æternitas; nisi quid habes ad hæc. A. Ego vero facile sum[12] passus, ne in mentem quidem mihi aliquid contra venire: ita isti faveo sententiæ.

XXIV. 56. M. Quid illa tandem? num leviora censes, quæ declarant inesse in animis[1] hominum divina quædam? quæ si cernerem quemadmodum nasci possent, etiam, quemadmodum interirent, viderem. Nam sanguinem, bilem, pituitam, ossa, nervos, venas, omnem denique membrorum et totius corporis figuram, videor posse dicere, unde concreta, et quo modo facta sint: [per][2] animum ipsum, si nihil esset in eo, nisi id, ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris: hæc enim etiam dicimus vivere. Item, si nihil haberet animus hominis, nisi ut appeteret aut refugeret,[3] id quoque esset ei commune cum bestiis. 57. Habet primum memoriam, et eam infinitam, rerum innumerabilium; quam quidem Plato recordationem esse vult superioris vitæ:[4] nam in illo libro, qui inscribitur Menon,[5] [a] pusionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respondet,[6] ut puer: et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eodem perveniat, quo si geometrica didicisset. Ex quo effici vult Socrates, ut discere, nihil aliud sit, nisi[7]

unquam, &c. ψ 1. *ipsum* omittit E. *quam* omittit ξ. *ipsum, quod* habet χ.—12 Reg. D E U, Dav. *sim.* Actutum, *passurus* ψ 1.

Cap. xxiv. 1 Edd. antiquiss. *inesse animis.*—2 D E ι ξ σ ψ 1. 2. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. omittunt *per.* Actutum, *animo ipso* conj. Lamb.—3 Reg. Bern. 1. ι ξ σ ψ 1. 2. Venet. 1480. Victor. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *aut fugeret.*—4 Orell. cum aliis ante Mannt. *vitæ superioris.*—5 *Meno* Lamb. Wolf. Schutz. Orell. ΜΕΝΩΝ Venet. 1480. *Memnon* Crat. Victor. Mannt.—6 Edd. antiquiss. *respondit.* Statim *eo perveniat* eædem edd. *eo demum perveniat* conj. Bentl. *quasi geom.* ι ξ σ χ ψ 1. edd. vett. et

NOTÆ

[a] *Qui inscribitur Menon*] Seu de virtute, ubi Menonis, Aristippi, Gorgiæ, et Prodici de virtute definitiones confutat.

Digitized by Google

recordari.[b] Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone, quem habuit eo ipso die,[c] quo excessit e vita: docet enim, quemvis, qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem, declarare,[8] se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere: nec vero fieri ullo modo posse, ut, a pueris, tot rerum atque tantarum insitas, et quasi consignatas in animis notiones, (quas ἐννοίας vocant)[9] haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset. 58. Cumque nihil esset,[10] ut omnibus locis a Platone disseritur, (nihil enim ille putat esse, quod oriatur et intereat; idque solum esse, quod semper tale sit, qualem 'ideam' appellat[d] ille, nos 'speciem') non potuit animus hæc, in corpore inclusus, agnoscere: cognita attulit: ex quo tam multarum rerum cognitionis admiratio tollitur. Neque ea[11] plane videt animus, cum tam repente in insolitum tamque perturbatum domicilium immigravit; sed cum se collegit atque recreavit, tum agnoscit illa reminiscendo. 59. Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. Ego autem majore etiam quodam modo memoriam admiror. Quid est enim illud, quo[12] me-

Gebb.—7 Edd. antiquiss. *quam.*—8 Cod. χ *respondere, declarare;* ψ 1 *respondere de omnibus.* Mox, *cognoscere* χ ψ 1.—9 Codex unus Oxon. *vocat,* uti conj. Bentl. *vocant Græci* Argent. 1511. Erasm. Tum, *in c. intrasset* edd. antiquiss. *in* ante *rerum* omittunt Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb.—10 *Cumque corpus nihil esset* codd. aliquot, etiam χ, prob. Bouh. *Cumque nihil corpus esset* D U σ ψ 2. *Cumque nihil corpus esse* E ξ. Statim, *ille* omittunt Reg. E ι ψ 1. Lamb. *solum est, quod semper* χ. *s. esset, quod semper* ψ 1. *solum esset, et tale fit* ψ 2. *quale ἰδέαν* Reg. Bern. 1. Dav. Orell. *quales ἰδέαν* Schutz. *quam ideam* conj. Ernesti. Tum, *speciem nos* Venett. 1480. 1481. Beroald. *animus hoc* D U ψ 1. et edd. antiquiss. *hic animus* ψ 2. *hæc* omittit ι. Deinde, verba *ex quo . . . tollitur* desunt in σ.—11 *Neque enim ea* E ξ. Mox, *tam repente in tam ins.* Manut. Lamb. *repente in tam ins.* Reg. Bern. 1. edd. vett. Lall. Oliv. Wolf. Schutz. Orell. *repenteque vitam ins.* σ. *repente vitam ins.* ψ 2. Deinde, *tum agnoscit ea rem.* edd. antiquiss.—12 D E ξ σ χ *quod.* Pro *natam* Reg. Bern. 1. ξ χ ψ 1. 2. et edd. vett. habent *naturam.* Voc. *natam* uncis inclusit Wolf. omisit Manut. sed in Scholiis emend. *aut undenam?* Bentl. conj. *aut unde? Jam non quæro, &c.* Hottinger et Nissen. susp. *unde natum?*

NOTÆ

[b] *Nisi recordari*] In reminiscentia positam Plato volebat scientiam.

[c] *Quem habuit eo ipso die*] Non extat is sermo; supplevit Plato eo libro qui Apologia Socratis inscribitur.

[d] *Ideam appellat*] De idea Platonis dicetur infra.

Digitized by Google

minimus? aut quam habet vim? aut unde natam? Non quæro, quanta memoria Simonides[e] fuisse dicatur, quanta Theodectes,[13 f] quanta is, qui a Pyrrho[g] legatus ad senatum est missus,[h] Cyneas,[i] quanta nuper Charmadas,[k] quanta, qui modo fuit, Scepsius Metrodorus,[l] quanta noster Hor-

Venet. 1480. cum cod. Gryph. *unde natura*.—13 *Themistocles* Col. Lamb. *Theodetus* D U χ. *Theodorus* E ξ. Statim *Cineas* plurimæ edd. *Ceineas* Reg. *Comeas* ψ 1. *Ceneas* ψ 2. *Carneades* D E U ι ξ σ χ ψ 2. et edd. ante Gebh. *Cardamas* ψ 1. Tum, *omnium memoria* Reg. E ξ χ, margo Crat. Victor. Gebh. Lall.

NOTÆ

[e] *Memoria Simonides*] Qui vulgo 'Poëta' dicitur. Multi hoc nomine poëtæ, quorum alii aliis temporibus floruerunt. Is Leoprepis filius fuit, juxta Suidam, patria Julites ex urbe Ceæ insulæ. Artem memoriæ reperisse eum tradit Cicero; Pæanas tragœdias; aliaque multa scripsit, tum maxime duas Græcorum adversus Xerxem pugnas, alteram ad Artemisium, alteram ad Salaminam; illam versu elegiaco, hanc lyrico. Ita Giraldus.

[f] *Theodectes*] De eo ejusque memoria nusquam alibi. Fuit quidem Theodectes quidam discipulus Aristotelis et Platonis, orator, et poëta qui tragœdias 50. scripsisse dicitur, sed longe diversus a nostro. Quare multi supplent *Themistoclem*, cujus tanta fuit memoria, ut omnia civium suorum nomina comprehenderet, Val. Max. VIII. 7. essentque plura, inquit Cicero, quæ dediscere, quam quæ discere cuperet.

[g] *A Pyrrho*] Rege Epirotarum, ducum omnium post Alexandrum præstantissimo, qui genere materno ab Achille, paterno ab Hercule oriundum se gloriabatur.

[h] *Legatus ad senatum est missus*] Duplex legatio fuit; altera Romanorum ad Pyrrhum, altera Pyrrhi ad Romanos; illa de captivis redimendis, hæc de pace sancienda. Prior Cyneæ legatio fuit, si Plutarcho fides; si Livio, Justino, Eutrop. Zonar. posterior. Historiam latius habet Justin. lib. VIII. Plut. in Pyrrhi Vita; Zonar. Flor. I. 18. Liv. Epit. lib. XII. et XIII. Oros. Eutrop. et Pausanias in Atticis, qui nonnihil ab aliis discrepat.

[i] *Cyneas*] Pyrrho gratissimus, vir adeo firma memoria, ut postridie quam Romam adventasset, sine ulla nomenclatoris ope, tum senatui tum equestri ordini nomen cuique suum ediderit. De ejus eloquentia multa Plut. in Pyrrho.

[k] *Charmadas* [*Carneades*] De Carneadis et Metrodori memoria hæc Cic. de Orat. lib. II. 'Vidi,' inquit M. Antonius orator, 'ego summos homines et divina prope memoria; Athenis Carneadem; in Asia, quem vivere hodie aiunt, Scepsium Metrodorum; quorum uterque, tanquam literis in cera, sic se aiebat imaginibus, in iis locis quos haberet, quæ meminisse vellet, præscribere.' Et alio ejusdem lib. loco: 'Carneades et Metrodorus, cum divina prope essent memoria, arte tamen illius usi sunt praclare.' Turnebus Advers. X. 16. his omnibus in locis vitiose *Carneadem* legi ait, suppletque *Charmadam*. Jonsius II. 14. *Charmidam*, sed uterque, opinor, temere.

[l] *Scepsius Metrodorus*] De illo Plin.

Digitized by Google

tensius:[m] de communi hominum memoria loquor, et eorum maxime, qui in aliquo majore studio et arte versantur; quorum quanta mens sit, difficile est existimare: ita multa meminerunt. XXV. 60. Quorsum[1] igitur hæc spectat oratio? Quæ sit illa vis, et unde,[2] intelligendum puto. Non est certe nec cordis, nec sanguinis, nec cerebri, nec atomorum: anima sit animus, ignisve,[3] nescio: nec me pudet, ut istos,[a] fateri nescire, quod nesciam. Illud, si ulla alia de re obscura affirmare possem, sive anima, sive ignis sit animus, eum jurarem esse divinum. [p. 161.] Quid enim? obsecro te, terrane tibi, aut hoc[4] nebuloso et caliginoso cœlo, aut sata aut concreta videtur tanta vis memoriæ? Si, quid sit hoc, non vides, at, quale sit, vides: si ne id quidem, at, quantum sit, profecto vides. 61. Quid igitur? utrum capacitatem aliquam in animo[5] putamus esse, quo, tanquam in aliquod vas, ea, quæ meminimus, infundantur? absurdum id quidem: qui enim[6] fundus, aut quæ talis animi figura, intelligi potest? aut quæ tanta omnino capacitas? An imprimi, quasi ceram, animum putamus, et memoriam esse[7] signatarum rerum in mente vestigia? quæ possunt verborum, quæ rerum ipsarum, esse vestigia? quæ

CAP. XXV. 1 *Quorsus* D E U ξ χ, Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 D E U ι ξ σ χ ψ 1. Reg. edd. vett. Orell. *unde sit*; Bern. 1. *et unde, sic intel.* et sic de Bonh. conjectura Wolf.—3 Lamb. de conjectura, Wolf. Schutz. Orell. *anima sit, ignisne*; Reg. Bern. 1. Dav. Lall. *anima sit, ignisve*; ι ξ σ χ ψ 1. 2. *sit anima, ignisne*; Lamb. *animus sit, ignisne*; Bentl. conj. *an anima sit, ignisve.*—4 Venet. 1480. *et hoc*; E *ex hoc*; Reg. D ι ξ σ ψ 1. Medic. omittunt *aut*, probante Bentl.—5 Lamb. conj. *aliquam animum.*—6 *Quis enim idem*

NOTÆ

VII. 24. 'Charmadas quidam in Græcia, quæ quis exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræsentavit. Ars postremo ejus rei facta et inventa est a Simonide melico, consummata a Metrodoro Scepsio, ut nihil non iisdem verbis redderetur auditum.' Atque ex hoc loco Plinii Jonsius confirmari putat suam de Charmada pro Carneade conjecturam.

[m] *Noster Hortensius*] Qui summos honores, uti Cicero, eloquentia consecutus est. Nepotem habuit Hortensium Corbionem, hominem omnibus scortis obscœniorem, inquit Val. Max. III. de degeneribus: filiam vero nobilem, cujus insigne facinus refertur a Val. Max. VIII. 3.

[a] *Ut istos*] Socraticos, quorum est nota vox, Hoc unum scio, quod nihil scio.

Digitized by Google

porro tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa possit effingere?[8] Quid? illa vis, quæ[9] tandem est, quæ investigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur? ex hacne tibi terrena, mortalique natura et caduca, concreta ea videtur? 62. Aut qui primus (quod summæ sapientiæ Pythagoræ visum est) omnibus rebus imposuit nomina? aut qui dissipatos homines congregavit, et ad societatem vitæ convocavit? aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis[n] terminavit? aut qui[10] errantium stellarum cursus,[o] regressiones, institiones[p] notavit? omnes magni: etiam superiores, qui fruges,[q] qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras invenerunt; a quibus mansuefacti et exculti, a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Nam et auribus oblectatio magna parta est, inventa et temperata[11] varietate et natura

Lamb.—7 Codd. Bentleii *et esse memoriam.*—8 Dav. suspic. *excipere.*—9 *Quæ illa visque* ψ 1. Paulo post, *concretus esse videtur* de Bentleii conjectura Dav. *concretus is* conj. etiam Bentl.—10 *Aut quis . . . aut quis . . . aut quis . . . aut quis* Lamb. Mox, *stellarum motus, cursus* Leid. et edd. antiquiss. *stellarum motus*, omisso *cursûs*, Victor. *prægressiones* Reg. Eliens. 2. Orell. *progressiones* Bern. 1. et edd. vett. *institutiones* Gebh. Dav. *institutionesque* E U ξ σ χ, et edd. ante Manut. *insecutiones* conj. Bouh.—11 Ita Reg. Col. Manut. Gebh. seqq.

NOTÆ

[n] *Literarum notis*] De literarum inventore magna est quæstio. Diodor. lib. I. a Mercurio, alii ab Hebræis, alii apud Syros repertas volunt. Asserunt Ægyptii a se inventas. Plinius ad Assyrios refert. Plura Polydor. Virgil. I. 6.

[o] *Stellarum cursus*] Atlas primus eos notavit, unde a poëtis cœlum ferre dictus est. Ægyptii astrologiam, ut auctor est Diodorus, a se primum inventam asserunt, alii a Mercurio. Sed idem Diod. lib. V. Actinum, Solis filium, ad eos astrologiæ notitiam traduxisse ait. Clemens vero Alex. primum Chaldæis, tum Ægyptiis assignat; Josephus Antiq. lib. I. ait Abrahamum astrologiam, a majoribus suis inventam, tradidisse Ægyptiis. Vide Polydor. I. 17.

[p] *Institiones* [*institutiones*] Quid sunt institutiones errantium stellarum? Legunt alii *institiones*. At ubi demum eam vocem inter Latinos reperias?

[q] *Qui fruges*] Ceres, cum prius homines glande vescerentur, fruges in Attica, Italia, Sicilia invenit. Plin. lib. VII. Diodorus tamen lib. I. Isidi eam artem tribuit. Conciliari possunt ex Diodori ipsius sententia, qui alibi tradit Isidem ac Cererem Deam unam esse. Saturnus, teste Macrobio, Latinos primus docuit terram colere.

Digitized by Google

sonorum: et astra suspeximus, tum ea, quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo [r] errantia: quorum conversiones omnesque motus qui animus [12] vidit, is docuit, similem animum suum ejus esse, qui ea fabricatus esset in cœlo. 63. Nam cum Archimedes [s] lunæ, solis, quinque errantium, motus in sphæram illigavit, effecit idem, quod ille, qui in Timæo mundum ædificavit, Platonis Deus, ut tarditate et celeritate dissimillimos motus una regeret conversio. Quod si in hoc mundo [13] fieri sine Deo non potest, ne in sphæra quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari. XXVI. 64. Mihi vero ne hæc quidem notiora et illustriora [1] carere vi divina videntur, ut ego aut poëtam grave plenumque carmen sine cœlesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine quadam vi majore fluere, abundantem sonantibus verbis, uberibusque sententiis. Philosophia vero, omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato ait,[2] donum, ut ego, inventum Deorum? Hæc nos primum ad illorum cultum, deinde ad jus hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinemque animi erudivit: eademque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem dispulit,[3] ut omnia supera, infera, prima, ultima, media videremus. 65. Prorsus hæc divina mihi videtur vis, quæ

magna ex parte est inventa et temperata edd. vett. *ex temperata* al. vett.—12 Tres codd. Oxon. Manut. Lamb. Dav. Lall. *animo;* pro quo de Bouh. et Ernestii conjectura *primus* dedit Schutz. *animus* uncis incluserunt Wolf. in ed. pr. et Orell. delevit Wolf. in ed. sec. Mox, *esse ejus* edd. antiquiss. Deinde, *in cælo esset* edd. ante Gebh.—13 Manut. *hoc in mundo;* Hotting. suspic. *in mundo hoc;* Codd. aliquot Oxon. *Qui si hoc mundo* .... *nec in sph. &c.*

Cap. XXVI. 1 Venet. 1481. Beroald. al. vett. *et jam illustriora.* Mox, *haud poëtam* Eliens. 1. et Dav. Tum, *sine cælestis, &c.* Leid. prob. Bouh. *non putem fundere* conj. Ernesti: *sine majore quadam vi* Reg. edd. vett. Orell. *sine majore vi quidem* Dav.—2 Reg. E U ξ, alii codd. et Dav. omittunt *ait;* D habet *sapienter dicit; σ sapienter dicit sapientiam; τὸ ait* uncis inclusit Orell.—3 Codd.

NOTÆ

[r] *Non re, sed vocabulo*] Stellas errare adeo negabat, ut impietatis Græcos accusaret, quod secus sentirent.

[s] *Nam cum Archimedes*] De sphæra ejus versatili vide de Nat. Deor. lib. II.

Digitized by Google

tot res efficiat, et tantas. Quid est enim memoria rerum et verborum? quid porro inventio? profecto id, quo nec in Deo quicquam[4] majus intelligi potest. Non enim ambrosia[t] Deos, aut nectare,[u] aut Juventate[5 x] pocula ministrante, lætari arbitror: nec Homerum audio, qui Ganymedem[y] a Diis raptum ait propter formam, ut Jovi bibere ministraret: non justa causa, cur Laomedonti[z] tanta fieret injuria. Fingebat hæc Homerus, et humana ad Deos transferebat: divina mallem ad nos. [*p.* 162.] Quæ autem divina? Vigere, sapere, invenire, meminisse. Ergo animus, [qui] ut ego dico, divinus est, ut Euripides audet dicere, Deus:[6] et quidem si Deus aut anima aut ignis est, idem est animus hominis. Nam ut illa natura cœlestis et terra vacat et humore, sic utriusque harum rerum humanus animus est expers. Sin autem est quinta quædam natura ab Aristotele inducta, primum hæc[7] et Deorum est, et animorum. Hanc nos sententiam secuti, his ipsis verbis in Consola-

aliquot Turneb. *depulit.*—4 Reg. aliique codd. *ne in Deo, &c.* unde Bentl. *ne in Deo quidem;* Col. *ne in Deo quidem quicquam;* D σ ψ 2 *nec video quicquam;* ψ 1 *idque ne video quicquam.*—5 D E U ξ σ χ ψ 1 *aut Juventute;* Dav. de Bentleii conjectura delevit *aut.* Statim, *pocula administrante* Venet. Mediol. Junt. probante Ernesti. Deinde, *ut Jovi pocula administraret*, vel *ministraret* edd. vett.—6 *Ergo a. ut ego dico, divinus, ut E. dicere audet, Deus est* Reg. alii codd. et Orell. *E. a. qui ut e. d. divinus, ut E. audet dicere, Deus est* edd. antiquiss.—7 Manut. Dav. Wolf. Schutz. Orell. distinguunt *inducta primum: hæc, &c.* Ernesti conj. *inducta: nimirum hæc, &c.* Distinctionem nos-

NOTÆ

[t] *Ambrosia*] Cibus est Deorum, nectar potus. Confunduntur tamen interdum, ut Georg. IV. Ab *a* privativo, et *βροτὸς, mortalis:* est quoque ambrosia herba rutæ affinis, de qua Virgil. Æneid. XII. 'Spargitque salubres Ambrosiæ succos, et odoriferam Panacæam.'

[u] *Aut nectare*] A *νε* privativa particula, et *κτείνω, occido.*

[x] *Aut Juventate* [*juventute*] Legi debet *Juventate.* Juventas, seu Hebe, Dea fuit juventutis, Junonis et Jovis, vel, ut alii volunt, unius Junonis filia: pocula et dapes Diis ministrabat.

[y] *Qui Ganymedem*] Munus ministrandi poculi ad Deorum mensam ab Hebe translatum est ad Ganymedem, formosum puerum, Trois filium, a Jove sub aquilæ forma latente sublatum in cœlos, cum in Ida monte venaretur.

[z] *Laomedonti*] Memoria lapsus est hic Cicero; neque enim Laomedontis, sed Trois filius fuit Ganymedes.

Digitized by Google

tione[a] hæc[8] expressimus: XXVII. 66. 'Animorum nulla in terris origo inveniri potest: nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur; nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim in naturis[1] nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat; quod et præterita teneat, et futura provideat, et complecti possit præsentia; quæ sola divina sunt: nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a Deo. Singularis est igitur quædam natura atque vis animi, sejuncta ab his usitatis[2] notisque naturis. Ita, quicquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit,[3] quod viget, cœleste et divinum est, ob eamque rem æternum sit necesse est. Nec vero Deus ipse, qui[4] intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omniaque sentiens, et movens, ipsaque prædita motu sempiterno.' 67. Hoc e genere, atque eadem e natura, est humana mens.

XXVIII. Ubi igitur, aut qualis, est ista mens? Ubi tua, aut qualis? potesne dicere? an, si omnia ad intelligendum non habeo, quæ habere vellem,[1] ne iis[2] quidem, quæ habeo, mihi per te uti licebit? Non valet tantum animus, ut se ipse[3] videat: at, ut oculus, sic animus, se non videns, alia cernit. Non videt autem, quod minimum est, formam suam: fortasse; quanquam id quoque: sed

tram exhibent edd. antiquiss. defendit Wopk. p. 52.—8 Reg. alii codd. etiam D ξ σ ψ 1. Dav. Lall. *hoc*, probante Bentl.

Cap. XXVII. 1 *His enim naturis* D U χ. Mox, *præterea caveat* σ. Tum, *quæ tota divina* conj. Ernesti.—2 Reg. et Dav. *visitatis*, probante Bentl.—3 Ita Reg. Guelf. Junt. Dav. Wolf. Orell. *qui vivit* D E U ι ξ σ ψ 1. *quod vult* edd. vett. et Lall. *et cœleste* Wolf. *est* omittunt Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf.—4 Nissen. conj. *cum*. Mox, *omniaque sentiens* est de conjectura Ernesti: *que* deest in codd. aliisque edd.

Cap. XXVIII. 1 Ern. conj. *velim*, prob. Rath.—2 *Ne his* edd. antiquiss.—3 Edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *ut sese ipse*; Bern.

NOTÆ

[a] *In Consolatione*] Quem, mortua carissima filia sua Tulliola, scripsit. Constat eum, qui manibus teritur, librum de Consolatione, non esse Ciceronis.

Digitized by Google

relinquamus: vim certe, sagacitatem, memoriam, motum, celeritatem[4] videt. Hæc magna, hæc divina, hæc sempiterna sunt. Qua facie quidem sit, aut ubi habitet, ne quærendum quidem est. Ut, cum videmus speciem primum, candoremque cœli; 68. deinde[5] conversionis celeritatem[b] tantam, quantam cogitare non possumus; tum vicissitudines dierum atque noctium, commutationesque temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptas, eorumque omnium moderatorem et ducem solem; lunamque, accretione et diminutione luminis, quasi fastorum[c] notis signantem dies; tum in eodem orbe in XII partes[d] distributo, quinque stellas ferri,[e] eosdem cursus constantissime servantes, disparibus inter se motibus, nocturnamque cœli formam undique sideribus or-

I. Gebh. *ut se ipsum ipse.* Tum, *sese non videns* edd. vett. Manut. Lamb.—4 Bentl. conj. *motus celeritatem.*—5 Codd. aliquot, et Dav. *dein.* Statim, *dierum ac noctium* Reg. Dav. Orell. *ad maturationem frugum* cod. Norvic. probante Pearc. improbante vero Ernesti. Tum, *notantem et significantem* Reg. et edd. ante Dav. *notantem et signantem* e codd. Dav. et Lall. *notis* habent codd.

NOTÆ

[b] *Conversionis celeritatem*] Cœlum, quod astronomis primum mobile dicitur, unaquaque hora percurrit semidiametros terræ,

auctore	Ptolemæo	11834.
	Tychone	3663.
	Ricciolo	549500.

Porro diameter terræ, teste Ptolemæo, stadia continet 57272.

[c] *Fastorum*] Fasti, auctore Servio, erant libri dierum computationem habentes, ubi, teste Porphyrione, per consules annorum numerum colligebant. Secundum Acronem annales erant, in quibus memoria rerum contineretur, quique ad commemorationem bonorum inventi dicerentur virtutis indices. Fastorum Janum parentem esse dixerunt, quod singulis annis scriberentur. In eo differebant ab actis diurnis urbis, quod his humilia quæque scriberentur, fastis nonnisi insignia. Plura Antonius Constantius in Procemio Commentariorum suorum in Fastos Ovidii.

[d] *In XII partes*] Quæ domus solis et signa dicuntur. Orbis ille obliquus est secans æquatorem. Dividitur in partes sive gradus 360. ut omnes alii circuli, singula signa in gradus 30. e quibus unum circiter gradum singulis diebus motu proprio sol conficit ab Occidente in Orientem procedendo, atque ita uno circiter anno 12. signa decurrit, interea dum communi motu, qui 'raptus' dicitur, ab Oriente in Occidentem procedendo 24. horarum spatio orbem terrarum circuit.

[e] *Quinque stellas ferri*] Saturnum, Jovem, Martem, Mercurium, Venerem.

Digitized by Google

natam; tum globum terræ eminentem e mari, fixum, in medio mundi universi loco, duabus oris[f] distantibus habitabilem, et cultum; quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita[g] ad stellas septem,[h] unde

Horrifer Aquilonis[i] stridor gelidas molitur nives;[6]

altera Australis,[k] ignota nobis (quam vocant Græci ἀντίχθονα); [7] [l] 69. ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore; hic autem, ubi habitamus, non intermittit, suo tempore,

Cœlum mitescere,[8] arbores frondescere,

Oxon.—6 Duos versus h. l. inculcat Orell. ita:

Sub axe posita ad stellas septem, unde horrifer
Aquiloni' stridor gelidas molitur nives.

—7 D *antaxona;* E ι ξ σ ψ 1 *antixona;* χ *antiaxona;* ψ 2 *antixonam;* Reg. *antixeona;* Crat. Manut. Victor. Lamb. ἀντάξονα.—8 Reg. Bern. 1. edd. vett. Wolf. Orell. *nitescere.* Statim, *Vites lætificare* Reg. *V. lætiscere* Pal. 1. Gebh.

NOTÆ

[f] *Duabus oris*] Quæ duæ Zonæ temperatæ dicuntur. Has solas habitabiles esse veteres putaverunt: recentiores vero in media quoque, quæ torrida dicitur, cœlum esse temperatum propter frequentes imbres agnoverunt. A. Costa. *Zona* Græca vox est, Latine *cingulum.*

[g] *Sub axe posita*] Axem vocat, polum hunc nostrum borealem. Astronomi autem polum ab axe secernunt. Axis est linea quæ fingitur ab uno polo ad alterum duci per centrum orbis. Poli puncta sunt extrema illius axis.

[h] *Ad stellas septem*] Seu Majoris, seu Minoris Ursæ; modo hanc enim, modo illam veteres naturæ ducem habuere. Utraque circa polum borealem vertitur, qui arcticus vocatur ab ἄρκτος, *ursa.* Major Helice, ab ἕλιξ, *circumvolutio,* quia circa polum volvitur majori circuitu: Minor Cynosura vocatur, a κύων, *canis,* et οὐρὰ, *cauda.* Majorem nautæ Græci, Minorem nautæ Phœnices intuebantur.

[i] *Aquilonis*] Qui et Boreas; ventus Septemtrionalis, frigidus et siccus; a βοάω, *clamo,* et ῥέω, *curro,* quod flat cum sonitu. Aquilo vero a vehementiore flatu et volatu, quasi aquila, inquit Festus. Strymonis, Macedoniæ fluvii filius, inquiunt poëtæ, Orithyiam, Erechthei Athenarum regis filiam, rapuit, ex qua Calain Zethenque suscepit, quibus deinde ex patria origine alæ succreverunt.

[k] *Altera Australis*] Ab Austro dicta, qui et Notus, ventus a Meridie flans; Italis et Græcis, nobis item, quibus mare ad Meridiem est, transmarinus, adeoque propter magnos inter eundem collectos humores noxius; secus apud Palæstinos, quibus mare ad Occidentem est, adeoque Auster salubris. Quare hunc Salomon in hortos invitat Cantico quarto: 'Surge, Aquilo, et veni, Auster: perfla hortum meum.'

[l] Ἀντίχθονα [ἀντάξονα] Hoc est, *locatam ad axem contrarium.* Aliter alii legunt: ἀντάξωνα Ciacconius; ἀντίχθονα Plut. de Plac. Phil. III. Ptolem. Plin. Mela, quibus assentior. Neque enim aut ἀντάξονα aut ἀντάξωνα uspiam reperitur.

Digitized by Google

Vites lætificæ pampinis pubescere,
Rami[9] baccarum ubertate incurviscere,
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatere,[m] herbis[10] prata convestirier:

[p. 163.] tum multitudinem pecudum, partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda; hominemque ipsum, quasi contemplatorem cœli ac Deorum, ipsorumque cultorem;[11] atque hominis utilitati agros omnes et maria parentia. XXIX. 70. Hæc igitur, et alia[1] innumerabilia cum cernimus, possumusne dubitare, quin his præsit aliquis vel effector, si hæc nata sunt, ut Platoni videtur; vel, si semper fuerint, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis et muneris? Sic mentem[2] hominis, quamvis eam non videas, ut Deum non vides; tamen ut Deum agnoscis ex operibus ejus, sic, ex memoria rerum, et inventione, et celeritate motus, omnique pulchritudine virtutis, vim divinam mentis agnoscito. In quo igitur loco est? credo equidem[n] in capite: et, cur credam, afferre[3] possum: sed alias: nunc ubi sit animus, certe quidem in te est. Quæ est ei natura? Propria

Lall.—9 *Ramos* v χ. *incurvescere* codd. plerique, etiam D, et edd. antiquiss. item Orell. *incurvascere* E, alii codd. et Venet. 1480.—10 Voc. *herbis* pro gloss. habet Beier. Offic. tom. II. p. 29.—11 Reg. *eorum cultorem;* D E U ι ξ χ ψ 1. 2. *eorumque cultorem;* σ omittit *ipsorumque*. Bentl. conj. *contemplatorem cœli ac terrarum cultorem;* Bouh. suspic. *contemplatorem cœli ac Deorum cultorem.* Mox, *maria patentia* codd. aliquot et Argent. 1511.

Cap. XXIX. 1 Dav. de Gulielmi conjectura *et talia*, probante Bentl. Mox, *iis præsit* Argent. 1511. et Erasm. *his possit* ψ 1. *conditor vel effector* U ψ 2. *conditor atque effector* χ. *sunt* omittunt E ξ. *si s. fuerunt* ι ψ 1. 2. Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 Rath. conj. *muneris sit? Mentem, &c.* Paulo post, *omniaque* Reg. *omnisque* conj. Bentl. *vim divinæ mentis* Reg. ψ 1. edd. antiquiss.—3 Lamb. *multa afferre;* Col. *rationem afferre.* 'Sapienter Fabr. utrumque pro interpol. habuit.' *Orell.* *Sed de hoc alias* D E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. al. vett. *sed alias, ubi sit animus* Reg. Bern. Dav. probante Bentl. *sed alias: nunc ubi ubi, &c.* Victor. Gebh. Orell. *nunc ubi* omittunt D E U ι

NOTÆ

[m] *Fontes scatere*] Media in 'scatere' hic corripitur. Sic Lucret. lib. V. 'Largifluum fontem scatere atque erumpere lumen.'

[n] *Credo equidem*] Quæ sit sedes mentis non conveniunt cum veteribus philosophi recentiores.

Digitized by Google

puto, et sua:[4] sed fac igneam, fac spirabilem; nihil ad id, de quo agimus. Illud modo videto, ut Deum noris, etsi ignores[5] et locum et faciem, sic animum tibi tuum notum esse oportere, etiam si ejus ignores et locum et formam. 71. In animi autem cognitione dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbei sumus,[o] quin nihil sit animis admixtum,[6] nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cum ita sit, certe nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest; nec interire[7] igitur: est enim interitus quasi discessus, et secretio ac diremtus[8] earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

His et talibus rationibus[9] adductus, Socrates[p] nec patronum[q] quæsivit ad judicium capitis, nec judicibus supplex fuit: adhibuitque liberam contumaciam, a magnitudine animi ductam, non a superbia: et supremo vitæ die de hoc ipso multa disseruit, et paucis ante diebus, cum

ξ σ ψ 1. *ubi igitur* al.—4 *B. Quæ est et natura propria? T. Puto est sua* codex unus Oxen. *et natura* etiam D E U ξ σ χ. *ei* omittunt ψ 1. 2.—5 Reg. Bern. L. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *etiam si ignores;* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *etiamsi ejus ignores;* Venet. 1481. *etsi ejus ignores.*—6 Oliv. et Lall. *animus admixtum;* Ernesti conj. *in animis mixtum.*—7 Reg. et cod. Schotti *ne interire*, ipso probante.—8 Edd. vett. et Grut. *direptus.* Pro *junctione*, Col. ψ 2 habent *vinctione*, uti volebat Lamb.—9 Manut. et Lamb. omittunt *rationibus.* Mox, *adhibuit liberam* D U χ. *animi inductam* edd. antiquiss. Crat. Victor. *qui supremo vitæ de, &c.* ψ 1. Deinde, *et tum pæne... tenens poculum* Reg. alii codd. *videtur escendere* Reg. Dav. Orell.

NOTÆ

[o] *Plumbei sumus*] A plumbi gravitate plumbei dicti sunt homines tardi ingenii. Plumbeum alio sensu usurpat Plautus, qui gravissimas iras, plumbeas vocat in Pœnul. III. 6. 18. 'Ita sunt isti nostri divites; Si quid benefacias, levior pluma est gratia; Si quid peccatum 'st, plumbeas iras gerunt.'

[p] *Adductus Socrates*] Ab Anyto et Melito læsæ pietatis in Deos, et corruptæ juventutis accersitus, capite damnatus est, haustaque cicuta periit. Ita Diodor. Sunt qui velint eum, Judæorum more, unum Deum prædicasse.

[q] *Nec patronum*] Cum causam dicturus esset, defensionemque ei Lysias discipulus ejus a se compositam, qua in judicio uteretur, recitasset, simplicem, temporumque conditioni accommodatam, 'Aufer' inquit, 'quæso, istam. Nam ego si adduci possem, ut eam in ultima Scythiæ solitudine perorarem, tum me ipse morte mulctandum concederem.' Val. Max. VI. 4.

facile posset educi e custodia, noluit: et cum pæne in manu jam mortiferum illud[r] teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in cœlum videretur ascendere. XXX. 72. Ita enim censebat, itaque[1] disseruit; duas esse vias,[s] duplicesque cursus animorum e corpore excedentium. Nam qui se humanis vitiis[2] contaminavissent, et se totos libidinibus dedidissent, quibus cæcati, vel domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent, vel republica violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio Deorum: qui autem se integros castosque servavissent,[3] quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seseque ab his semper sevocassent, essentque in corporibus humanis vitam imitati Deorum; his ad illos, a quibus essent profecti, reditum facilem patere. 73. Ita commemorat,[4] ut cycni,[t] qui non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo

CAP. XXX. 1 Bouh. conj. *atque*. Statim, *a corpore* Ernesti errore typogr.—2 Bentl. conj. *immanibus vitiis*; Schutz. de Eichstaedtii suspic. *humanis corporibus*. Actutum, *contaminassent* D E χ, et edd. antiquiss. *aut se* conj. Bentl. *lib. dedissent* codd. aliquot, Gebh. *vel in domesticis* Manut. *velut domesticis* codd. aliquot, et edd. vett. *vel domesticis stupris* conj. Bentl. *vel domesticis flagitiis* Wyttenbachio tribuit Schutz. *se inquinassent* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *se contaminavissent* D σ. *vel in rep.* D U ι σ χ, et edd. antiquiss. *et republica* ψ 1. Pro *iis* Reg. et Dav. habent *his*.—3 Crat. *servassent*. Mox, *ab iis semper* Argent. 1511. et Erasm. *sevocavissent* Venett. 1480. 1481. et Beroald.—4 *Itaque com.* edd. ante Ernesti. *ut cycnis* Lamb. probante Bouh. Tum, *dicati sunt* edd. vett. Lamb. Dav. *quia providentes* edd. vett. *quasi providentes* conj. Dav. probante Bentl. *et volup. moriuntur* ψ 2. probante eodem Bentl. *sic omnibus bonis* Reg. Bern. 1. alii codd. Dav. Wolf.

NOTÆ

[r] *Mortiferum illud*] Admoto jam labris poculo, uxori Xantippæ (quæ secunda fuit, nam et alteram habuerat, Myrto nomine) lacrymanti, querentique innocentem eum mori, 'Quid ergo,' inquit, 'nocenti mihi mori satius esse duxisti?' Val. Max. VII. 1.

[s] *Duas esse vias*] Ab eo Virg. Æn. VI. 'Hic locus est, partes ubi se via fundit in ambas: Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit; Hac iter Elysium nobis: at læva malorum Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit.'

[t] *Ut cycni*] Nonnisi apud poëtas canori; re autem ipsa et vivi et morientes fere muti, aut striduli. Quare miror tantam apud Græcos Latinosque de cycneo cantu consensionem. Scribit Nazianz. Orat. 34. fabulæ locum dedisse plausum alarum, zephyris inter pennarum calamos sibilantibus.

Digitized by Google

divinationem[w] habere videantur, qua providentes quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur; sic omnibus et bonis et doctis esse faciendum. Nec vero de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis sæpe usu venit,[5] qui cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent; sic mentis acies, se ipsa intuens, nonnunquam hebescit; ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus. Itaque dubitans, circumspectans, hæsitans, multa adversa revertens,[6] tanquam in rate, in mari immenso, nostra vehitur oratio. [p. 164.] Sed hæc et[7] vetera, et a Græcis. Cato autem sic[x] abiit e vita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet. 74. Vetat enim dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo demigrare. Cum vero causam justam[y] Deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, sæpe multis; næ ille, medius fidius, vir sapiens, lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa[8] vincla carceris ruperit; leges enim vetant: sed tanquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic a Deo evocatus atque emissus,

Schutz. Orell.—5 Ernesti conj. *veniret; ι visu evenit.* Statim, *qui acribus oculis* suspic. Lamb. *cum* omittunt ι ξ χ ψ 1. 2. Manut. Oliv. Lall. Schutz. Tum, *se ipsam intuens* edd. ante Dav. Pro *amittimus* Col. habet *amittit*, probante Fabr.—6 Eliens. 3. Medic. Beroald. Lamb. 1566. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *reverens;* Ernesti malebat *refugiens.* Actutum, *tanquam rate* edd. antiquiss. Wolf. Schutz. Orell. *tanquam ratis* codd. aliquot, Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. *et tanquam in rate* ψ 1. *in rate* desunt in σ. *vehit oratio* E ξ. *vehitur ratio* de Camerarii conj. Lamb. Wolf. Schutz.—7 *Sed et hæc* E U. *et* omittit χ. —8 Lamb. *nec tamen ille;* ψ 1 *nec tantum illa.* Actutum, *vincla corporis* Bentl. et Dav. *erupit* χ ψ 2.

NOTÆ

[w] *Ab eo divinationem*] Non quod aves illæ inter auguria locum habeant, sed quod cantu suo videantur præsentire alterius vitæ felicitatem.

[x] *Cato autem sic*] Uticensis dictus, ab Utica, quæ Tyriorum, sicut Carthago, colonia fuit, Carthagine distans 60 stadiis. Cato, infeliciter defensis Cneii Pompeii in Africa partibus, classe Hispaniam petens, cum animadvertisset navem, qua vehebatur, a P. Silio e Cæsarianis partibus captam, gladio se transfodit. Aliter Plut.

[y] *Causam justam*] Hanc occasionem exeundi e vita Græci εὔλογον ἐξαγωγήν. Plato in Phædone. Varro Περὶ Ἐξαγωγῆς, apud Nonium.

Digitized by Google

exierit: tota enim philosophorum vita, ut ait idem, commentatio mortis[a] est. XXXI. 75. Nam quid aliud agimus, cum a voluptate, id est, a corpore, cum a re familiari, quæ est ministra et famula corporis, cum a republica, cum a negotio omni sevocamus[1] animum? quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum advocamus, secum esse cogimus, maximeque a corpore abducimus? Secernere autem a corpore animum, nec quicquam[2] aliud est, quam emori discere. Quare hoc commentemur, mihi crede; disjungamusque nos[3] a corporibus, id est, consuescamus mori. Hoc et, dum[4] erimus in terris, erit illi cœlesti vitæ simile: et, cum illuc ex his vinculis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorum: (nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur, ut ii, qui ferro vincti multos annos fuerunt) quo cum venerimus, tum denique vivemus. Nam hæc quidem vita mors est: quam lamentari possem, si liberet.

76. A. Satis quidem tu[5] in Consolatione es lamentatus: quam cum lego, nihil malo, quam has res relinquere; his vero modo auditis, multo magis. M. Veniet tempus, et quidem celeriter, et sive retractabis,[6] sive properabis: volat enim ætas. Tantum autem abest [ab eo], ut malum mors sit, quod tibi dudum videbatur, ut verear, ne homini nihil sit non malum aliud certe, sed nihil bonum aliud potius:

CAP. XXXI. 1 Crat. *sevocavimus*; Gryph. 1570. *avocamus*; ι *evocamus*; σ *segregamus*; ψ 2 *revocamus*. Statim, *tum tamen agimus* D. *seipsum evocamus* ψ 2. *secumque esse* D. *quod a corpore seducimus* ψ 2.—2 D E U, et edd. antiquiss. *nequicquam*; cod. Maffei *nihil quicquam*. Actutum, *aliud, est mori discere* de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Orell. *aliud emori discere* Reg. *aliud, quam, &c.* D U. *aliud est, nisi e. discere* ι ψ 2. *aliud est, quam mori discere* Bern. 2. *discere* omittit ed. vet. Bonhierii, ipso probante.—3 Cod. ψ 2 *disjungamus nos*.—4 *Hoc, dum* ι. *Hic est, dum* χ. *erit* deest in eodem cod. Pro *feremur* Vindob. habet, a m. sec. *fuerimus*.—5 *Satis tu quidem* edd. ante Gebh. et Orell. Mox, *modo* omittunt Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut.—6 E U ξ, edd. vett. *retardabis*, probante Wopk. p. 52. *tardabis* conj. Hottinger. *sive parebis* suspic. Dav. *sive obtemperabis* Bentl. *sive properabis* omittit ν. Mox, *ab eo* delevit Schutz. Paulo post, *potius* delendum censebat

NOTÆ

[a] *Commentatio mortis*] Μελέτη θανάτου.

Digitized by Google

si quidem vel Dii ipsi, vel cum Diis futuri sumus. A. Quid refert? adsunt enim, qui hæc non probent. M. Ego autem[7] nunquam ita te in hoc sermone dimittam[a] ulla uti ratione, ut mors tibi videri malum possit. 77. A. Qui potest, cum ista cognoverim? M. Qui possit,[8] rogas? catervæ veniunt contra dicentium, non solum Epicureorum, quos equidem non despicio; sed, nescio quo modo, doctissimus quisque contemnit: acerrime autem deliciæ meæ, Dicæarchus, contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis[9][b] sermo habetur; in quibus vult efficere, animos esse mortales. Stoici autem usuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus:[c] diu mansuros aiunt animos; semper, negant. XXXII. Num vis[1] igitur audire, cur, etiam si ita sit, mors tamen non sit in malis? A. Ut videtur: sed me nemo de immortalitate depellet. 78. M. Laudo id quidem: etsi nihil animis[2] oportet confidere: movemur enim sæpe aliquo acute concluso: labamus, mutamusque sententiam[d]

Rath.—7 *M. Adsunt ... probent. Ego autem,* &c. Wolf. Orell. *At sunt enim, qui hæc non probent. A. Quid refert? M. Ego autem,* &c. Schutz. *ita te ex hoc* ι ξ χ ψ 1. 2. Lamb. Oliv. *ulla uti ratione mors* Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *ulla ut ratione mors* Dav. in ed. pr.—8 *Quis potest ... Quis possit* ψ 1. *negas?* D. Pro *veniunt* Ernesti conj. *venient.* χ ψ 2. Reg. Bern. 1. Victor. Dav. Wolf. Orell. *contra dicentium, nec;* ψ 1 *contradicendum nec.* Tum, *non respicio* de Bouhierii conjectura Wolf. et Schutz. *quos e. n. respicio* uncis inclusit Wolf. in ed. sec. Deinde, *contemnit* omittunt codd. Manutii, Wolf. Schutz. Orell.—9 Crat. Victor. Manut. Lamb. *quod Mitylenis;* χ *qui mitilenis;* ψ 1 *multum lenis.*

CAP. XXXII. 1 *Numne vis* cod. Schotti, probantibus Bentl. Dav. Orell. *Num non vis* Reg. σ ψ 2. et cod. antiquiss. Bentleii; *Numquid vis* ψ 1. Mox, *ista sit* Reg. ψ 1. 2. *ista sint* cod. Schotti, ipso probante.—2 Ita Reg. Bern. 2. et edd. antiquiss. *nihil nimis* ι ξ σ χ ψ 1. 2. Erasm. Manut. Lamb. Dav.

NOTÆ

[a] *Te in hoc sermone dimittam*] Locus, qui obscurus est, facile elucidabitur detracta voce *ita*. Adeoque legendum puto: *Ego autem nunquam te in hoc sermone dimittam, ulla uti ratione mors tibi malum videri possit.*

[b] *Mitylenis*] Quæ primaria urbs insulæ Lesbi, unde Lesbiaci appellati ii libri.

[c] *Tanquam cornicibus*] Quas ad nongentos annos vivere aiunt. Hesiodus certe novem hominum ætates illis tribuit.

[d] *Labamus, mutamusque sententiam*] Legi sic placet Beroaldo, *labamus mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus.* In his enim est aliqua obscuritas.

Digitized by Google

clarioribus etiam [3] in rebus: in his est enim aliqua obscuritas. Id igitur si acciderit, simus armati. A. Sane quidem:[4] sed, ne accidat, providebo.

M. Numquid[5] igitur est causæ, quin amicos nostros Stoicos dimittamus; eos dico, qui aiunt animos manere, e corpore cum excesserint, sed non semper? A. Istos vero: qui, quod tota in hac causa difficillimum est, [p. 165.] suscipiant,[6] posse animum manere corpore vacantem: illud autem, quod non modo facile ad credendum est, sed, eo concesso quod volunt, consequens, id certe non dant, ut, cum diu permanserit, ne intereat. M. Bene reprehendis: et se[7] isto modo res habet. 79. Credamus igitur Panætio,[e] a Platone suo dissentienti? quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum[f] appellat, hujus hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat: vult enim (quod nemo negat) quicquid natum sit, interire: nasci autem animos, quod declaret[8] eorum similitudo qui procreantur; quæ etiam in ingeniis, non solum in corporibus, appareat. Alteram autem affert rationem: nihil esse, quod doleat,[9] quin id ægrum esse quoque possit: quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum: dolere autem animos: ergo etiam interire. XXXIII. 80. Hæc refelli pos-

Lall. Wolf. Schutz. Orell.—3 Crat. et Victor. omittunt *etiam*; Lamb. de sententia Manutii, *sententiam: cl. etiam in rebus inest aliqua obscuritas*; Bouh. volebat *aliquando*.—4 *Sane ita est quidem* E. *ne id accidat* D.—5 *Num quidem* ψ 1. Mox, *cum e corpore* Reg. Gryph. 1570. Dav. prob. Bentl. *e* omittunt D, ψ 1. *discesserint vel excesserint* ι.—6 Dav. conj. *suscipiunt*. Statim, *corporibus vacantem* E ξ. Paulo post, *idcirco non dant* Reg. D E U ξ σ χ ψ 2. *et idcirco non dant* ψ 1. unde Dav. *consequens idcirco, non dant*; Orell. conj. *consequens certe, id non dant*, vel *consequens, id cur non dant?*—7 Ernesti *ut se*, errore typogr.—8 E σ ψ 2. et edd. vett. *declarat*. Mox, *qui procreentur* D E U σ χ, Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. Orell. *quo procreentur* ψ 1.—9 Edd. antiquiss. *cum doleat*.

NOTÆ

[e] *Panætio*] A Platone suo dissentire hic dicitur, non quod Platonis discipulus fuerit, cujus a temporibus longe distat; sed quod Platonicæ doctrinæ studiosissimus, et Stoicus tamen.

[f] *Homerum philosophorum*] Sic Macrobius Virgilium appellat Homerum Mantuanum.

Digitized by Google

sunt: sunt enim ignorantis, cum de æternitate animorum dicatur, de mente dici, quæ omni turbido motu semper vacet, non de partibus iis,[1] in quibus ægritudines, iræ, libidinesque versentur; quas is, contra quem hæc dicuntur, semotas a mente, et disclusas putat. Jam similitudo[2] magis apparet in bestiis, quarum animi sunt rationis expertes: hominum autem similitudo in corporum figura magis extat: et ipsi animi, magni refert, quali in corpore locati sint. Multa enim e corpore existunt, quæ acuant mentem; multa, quæ obtundant.[3] Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse: ut ego me tardiorem esse non moleste feram. Enumerat multos: idque quasi constet, rationem, cur ita fiat,[4] affert. Quod si tanta vis est ad habitum mentis in iis[5] quæ gignuntur in corpore, (ea sunt autem, quæcumque sunt, quæ similitudinem faciant) nihil necessitatis affert, cur nascatur animi similitudo. Omitto dissimilitudines.[6] 81. Vellem adesse posset Panætius. Vixit cum Africano. Quærerem[7] ex eo, cujus suorum similis fuisset Africani[g] fratris nepos,[h] facie vel

CAP. XXXIII. 1 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Dav. *his*. Paulo post, *versantur* E U ξ χ ψ 1. *hæc dicentur* E U ψ 2. et edd. ante Ernesti.—2 *Nam sim.* E ξ, margo Crat. Victor. Manut. Lamb. *Jam animi sim.* conj. Nissen. *Jam sim. ingenii* suspic. Ernesti. Mox, *ipsi animo magis* ψ 1. 2. Pro *locati sunt* E ξ habent *existant.*—3 Cod. χ *multaque obtundant;* ψ 1 *multaque contundent.*—4 *Et numerat . . . cur id fiat* ψ 1.—5 Reg. et edd. antiquiss. *in his.* Statim, *a corpore* σ ψ 2. *quæ sim. faciunt* ed. vet. Bouhierii, Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *necessitas affert* E ξ. *cur nascantur* D E U, Manut. Lamb. Oliv. Wolf. Schutz. Orell.—6 Ita de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *similitudines* edd. ante Dav. item Lall.—7 *Vellem adesset Panætius; quærerem* cod. Ursin. *vel* ante *patris* omittunt ι ξ σ χ ψ 1. 2. Victor. Lamb. Lall. *facie deterrimus* E ι ξ. *facile teterrimus* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. *cujus similis etiam* Venet. 1480. *et* ante *sapientis* omittunt D, Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. *et primi* omittit Lamb. Deinde, *clarorum virorum* codd. Bentleii, edd. vett. Dav. Orell. *clarorum* deest in D.—

NOTÆ

g *Africani*] Loci sensus est: Quærerem ex eo cujus similis fuisset nepos Q. Fabii Æmiliani, qui Africani minoris frater fuit, qui nepos, facie quidem patri, vita vero perditis hominibus similis. Quare tolli velim illud *vel*. Porro Q. Fabius ille Æmilianus L. Pauli, qui Persen vicit, filius fuit, et consul 608. quem in bello Viriathino in Hispania severitate disciplinæ clarissimum fuisse testatur Vell. Paterc.

h *Fratris nepos*] Q. Fabius Maximus, qui adeo a paternis avitisque

Digitized by Google

patris,[i] vita, omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus: cujus etiam similis, P. Crassi, et sapientis,[k] et eloquentis, et primi hominis, nepos,[l] multorumque aliorum[m] virorum clarorum, quos nihil attinet nominare, nepotes et filii. Sed quid agimus? oblitine sumus, hoc nunc nobis esse propositum, cum satis de æternitate dixissemus,[8] ne si interirent quidem animi, quicquam mali esse in morte? A. Ego vero memineram: sed te de æternitate dicentem aberrare a proposito[9] facile patiebar.

XXXIV. 82. M. Video te alte[1] spectare, et velle in cœlum migrare. A. Spero fore,[2] ut contingat id nobis: sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post mortem: video nos, si ita sit, privari spe beatioris vitæ. M. Mali vero quid affert ista sententia? fac enim sic animum[3] interire, ut corpus: num igitur aliquis dolor, aut omnino post mortem sensus in corpore est? Nemo id quidem dicit: etsi Democritum insimulat[n] Epicurus, Democritici[4] ne-

8 Beroald. Crat. Victor. *dixerimus*.—9 Codex unus Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. *aberrare proposito*.

CAP. XXXIV. 1 Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *alta*.—2 *Speroque fore* Lamb. *Spero forte* ψ 1. Mox, *vides nos* conj. Wolf. receperunt Schutz. Orell.—3 Venet. 1480. Victor. *fac enim animum sic;* Erasm. Manut. Lamb. *fac animum sic*. Mox, *non igitur* χ. *nunc igitur* ψ 1.—4 *Democriti* χ ψ 1. *De-*

NOTÆ

laudibus degeneravit, ut Q. Pompeius Rufus illi bonis interdixerit. Val. Max. III. 5.

[i] *Facie vel patris*] Is patrem habuit Q. Fabium Allobrogicum, Q. Fabii Æmiliani filium. Allobrogicus, cos. 632. victo ad Isaram flumen Betulto, cæsisque tum Allobrogum, tum Arvernorum 130 millibus, nobilissimum egit triumphum.

[k] *P. Crassi, et sapientis*] P. Crassi cognomento Sapientis, e gente Licinia, consulatu 656. de Lusitanis triumpho, et censura nobilis. In bello civili Marii et Sullæ, ne in hostium veniret potestatem, sibi mortem conscivit.

[l] *Hominis, nepos*] Unus aliquis e filiis duobus Crassi Divitis: quorum alter P. Crassus, qui bello Parthico cum exercitu periit, cum patri e Gallia suppetias ferret; alter Marcus, qui in bello civili Galliæ Cisalp. præfuit nomine Cæsaris.

[m] *Multorumque aliorum*] De iis est totum caput 5. lib. III. Val. Max. A Cicerone autem intelligi hic putem eos ætatis suæ homines qui a patria virtute degenerassent, cujusmodi forte Antonii, Pisones.

[n] *Democritum insimulat*] Hoc est, Epicurus Democritum arguit, quod, moriente cum corpore anima, restet etiamnum post mortem doloris sensus.

Digitized by Google

gant. Ne in animo quidem igitur sensus remanet: ipse enim nusquam est. Ubi igitur malum est? quoniam nihil tertium est:[5] an, quoniam ipse animi discessus a corpore non fit sine dolore? Ut credam[6] ita esse, quam est id exiguum! et falsum[7] esse arbitror: et fit plerumque sine sensu; nonnunquam etiam cum voluptate: totumque hoc leve est, qualecumque est: fit enim ad punctum temporis. 83. [*p.* 166.] Illud angit, vel potius excruciat, discessus ab omnibus iis,[8] quæ sunt bona in vita. Vide, ne a malis dici verius possit. Quid ego[9] nunc lugeam vitam hominum? Vere et jure possum: sed quid necesse est, cum id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore, etiam vitam[10] efficere deplorando miseriorem? Fecimus hoc in eo libro, in quo nosmetipsos,[11] quantum potuimus, consolati sumus.[o] A malis igitur mors abducit, non a bonis, verum si quærimus. Hoc quidem[12] a Cyrenaico[p] Hegesia[q] sic copiose disputatur, ut is a rege Ptolemæo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quod multi, his auditis, mortem sibi ipsi consciscerent. 84. Callimachi[r] quidem epigramma in Ambraciotam[s] Cle-

mercitii, de Bentleii conj. Orell. *Democritei* Dav. in ed. sec.—5 Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. omittunt *est*. Statim, *quoniam* delevit Lamb.—6 *Ut cedam* conj. Dav. *id ad exiguum* D E U ξ χ.—7 *At falsum*, de Bouhierii conjectura, Wolf. Schutz. Orell. Pro *sensu* E ξ habent *dolore*. Iidem codd. *totum hoc*. Codex unus Oxon. et edd. antiquiss. omittunt *hoc*. Pro *leve* duo codd. Davisii exhibent in marg. *breve*, uti volebat Bentl.—8 Edd. antiquiss. *his*. Tum, *bona* omittit Dav. cum uno cod. uti volebat Bentl.—9 *Quid ergo* Crat. *Quod ergo* ψ 1.—10 Edd. antiquiss. *vitam etiam*.—11 Dav. de Bentleii conjectura *nosmet ipsi*.—12 *Et quidem hoc* Reg. Col. Dav. Orell. *Et quid est hoc* χ. *Equidem hoc* ψ 1. *Hæc quid hoc* ψ 2. Paulo post, *quo multi* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. *iis auditis* Bern. 1.

NOTÆ

[o] *Consolati sumus*] Libro de Consolatione, quem post Tulliolæ suæ mortem scripsit, quo anno et libros Academicos.

[p] *Cyrenaico*] Non patria, sed secta. Cyrenaici enim dicebantur omnes discipuli Aristippi, qui Cyrene oriundus fuit.

[q] *Hegesia*] De quo Cicero iterum in Bruto, et Dion. Halicar. περὶ συνθέσ. ὀνομ. Strabo lib. XIV. Vixit sub Ptolemæo Lago et Philadelpho. Meminit illius edicti Ptolemaici Val. Max. VII. 9.

[r] *Callimachi*] Poëtæ patria Cyrenæi in Libya. Sororem habuit Megatimam, quæ Stasenoro nupsit, ex quibus natus Callimachus junior,

ombrotum[t] est, quem ait, cum nihil ei[13] accidisset adversi, e muro se in mare abjecisse, lecto Platonis libro.[u] Ejus autem, quem dixi, Hegesiæ liber est, Ἀποκαρτερῶν,[x] quod a vita[14] quidam per inediam discedens, revocatur ab amicis: quibus respondens, vitæ humanæ enumerat incommoda. Possem id facere, etsi minus quam ille, qui omnino vivere expedire nemini putat. Mitto[15] alios: etiamne nobis expedit, qui, et domesticis et forensibus solatiis ornamentisque privati, certe, si ante occidissemus, mors nos a malis, non a bonis abstraxisset? XXXV. 85. Sit igitur aliquis, qui nihil mali habeat, nullum a fortuna vulnus acceperit. Metellus ille[y] honoratis[1] quatuor filiis: at quin-

Orell.—13 Reg. Dav. Orell. *ei nihil;* ψ 1 omittit *ei.* Mox, *in mari* E ξ.—14 Dav. de Bentleii conjectura, *in quo a vita;* Lamb. *quod e vita.* Paulo post, *possem idem facere* de Ernestii conjectura Wolf. Schutz. Orell.—15 Edd. vett. Manut. Lamb. *Omitto.* Actutum, *etiam nobis expedisset* conj. Ernesti. Denique, *si ante obissemus* edd. antiquiss.

CAP. XXXV. 1 Ita de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *honoratus* edd. ante Dav. Defendit Nissen. Statim, *et quinquaginta* Argent. 1511. Erasm. *aut quinquaginta* conj. Bouh. *e* ante *quibus* omittunt codd. aliquot, Ven. 1480. Victor. Gebh. *decem et septem* edd. antiquiss. *septem et decem* Gebh. Lall. *septemdecim* Reg. Bern. 1. alii codd. Dav. Orell. *j. u. nati* Bern. 1. edd. antiquiss. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Deinde *sed luss*

NOTÆ

scriptor non incelebris. Claruit poëta Ptolemæi Philadelphi temporibus. Volumina octoginta scripsit teste Strabone. Extant ejus Hymni aliquot: epigramma est ejusmodi lib. III.

[s] *Ambraciotam*] Ambracia Epiri urbs, olim Pyrrhi regia, inquit Livius, et Plut. ad sinum Ambracium, ex ea denominatum.

[t] *Cleombrotum*] Vel, ut quidam legunt, *Theombrotum.* De quo Ovidius in Ibin: 'Vel de præcipiti venias in Tartara saxo, Ut qui Socraticum de nece legit opus.' Fuerunt et alii multi Cleombroti, inter quos insignes sunt, Lacedæmonius, de quo multa Justinus, et Cleombrotus medicus, qui, servato Antiocho rege, centum talentis donatus est. Plin. VII. 37.

[u] *Platonis libro*] Phædone, seu de Immortalitate Animæ.

[x] Ἀποκαρτερῶν] Libri titulus est, quo *inedia vitam finiens* significatur ab ἀποκαρτερεῖν, quod interdum vel *laqueo,* vel *inedia sibi mortem consciscere;* interdum, *imparem esse dolori.*

[y] *Metellus ille*] Macedonicus, de quo supra. De illius felicitate hæc Valer. Max. VII. 1. 'Nasci eum in urbe terrarum principe fortuna voluit, parentes nobilissimos dedit, adjecit animi rarissimas dotes et corporis vires, ut sufficere laboribus posset,' &c.

Digitized by Google

quaginta[z] Priamus; e quibus septem et decem justa uxore[2] natis: in utroque eandem habuit fortuna potestatem; sed usa in altero est. Metellum enim multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum[b] imposuerunt: Priamum, tanta[2] progenie orbatum, cum in aram confugisset,[c] hostilis manus[d] interemit. Hic si, vivis filiis,[e] incolumi regno, occidisset,

Astante[3] ope[f] barbarica,[g]
Tectis cælatis, laqueatis;

utrum tandem a bonis an a malis discessisset? tum profecto videretur a bonis. At certe ei melius evenisset; nec tam flebiliter illa canerentur,

Hæc omnia vidi[h] inflammari,

tres codd. Oxon. Venet. 1480. Crat.—2 *Priamum autem tanta* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—3 *Ac stante* Eliens. 3. et Gulielm.—

NOTÆ

[z] *At quinquaginta*] Huc pertinet illud Æneid. II. 'Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum.' Homerus, Iliad. Z. 244. ait Priamo filios 50. filias 12.

[a] *Justa uxore*] Hecuba, filia Cissei Thraciæ regis; quæ in servitutem a Græcis abducta, fingitur mutata in canem, quia Græcos inanibus conviciis lacessebat. Homerus, Iliad. ultimo v. 496. scribit Hecubam 19. liberos peperisse.

[b] *In rogum*] De funebri Metelli honore dictum est supra.

[c] *Cum in aram confugisset*] Ara illo in loco sub diali et aperto mediis in ædibus posita erat, et Jovi Herceo dicata. Athen. lib. v. Herceus dicebatur ab ἕρκος, *septum*, quod intra domorum septa ara ejus esset.

[d] *Hostilis manus*] Pyrrhi, nati ex Achille et Diademia filia Lycomedis, qui regnavit in insula Scyro, una e Cycladibus, apud quem depositus fuerat a Thetide Achilles puellari habitu, ne ad bellum raperetur.

[e] *Vivis filiis*] Aiunt Priamum filiis omnibus superstitem fuisse; unde celebre votum Neronis apud Suetonium, quo sorti Priami invidebat.

[f] *Astante ope*] Sunt ea carmina, et quæ sequuntur, ut verisimilius est, ex Hecuba Ennii: sic placet Scriverio, quanquam et ad Ennii Andromacham pertinere possunt.

[g] *Barbarica*] Quo sensu dictum quoque est a Virgilio, 'Barbarico postes auro spoliisque superbi.' Cerdanus eo Virgilii loco multis exemplis probat, 'Barbaricum' et 'Phrygium' idem esse. Constat quidem Barbaros a Græcis vocatos esse Asiaticos omnes, quales erant Trojani, Phryges, Persæ, &c. Adduci tamen non possum, ut credam patriam Æneæ barbaram ab Ænea ipso appellari: malim igitur intelligi de auro Asiaticis aliis gentibus direpto.

[h] *Hæc omnia vidi*] Hunc Ennii locum fusius repetit Tusc. lib. III.

Digitized by Google

Priamo vi vitam evitari,[i]
Jovis aram sanguine turpari.

Quasi vero ista, vel[4] [k] quicquam tum potuerit ei melius accidere. Quod si ante occidisset,[5] tamen eventum omnino amisisset: hoc autem tempore sensum malorum amisit. 86. Pompeio nostro[l] familiari, cum graviter ægrotasset[6] Neapoli, melius est factum. Coronati Neapolitani[m] fuerunt; nimirum etiam Puteolani;[n] vulgo ex oppidis publice gratulabantur. Ineptum sane negotium, et Græculum,[o] sed tamen fortunatum.[7] Utrum igitur, si tum esset exstinctus, a bonis rebus, an a malis discessisset? Certe a miseris.[8] Non enim cum socero[p] bellum gessisset; non imparatus arma sumsisset; non domum reli-

4 *Quasi vero ista vi* de Petri Crassi conjectura Lamb. Oliv. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Quasi vera ista: vel* de Bentleii conjectura Dav.—5 *Quod si a. accidisset* codd. aliquot, etiam E U ι ψ 1. Gebh. Dav. Lall. Pro *tamen* Col. D ψ 2. Crat. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *tum;* Dav. de Bentleii conj. *talem;* Bouh. suspic. *talem eventum omnino non vidisset;* Hottinger. suspic. *talem eventum omnino non habuisset;* Schutz. delendum censebat *amisisset.* Nescio quis ap. Orell. proposuit, *tale anapæstum omnino amisisset.* Deinde, *amisit malorum* Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—6 Ita Reg. ed. vet. Bouh. Lall. Schutz. Orell. *ægrotaret* reliqui.—7 Hottinger. delendum censebat *fortunatum.*—8 Codex unus Oxon. et Venet. 1481. *miseriis,* probante Dav.—

NOTÆ

[i] *Vitam evitari*] 'Invitare' et 'evitare' olim dictum est, pro vitam tollere, inquit Lipsius, Ant. Lect. II. 11. sicque intelligendus ille Casinæ locus III. 6. 20. 'ego hic habito nunc quidem: gladium Ancilla Casinam intus habere ait, qui me atque te invitet.'

[k] *Quasi vero ista, vel*] Petrus Crassus, Viterbi episcopus, pro *vel* legendum *vi* primus suspicatus est; nec perperam, opinor; veteres etenim pro *vi*, scribebant *vei.* Ita Politian. in Miscell. Hinc error pro *vei* legentium *vel.*

[l] *Pompeio nostro*] Pompeio Magno, quod facile colligitur ex loco sequente, ubi mentio est soceri ejus Cæsaris.

[m] *Coronati Neapolitani*] Ad gratulandum. Corollas enim floreas populus capiti suo imponebat, quod argumentum erat lætitiæ publicæ. Vide Paschalium de Coronis.

[n] *Puteolani*] De illis dictum supra.

[o] *Et Græculum*] Seu quia a Græcis invectum genus illud gratulatorium, seu quod Neapolis, juxta quosdam, in Magna Græcia esset.

[p] *Cum socero*] J. Cæsare, cujus filiam Juliam matrimonio duxit, ex qua nullos suscepit liberos; ex quinque enim uxoribus, quas duxit, Antistia, Æmilia Sullæ privigna, Mucia, Julia Cæsaris, et Cornelia Scipionis filia, ex sola Mucia liberos suscepit, mares duos, fœminam unam.

Digitized by Google

quisset; non ex Italia fugisset; non, exercitu amisso,[q] nudus in servorum ferrum et manus incidisset: non liberi defleti;[9] non fortunæ omnes a victoribus possiderentur. Qui, si mortem tum obisset,[10] in amplissimis fortunis occidisset; is, propagatione vitæ, quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates! XXXVI. Hæc morte effugiuntur, etiam si non evenerint,[1] tamen quia possunt evenire: sed homines ea sibi accidere posse non cogitant. Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde[2] quasi aut plures fortunati sint quam infelices; aut certi quicquam sit in rebus humanis; aut sperare sit prudentius, quam timere.

87. [p. 167.] Sed hoc ipsum concedatur, bonis rebus homines morte privari: ergo etiam carere[3] mortuos vitæ commodis, idque esse miserum. Certe ita dicant necesse est. An potest is, qui non est, re ulla carere? triste enim est nomen ipsum carendi, quia subjicitur[4] hæc vis: habuit, non habet: desiderat, requirit, indiget. Opinor, hæc[5] incommoda sunt carentis: caret oculis, odiosa cæcitas; liberis, orbitas. Valet hoc in vivis: mortuorum autem, non modo vitæ[6] commodis, sed ne vita quidem ipsa, quisquam caret. De mortuis loquor, qui nulli sunt. Nos, qui sumus, num aut[7] cornibus caremus, aut pennis? sit, qui id dix-

---

9 E ξ, cod. Ursin. Wolf. Schutz. Orell. *deleti;* Nissen. conj. *desolati.* Statim, *omnes a sectoribus* conj. Orell. *omnes auctoribus* Reg. ψ 1.—10 Cod. χ *non obiisset.* Deinde, *quantasque incredibiles* E ξ χ. *auxit calam.* ψ 1.

CAP. XXXVI. 1 Reg. ξ ψ 1 *evenerunt.*—2 Codd. aliquot, Venet. 1480. margo Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. *proinde.*—3 D *privare; ergo et carere.*—4 E U *subicitur.* Statim, *vis habuit* E.—5 *Hæc, opinor* Reg. Bern. I. alii codd. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *sunt* omittunt D E U χ.—6 Edd. ante Gebh. *non vitæ modo.* Mox, *quisque caret* E ξ. *quisquam careret* ψ 1.—7 Bern. 1. Eliens. 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *num etsi;* edd. antiq. *num aut si*—

NOTÆ

q *Exercitu amisso*] De fuga Pompeii a Pharsalia hæc Plut. et Dio. Ubi equitatum, in quo maxime fidebat, pulsum videt, diffisus aliis, excedit acie, et detractis imperatoris insignibus, a castris decumana porta se proripit: mox citato equo solus Larissam contendit; tum paucos suorum e fuga nactus, nocturno itinere ad mare, deinde navi oneraria ad Lesbum, post ad Cypram, deinde in Ægyptum pervenit; ubi Ptolemæi, ad quem confugerat, jussu necatus est.

Digitized by Google

erit: certe nemo. Quid ita? Quia cum id non habeas,[8] quod tibi nec usu, nec natura sit aptum, non careas, etiam si sentias te non habere. 88. Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum,[9] confirmato illo, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur. Hoc igitur probe[10] stabilito et fixo, illud excutiendum est, ut sciatur, quid sit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. Carere igitur hoc significat, egere eo, quod habere velis. Inest enim velle in carendo, nisi cum sic, tanquam in febri,[11] [r] dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio[12] modo etiam carere, cum aliquid non habeas, et non habere te sentias, etiam si id facile patiare. Carere enim in malo[13] non dicitur: nec enim esset dolendum: dicitur illud, bono carere, quod est malum. Sed ne vivus quidem bono caret, si eo non indiget: sed[14] in vivo intelligi tamen potest, regno carere: dici autem hoc in te satis subtiliter non potest: potuisset in Tarquinio, cum regno esset expulsus: at in mortuo ne intelligi quidem potest.[15] Carere enim, sentientis est; nec

8 Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. *habes.* Mox, *aptum sit* edd. ante Gebh.—9 Reg. D ι σ, et edd. antiquiss. *est arguendum;* ψ 2 *arguendum,* omisso *est.* Paulo post, *minima id quidem* Hervag. et Victor.—10 *Hoc i. pro re* D. *Hoc i. pro te* U. *Hec i. proprie* ψ 1. Statim, *aliquid vel suspicionis vel erroris* edd. vett.—11 Codd. aliquot ap. Lamb. *in febri, qua carere jucundum est.*—12 *Dicitur enim illo* conj. Dav.—13 *Carere in malo* Bern. 1. Wolf. Schutz. Orell. *Carere enim malo* Manut. *Carere autem malo* Lamb. *Carere in morte* E ξ σ ψ 1. Reg. Dav. Lall. *Carere enim in morte* U χ ψ 2. edd. antiquiss. et Gebh. 'Fateor me hæc non intelligere.' *Bentl.* Actutum, *id non dicitur* Manut. Lamb. *non enim esset* edd. antiquiss.—14 *Sed* delendum censebat Hottinger. Statim, *tamen non potest* Victor. *regno te carere* σ ψ 2. Reg. Bern. 1. ed. vet. Bouh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Hæc verba desunt in E ξ. *potest.* *Regno, dici hoc in te satis,* &c. Manut. Lamb. *posset in Tarq.* edd. ante Ernesti, item Wolf. Schutz. Orell. *qui cum regno* ψ 1.—15 Ita edd. antiquiss. *potest* omittunt ι σ ψ 1. 2. Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *potest carere regno* ξ. Statim, *in mortuo est* Victor. Manut. Lamb.

NOTÆ

[r] *Tanquam in febri*] Sic in Epist. ad Tyronem: 'Is etsi mihi nuntiavit te plane febri carere,' &c. Horat. 'Caret tibi pectus inani Ambitione? caret mortis formidine et ira?' et Plautus: 'Caruitne te febris heri vel nudiustertius?'

Digitized by Google

sensus in mortuo: ne carere quidem igitur in mortuo est. XXXVII. 89. Quanquam quid opus est[1] in hoc philosophari, cum rem non magnopere philosophia egere videamus? Quoties non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrerunt![2] quæ quidem si timeretur, non L. Brutus,[s] arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat, in prælio concidisset: non cum Latinis[t] decertans pater Decius,[u] cum Etruscis[x] filius,[3] [y] cum Pyrrho nepos,[z] se hostium telis objecissent: non uno bello[a] pro patria cadentes Scipiones Hispania

Cap. xxxvii. 1 Edd. antiquiss. *sit.* Statim, *egere philosophia* in iisdem. —2 Nonnulli codd. etiam ψ 1. Venet. 1480. Dav. *cucurrerunt;* ψ 2 *concurrerint.* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *cucurrere.*—3 Edd. vett. *filius etiam.* Mox, *objecisset* D E ξ, Manut. Tum, *Paulum Æmilium*

NOTÆ

[s] *Non L. Brutus*] Tarquinius, Roma pulsus, Veientes Tarquiniensesque concitavit ad bellum contra Romanos. Pugnatum est ultra Tiberim in pratis Juniis. L. Brutus cum Arunte, Superbi filio, equestri pugna congressus est, et contrariis hastis invicem transfixi ceciderunt. Bruti corpus Romam delatum est. Collega Valerius ipsum oratione funebri laudavit. Matronæ Romanæ ultorem pudicitiæ anno integro luxerunt.

[t] *Cum Latinis*] Exortum inde bellum Latinorum, quod magistratus pari cum Romanis imperio poscerent, eorumque legatus L. Annius Setinus in senatu superbius respondisset. Bellum tertio post anno finitum est.

[u] *Pater Decius*] P. Decius Mus, e plebeio genere, qui, servato Cornelio Cosso consule, sibi e sua familia primus consulatum peperit.

[x] *Cum Etruscis*] Populi Hetruriæ, seu Etruriæ, nam utrumque scribitur. Pars est Italiæ inter mare Tyrrhenum ad Occasum et Meridiem, montem Apenninum ad Septemtrionem, et Tiberim fluvium ad Ortum, comprehensa. Ejus nunc partes sunt quatuor, ditio Florentina, Pisana, Senensis, Lucensis.

[y] *Filius*] P. Decius Mus qui quater consul. 1. an. 441. quo anno, M. Valerio Maximo belli Samnitici reliquias prosequente, æger Romæ detentus dictatorem C. Sulpicium dixit: 2. an. 445. quo belli Etrusci curam habuit: 3. an. 458. quo se pro patria devovit.

[z] *Cum Pyrrho nepos*] P. Decius Mus, Pyrrhicus dictus, ab eventu, opinor, mortis suæ, consul 474. cum Tarentinis et Pyrrho decertavit ad Asculum dubio eventu. Pyrrhum saucium e prælio a satellitibus elatum quidam memorant, alii pugnam postridie iterasse, et elephantorum præsidio vicisse. Mortem Decii Plut. Florus, Entrop. aliique omnino prætereunt; Cicero unus mentionem habet. Quod quidem de Finib. lib. II. iterum tradit.

[a] *Uno bello*] Punico secundo, quo Hispaniam ambo legati obtinuerunt; Hamilcarem, Magonem, Hasdrubalem ad Illiturgum vicerunt: deinde Hannonem ad Incibile; iterum Ma-

Digitized by Google

vidisset, Paulum [b] et Geminum Cannæ,[c] Venusia [d] Marcellum,[e] Latini Albinum,[f] Lucani Gracchum.[g] Num quis horum miser hodie? ne tum quidem post spiritum extremum: nec enim potest esse miser quisquam sensu peremto. At id ipsum odiosum est, sine sensu esse. 90. Odiosum,[4]

Cannæ Manut. Lamb. *P. et Geminium C.* E U ι σ χ φ 1.—4 Auditor. *At...*

NOTÆ

gonem et Hasdrubalem, primum ad Illiturgum, tum ad Mundam, denique ad Auringen fugarunt. Sed tandem Publius ad Incibile victus et occisus est, pauloque post Cneius frater in prælio victus cecidit.

[b] *Paulum*] L. Æmilius Paulus duplicem consulatum gessit pari fortitudine, sed fortuna longe dispari. In primo an. 534. de Illyriis triumphavit; in secundo an. 537. ad Cannas cecidit. Filiam habuit Æmiliam, quæ Africani Majoris uxor; et filium Lucium qui Æmilius, Paulus est, duplici consulatu et tribus triumphis clarus.

[c] *Cannæ*] Apuliæ vicus, eo solum prælio insignis. Cannensis cladis compendium hoc habe: Coss. L. C. Terentius Varro et L. Æmilius Paulus in provinciam profecti, aliquamdiu mora et consilio prudenter frustrarunt hostilem exercitum, jam tum inopia laborantem, ac partim de fuga, partim de transitione cogitantem. Sed tandem Varronis impatientia, repugnante collega, pugna initur (180 millibus armatorum pugnasse Romanos quidam auctores sunt); occiditur Æmilius cum 40. millibus peditum, equitum duobus millibus et septingentis, inter quos viri consulares et prætorii viginti. Varro cum 50. solis equitibus, vel, juxta Polybium, 70. Venusiam profugit. Cruentus per multos dies Aufidus amnis, ad cujus ripam prælium commissum erat. Pons e cadaveribus, jussu ducis victoris, factus in torrente Vergelio, per quem exercitus traduceretur. Modius annulorum aureorum Carthaginem missus, unde conjecta senatoriæ equestrisque multitudinis cædes.

[d] *Venusia*] Urbs est regni Neapolitani, in provincia Basilicata, ad radices Apennini montis. Hodie *Venosa.*

[e] *Marcellum*] Dum tumulum castris commodum cum ducentis ferme equitibus speculantur M. Marcellus et T. Quintius Crispinus coss. circumveniuntur a Numidis quos Hannibal in valle vicina occultaverat. Marcellus acriter in prælio pugnans cadit; T. Quintius Crispinus cum paucis effugit, moxque ex vulnere moritur. Liv. Plut. Appian. fuse in Hannibalicis.

[f] *Latini Albinum*] Sp. Postumum Albinum; quo iterum consule Romanæ legiones in insidias ductæ et ad Caudinas Furculas Samnitium præsidiis circumsessæ, turpem sed necessariam pacem acceptarunt: ibidem enim totus, antequam dimitteretur, exercitus, simul cum consulibus, legatis, et tribunis duce C. Pontio sub jugum missus est. Plura Liv. lib. IX.

[g] *Lucani Gracchum*] Tib. Gracchus e gente Sempronia bis cos. ann. 538. et 540. dum rem contra Hannibalem feliciter gerit, fraude Lucani hospitis ab hostibus cæsus est. Plura alibi.

Digitized by Google

si id esset carere. Cum vero perspicuum sit, nihil posse in eo esse qui ipse non sit; quid potest esse in eo odiosum, qui nec careat, nec sentiat? Quanquam hoc quidem nimis sæpe: sed eo, quod [5] in hoc inest omnis animi contractio ex metu mortis. Qui enim satis viderit (id quod est luce clarius) animo et corpore consumto, totoque animante deleto, et facto interitu universo, illud, animal quod fuerit, factum [6] esse nihil, is plane perspiciet, inter Hippocentaurum,[h] qui nunquam fuerit, et regem Agamemnonem,[i] nihil interesse: nec pluris nunc facere M. Camillum [k] hoc civile bellum, quam ego, illo vivo,[7] fecerim Romam captam.[l] Cur igitur et Camillus doleret, si hæc post trecentos

esse. Marcus. *Odiosum* cod. Ursin. Col. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. Paulo post, *qui careat*, omisso *nec*, al. ap. Lamb.—5 Lamb. *sed hoc ideo quod;* D *in eo quod in hoc;* E ξ *hoc quod in eo.*—6 Cod. ψ 1 *quod animal factum fuerit;* ψ 2 *animal quod factum fuit.* Statim, *sane perspicit* in eodem cod. *plane despiciet* ψ 1.—7 Edd. antiquiss. *quam illo vivo, ego.* Actutum, *feceram*

NOTÆ

[h] *Hippocentaurum*] Hippocentauri prius Centauri dicebantur, *παρὰ τὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους, quod tauros stimulis agitarent;* verum cum iidem postea ex equis existerent, iisque insidentes stimulis tauros præ se agerent, Hippocentauri dici cœperunt; qui cum ad Peneum amnem aquatum venissent, conspecti ab ulterioris ripæ accolis, pro monstris habiti sunt, præsertim cum inclinata ad potandum equorum capita non conspicerentur.

[i] *Agamemnonem*] Atrei Mycenarum regis filius fuit, Menelai Spartani regis frater, rex ipse Mycenarum et Argivorum; ad expeditionem Trojanam dux electus totius Græciæ, unde rex regum a poëtis appellatur. Capta Troja, Cassandram, filiam Priami, captivam sibi habuit, amavitque, ac reversus in patriam occisus est cum eadem Cassandra in convivio, insidiis Clytemnæstræ uxoris, ab Ægystho adultero.

[k] *Facere M. Camillum*] M. Furius Camillus, Furiani nominis decus, et primus post Romulum pater patriæ nuncupatus. Sensus loci est: Camillus non plus nunc mortuus solicitus est de hoc civili bello, quod Cæsarem inter et Pompeium est, quam ego solicitus fui de Roma a Gallis capta tempore Camilli, cum nondum essem.

[l] *Romam captam*] Galli Senones, Tarquinio Prisco regnante, Italiæ partem, quæ Gallia Cisalpina postea dicta est, Tuscis expulsis, occuparant. Hi in oppugnatione Clusii, (Etruscorum id oppidum est) a Q. Fabio, legato populi Romani, irritati, in Romanos arma vertunt, eorumque copiis ad Alliam flumen cæsis, urbem Brenno duce invadunt, captam ferro flammaque populantur. Roma incensa, Capitolium, quo se flos civitatis receperat, obsident; sed Camillus exul, ut gratia cum ingrata patria certaret, dictator absens creatus,

Digitized by Google

et quinquaginta fere annos eventura putaret, [*p.* 168.] et[8] ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbe nostra[9] potituram putem? Quia tanta caritas patriæ est, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. XXXVIII. 91. Itaque non[1] deterret sapientem mors, (quæ propter incertos casus quotidie imminet, propter brevitatem vitæ nunquam longe potest abesse) quo minus in omne tempus reipublicæ suisque consulat, et posteritatem ipsam, cujus sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere. Quare licet, etiam mortalem esse animum[2] judicantem æterna moliri, non gloriæ cupiditate, quam sensurus non sis, sed virtutis, quam necessario gloria, etiam si tu id non agas, consequatur. Natura vero sic se[3] habet, ut, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors; ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. In quo quid potest esse mali, cum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulli sunt, alteros non attingit.[4] 92. Quam qui leviorem faciunt,[5] somni simillimam volunt esse: quasi vero quisquam ita nonaginta annos velit vivere, ut, cum sexaginta confecerit, reliquos dormiat. Ne sues quidem id velint, non modo ipse.[6] Endymion[m] vero, si[7] fabulas audire

σ, Erasm.—8 *Cur i. aut . . . aut* conj. Dav. *et ego cur doleam* Eliens. 2. Oliv. Lall.—9 Reg. Bern. 1. E ι ξ σ, Venett. 1480. 1481. al. vett. Dav. Wolf. Orell. *urbem nostram.* Actutum, *perituram putem* ψ 1.

CAP. XXXVIII. 1 *Ideo non* Venet. 1480. *Itaque non modo non* σ ψ 1. Mox, *et propter brevitatem* D E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *non potest longe* Reg. ι. *quam non potest longe* ψ 1. *ut posteritatem* D U ι σ χ ψ 1. Reg. Venet. 1480. *sensus habiturus* E U ξ. *sensu habitura* ψ 1.—2 D E U ψ 2 *animam.* Actutum, *judicanti* conj. Ernesti. Tum, *non sis* Dav. de conj. Bentl.—3 Reg. Victor. Dav. *se sic.* Pro *exitum,* D et Leid. habent *exitium,* probante Bouh. Deinde, *mors. Ut nihil, &c.* Orell. *mors: utque nihil* Venet. 1480. *mors: et ut nihil* E ξ, Victor. *mors: quæ ut* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Lamb. probante Reiskio.—4 Reg. D U ι χ ψ 1. Venett. 1480. 1481. Gebh. *attinget.*—5 Dav. de Bentleii conjectura *quo leniorem faciant.*—6 Verba, *non modo ipse,* omittit cod. Lambini; *Ne sues . . . ipse* suspecta sunt Davisio et Rath.—7 Ernesti conj. *qui si.* Mox, *ut, nescio* Reg. Bern.

NOTÆ

Gallos ferro domat. Omnes ad unum cæsi.

[m] *Endymion*] Amator Lunæ dictus, inquit Plin. quia multivagos lunæ cursus primus deprehendit. De illo jam supra.

Digitized by Google

volumus, nescio quando, in Latmo[n] obdormivit, qui est mons Cariæ: nondum, opinor, est experrectus. Num igitur eum curare censes, cum Luna laboret, a qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? quid curet autem, qui ne sentit quidem? Habes somnum[8] imaginem mortis, eamque quotidie induis. Et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, cum in ejus simulacro videas esse nullum sensum?[9]

XXXIX. 93. Pellantur ergo istæ ineptiæ pæne aniles, ante tempus mori, miserum esse. Quod tandem tempus? naturæne? At ea[1] quidem dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur, quod querare, si repetit, cum vult? ea enim conditione acceperas. Iidem,[2] si puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant: si vero in cunis, ne querendum quidem. Atqui ab hoc acerbius exegit[3] natura, quod dederat. Nondum gustaverat, inquiunt,[4] vitæ suavitatem: hic autem jam sperabat magna, quibus frui cœperat. At id quidem ipsum[5] in ceteris rebus melius putatur, aliquam partem, quam nullam, attingere: cur in vita secus? Quanquam non male ait Callimachus, multo sæpius lacrymasse Priamum, quam Troilum.[o] Eorum autem, qui exacta ætate moriuntur, fortuna

1. D E ι ξ σ ψ 1. 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *qui est mons Cariæ* uncis inclusit Wolf. Deinde, *experrectus est* Lamb. *est* omittit Manut.—8 *Habet somnus* ed. vet. Bouhierii, ipso probante.—9 Cod. Ursin. Dav. Wolf. omittunt *sensum*.

Cap. xxxix. 1 Tres codd. Oxon. *tempus naturæ? Ne ad ea;* ψ 1 *tempus ne ad ea quidem dedere.*—2 *Idem etiam* ι. *Id est* ψ 2. *si puer parvulus* E ξ ψ 2. *ferendum non putant* conj. Ernesti. *ne conquerendum* D U, Venet. 1480. *nec conquerendum* χ.—3 Codd. aliquot, Erasm. Lamb. *exigit*, probante Bouh.—4 Nonnulli codd. etiam Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *inquit*. Paulo post, *spirabat* Colerus ad Val. Max. III. 7. 1.—5 Bern. 1. E ξ ψ 1. Dav. Wolf.

NOTÆ

[n] *In Latmo*] Mons est Cariæ, in Ioniæ confinio, apud Mæandri fluminis ostia et Miletum urbem.

[o] *Quam Troilum*] Priami filium. Videtur hic indicari juvenem admodum fuisse Troilum: de ejus tamen ætate variæ sunt sententiæ. Virgilius puerum, Horatius impuberem facit; Hyginus et Tzetzes jam grandiorem et unum e maximis Priami filiis. Variæ quoque de ejus morte opiniones: Theocritu set Lycophron volunt ab Achille occisum in templo Apollinis, ob spretum Achillis amorem; alii in ipso certamine, ut Virg. alii per vim; alii ex insidiis.

Digitized by Google

laudatur. 94. Cur? nam, reor, nullis,[6] si vita longior daretur, posset esse jucundior. Nihil est enim profecto homini prudentia dulcius, quam, ut cetera auferat, affert certe senectus. Quæ vero ætas longa est? aut quid omnino homini longum? Nonne modo pueros, modo adolescentes, in cursu, a tergo insequens, nec opinantes assecuta est[7] senectus? sed quia ultra nihil habemus, hoc longum ducimus.[8] Omnia ista, perinde[9] ut cuique data sunt, pro rata parte,[p] a vita, aut longa aut brevia dicuntur. Apud Hypanim[10] fluvium,[q] qui ab Europæ parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem vivant.[r] Ex his igitur, hora octava quæ mortua est, provecta ætate mortua est: quæ vero occidente sole, decrepita; eo magis, si etiam solstitiali die. Confer[11] nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum brevitate, qua illæ bestiolæ, reperiemur. XL. 95. [*p.* 169.] Contemnamus igitur omnes[1] ineptias: (quod enim levius huic levitati

omittunt *ipsum*.—6 Col. Lamb. Orell. *non ullis*; ξ χ, et edd. antiq. *non illis*; ι ψ 1 *in illis*; cod. Manutii, ed. vet. Bouhierii, Lall. *illis*.—7 Versiculos faciunt Bentl. Dav. Wolf. Schutz. Orell. hoc modo:

Modo pueros, modo adolescentes, in cursu a tergo insequens,
Nec opinantes assecuta est.

—8 Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Victor. Manut. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *dicimus*.—9 Quatuor codd. Oxon. *proinde*. Statim, *ita longa aut*, &c. Eliens. 3. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *pro rata parte a vita, longa* Bern. 1. et edd. antiquiss. *ita pro rata p. aut longa* de Manutii conjectura Lamb. *pro rata parte* Grutero gloss. videbatur: *pro rata parte a natura, ita longa* conj. nescio quis ap. Orell.—10 *Hypanum* D E. Paulo post, *provecta ætate m. est* desunt in ψ 1.—11 *Confer etiam* E ξ. *Confert* σ.

CAP. XL. 1 *Cont. istas omnes* conj. Hottinger. Mox, *quod enim lenius* de

NOTÆ

p *Pro rata parte*] Ita locum restituimus cum Mureto et Paulo Manutio. *Pro rata parte* formula est loquendi, quam etiam Galli sibi asciverunt, *payer, achêter, régler les choses au pro rata*, id est, habita ratione proportionis. Sic Cæsar. Bell. Gall. lib. I. 'Quadraginta,' inquit, 'jugera in singulos proponit, et pro rata parte centurionibus.' Et Liv. lib. XLV. 'Tantum pediti daturum fuisse credunt, et pro rata aliis.'

q *Hypanim fluvium*] Fluvium Poloniæ, *Bog*. Oritur in Podolia superiori, quam separat a Volhinia superiori; deinde in Borysthenem, et paulo post cum ipso in Pontum Euxinum se exonerat. Diversus a fluvio *Bug*, qui in Vistulam cadit infra Varsoviam.

r *Quæ unum diem vivant*] Unde animal illud Ephemerum appellatur

Digitized by Google

nomen imponam?) totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine, et in omnium rerum humanarum contemtione ac despicientia, et in omni virtute, ponamus. Nam nunc quidem cogitationibus molestissimis[2] effœminamur, ut, si ante mors adventet, quam Chaldæorum[s] promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illusi, destitutique videamur. 96. Quod si expectando et desiderando pendemus animis,[3] cruciamur, angimur. Pro Dii immortales! quam iter illud jucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit! Quam me delectat Theramenes![t] quam[4] elato animo est! etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur; qui cum, conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset,[5] reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret;[u] quo sonitu reddito, arridens, 'Propino,' inquit, 'hoc pulchro Critiæ,'[x] qui in

Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nomen imponemus* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Tum, *ut in omnium* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor.—2 Guelf. D E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *mollissimis*. Actutum, *exanimamur* volebat Ernesti. Pro *sumus* Reg. Erasm. Wolf. Schutz. et Orell. habent *simus*.—3 Cod. Ursin. *animi*, probante Bentl. Mox, *quam illud iter* Reg. Victor. Dav. Lall. *quam optabiliter illud iter* Manut. *quam optabiliter iter* edd. antiquiss. *quam optabile iter illud et judicium* conj. Bentl.—4 D χ, et edd. ante Gebh. *quamque*; E ξ *quanquam*.—5 U χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. *obbibisset*; Erasm. *ebibisset*; ι *bibisset*; D *hausisset*. Paulo post, *ridens* Manut. Lamb.

NOTÆ

Arist. de Nat. Animal. v. 19. Plinius Hemerobion vocat II. 36.

[s] *Chaldæorum*] Chaldæos hic vocat eos qui hominum γενέσεις considerant; et ad illos sane non temere hæc ars refertur.

[t] *Theramenes*] De illo vide Xenoph. Hist. Gr. lib. II. et Val. Max. de Fort. lib. III. Victis, a Lysandro ad Ægos Potamon Atheniensibus, Athenæ ab eo captæ sunt, ubi triginta viris rerum summa permissa est; cumque in cives crudeliter grassarentur, iis unus ex ipsis restitit Theramenes, vir justissimus: quapropter a Critia falsæ proditionis damnatus est.

[u] *Ut id resonaret*] Alludit forte ad ludum quendam Græcorum quem κότταβον appellabant. Collocabant vas in media mensa, et reliquum vini quod erat in poculo, cum biberant, ita in illud projiciebant, ut magnum sonum ederet. Athenæus, Deipnos. lib. X. ait Ansiculis profectum id ludi genus. Libabant autem reliquum illud unum iis quos amarent. Hinc Cicero dixit, 'pulchro Critiæ.' Ita Victorius in Castig.

[x] *Pulchro Critiæ*] Unus fuit e tri-

Digitized by Google

eum fuerat teterrimus. Græci enim in conviviis solent nominare, cui poculum traditori sint.[6] Lusit vir egregius extremo spiritu, cum jam præcordiis conceptam mortem contineret: vereque ei, cui venenum præbiberat,[7] mortem est eam auguratus, quæ brevi consecuta est.[y] 97. Quis hanc animi maximi[8] æquitatem in ipsa morte laudaret, si mortem malum judicaret? Vadit[9] in eundem carcerem, atque in eundem paucis post annis scyphum,[z] Socrates, eodem scelere judicum,[a] quo tyrannorum, Theramenes. Quæ est igitur ejus oratio, qua facit eum Plato[b] usum apud judices, jam morte mulctatum? XLI. 'Magna me,' inquit, 'spes tenet, judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. Necesse est enim,[1] sit alterum de duobus; ut aut sensus omnino omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. Quamobrem, sive sensus exstinguitur, morsque ei somno similis est, qui[2] nonnunquam, etiam sine visis somniorum, placatissimam quietem affert; Dii boni! quid lucri est mori! aut quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur! cui si similis futura est perpetuitas omnis consequentis tempo-

—6 Hanc periodum, *Græci . . . sint*, pro gloss. habet Hottinger.—7 Edd. antiquiss. et Gebh. *qui v. præbuerat*. Statim, *eam est* Reg. Bern. 1. Dav.—8 Codd. Bentleii *maximi animi*; Dav. de Bentleii conjectura *maximam animi*; et sic codex unus Oxon.—9 *Cadit* conj. Ernesti; *Traditur* suspic. Nissen. *Vadit enim* codd. aliquot; unde Dav. conj. *Vadit autem in, &c.* Mox, *ille Theramenes* ed. vet. Bouhierii.

CAP. XLI. 1 *Necesse sit enim* D. *Necesse enim* U. *est enim* omittunt χ ψ 1. *fieri alterum* ψ 2. *sit* ante *alterum* omittit D. Mox, *mors omnes* edd. antiquiss. *sensuum omnino mors omnem* Erasm.—2 Cod. ψ 1 *mors quidem ei . . . quia*. Paulo post, *quid l. e. emori* edd. ante Ernesti, item Wolf. Schutz. Orell. Tum, *cui similis* Reg. et edd. ante Dav. *anteponantur? Cui si similis* Orell. *cum similis*

NOTÆ

ginta tyrannis, eorumque crudelissimus. Προπίνω τοῦτο τῷ καλῷ Κριτίᾳ Xenophon Hellen. lib. II.

[y] *Quæ brevi consecuta est*] Libertatis, inquit Manut. per Thrasybulum a triginta tyrannorum imperio Athenis.

[z] *Post annis scyphum*] Innuitur poculum quo Socrates cicutam ebibit.

[a] *Scelere judicum*] Ab Anyto et Melito læsæ pietatis in Deos et corruptæ juventutis accusatus est. Vix autem venenum ebibit, cum Athenienses illius mortis pœnituit, indicitur publicus mœror, clauduntur officinæ et gymnasia, fit impetus in accusatores, alii occisi, fugati alii, æreaque statua, Lysippi opus, Socrati erigitur.

[b] *Plato*] In Apologia Socratis.

Digitized by Google

ris, quis me beatior? 98. Sin vera sunt, quæ dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excesserunt,[3] incolunt; id multo jam beatius est, te, cum ab iis, qui se judicum numero haberi velint, evaseris, ad eos venire, qui vere judices appellentur, Minoëm,[c] Rhadamanthum,[d] Æacum,[e] Triptolemum;[f] convenireque eos, qui juste, et cum fide vixerint. Hæc peregrinatio mediocris vobis videri potest? Ut vero colloqui cum Orpheo,[g] Musæo,[h] Homero, Hesiodo liceat, quanti tandem æstimatis?[4] Equidem sæpe emori,[5] si fieri posset, vellem, ut ea, quæ dico, mihi liceret invenire. Quanta delectatione autem

ψ 1. *omnis consequens* ψ 2. *omnis sequentis* E U ξ χ.—3 Ed. vet. Bouhierii, et Junt. *excesserint*. Statim, *beatius est. Tene cum . . . vixerint? hæc peregr.* Reg. Leid. codex unus Oxon. Dav. *beatius est. Te enim . . . vixerint, hæc peregr.* conj. Bouh. Pro *velint*, Orell. et al. *volunt*. ψ 2 *ad eos devenire*; ψ 1 omittit *venire*. E ψ 1. ed. vet. Bouh. *appellantur*. Pro *convenireque eos*, Gronov. ad Senec. Herc. Fur. vs. 744. conj. *heroumque eos convenire*. Tum, *qui juste cum fide* Reg. D E U ι σ χ ψ 1. *qui juste, qui fide* ξ. *qui juste et pie* conj. Bentl. *vixerunt* E ι ξ.—4 Leid. *existimatis*, prob. Bouh.—5 E. *s. mori* U,

NOTÆ

[c] *Minoëm*] Regem Cretensem, Jovis et Europæ filium, qui ex Pasiphaë, Solis filia, genuit Ariadnem, Phædram, et Androgeum. Multis bellis adversus Athenienses Megarensesque victor, cum fugientem Dædalum insecutus, bello Cocalum Siciliæ regem appeteret, ab Cocali filiabus thermarum vaporibus suffocatus est. Justitiæ nomine sic nobilitatus, ut apud inferos judex animarum a Græcarum fabularum auctoribus constitutus sit; qui tamen iidem, quod ab eo male mulctati sæpe Græci fuissent, ideo familiam ejus, uxorem, filiasque propudiosis figmentis infames fecere.

[d] *Rhadamanthum*] Fratrem Minois, utrumque Jovis et Europæ filium. Minos quidem Cretensibus leges primus dedisse dicitur, Rhadamanthus earum observationem curasse. Plut. in Theseo.

[e] *Æacum*] Filium Jovis natum in Ægina, insula sinus Saronici inter Peloponnesum et Atticam, ubi Myrmidonibus imperavit.

[f] *Triptolemum*] Qui sationem frugum a Cerere didicit: filius fuit Eleusii et Hyonæ, ut refert Lactant. Hunc puerum Ceres nutrivit. Nullibi autem legi eum apud inferos judicem esse.

[g] *Cum Orpheo*] Thrax fuit, Apollinis et Calliopes filius; lyram a patre aut a Mercurio acceptam ita suaviter impellebat, ut fluminum sistere cursus, et sylvas ferasque trahere dictus sit.

[h] *Musæo*] Dicitur a Suida, Eleusinius, Atheniensis, Orphei discipulus, carminum heroicorum scriptor, quorum ad quatuor millia Eumolpo filio scripsit. Floruit sub Cecrope secundo Atheniensium rege. Hic et Orpheus Homero antiquiores putantur. Superest adhuc carmen de amoribus Leandri et Herus, quod Musæo

Digitized by Google

afficerer; cum Palamedem,[i] cum Ajacem,[k] cum alios, judicio iniquo[6] circumventos, convenirem! tentarem etiam summi regis,[l] qui maximas copias duxit ad Trojam, et Ulyssi, Sisyphique[m] prudentiam: nec ob eam rem, cum hæc exquirerem, sicut hic faciebam, capite damnarer. Ne vos quidem, judices, ii, qui me absolvistis, mortem timueritis. 99. Nec enim cuiquam[7] bono mali quicquam evenire potest, nec vivo, nec mortuo: nec unquam ejus res a Diis immortalibus negligentur: nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. Nec vero ego[8] iis, a quibus accusatus

Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *E. sæpenumero mori* χ.—6 Ita emend. Bentl. receperunt Dav. Schutz. Orell. *iniquorum* Reg. alii codd. et edd. vett. *aliquorum* E ξ. *iniquorum ventos* al. ap. Bentl. Paulo post, *cum hoc exquir.* E ξ. *cum hoc* omittit ψ 2.—7 *Nec enim unquam* codex unus Oxon. Mox, *negligentur* Dav. e conj. prob. Bouh.—8 *Ne vero ego* E ξ χ ψ 2. *ego* omittunt

NOTÆ

tribuit Scaliger in Poëtica, et versibus Homericis longe anteponit. Negat tamen Vossius, et auctorem hujus operis sub Augustis vixisse affirmat, etiam post quartum Christi sæculum.

[i] *Palamedem*] Nauplii filium, regis Eubœæ insulæ, in Ægæo mari: per Amymonen Danai filiam ortum duxit a Belo antiquiore, rege illius Africæ partis, quæ deinde Ægyptus vocata est. Palamedes infestum habuit Ulyssem duabus maxime de causis: 1. Nolebat Ulysses ad bellum Trojanum proficisci cum ceteris Græcis; ideoque insaniam simulans, junctis ad aratrum animalibus diversæ naturæ, serebat salem. Filium ejus Telemachum aratro Palamedes supposuit, quo viso Ulysses aratrum suspendit, et fraus ejus detecta est. 2. Ulysses ad bellum profectus, et in Thraciam deinde missus ad frumenta convehenda, cum nihil retulisset, increpatus est a Palamede, qui illuc ipse missus magnam frumenti vim advexit. Subtilissimo fuit ingenio Palamedes, et in otio castrorum reperit multa; literas quatuor, θ, φ, ξ, χ; ludos complures, multa de ponderibus.

[k] *Ajacem*] Duo fuerunt Ajaces; alter Oilei, Locrensium regis, alter Telamonis, Salaminis regis, filius, qui, propter amissa in judicio Achillis arma, in gladium incubuit: de Telamonio hic est mentio.

[l] *Summi regis*] Achillis, opinor.

[m] *Sisyphi*] Hunc astutissimum mortalium fuisse memorant. Autolyci, insignis sua tempestate latronis, artes artibus repulit; cum enim greges Sisyphi, qui tunc Corinthi regnabat, Autolycus aliquando surripuisset, novumque illis habitum formamque, ne agnoscerentur, dedisset, suos tamen esse ille agnovit nomine suo quod sub eorum ungulis una litera contentum insuserat. Hinc amicitiam cum eo contraxit Autolycus, Atticamque latrociniis infestare una cœperunt, demumque a Theseo Athenarum rege Sisyphus occisus est. Quam ob causam finxere Græci Sisyphum apud inferos huic addictum pœnæ, ut in

Digitized by Google

sum, aut a quibus condemnatus, [*p.* 170.] habeo quod succeseam, nisi quod mihi nocere se crediderunt.' Et hæc[9] quidem hoc modo: nihil autem melius extremo:[10] 'Sed tempus est,'[*] inquit, 'jam hinc abire me, ut moriar; vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, Dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem.' XLII. Næ ego haud[1] paulo hunc animum malim, quam eorum omnium fortunas, qui de hoc judicaverunt. Etsi, quod,[2] præter Deos, negat scire quenquam, id scit ipse, utrum melius sit: nam dixit ante: sed suum illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum. 100. Nos autem teneamus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum omnibus: intelligamusque, si mors malum sit, esse sempiternum malum. Nam vitæ miseræ[3] mors finis esse videtur: mors si est misera, finis esse nullus potest. Sed quid ego Socratem, aut Theramenem,[4] præstantes viros virtutis et sapientiæ gloria, commemoro, cum Lacedæmonius quidam,[n] cujus ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contemserit, ut, cum ad eam duceretur, damnatus ab ephoris,[o] et esset vultu hilari atque læto,

[*] *Et hæc quidem hoc modo dixit Socrates, sed nihil melius est eo quod ad extremum subjunxit; videlicet, 'Sed tempus est,' &c.*

Reg. et edd. antiquiss. Pro *iis* Reg. et Dav. habent *his*.—9 *Et hoc* D U ι, cum edd. antiquiss. *Et his* codex unus Oxon. *hic modo* ψ 1.—10 Ita Reg. alii codd. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *æstimo* D ψ 1. 2. edd. antiquiss. et Gebh. *existimo* E U χ, et Erasm.

CAP. XLII. 1 *Ne ego haud* D. *Næ ego aut* E. *Næ ego autem* ψ 1. *Næ ego. At, &c.* ψ 2. Statim, *hoc judicavere* Victor.—2 *Et siquidem* D U ι. *negat ne scire* E. *utrum sit melius* Reg. alii codd. Dav. et Orell. *non dixit* ψ 1.—3 *Nam u. miseriæ* ψ 1. *finis esse* desunt in eodem cod. Statim, *mortis si est, &c.* D E U ι ξ σ χ ψ 1. 2. *misera, miseriæ finis, &c.* Wolf. Schutz. Orell. *mortis, si est misera, finis, &c.* Lamb. Dav. Lall. prob. Bentl. *mors si est miserum, miseriæ finis* conj. Rath.—4 *Cheramenem* E. *præstantis* E U ψ 1. 2. *præstantissimos* χ.

NOTÆ

montis verticem saxum provolvat, et continuo inde gravitate sua devolutum continuo revolvat.

[n] *Lacedæmonius quidam*] Hunc 'Theramenem' appellat Plut. in Laconicis, auctore Fulvio Ursino. Manutius autem 'Thectamenem' appellari ait ab eodem Plut. in Apoph. Lacon.

[o] *Ab ephoris*] Erant numero quinque, nulla aut generis aut opum habita ratione selecti. Penes illos sum-

Digitized by Google

dixissetque ei quidam inimicus, 'Contemnisne leges Lycurgi?'[p] responderit, 'Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctaverit, quam, sine mutuatione[5] et sine versura, possem dissolvere.' O virum Sparta dignum![q] ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus esse videatur. 101. Tales innumerabiles nostra civitas tulit.[6] Sed quid duces et principes nominem, cum legiones scribat Cato[r] sæpe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur? Pari animo Lacedæmonii[s]

Paulo post, *dixisset ei* ι σ ψ 1. *ei* omittunt E ξ.—5 D U σ *sine commutatione*; E *valeo sine mutatione*. Actutum, *et sine usura* D U ψ 1. *et sine versura* de-

NOTÆ

ma potestas et belli et pacis, regesque, si quid deliquissent, aut carcere, aut exilio, aut morte puniendi: horum princeps Ἐπώνυμος, cujus nomine signabatur annus; ita ut Spartæ tali ephoro, haud aliter ac Romæ tali consule, res gesta diceretur. Plut. vult ephoros a Theopompo institutos, a Lycurgo Herodotus: Laërt. a Philone sapiente, qui et ipse postea ephorus fuit.

[p] *Leges Lycurgi*] De Lycurgo inter Herodotum et Plut. non convenit: ille ex Eurysthenidarum, hic ex Proclidarum familia; ille Ectiestrati, hic Polydecti regis fratrem; ille Leobotæ, hic Charilai pupilli tutorem facit: ut ut est, Spartanum regnum tutorio nomine diu administravit, non minore laude fidei, quam prudentiæ; ubi vero nepos adolevit, peregre profectus, variorum ex usu populorum eas leges didicit, quibus domum reversus Lacedæmoniorum astrinxit disciplinam.

[q] *Sparta dignum*] Sparta, seu Lacedæmon, ad Eurotam, Peloponnesi totius urbs olim clarissima: nunc *Misithra* Sophiano; *Ebedo* Lazio; *Zaconia* Nardo dicitur. Regio ipsa continet magnam partem *Brazzo di Maina*; cujus incolæ Maniotæ soli ab Turcarum imperio sese hactenus immunes tutati sunt. Spartani voluptatum adeo contemtores fuerunt, patientesque laboris, ut eorum etiam virginibus, palæstra, pulvis, militia, venatio, in studiis fuerit.

[r] *Cato*] In Originibus, de quibus jam dictum.

[s] *Lacedæmonii*] Rem, quam fuse narrat Justinus, paucis accipe: Leonidas, rex Spartanorum, audito Xerxis in Græciam adventu, cum 4000 militibus Thermopylas occupat. Triduo pugnatur; dumque fugam Xerxes cogitat, hunc adit Epialtes quidam, pollicetur se per angustum tramitem Persis ducem fore, ut Leonidæ copias a tergo adoriantur. Ubi se circumventum videt Leonidas, socios jubet recedere, ut ad meliora se tempora reservent; ipse cum trecentis Lacedæmoniis fortunam experitur, in castra hostium irrumpit, infinitam edit stragem. Orta luce, Persæ, agnita Græcorum paucitate, eos jaculis conficiunt. Duo Xerxis fratres contra Leonidam pugnantes super ejus cadaver procubuerunt. Ita Herod. Cor ejus excidi jussum Xerxes pilosum invenit. Sic Plut.

Digitized by Google

in Thermopylis[t] occiderunt, in quos[7] [u] Simonides:[x]

Dic, hospes,[y] Spartæ, nos te hic vidisse jacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Quid ille dux Leonidas[8] dicit? 'Pergite[9] animo[a] forti, Lacedæmonii: hodie apud inferos fortasse cœnabimus.' Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges[b] vigebant:[10] e quibus unus, cum Perses[c] hostis in colloquio dixisset glorians, 'Solem, præ jaculorum multitudine et sagittarum, non videbitis;' 'In umbra,' inquit, 'igitur pugnabimus.'[11] 102. Viros commemoro. Qualis tandem Lacæna?[d] quæ cum filium in prælium misisset, et interfectum audisset, 'Idcirco,' inquit, 'genueram,[12] ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.' XLIII. Esto: fortes[1]

sunt in E ξ. *possim* cod. Vindob. probante Rath.—6 E ξ *pertulit*.—7 D E U χ, et edd. antiquiss. *in quo*.—8 *Semidam* Reg.—9 *Prandete* Erasm. *Peragite* ψ 1. *animo facto forti* ξ.—10 Hæc omnia, *Quid ille . . . vigebant*, uncis inclusit Dav. *leges vivebant* χ.—11 Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Orell. *igitur, inquit, pugnabimus;* D *inquit, melius pugnabimus igitur*.—12 Cod. ψ 2 *cum genueram*. Actutum, *ut qui esset* χ. Pro *mortem*, Reg. D E U ξ χ ψ 1. 2. et edd. antiquiss. habent *morte;* margo Crat. Victor. Manut. Lamb. *morti*.

CAP. XLIII. 1 *Estote fortes* D E U ι ξ χ ψ 2. *Esto fortis et durus parcitate tibi et patientia* ψ 1. Mox, *vim publica disciplina* de Bentleii conj. Dav. *vim*

NOTÆ

[t] *In Thermopylis*] Sunt angustiæ montium ad Œtam montem Thessaliam inter et Græciam. Erant in ipso ingressu θερμὰ λουτρὰ, *calida lavacra*, et desuper ara dicata Herculi, murusque super quem olim visebantur πύλαι, *portæ*. Unde Thermopylæ. Nunc *Bocca di Lupo*.

[u] *In quos*] Illud *in* accipitur bonam in partem. Ita de Nat. Deor. l. II. 'Multa in Castorem scripta et Pollucem.' Et de Nat. Deor. lib. I. 'Catulus dilexit Roscium, in quem et illud est ejus elogium,' &c.

[x] *Simonides*] Poëta, a quo laudatos esse qui ad Thermopylas occiderunt, testatur Diodorus.

[y] *Dic, hospes*] Epitaphium est quod Græce sic legebatur: Ὦ ξεῖν', ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε Κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις. Extat inter Vetera Epigramm. Petr. Victor. in Castigat. et Anthol. III. 5.

[a] *Pergite animo*] Legi velim cum Lambino, *prandete animo forti*. Quo sensu Val. Max. hanc Leonidæ vocem refert: 'Prandete, commilitones, tanquam apud inferos cœnaturi.' Plut. in Lacon.

[b] *Dum Lycurgi leges*] Spartanorum resp. regnumque a Lacedæmone ad Agesipolim usque floruit, quo a piratis occiso cum Romam peteret, a tyrannis aliquamdiu vexati sunt, externisque hostibus; ac demum in Romanorum venere potestatem. Annis porro quingentis Lycurgi leges floruerunt.

[c] *Cum Perses*] Nomen fuit hostis, qui patria Trachinius.

[d] *Tandem Lacæna*] Quod nomen illud fuerit, nondum comperi.

Digitized by Google

et duri Spartiatæ: magnam habet vim reipublicæ disciplina. Quid? Cyrenæum Theodorum,[a] philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lysimachus[f] rex crucem minaretur, 'Istis, quæso,' inquit, 'ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine, an sublime putrescat.'[2]

Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem: rem non difficilem, iis[3] præsertim cognitis, quæ [de nihil sentiendo] paulo ante dicta sunt. De qua Socrates quidem quid senserit, apparet in eo libro, in quo moritur; de quo jam tam multa diximus. 103. Cum enim de immortalitate animorum disputavisset,[4] et jam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone,[g] quemadmodum sepeliri vellet, 'Multam vero,' inquit, 'operam, amici, frustra consumsi: Critoni enim nostro non persuasi, me hinc avolaturum,[5] neque quicquam mei relicturum. Verumtamen, Crito, si me assequi potueris,[6] aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Sed, mihi crede, nemo me vestrum, cum hinc excessero, consequetur.' [*p.* 171.] Præclare id quidem, qui et amico permiserit, et se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare.[7] 104. Durior Diogenes,[h] et id quidem sentiens,[8] sed, ut Cynicus,

regia disciplina codex unus Oxon. *vim Re. Po. disciplina* ψ 1.—2 Reg. et Orell. *an sublime putescat*; ψ 1 *an s. patescat*; ψ 2 *an sublimi putrescam.*—3 Reg. et edd. antiquiss. *his.* Verba, *de nihil sentiendo*, de Bouhierii sententia uncis inclusit Ernesti.—4 Argent. 1511. et Erasm. *disputasset.*—5 D E *advolaturum.* Statim, *neque me quicquam* D U ι σ χ ψ 1. *neque me quicquam hic* ψ 2. *neque mei quicquam* de Bentleii sententia Dav. *neque quicquam me* edd. antiquiss.—6 Dav. de Bentleii conjectura *poteris.* Mox, *ut tibi videtur* D E U ι ξ χ. *ut videtur*, omisso *tibi*, ψ 1.—7 D E U ξ χ *elaborare.*—8 Wolf.

NOTÆ

[a] *Theodorum*] Dictum illud Theodori refert Val. Max. VI. 2. qui addit, 'Magnifica tibi res contigit, Lysimache, quia cantharidis vim assecutus es.' Theodorus ille is ipse est, qui Atheus cognominatus est. De quo Laërt. in Aristippo: Athen. Deipnos. lib. XIII. Plut. in Phocione. Vide Victor. Var. Lect. XIII. 13.

[f] *Lysimachus*] Qui rebus post Alexandri mortem gestis clarissimus, contra Seleucum pugnans cecidit. Ita Justin.

[g] *A Critone*] Familiari suo et discipulo, quem Socrates vetuit ne pecunia corrumperet custodem carceris.

[h] *Durior Diogenes*] Cynicus.

Digitized by Google

asperius, projici se jussit inhumatum.[i] Tum amici, 'Volucribusne, et feris?' 'Minime vero,' inquit: 'sed bacillum propter[9] me, quo abigam, ponitote.' 'Qui poteris?' illi:[10] 'non enim senties.' 'Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti?' Præclare Anaxagoras,[k] qui cum Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas[l] in patriam, si quid ei accidisset,[11] afferri; 'Nihil necesse est,' inquit: 'undique enim ad inferos tantundem viæ est.' Totaque de ratione humationis unum tenendum est, ad corpus illam pertinere, sive occiderit animus, sive vigeat: in corpore autem, perspicuum est, vel exstincto animo vel elapso, nullum residere sensum. XLIV. 105. Sed plena errorum sunt omnia. Trahit Hectorem,[m] ad currum[n] religa-

de conjectura, Schutz. et Orell. *et is quidem idem sentiens;* Bern. 1. D U χ *et is quidem sentiens;* Dav. de Bentleii conjectura *et is idem sentiens;* idem Bentl. suspic. etiam *et is quoque idem sentiens;* Lamb. *et idem quidem sentiens.* —9 Edd. vett. *prope.*—10 Lamb. conj. *inquiunt illi.*—11 Reg. D U ι ξ σ χ, edd. antiquiss. Dav. Lall. Wolf. Orell. *si quid accidisset;* E *si quid occidisset;* ψ 1 *si quid accidisse.* Actutum, *auferri* D χ, Reg. Col. Bern. 1. edd. antiquiss. Dav. Wolf. Orell. *efferri* conj. Bouh.

NOTÆ

[i] *Jussit inhumatum*] Idem referunt Ælian. Var. Hist. VII. 14. et Laërt. in Diogene. Addit hic tamen esse qui scribant, eum jussisse ut in Elissum, Atticæ fluvium, injiceretur, *ut esset fratribus utilis;* canes intelligebat aut pisces: quem Laërtii locum Menagius emendat, legique vult, non Ἔλισσον, *Elissum*, sed ἕλειον, *locum paludosum*, quod variis argumentis probare nititur.

[k] *Anaxagoras*] De ejus morte non consentiunt auctores. Sotion, in Successione Philosophorum, scribit, accusatum a Cleone impietatis, quod solem laminam candentem esse diceret, a Pericle discipulo defensum, exilio tamen damnatum esse. Satyrus tradidit a Thucydide accusatum, quod a Pericle dissentiret in reip. administratione. Ut ut sit, Lampsacum Athenis profectus, illic diem obiit.

[l] *Clazomenas*] Gryna prius dicta est, unde Apollo Grynæus appellatus: urbs Ioniæ, inter Smyrnam et Erythras, proximas urbes.

[m] *Hectorem*] Priami et Hecubæ filium, Trojæ propugnatorem, decimo obsidionis anno ab Achille occisum.

[n] *Ad currum*] Achilles, ob dolorem amissi Patrocli, quem Hector occiderat, ipsum Hectora a se occisum currui obligavit, et circa muros Trojæ ter raptavit. Iliad. Ω. 15. Hectoris cadaver infinitis muneribus redemit Priamus pater; ibid. vs. 477. et Virg. Æn. I. 'Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros, Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.'

Digitized by Google

tum, Achilles: lacerari eum, et sentire, credo, putat. Ergo hic[1] ulciscitur, ut quidem sibi videtur. At illa,[o] sicut acerbissimam rem, mœret:

> Vidi, videre quod me passa ægerrime,
> Hectorem quadrijugo curru[2] raptarier.

Quem Hectorem? aut quamdiu ille erit[3] Hector? Melius Accius,[4][p] et aliquando sapiens Achilles, 'immo enimvero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli.' Non igitur
Hectora[5] traxisti, sed corpus, quod fuerat Hectoris. 106.
Ecce alius[q] exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat:

> Mater, te appello, tu quæ[6] curam somno suspensam levas,
> Neque te mei[7] miseret; surge, et sepeli natum.

Hæc cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur; difficile est, non eos, qui inhumati sint,[8] miseros judicare:

> prius quam feræ, volucresque:

metuit, ne laceratis membris minus bene utatur: ne combustis, non extimescit.

> Heu! reliquias semiassi regis,[r] denudatis ossibus,

Cap. xliv. 1 *Ergo hunc* Lamb.—2 Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Dav. Wolf. Orell. *H. curru quadrijugo;* Manut. Lamb. *Curru H. quadrijugo.*—3 Moser. conj. *ille erat.*—4 *Attius* Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *et aliquando sapientius* conj. Rath.—5 *Hectorem* duo codd. Oxon. Wolf. Schutz.—6 *Mater te a. quæ* ι ξ χ ψ 2 Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Matrem te a. quæ* ψ 1. Statim, *suspenso* Reg. D E U σ ψ 2. et edd. antiquiss. *suspensas* ι. Hæc vox deest in ψ 1.—7 *Neque mei te* Wolf. et Schutz. Bentl. in curis secundis volebat, *Mater, te appello, quæ curam somno suspensam levas, Neque te mei miseretur: surge et sepeli natum tuum, prius Quam feræ volucresque;* unde *Hæc cum ...judicare* parenthes. inclusit Orell.—8 Ita Reg. Bern. 1. *sunt* alii codd.

NOTÆ

[o] *At illa*] Sive mater, sive nutrix, sive uxor, in aliqua tragœdia.

[p] *Melius Accius*] Poëta, qui hanc Achilli vocem tribuit, *Corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli.*

[q] *Ecce alius*] Ful. Ursinus Memnonem Auroræ filium hic intelligi putat; Manutius Polydorum, a Polymnestore Thracum rege occisum, et in mare projectum; ut loci sensus sit, Polydorum repræsentari in scena ad littus ejectum, et a matre Hecuba sepulturam rogantem.

[r] *Semiassi regis*] In rogo funebri, unde error Manutii patet; nec enim intelligi potest Polydorus, qui nec rex fuit, nec rogo unquam impositus, sed puer in mare projectus. De ritu porro imponendorum rogo corporum erit alibi locus dicendi.

Digitized by Google

Per terram sanie delibutas fœde divexarier.[9]

107 Non intelligo, quid metuat, cum tam bonos septenarios[10] [s] fundat ad tibiam. Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem, cum multi[11] inimicos etiam mortuos pœniantur. Execratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes,[t] primum ut naufragio pereat Atreus. Durum hoc sane: talis enim interitus non est sine gravi sensu. Illa inania,

Ipse summis saxis fixus asperis,[a] evisceratus,
Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.

Non ipsa saxa magis sensu omni vacabant,[12] quam ille, latere pendens, cui se hic cruciatum censet optare. Quæ essent[13] dura, si sentiret, nulla sine sensu sunt. Illud vero perquam inane:

Neque sepulcrum, quo recipiatur,[14] habeat, portum corporis:
Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat a malis.[15]

[a] *Quæ vero sequuntur sunt inutilia, videlicet:—*
Ipse summis saxis fixus asperis.

edd. vett. Schutz. Orell.—9 De Bentleii conjectura e vestigiis codd. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Neu reliquias sic meas siris, denudatis o. Tetra sanie d. f. div.* Bern. 1. *semiassi reis.* Lamb. cum duobus codd. Oxon. *delibutam.*—10 Lamb. *octonarios.*—11 Bentl. conj. *stulti.* Mox, *pœniuntur* Non. Reg. Victor. Lamb. Dav. Orell. *puniuntur* alii; Venett. 1480. 1481. Beroald. *puniunt.*—12 Ita duo codd. Oxon. Victor. Dav. prob. Bentl. *vacabunt* alii codd. et edd. vett.—13 Ita Reg. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Quam essent* edd. ante Lall. *Quanquam essent* conj. Dav. *si sentirentur* e codd. Lall. *Quæ, ut essent dura, si sentirentur* conj. Bentl. Deinde *sunt* omittunt E U, Dav. *nulla, si sine sensu* conj. Rath.—14 Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quo recipiat*; Argent. 1511. et Erasm. *quo se recipiat*; Lamb. conj. *quod recipiat.*—15 Reg. Bern. 1. a m. pr. M. Schott. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *requiescat malis.*—

NOTÆ

[s] *Septenarios*] *Octonarios* legi vellim; sunt enim ii versus octonarii.

[t] *Thyestes*] Pelopis filii, Atreus et Thyestes, parricidialibus inter se odiis et incestis stupris clarum sibi nomen apud posteros fecere. Thyestes fratris uxorem Aëropem polluit; Atreus vicissim epulandos illi filios suos dedit. Post Thyestes Pelopiæ filiæ imprudens vitium obtulit, unde natus Ægysthus, qui Atrei filium Agamemnonem occidit. Petav. Rat. Temp.

Digitized by Google

Vides quanto hæc in errore versentur:[16] portum esse corporis, et requiescere in sepulcro putat mortuum. Magna culpa Pelopis,[u] qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quidque curandum. XLV. 108. [*p.* 172.] Sed quid singulorum opiniones animadvertam, nationum varios errores perspicere cum liceat? Condiunt Ægyptii[x] mortuos, et eos domi servant:[1] Persæ etiam cera[y] circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora Magorum mos est,[z] non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante[2] laniata. In Hyrcania plebs publicos[3] alit canes; optimates, domesticos: nobile autem genus ca-

16 Lamb. de Manutii conj. *hic* ... *versetur*. Statim, *corporis sepulcrum* idem Lamb.

CAP. XLV. 1 Reg. alii codd. Dav. et Orell. *servant domi*. Mox, *condiunt* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—2 Venet. 1481. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *antea*.—3 Reg. *supplicos*; ι ψ 1 *supplices*; σ *sublicos*; Bentl. conj. *publice*. Mox, *eam optimam* χ. Hæc verba

NOTÆ

[u] *Pelopis*] Qui filius Tantali, Phrygiæ regis. Ab eo Peloponnesus nomen est sortita; ex quo conjectare possit aliquis toti illum Peloponneso dominatum esse. Sed non est ita; nam in Pisæa regnavit, et fortitudine ac solertia plerosque peninsulæ illius incolas adjunxit sibi, ut testatur Diodor. Hic e Phrygia trajecit in Græciam, et Hippodamiam, Œnomai filiam, fraudis potius, quam celeritatis, in cursus certamine, præmium, abstulit.

[x] *Condiunt Ægyptii*] Herodot. lib. II. modum illum condiendorum corporum sic ferme describit: Homines ad hoc constituti (Taricheutas vocant) ferro incurvo per nares cerebrum educunt, ejusque locum medicamentis et odoribus explent. Dehinc acutissimo lapide Æthiopico iterum in sedes suas reponunt, ac infartis odoribus consuunt; postea saliunt intro abditum 70. dies. His exactis, cadaver abluunt, sindone totum involvunt, gummi illinentes, et in ligneam hominis effigiem ad hoc factam includunt, atque ita reponunt. Simile est quod Diodorus Siculus refert lib. I. Vide plura apud Joan. Quenstedt.

[y] *Persæ etiam cera*] Idem de eo Persarum more tradunt Herodot. lib. I. Strabo lib. XV. quem Scytharum quoque fuisse refert Herodot. lib. IV. Vide Necrotaphologiam Magii. Æmilius Probus ait, Agesilaum defunctum in portu qui Menelai vocatur, inter Cyrenas et Ægyptum, ut Spartam facilius deferretur, cum mel non suppeteret, (nam melle multi corpora condiebant; ita Alexander Magnus conditus est) cera circumlitum fuisse. Joan. Quenstedt.

[z] *Magorum mos est*] Sensus est: Magi mortuos suos feris laniandos objiciunt, eosque deinde humo mandant.

num illud scimus esse; sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur: eamque optimam illi esse censent sepulturam.[a] Permulta alia[4] colligit Chrysippus,[b] ut est in omni historia curiosus; sed ita tetra sunt quædam, ut ea fugiat et reformidet oratio. Totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non negligendus in nostris; ita tamen, ut mortuorum corpora nihil sentire[5] sentiamus. 109. Quantum autem consuetudini famæque dandum sit, id curent vivi, sed ita, ut intelligant, nihil ad mortuos[6] pertinere.

Sed profecto mors tum æquissimo animo oppetitur,[7] cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.[8] Multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt: quam[9] utinam potuissem obire! nihil enim jam acquirebatur: cumulatà erant officia vitæ: cum fortuna bella restabant. Quare, si ipsa ratio minus perficiet, ut mortem negligere possimus; at vita acta perficiat,[10] ut satis superque vixisse videamur. Quanquam enim sensus abierit,[11] tamen summis et propriis bonis et laudis et gloriæ, quamvis non sentiant, mortui non carent. Etsi enim nihil in se

desunt in σ.—4 *Permulta talia* de Bentleii conjectura Dav. probante Gœrenz. ad Fin. p. 190.—5 Reg. Bern. 1. cod. Schotti, Venett. 1480. 1481. Orell. *sentire vivi*. Actutum, *censeamus* conj. nescio quis ap. Orell.—6 Reg. Bern. 1. alii codd. etiam ι ψ 1. 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nihil id ad mortuos*.—7 D E U χ ψ 1. 2. et edd. antiquiss. *appetitur*.—8 Hæc periodus, *Nemo ... munere*, suspecta erat A. Augustino.—9 Ita Dav. e conjectura, Wolf. Schutz. Orell. *quæ* codd. et edd. vett. Statim, *nihil enim famæ acquir.* conj. Bentl. Deinde, *vitæ fortuna; bella rest.* Lamb. *vitæ; cum Fortunæ bella rest.* codd. aliquot, Crat. Hervag. Gebh.—10 Rath. conj. *perficiet*.—11 Reg. Lamb. Dav. Orell. *aberit*. Statim, pro *summis*, Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *suis*, probante Bentl. Verba, *quamvis non sentiant* uncis inclusere Dav. Wolf.—

NOTÆ

[a] *Censent sepulturam*] Canes, ad hoc officium destinatos, sepulcrales vocabant. Idem de Bactris refert Strabo lib. II. Affine est quod de Caspiis idem habet: eos qui septuaginta amplius annos vixerunt, fame enectos in solitudinem ejiciunt; eminusque spectantes, si a feretro detrahi eos ab avibus videant, prædicant beatos; sin a feris aut canibus, non item; infelices, si omnino non detrahantur.

[b] *Chrysippus*] In eo libro quem 'De Bono' inscripsit, Περὶ τοῦ Καλοῦ, ex quo Athenæus, Deipnos. lib. IV. refert nonnulla.

Digitized by Google

habeat[12] gloria, cur expetatur, tamen virtutem, tanquam umbra, sequitur. Verum[13] multitudinis judicium de bonis, si quando est, magis laudandum est, quam illi ob eam rem beati. XLVI. 110. Non possum autem[1] dicere, (quoquo modo hoc accipiatur) Lycurgum, Solonem, legum et publicæ disciplinæ carere gloria; Themistoclem, Epaminondam, bellicæ virtutis. Ante enim Salaminam[2][c] ipsam Neptunus obruet, quam Salaminii tropæi[d] memoriam; priusque Bœotia Leuctra[e] tollentur, quam pugnæ Leuctricæ[f] gloria. Multo autem[3] tardius fama deseret Curium,[g] Fabricium,[h] Calatinum,[i] duo Scipiones,[k] duo Africanos,

12 *Etsi enim nihil habet* Reg. Bern. 1. tres codd. Oxon. Dav. Lall. Orell. *Etsi enim nihil habeat in se* Wolf. Schutz. Pro *tamen* Dav. de Bentleii conjectura dedit *tantum*.—13 *Et verum* de Bentleii conjectura Dav.

CAP. XLVI. 1 *Non possumus tamen* Dav. de Bentleii suspic. *quomodo hoc* D E U ξ χ ψ 1. *acciperetur* D. *accipietur* E U χ ψ 1. Reg. Victor. Dav. Orell. —2 *Salamina* Manut. Wolf. Schutz. Paulo post, *quam p. L. gloriæ* E. *quam p. L. gloria tollatur* ψ 2.—3 *Multo enim* E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Argent. 1511. Erasm. *Multo etiam* Manut. Lamb. Mox, *duos S. duos* edd. ante Gebh.

NOTÆ

[c] *Salaminam*] Insula est Saronici sinus, Peloponnesum inter et Atticam, Æginæ proxima.

[d] *Salaminii tropæi*] Seu victoriæ quam Themistocles e Xerxe ad Salaminam retulit. De qua hæc Justinus: Adventante in Græciam Xerxe, Themistocles, oraculi monitu, quo jussi erant Athenienses salutem muris ligneis tueri, classem adornat, angustiasque Salaminii freti, ne circumveniri ab hostili multitudine posset, occupat; consertaque pugna, Ionibus a Xerxe ad Themistoclem transfugientibus, vincuntur Persæ. Pugnavit pro Xerxe Artemisia Cariæ regina, specimen illud fidei conjugalis.

[e] *Leuctra*] Bœotiæ vicus juxta Thespias, sola Epaminondæ victoria nobilis.

[f] *Pugnæ Leuctricæ*] In qua invictam ad id tempus virtutem Lacedæmoniorum contudit Epaminondas: Lacedæmoniorum quatuor millia, et inter eos, cum fortissimi quique, tum rex ipse Cleombrotus, ceciderunt. Ita Xenophon, Diodor. Justin.

[g] *Curium*] M' Curium Dentatum, qui sic dictus quod cum dentibus natus sit: triplici consulatu, censura, triumpho de Samnitibus, Sabinis, et rege Pyrrho, sed longe modestia et abstinentia clarior, cum oblato a Samnitibus auro coctas a se rapas anteposuerit. Mortuus est 492. Plura in Catone Majore.

[h] *Fabricium*] C. Fabricius Luscinus, vir tribus consulatibus, censura, victoriis de Brutiis, Lucanis, et Pyrrho relatis, paupertate, morum innocentia, vitæque integritate clarissimus; cujus filia ex ærario publico dotata est, quoniam paternæ hæreditatis præter gloriam nihil erat.

[i] *Calatinum*] A. Attilius Calatinus, e gente Attilia consulari, duplici consulatu, censura, dictatura nobilis, in-

Digitized by Google

Maximum,[l] Marcellum, Paulum,[m] Catonem, Lælium, innumerabiles alios; quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, sed vera bonorum laude metiens, fidenti animo, si ita res fert,[4] gradietur ad mortem; in qua aut summum bonum, aut nullum malum esse cognovimus: secundis vero suis rebus volet etiam mori: non enim tam cumulus bonorum jucundus esse potest, quam molesta decessio. 111. Hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox, qui, cum Rhodius Diagoras,[n] Olympionices nobilis, uno die duo filios[5] victores Olympiæ vidisset, accessit ad senem, et gratulatus, 'Morere Diagora,' inquit, 'non enim in cœlum ascensurus es.' Magna hæc,[6] et nimium fortasse Græci putant, vel tum potius putabant; isque, qui hoc Diagoræ dixit, permagnum existimans, tres Olympionicas[o] una e domo prodire, cunctari illum diutius

—4 Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *si ita res feret;* Reg. Bern. 1. Gebh. *si ita refert;* Manut. *si ita res refert.* Paulo post, *volet jam mori*, vel *volet emori*, conj. Bentl.—5 Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *duo suos filios;* edd. ante Gebh. *duos suos filios.* Mox, *nunc enim* duo codd. Oxon. Guelf. Crat.—6 *Magnum hoc* conj. Bouh. et Rath. confutat Moser. Symb. p. 17. Paulo post,

NOTÆ

ter principes civitatis habitus aureo illo sæculo, quo clari habebantur Romæ ii uni, qui virtutibus florerent. Hunc nunquam Cicero sine honoris præfatione nominat. De illo in Catone Majore.

[k] *Duo Scipiones*] Eos ipsos de quibus supra, Cneium et Publium, utrumque consulem. Cneius filium habuit P. Scipionem Nasicam; Publius vero P. Scipionem Africanum et L. Scipionem Asiaticum.

[l] *Maximum*] Hunc opinor esse M. Valerium Corvum, nam duplex ei cognomen, 'Corvus' et 'Maximus.' Sex præturis, quinque consulatibus, censura, dictatura, 21 magistratibus curulibus, triumpho de Samnitibus et de Etruscis, insignis fuit.

[m] *Paulum*] E gente Æmilia. Hic est L. Æmilius ille Paulus, duplici consulatu, tribusque triumphis celeberrimus: nam prætor 564. de Hispania ulteriore, primum consul 571. de Liguribus, consul iterum 585. de Perse triumphavit. E filiis natu major in gentem Fabiam, minor in Corneliam adoptatus est. Quare ille Q. Fabius Maxim. Æmilian. hic vero P. Cornelius Maximus Scipio Æmil. dictus est.

[n] *Rhodius Diagoras*] Ejus in Olympicis victoriam celebrat Pindarus Ode VII. quæ literis aureis olim perscripta fuit in templo Minervæ. Cum Acusilao filio et tota prole statuas habuit Olympiæ. Ita Pausan. lib. VI.

[o] *Tres Olympionicas*] Unus pugil fuit, alter pancratiastes, tertius luctator. Cum tres simul filii coronas

Digitized by Google

in vita, fortunæ objectum, inutile putabat ipsi. Ego autem, tibi quidem quod satis esset, paucis verbis, ut mihi videbar, responderam: concesseras enim, nullo in malo mortuos esse; sed ob eam causam contendi, ut plura dicerem, quod in desiderio et luctu hæc est consolatio maxima: nostrum enim, et nostra causa susceptum dolorem, modice ferre debemus, ne nosmetipsi[7] amare videamur. Illa suspicio intolerabili dolore cruciat, si opinamur eos, quibus orbati sumus, esse cum aliquo sensu in iis malis,[8] quibus vulgo opinantur. [*p.* 173.] Hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus;[9] eoque fui fortasse longior. XLVII. 112. A. Tu longior? non mihi quidem: prior enim pars orationis tuæ faciebat, ut mori cuperem; posterior, ut modo non nollem, modo non laborarem: omni autem oratione[1] illud certe perfectum est, ut mortem non ducerem in malis.

M. Num igitur etiam rhetorum epilogum[p] desideramus? an jam hanc artem[2] plane relinquimus? A. Tu vero istam ne reliqueris, quam semper ornasti; et quidem jure: illa enim te, verum si loqui volumus, ornaverat.[3] Sed quinam est iste epilogus? aveo enim audire, quicquid est. 113. M. Deorum immortalium judicia solent in scholis proferre de morte, nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto[q] auctore,

ex domo Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—7 Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ne nosmet ipsos;* edd. antiquiss. *ne et nosmet ipsos;* Lall. e codd. *ne nosmet ipsos solos;* Wopk. suspic. *ne ita nosmet ipsos.*—8 Reg. et edd. antiquiss. *in his malis.* Tum, *vulgus opinatur* cod. Vindob. probante Rath.—9 Ita Reg. Victor. Gebh. seqq. *radicitus volui* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Manut. Lamb.

CAP. XLVII. 1 Reg. et edd. antiquiss. *ratione.*—2 Codd. Bentleii, codex unus Oxon. Reg. Dav. Orell. *an hanc jam artem.*—3 Ita codd. aliquot Oxon. Reg. margo Crat. Victor. Gebh. seqq. *illa enim, si vere l. v. te ornaverat* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb. *illa enim te, si vere l. v. ornaverat* Manut.—

NOTÆ

patris capiti imponerent, et suavissime amplexarentur, præ gaudio in manibus filiorum animam efflavit. Ita Gell. III. 15.

p *Rhetorum epilogum*] Rhetores ab oratoribus plurimum discrepabant ætate Ciceronis; rhetores enim præ contemtu dicebantur sophistæ, quibus variis temporibus varia nomina fuere, ut dictum est.

q *Herodoto*] Lib. I. ubi multa de morte.

Digitized by Google

aliisque pluribus. Primum Argiæ[4] [r] sacerdotis Cleobis et Biton filii prædicantur: nota fabula est: cum enim illam ad solenne et statum sacrificium[s] curru vehi[t] jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta; tunc juvenes ii, quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt: ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, cum currus esset ductus a filiis,[5] precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo: post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, mane inventos esse mortuos. Simili precatione Trophonius[u] et Agamedes usi dicuntur; 114. qui, cum Apollini Delphis[x] templum exædificavissent,[6] venerantes Deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed

4 *Argivæ* Lamb. uti volebat Heindorf. Nat. Deor. p. 79. Mox, *Bito* Dav. Schutz. Orell. Paulo post, *et statutum sacrif.* Reg. codd. aliquot Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. Deinde, *et ad jugum* codd. aliquot et Rath.—5 Bentl. conj. *ductus; filiis, &c.* Dav. suspic. *ductus; ea filiis, &c.* Actutum, *precata Deam* ed. vet. Bouh. et Crat. *ut illud præmium* Eliens. 2. *ut illis præmii* Reg. unde *ut illud præmii* Dav. *ut id illis præmii* conj. Rath. Tum, *dari possit* Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett.—6 Ita edd. antiquius. Erasm. Victor. Gebh. seqq. *exædificassent* codd. aliquot Oxon. Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Statim, *parvam illam quidem* Lamb. solus de conjectura.

NOTÆ

[r] *Argiæ*] Quæ sacerdos fuit Apollinis Delphici: hanc 'Argivam' vocat Val. Max. nomenque gentile esse putat; sed fœminæ cujusdam nomen est, ut ex Herodot. lib. VI. et Platone in Axiocho liquet.

[s] *Statum sacrificium*] 'Solenne et statum,' formula loquendi, pro statum, constitutum, fixum. Sic Cic. de Harusp. Resp. 'statas solennesque ceremonias.'

[t] *Curru vehi*] De ritu illo trahendorum in curru sacerdotum vide Stukium de Sacrificiis Veterum.

[u] *Trophonius*] Is forte est, qui alterum quoque templum Jovi construxit apud Thebas, teste Herodot. lib. VIII. Strabone lib. IX. ubi oraculum illud celebre fuit, a quo qui tristis reverteretur, nunquam in vita subinde rideret. Pausan. Liv. de Delphico. Hæc Diodor. Sicul. lib. XVI. Primo conditum est e lauri ramis e Thessalia advectis in speciei modum; deinde ab apibus ex cera et alarum membranulis, unde 'Pteram' dictum; tertio æneum structum; quarto a Trophonio et Agamede ex quadrato lapide; quinto ab Amphictyonibus instauratum.

[x] *Delphis*] Clarissimum Apollinis templum, quod non exstruxerant manus humanæ, sed nativa præcipitia muniverant; quippe ex quinque lapidibus exstructum, quorum in medio exigua planities, et in ea hiatus ex quo ventus et acer spiritus manans afflabat vatum mentes.

Digitized by Google

quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post ejus diei diem tertium: qui ut illuxit, mortui sunt reperti. Judicavisse Deum dicunt, et eum quidem Deum, cui reliqui Dii concessissent, ut præter ceteros divinaret. XLVIII. Affertur[1] etiam de Sileno[y] fabella quædam;[z] qui cum a Mida captus[a] esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse; proximum autem, quam primum mori. 115. Qua est sententia in Cresphonte usus Euripides:[2] [b]

> Nam nos decebat, cœtus[3] celebrantes, domum
> Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
> Humanæ vitæ varia reputantes mala:
> At, qui labores morte finisset graves,
> Hunc omni[4] amicos laude et lætitia exequi.

Simile quiddam est in Consolatione[c] Crantoris:[d] ait enim,

CAP. XLVIII. 1 Ita Reg. alii codd. Gebh. seqq. *divinaret mortem esse optimum homini. Fertur* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *divinaret, mortem esse optimum homini. Affertur* Victor.—2 Ita Reg. alii codd. Victor. Manut. Gebh. seqq. *Qua est usus sententia in C. E.* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb.—3 Lamb. et Oliv. *cœtu.*—4 Ita e conj. Davisii Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Hunc omnes* codd. aliquot Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Gebh. *Hunc*

NOTÆ

[y] *De Sileno*] Senex, Bacchi nutricius et pædagogus, semper asino vectus, ebriusque describi solitus, cornuto item capite, simisque naribus, magnæ tamen solertiæ; unde dicitur multa sapienter edisseruisse regi Midæ; memoraturque rex Antigonus vertisse sibi laudi, quod ab hostibus propter deformitatem quasi Silenus rideretur. Sen. de Ira III. 22. Nomen a σιλλαίνειν, *cavillari*. Ælian. Var. Hist. III. 40. Sileni dicuntur omnes satyri seniores. Pausan. in Att. quanquam aliqui pingunt Silenum humanis pedibus, satyros caprinis.

[z] *Fabella quædam*] Hanc multis exposuit Aristoteles in libro quem 'Eudemum' inscripserat; et ex eo Plut. in Consolatione ad Apollonium.

[a] *A Mida captus*] Vino, quo maxime Silenus delectabatur, in fontem quemdam infuso, captus est a rusticis, et ad Midam deductus. Ovid. Met. XI.

[b] *In Cresphonte.. Euripides*] Non extat ea tragœdia; locum tamen Græce habet Plut. libro de Audiendis Poëtis, et Sex. Empir. lib. III.

[c] *In Consolatione*] Quam Cicero in sua quoque Consolatione imitatum sese dixit supra.

[d] *Crantoris*] Fuit is, patria Solensis, secta Academicus: commentaria reliquit ad 30. millia versuum. Laudatur maxime liber quem de luctu edidit.

Digitized by Google

Terinæum quendam[e] Elysium, cum graviter filii mortem mœreret, venisse in Psychomantium,[f] quærentem, quæ fuisset tantæ calamitatis causa: huic in tabellis[g] tres hujusmodi versiculos datos:

Ignaris homines in vita mentibus errant:
Euthynous[h] potitur fatorum munere,[6] leto.
Sic fuit utilius finiri ipsique, tibique.

116. His, et talibus auctoribus usi, confirmant, causam rebus[7] a Diis immortalibus judicatam. Alcidamus[8] [i] quidam, rhetor antiquus, in primis nobilis, scripsit etiam laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione humanorum malorum. Cui rationes eæ, quæ exquisitius a philosophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis[9] non defuit. Claræ vero mortes pro patria oppetitæ, non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erichtheo,[10] [k] cujus etiam filiæ[l] cupide mortem expetiverunt

omnis al. *Hunc* omittunt Manut. Lamb.—6 Reg. Bern. 1. codd. Ursini, codd. aliquot Oxon. Victor. Lamb. in marg. 1584. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *numine*. Actutum, *læto* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. 1566. —7 Lamb. omittit *rebus*.—8 *Alcidamas* emend. Ursin. receperunt Lamb. 1584. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Actutum, *quidem* Bern. 1. a m. pr. uti conj. Bentl. item Dav. Wolf. Schutz. Orell. Paulo post, *ex enarratione* margo Crat. *malorum humanorum* codd. aliquot, et edd. ante Gebh. —9 Reg. *rationis*.—10 *Erechtheo* Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Statim, *oppetiverunt* de Bentleii conjectura Dav. *Co-*

NOTÆ

[e] *Terinæum quendam*] Terina oppidum est Brutiorum ad sinum Hipponiatem, in Calabria citeriori. Vocis affinitate deceptus est Paulus Jovius, qui Terinæam *Terram Novam*, longe hinc distantem, esse scripsit. Fabulæ de Terinæo meminit quoque Plut. in Consol. ad Apollon.

[f] *Psychomantium*] Locus erat cujusdam vaticinii, ubi fiebat divinatio per manium evocationem: ψυχὴ enim *animam*, μαντεία, *divinationem* significat.

[g] *Huic in tabellis*] Oracula fundebantur interdum ore vatis, cujusmodi Delphicum fuit et alia; interdum scriptis tabellis. Plura nos in libris de Divinat.

[h] *Euthynous*] Seu, ut Fulvio Ursino placet, *Euthydemus*, filius Elysii, oraculum consulentis.

[i] *Alcidamus*] Gorgiæ discipulus, patria Eleates, filius Dioclis illius qui de musica scripsit.

[k] *Erichtheo*] Vel *Erechtheo*, ut apud Apollodor. lib. IV. legitur, Atticæ rege, cujus est mentio Orat. pro Sextio. Ab eo forte nomen acceperat Erichthia, Atticæ quondam oppidum.

[l] *Cujus filiæ*] Plures fuisse Erechthei filias scribit quoque Herodot.

Digitized by Google

pro vita civium: [p. 174.] Codrum,[m] qui se in medios immisit hostes, veste famulari, ne posset agnosci, si esset ornatu regio; quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Menœceus[n] vero[11] non prætermittitur, qui, oraculo edito, largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia[o] Aulide duci se immolandam jubet,[12] ut hostium sanguis eliciatur suo. XLIX. Veniunt inde ad propiora. Harmodius[p] in ore,[1] et Aristogiton, Lacedæmonius Leonidas,[q] Thebanus Epaminondas vigent. Nos-

drum citant conj. Nissen. Deinde, *famulari veste* edd. ante Gebh.—11 Ita Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *vero* omittunt Reg. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Pro *qui* Reg. habet *quidem;* unde Bentl. conj. *qui itidem;* Dav. suspic. *qui item.*—12 Ernesti conj. *præbet.* Statim, *sanguis* omittunt Reg. et al. uncis inclusit Orell. *sanguinem eliciat* Leid. probante Bouh.

CAP. XLIX. 1 Rath. e codd. volebat *in ore est.* Mox, *viget* Reg. et tres

NOTÆ

unam tamen a patre mactatam, ut Eumolpum vinceret, tradit Plut. in Parallelis.

[m] *Codrum*] Regem Atheniensem, cujus post mortem Athenienses sub archontibus perpetuis fuerunt, qui postea decennio finiti, tum annui. Is, vastante Atticam exercitu Peloponnesiorum, inquit Pausan. vel Doriensium, teste Herodot. vel Lacedæmoniorum, auctore Velleio, responsum ab oraculo accepit, finem bello fore, si Codrus hostili manu occideret. Quod cum in castris hostilibus percrebuisset, edictum est ne quis Codrum vulneraret: ipse pabulantium hostium globo se objecit famulari cultu, unumque ex his falce percussum in cædem suam compulit. Val. Max. v. 6.

[n] *Menœceus*] Creontis Thebarum regis filius. Regnante Thebis Eteocle, reposcente alternis regnum Polynice, et obsidente cum Argivis Thebas, consulitur vates Tiresias, a quo responsum fertur, Thebanos victores fore, si Menœceus, filius Creontis, se ipse pro salute patriæ devoveat. Devovet se ille inscio patre, et vincunt Thebani Argivos, ut prædictum erat. Affine est hoc Menœcei facinus Mesæ regis Moabitarum facinori, qui filium hæredem in muris ipse mactavit. Reg. IV. 3.

[o] *Iphigenia*] Agamemnonis filia. Græci Trojam profecti, cum ad Aulidem Bœotiæ portum venissent, suspensis ventis, et pestilentia grassante, consulunt oraculum; a quo responsum est, Agamemnonis filiam Dianæ esse immolandam; sed hæc in ipso sacrificio a Diana subducta est, et cerva ejus in locum supposita. Ipsa virgo in regionem Tauricam translata, ubi Dianæ sacerdotio functa est. Videntur tamen Virg. et Ovid. cæsam affirmare.

[p] *Harmodius*] Harmodius et Aristogiton, tyrannicidæ celebres; Pisistrati enim filium, Hipparchum, Athenis tyrannum, interfecerunt. Herodot. lib. v. et VI. Thucyd. lib. I. Vell. lib. II.

[q] *Leonidas*] De illo supra.

Digitized by Google

tros non norunt; quos enumerare longum est;[2] ita sunt multi, quibus videmus optabiles mortes fuisse cum gloria.

117. Quæ cum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atque ita, velut superiore e loco, concionandum, ut homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant. Nam si supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino, quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, et ita conniventem somno consopiri sempiterno? Quod si fiat, melior Ennii, quam Solonis oratio.[3] Hic enim noster,

Nemo me lacrymis[r] decoret, (inquit) nec funera fletu[4]
Faxit.

At vero sapiens ille,[5]

Mors mea ne careat lacrymis:[s] linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.

118. Nos vero, si quid tale acciderit, ut a Deo denuntiatum videatur, ut exeamus e vita, læti, et agentes gratias, pareamus; emittique nos e custodia, et levari vinculis arbitremur, ut aut in æternam et plane in nostram domum remigremus, aut omni sensu molestiaque careamus: sin autem nihil denuntiabitur, eo tamen simus animo, ut horribilem illum diem[6] aliis, nobis faustum putemus; nihilque in malis ducamus, quod sit vel a Diis immortalibus, vel a natura, parente omnium, constitutum: non enim temere nec fortuito sati et creati sumus: sed profecto fuit quædam vis, quæ generi consuleret humano: nec id gigneret aut aleret, quod, cum exantlavisset[t] omnes labores, tum incideret in

codd. Oxon.—2 Reg. Bern. 1. edd. ante Lall. Wolf. Schutz. Orell. *magnum est*. Tum, *fuisse mortes* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 Cod. Ursini *melius Ennii, quam S. elogium*.—4 Dav. et Lall. de conj. Bentleii *funera lessum*.—5 *At vero ille sapiens* Reg.—6 Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Lamb. *cum diem*. Paulo post, *et fortuito* D. *ac fortuito* U χ. *quæ g. consuluerit* D. *ne id gig*. D E ξ ψ 1. *cum exanclavisset* Col. Venett. 1480.

NOTÆ

[r] *Nemo me lacrymis*] De illo Ennii carmine jam supra.

[s] *Mors mea ne careat lacrymis*] Iisdem post Solonem versibus usus est Poplicola, referente Plutarcho.

[t] *Exantlavisset* [*exanclavisset*] Sunt

Digitized by Google

mortis malum sempiternum. Portum potius paratum nobis et perfugium[7] putemus. 119. Quo utinam velis passis pervehi liceat! sin reflantibus[8] ventis rejiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est. Quod autem omnibus necesse est, idne miserum esse uni potest? Habes epilogum, nequid prætermissum aut relictum putes. A. Ego vero:[9] et quidem fecit etiam iste me epilogus firmiorem. M. Optime, inquam. Sed nunc quidem[10] valetudini tribuamus aliquid: cras autem, et quot dies erimus in Tusculano, agamus hæc, et ea potissimum, quæ levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum: qui omni e philosophia est fructus uberrimus.

1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—7 Codex unus Oxon. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *profugium*.—8 *Sin e reflantibus* Reg. *Si enim reflantibus* Venet. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *Sin autem reflantibus* codex unus Oxon. *Sin perflantibus* E ξ. *Sin reflamantibus* U. *Sin restantibus* Gebh. errore typogr. Statim, *tandem paulo tardius refrenamur* ψ 2.—9 *Ego vero habeo* D. Mox, *me e. fortiorem* E ξ.—10 D E U omittunt *quidem*. Statim, *valeamus aliqua* ψ 2. *et quos dies* Reg. alii codd. Venett. 1480. 1481. prob. Bouh. In fine, *omni philosophia* D E ι ξ.

NOTÆ

qui legi velint *exantlavisset*, et negent Latine dici 'exanclare,' aut originem illius vocis ullam e Latio aut Græcia adduci posse. Ab his dissentit Vossius in Etymolog. ubi multis exemplis confirmat, recte Latine dici 'exanclare' pro 'perferre;' et ab 'anculus' et 'ancula,' quod 'minister' et 'ministra' sonat, deduci: cur enim, inquit, ut 'anculare' sive ministrare aut perferre dicitur, non dicatur quoque 'exanculare,' et per syncopen 'exanclare?' Plura ille.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

AD M. BRUTUM

LIBER II.

DE TOLERANDO DOLORE.

ARGUMENTUM.

Post cohortationem ad philosophiam diligenter colendam, Latinisque inprimis illustrandam literis, cap. 1—3. sermo in Tusculano 'de dolore' institutus exponitur. Is inducitur ab exordio de philosophiæ laudibus, cap. 4. 5. et duobus inprimis tanquam capitibus continetur; quorum primum est, 'sitne summum malum dolor;' alterum, 'si non summum, annon malum certe.' Et primum quidem breviter hoc uno argumento refellitur, quod dedecus et turpitudo majus profecto sit dolore malum. cap. 5. In altero autem reliqua consumitur oratio. Et esse quidem magnam hic multorum imbecillitatem docet: Aristippum enim Socraticum non dubitasse dolorem summum malum dicere, quem Epicurus secutus sit; Hieronymum autem Rhodium summum bonum posuisse in vacuitate a dolore. Ceteros, præter Zenonem, Aristonem, et Pyrrhonem, malum putasse: poëtas quoque ab hac opinione non abesse, quod inducant summos homines in acutis doloribus non viriliter lamentantes. cap. 6—10. Jam rationes, quibus in frangendis his opinionibus utantur Stoici, contortulas esse, decipere magis volentium aut optantium, quam docentium, v. c. nihil esse malum, quod non sit turpe atque vitiosum: neque enim id ignorare quenquam; sed, doleamus, necne, nihil interesse, hoc docendum esse. cap. 11. 12. Melius et verius hoc esse: Omnia, quæ natura aspernetur, in malis esse; quæ asciscat, bonis. Quo posito, tamen honestum et rectum ita excellere, ut omnia corporis et fortunæ bona ad id minuta videantur, nec ullum malum cum turpitudinis malo comparandum. Quare,

Digitized by Google

cum turpe sit viro gemere, ejulare, flere, aut nullam virtutem esse, aut contemnendum dolorem. Prudentis porro esse, nihil facere, quo nil proficiat; sed gemitu et lamentationibus non minui dolorem: temperantiam denique, fortitudinem, justitiam, magnitudinemque animi doloris patientiam desiderare. cap. 12. Non autem negare se, dolorem esse dolorem; quorsum enim opus esse fortitudine? sed eum opprimendum esse patientia. Eam autem duobus modis comparari, primo exercitatione et consuetudine; id quod exempla multorum confirment, tanquam, Spartanorum, Marii, gladiatorum, veteranorum militum: cap. 13—16. deinde ratione. Et illud Epicuri quidem, Neglige dolorem; si longus, levis; si gravis, brevis; tum non respondere ei decreto, quo dolorem summum malum putet; tum et obscurum et falsum esse, quod de doloris diuturni levitate, et gravis brevitate dicatur. cap. 18. Itaque primum oportere hoc sibi quemque persuadere, nihil honestius esse ac laudabilius, adeoque etiam optabilius, quam ferre dolorem; deinde sibi ipsum imperare. Nam cum animus sit in partes tributus duas, alteram rationis participem, alteram expertem, illam huic imperare, tanquam dominum servo, h. e. a ratione coërcere temeritatem, oportere. Si se turpiter gerat, et gemitibus ac fletibus dedat, amicorum propinquorumque custodiis constringendam esse; si autem firmior sit, tanquam bonum militem admonitu revocandam esse ad dignitatem. cap. 19. 20. Sermone intimo ac tacito esse animum confirmandum: species honestas, tanquam Zenonis Eleatæ, Anaxarchi, Calani, esse animo proponendas. cap. 20. Intentionem etiam adhibendam esse, cujus, ut in corpore, sic in animo magna vis sit. cap. 22. 23. Contemnendo adeo levari omnem laborem doloremque. cap. 24. Illud denique proponendum animo; amplitudinem animi, quæ maxime emineat contemnendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. cap. 25. Adhibendam vero esse quandam doloris tolerandi æquabilitatem, quæ a ratione et consilio proficiscatur; eos enim, qui consuetudine tantum aliqua dolorem aliquem ferant, non in omni genere doloris fortes esse. Denique hanc frangendi doloris rationem etiam ad alias animi perturbationes leniendas adhiberi posse.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 175.] NEOPTOLEMUS[a] quidem,[1] apud Ennium, philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis; nam omnino haud placere. Ego autem, Brute, necesse mihi quidem[2] esse arbitror philosophari: nam quid possum,

CAP. I. 1 *Neoptolemus quidam* ed. vet. Bouh. ipso probante.—2 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. ap. Bentl. Victor. Gebh. Dav. Lall. *quidem mihi* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Wolf. Schutz. '*quidem* sine causa suspectum

NOTÆ

a *Neoptolemus*] De illo Neoptolemo nihil aliud extat. Fuit alius quidam Neoptolemus, Pyrrhi frater, filiusque Achillis. Item alius, unus e ducibus Alexandri, qui cum Eumene, Alexandri duce, pugnavit.

Digitized by Google

præsertim nihil agens, agere melius? sed non paucis, ut ille. Difficile est enim,[3] in philosophia pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraque, aut omnia: nam nec pauca, nisi e multis, eligi possunt; nec, qui pauca perceperit, non idem reliqua eodem studio persequetur. 2. Sed in vita tamen[4] occupata, atque, ut Neoptolemi tum erat, militari, pauca ipsa multum sæpe prosunt, et ferunt fructus, si non tantos, quanti ex universa philosophia percipi possunt, tamen eos, quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut ægritudine, aut metu liberemur: velut ex ea disputatione, quæ mihi nuper habita est in Tusculano, magna videbatur mortis effecta contemtio; quæ non minimum valet ad animum metu liberandum.[5] Nam qui id,[6] quod vitari non potest, metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest: sed qui, non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam vitam comparat.[7] 3. Quanquam non sumus ignari, multos studiose contra esse dicturos; quod vitare nullo modo potuimus,[8] nisi nihil omnino scriberemus. Etenim si orationes,[9] quas nos multitudinis judicio probari volebamus (popularis est enim illa facultas, et effectus eloquentiæ est audientium approbatio); sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quemque sperandi sibi, eundem et bene dicendi finem proponerent; et cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, jejunitatem et famem se malle, quam ubertatem et copiam, dicerent (unde erat ex-

Ernestio.' *Orell.*—3 *Difficile enim est* Venett. 1480. 1481. Erasm. Crat. Lamb. Sequens *in* absorptum in multis codd. etiam Reg. *vel pauca esse* de Bentleii conjectura Dav. probante Ernesti. Deinde, *qui pauca percepit* χ, Venet. 1480. Erasm. Manut. Lamb. *qui pauca percipit* U ψ 2. Venet. 1481. Beroald. al. vett.—4 *Sed tamen in vita* codd. Bentleii, Reg. Victor. Dav. Orell. Mox, pro *si*, sex codd. Oxon. Reg. et edd. antiquiss. habent *sed*. Tum, *ex parte* suspectum Reiskio, probante Ernesti. Deinde, *metu liberentur* Reg. D U ι ξ σ ψ 2. et edd. antiquiss. probante Dav. *metu animi liberentur* conj. Bentl.—5 Codex unus Oxon. *laborandum.*—6 *Nam qui* D σ ψ 2. *Nam is qui* E ξ. *quod evitari* E.—7 Manut. *comparavit*, uti auspic. Ernesti.—8 Codex unus Oxon. edd. antiquiss. et Crat. *possumus.*—9 *Etenim oratores* U ψ 1. Statim, *probare* e codd. Corrad. Quæst. p. 348. *probare probari* D. *volebamus, non comprobentur* ed. vet. Bouhierii, Argent. 1511. Erasm. *est* omittit ψ 2. *et effectrix* conj.

Digitized by Google

ortum genus Atticorum,[b] iis[10] ipsis, qui id sequi se profitebantur, ignotum; qui jam conticuere, pæne ab ipso foro irrisi); 4. quid futurum putamus, cum, adjutore populo, quo utebamur antea,[11] nunc minime nos uti posse videamus? Est enim philosophia paucis contenta judicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi et suspecta et invisa: ut vel, si quis universam velit vituperare, secundo id populo facere possit; vel, si in eam, quam nos maxime[c] sequimur, conetur invadere, magna habere possit auxilia a reliquorum philosophorum disciplinis. II. Nos autem universæ philosophiæ vituperatoribus respondimus in Hortensio:[d] pro Academia autem quæ dicenda essent,[1] satis accurate in Academicis quatuor libris explicata arbitramur: sed tamen tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus: in ipsa enim Græcia philosophia tanto in honore nunquam fuisset, nisi doctissimorum contentionibus dissensionibusque viguisset.

5. [*p.* 176.] Quamobrem hortor omnes, qui facere id possunt, ut hujus quoque generis laudem jam languenti Græciæ eripiant,[e] et perferant[2] in hanc urbem, sicut reli-

Lamb. Tum, *judicio approbate* E. *judicio approbatæ* ξ. *eundem bene* D E U ι ξ σ ψ 2. Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Erasm. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *finem ponerent* cum duobus codd. Lall. uti conj. Dav. *finem proponeret* codex unus Oxon. Actutum, *et* omittunt codd. aliquot; *ut* habet Leid.—10 Reg. et edd. antiquiss. *his*. Statim, *qui assequi idem* E ξ. *profitebatur*, omisso *se*, duo codd. Oxon. *qui tamen conticuerunt* conj. Ernesti; *qui jam conticuerunt* Reg. Dav. Orell.—11 Venet. 1480. *ante*. Paulo post, *possit facere* Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Deinde, *auxilia reliquorum* quatuor codd. Oxon. Reg. edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb. Dav. probantibus Gronoviis et Wopk.

CAP. II. 1 Ita Reg. Gebh. seqq. *erant* edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Boëthii codd. ad Topic. lib. v. p. 839. ed.

NOTÆ

[b] *Genus Atticorum*] Genus erat quoddam oratorum, ii ipsi forte quos alibi rhetores, per contemtum, vocat.

[c] *Quam nos maxime*] Academicam, quam cur maxime sequeretur Cicero, dictum est in Finibus.

[d] *In Hortensio*] Meminit quoque illius de Fin. lib. I. Nunc non extat. Citatur ab Aug. Conf. lib. VIII.

[e] *Græciæ eripiant*] Quanquam mittebant Romani etiam tum juventutem suam Athenas, ubi id quoque temporis florebant Philo, Antiochus, &c. dicitur tamen languere Græcia propter excellentes viros, quos olim ha-

Digitized by Google

quas omnes, quæ quidem erant expetendæ, studio atque industria sua majores nostri transtulerunt. Atque oratorum[3] quidem laus, ita ducta ab humili, venit ad summum, ut jam (quod natura fert in omnibus fere rebus) senescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur. Philosophia nascatur Latinis quidem literis ex his temporibus; eamque nos adjuvemus; nosque ipsos redargui refellique patiamur. Quod ii[4] ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt, eaque necessitate constricti, ut, etiam quæ non probare soleant, ea cogantur, constantiæ causa, defendere: nos, qui sequimur probabilia,[f] nec ultra id quod[5] verisimile occurrerit, progredi possumus, et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia, parati sumus.

6. Quod si hæc studia traducta erunt ad nostros, ne bibliothecis quidem Græcis egebimus, in quibus multitudo infinita librorum, propter eorum est[6] multitudinem, qui scripserunt; eadem enim dicuntur a multis; ex quo libris omnia referserunt: quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. Sed eos, si possumus, excitemus, qui, liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione et via[7] philosophantur. III. 7. Est enim quoddam

Basil. *transferunt;* Reg. aliique codd. *præferunt.*—3 *At oratorum* E ξ. *Atque oratoria* de Bentleii conjectura Dav. Pro *ita* Ernesti conj. *illa;* refutat Nissen. Paulo post, *consenescat* Crat. *philosophia quidem nascatur* codex unus Oxon. *philosophia igitur nascatur* Lamb. ex antiquiss. *phil. ergo nascatur* Lall. *phil. nascitur* de Bentleii conjectura Dav. probante Ernesti; refutat Nissen. Deinde, *refelli redarguique* edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat.—4 *Quod hi* Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *Quod si hi* codex alter Reg. Dav. in ed. sec. Schutz.—5 Ita Manut. et Lamb. *nec ultra quam id, quod* Reg. Bern. edd. ante Manut. item Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nec ultra id, quam quod* Gebh. Actutum, *veri simile occurrit* Reg. alii codd. etiam ι σ ψ 1. *verisimile credimus occurrerit* ξ. *progredi possimus* U. *refelli s. p. et refellere s. iracundia* suspic. Manut. improbante Lall. *et refellere s. p. et r. s. i. p. sumus* desunt in ψ 2.—6 Ita Reg. Manut. Gebh. seqq. *est propter eorum* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Lamb. Lall. Paulo post, *omnia referta sunt* Eliens. 2. Ald.—7 Codd. aliquot et Crat. *vita.*

NOTÆ

buerat, Platonem, Aristotelem, Pythagoram, Democritum, Socratem, &c.

[f] *Sequimur probabilia*] Quod Academicorum proprium est.

Digitized by Google

genus eorum, qui se philosophos appellari volunt, quorum dicuntur esse Latini sane multi libri; quos non contemno equidem,[1] quippe quos nunquam legerim; sed quia profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere; lectionem sine ulla delectatione negligo. Quid enim dicant, et quid sentiant ii,[2] qui sunt ab ea disciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Quamobrem, quoniam, quemadmodum dicant, ipsi non laborant; cur legendi sint,[3] nisi ipsis inter se qui idem sentiunt, non intelligo. 8. Nam, ut Platonem, reliquosque Socraticos,[g] et deinceps eos qui ab his profecti sunt, legunt omnes, etiam qui illa aut non approbant, aut non studiosissime consectantur; Epicurum autem, et Metrodorum,[h] non fere præter suos quisquam in manus[4] sumit; sic hos Latinos ii soli legant, qui illa recte dici putant. Nobis autem videtur, quicquid literis mandetur, id commendari[5] omnium eruditorum lectioni decere: nec, si ipsi[6] minus consequi possumus, idcirco minus id ita faciendum esse sentimus. 9. Itaque mihi semper Peripateticorum Academiæque consuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes disserendi, non ob eam causam solum

Cap. iii. 1 Edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *quidem*.—2 Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *hi*. Actutum, *qui abeunt* E ξ. *disciplina remoti* D. *nemo ne mediocriter quidem* conj. Lamb. in ed. 1584. refutat Wopk.—3 D U *sunt*. Mox, *ipsis* est de conjectura Clerici, prob. Dav. *ipsi* servant codd. et edd. ante Ernesti; *nisi inter suos* conj. Bentl. unde Dav. *nisi ipsi inter suos*. Tum, *qui i. sentiant* suspic. Ernesti. *ego non intelligo* edd. antiquiss. Beroald. Crat.—4 Edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. *in manu*; Erasm. *in manum*. Statim, *hi soli legunt* Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *ii soli legunt* alii codd. et edd. ante Ernesti, qui e cod. Guelf. edidit *legant*.—5 Dav. in ed. pr. *commodari*. Statim, *omni e. lectione* ξ. *omnium e. lectione* ι σ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Pro *decere*, codd. aliquot, et edd. vett. habent *debere*. Refutat Wopk. p. 51. et Ernesti.—6 *Nec, si id ipsi* Reg. Victor. Dav.

NOTÆ

g *Reliquosque Socraticos*] Socratici fuere Antisthenes, Aristippus, Phædo, Plato, Euclides, Aristoteles, aliique qui varias in sectas abiere. Ab Antisthene Cynici, ab Aristippo Cyrenaici, a Phædone Eliaci, a Platone Academici, ab Euclide Megarici, &c.

h *Metrodorum*] Epicuri discipulum, Atheniensem. De variis Metrodoris dictum in lib. Academicorum.

Digitized by Google

placuit, quod aliter non posset, quid in unaquaque re[7] verisimile esset, inveniri; sed etiam quod esset ea maxima dicendi exercitatio; qua princeps usus est[i] Aristoteles, deinde eum qui secuti sunt. Nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum præcepta tradere, alio philosophorum, ad quam nos consuetudinem a familiaribus nostris[k] adducti, in Tusculano, quod datum est temporis nobis, in eo[8] consumsimus. Itaque cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, sicut pridie feceramus, post meridiem in Academiam[l] descendimus: in qua disputationem habitam, non quasi narrantes, exponimus,[9] sed eisdem fere verbis, ut actum disputatumque est.

IV. 10. [*p.* 177.] Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus, et a tali quodam inductus[1] exordio. A. Dici non potest, quam sim hesterna disputatione tua delectatus, vel potius adjutus. Etsi enim mihi sum conscius,[2] nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ; tamen objiciebatur interdum animo metus quidam et dolor, cogitanti, fore aliquando finem hujus lucis, et amissionem omnium vitæ commodorum. Hoc genere molestiæ sic (mihi crede) sum liberatus, ut nihil minus curandum putem. 11. M. Minime mirum id quidem. Nam efficit hoc philosophia: medetur animis, inanes solicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed hæc ejus vis non

Wolf. Schutz. Orell.—7 Ita edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb. Gebh. Lall. *in quaque re* Reg. Bern. 1. Victor. Mannt. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—8 Dav. de Bentleii conjectura *in ea.*—9 Bouh. conj. *exponemus.*

CAP. IV. 1 Ita Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *ductus* Crat. Wolf. Schutz. Orell. probb. Ernesti et Gœrenz. Acadd. II. p. 75.—2 Edd. antiquiss. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *conscius sum.* Statim, *vitæ cupidum fuisse* Reg. codd. Bentleii, et Dav. *interdum objiciebatur* codd. Bentleii et Dav. Deinde, *cogitantis* codex unus Oxon. Bern. a m. pr. et Wolf. in ed.

NOTÆ

[i] *Qua princeps usus est*] Variam variis temporibus docendi methodum secutus est Aristoteles.

[k] *Familiaribus nostris*] Hirtio, Dolabella, Bruto, M. Pisone.

[l] *In Academiam*] Villam Ciceronis, de qua dictum in Academicis.

Digitized by Google

idem potest apud omnes: tamen[3] valet multum, cum est idoneam complexa naturam. Fortes enim non modo fortuna adjuvat, ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, quæ quibusdam quasi præceptis confirmat vim fortitudinis. Te natura excelsum quendam videlicet, et altum, et humana despicientem genuit: itaque facile in animo forti contra mortem habita insedit oratio. Sed hæc eadem num censes apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, a quibus inventa, disputata, conscripta sunt? Quotus enim quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus,[4] ut ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet? qui obtemperet ipse sibi, et decretis suis[m] pareat? 12. Videre licet alios tanta levitate et jactatione, iis ut[5] fuerit non didicisse melius; alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum servos; ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio: quod quidem mihi videtur esse turpissimum. Ut enim, si, grammaticum se professus, quispiam barbare loquatur, aut si absurde canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cujus profiteatur[6] scientiam; sic philosophus, in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quod in officio, cujus magister esse vult, labitur, artemque vitæ professus, delinquit in vita. v. A. Nonne verendum[1] igitur, si est ita, ut dicis, ne philosophiam falsa gloria exornes? Quod est

pr.—3 Ita Bern. 1. edd. ante Victor. item Wolf. et Schutz. *tum* Reg. omnes Oxon. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Lall.—4 Duo codd. Oxon. et margo Crat. *institutus*. Paulo post, *qui obt. ipsi sibi* codd. aliquot, etiam U ψ 2. *sibi* omittunt E ξ.—5 Reg. a m. sec. et Dav. *ut his*; Reg. a m. pr. *ut iis*; Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. *his ut*; Dav. in ed. 2. *uti his*. Statim, *ut eorum cum vita* conj. Lamb. *ut cum eorum vita et vitiis* Norvic. Dav. in ed. pr.—6 Ita de conjectura Ernesti et Schntz. *profitetur* codd. et edd. ante Ernesti. Actutum, *sapientiam* D. Tum, *vitæ ratione* Reg. alii codd. Dav. et Orell.

CAP. V. 1 Ita edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *veren-*

NOTÆ

[m] *Decretis suis*] Quæ Græci 'dogmata,' Latini 'scita,' 'placita,' 'decreta' vocant.

Digitized by Google

enim majus argumentum, nihil eam prodesse, quam quosdam perfectos [2] philosophos turpiter vivere?

13. M. Nullum vero id quidem argumentum est: nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, (falsumque illud, ac improbe,

Etsi in segetem [3] [n] sunt deteriorem datæ
Fruges, tamen ipsæ suapte natura enitent,[a])

sic animi non omnes culti fructum ferunt. Atque, (ut in eodem simili verser) ut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest; sic sine [4] doctrina animus: ita est utraque res sine altera debilis. Cultura autem animi philosophia est: hæc [5] extrahit vitia radicitus, et præparat animos ad satus accipiendos; eaque mandat his, et, ut ita dicam, serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. Agamus igitur, ut cœpimus. Dic, si vis, de quo disputari velis.

14. A. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiamne majus, quam dedecus? A. Non audeo id dicere quidem, et me pudet tam cito de sententia esse dejectum. M. Magis esset pudendum, si in sententia [6] permaneres. Quid enim minus est dignum,[7] quam tibi pejus

[a] *Et licet falsum sit id quod ait Accius, Etsi fruges bonæ mittantur et serantur in agro pessimo, tamen ipsæ per se recte crescunt ac maturescunt.*

dum est Reg. Bern. 1. D E ξ χ ψ 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 E ξ, alii codd. et Gebh. *professos.*—3 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. et edd. plurimæ ante Lamb. *falsoque illud et improbe:*

Etsi in segetem, &c. Lamb.

falsumque illud Attii,

Probæ etsi in segetem, &c.

de Mureti conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *improbum* habet edd. vet. Bouhierii. Lamb. conj. *Etsi segetem sunt in det. &c.*—4 Lamb. conj. *sic nec sine,* improbante Fabr. Mox, *utraque res una sine* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Manut. Lamb.—5 Ita Reg. Gebh. seqq. *quæ* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *hæc autem* tres codd. Oxon. Mox, *mandat iis* edd. ante Ernesti.—6 Venet. 1480. *si in ea sententia.*—7 Lamb. *est te dignum.* Statim, *quicquam*

NOTÆ

[n] *Etsi in segetem*] Carmen Accii, trimetrum comicum, unde, ut numerus constet, sic quidam primum carmen legunt: *Etsi segetem sint in deteriorem datæ.* Muretus legit *falsumque illud Atti, Probæ etsi segetem sunt in deteriorem datæ, &c.*

Digitized by Google

quicquam videri dedecore, flagitio, turpitudine? quæ ut effugias, quis est, non modo non recusandus, sed non ultro appetendus, subeundus, excipiendus dolor? [*p.* 178.] A. Ita prorsus existimo: quare ne sit sane summum malum dolor: malum certe est.[8] M. Videsne igitur, quantum, breviter admonitus, de doloris terrore dejeceris? 15. A. Video plane: sed plus desidero. M. Experiar equidem: sed magna res est; animoque mihi opus est non repugnante.[b] A. Habebis id quidem: ut enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cumque ducet, sequar.

VI. M. Primum igitur de imbecillitate multorum, et de variis disciplinis philosophorum[1] loquar; quorum princeps et auctoritate et antiquitate, Socraticus Aristippus,[o] non dubitavit summum malum dolorem dicere. Deinde[2] ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Hunc post,[3] Rhodius Hieronymus,[p] dolore vacare, summum bonum dixit: tantum in dolore duxit mali. Ceteri, præter Zenonem,[q] Aristonem, Pyr-

[a b] *Et mentem tuam esse docilem postulo.*

pejus Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *non modo recusandus, sed non ultro* Reg. Bern. 1. Col. Guelf. codd. Lambini, ed. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *non modo non r. sed ultro* tres codd. Oxon. Leid. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lall. *sed etiam non ultro* cod. Ursini.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *est certe.*

CAP. VI. 1 Wolf. et Orell. *disciplinis, philosophorum;* Dav. conj. *et e variis disciplinis phil.* Bonb. suspic. *de imbecill. et de variis d. multorum phil.* Mox, *dolorem summum malum* edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor.—2 Ita Reg. Col. Manut. Gebh. seqq. *Dehinc* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. et al. vett. *enervatam ad hanc* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—3 *Post hunc* Lamb. solus. Mox, *vacare dolore* Reg. Dav. Orell. Paulo post, *ferre. A. Quomodo tu? M. Malum, &c.* Venett. 1480. 1481. Be-

NOTÆ

[o] *Aristippus*] Socratis discipulus, non tamen sectator. Successit illi in schola filia nomine Areta, quæ a patre edocta erat: Aretæ filius fuit Aristippus alter, μητροδίδακτος appellatus, quod philosophiam a matre didicisset.

[p] *Rhodius Hieronymus*] Hujus meminimus de Fin. lib. II.

[q] *Zenonem*] Is malum esse dolorem negabat, quippe qui deteriorem hominem non faciat. Tres porro Zenones fuere: primus Eleates, qui Nearcho tyranno aurem dentibus secuit; alter Stoicus; tertius Epicureus, qui Ciceronis tempore floruit.

Digitized by Google

rhonem, idem fere, quod modo tu: malum illud quidem, sed alia pejora. 16. Ergo, id quod natura ipsa, et quædam generosa virtus statim respuit, ne dolorem[4] summum malum diceres, oppositoque dedecore sententia depellerere, in eo magistra vitæ philosophia tot sæcula permanet. Quod[5] huic officium, quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? quam porro quis ignominiam, quam turpitudinem non pertulerit, ut effugiat dolorem, si id summum malum esse decreverit? Quis autem non miser, non modo tunc, cum premetur summis doloribus, si in his[6] est summum malum; sed etiam cum sciet id sibi posse evenire? et quis est, cui non possit? 17. Ita fit, ut omnino nemo esse possit beatus.[7] Metrodorus[r] quidem eum perfecte[8] putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum, ita semper fore. Quis autem est iste, cui id exploratum possit esse? VII. Epicurus vero ea dicit, ut mihi quidem risus captare videatur: affirmat enim quodam loco, 'Si uratur sapiens, si crucietur;' expectas fortasse, dum dicat, 'Patietur, perferet, non succumbet.'[1] Magna, mehercule, laus, et eo ipso, per quem juravi, Hercule digna;[s] sed Epicuro, homini aspero et

roald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—4 Reg. D U ι σ χ *ne se dolorem*; E ξ omittunt *ne*; Eliens. 2. *esse dolorem*; Bentl. conj. *ne scilicet dolorem*; Dav. suspic. *ne esse dolorem*. Statim, *malum dicere* D E U ι ξ σ χ. *depellerere* omittunt E ξ. *depelleret* U. *depellere* ι σ χ ψ 1. 2. *vitæ tot sæcula permaneret philosophia* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. *vitæ tot sæcula permanet philosophia* Manut. Lamb. *Ergo id . . . in magistra, &c.* conj. Bentl. recepit Dav. in ed. pr. *Ergo, si quod . . . in eo, &c.* conj. Bouh.—5 *Sed quæso quod* E ξ. Paulo post, *summum mali* ψ 2. *esse sibi* Lamb. *sibi* omittit codex unus Oxon. Hæc omnia, *persuaserit? quam . . . malum esse*, desunt in σ. *persuaserit? contraque quam* D E U ι ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. *quam porro . . . esse decreverit* omittit ι. *non pertulit* ψ 1. *ut non fugiat* D. *ut non effugiat* ψ 1.—6 Argent. Erasm. Wolf. in ed. sec. *si in iis*; χ *si nihil*. Verba, *Quis autem . . . summum malum*, desunt in ψ 2.—7 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *possit esse beatus*.—8 Bentleii codd. Dav. et Orell. *perfecte eum*; D E U omittunt *eum*.

NOTÆ

[r] *Metrodorus*] Atheniensis, unus e præcipuis Epicuri sectatoribus, vir præstanti memoria.

[s] *Hercule digna*] Qui cum dolores ex veste induta ferre non posset, quasi furore correptus in pyram se conjecit in monte Œta.

Digitized by Google

duro, non est hoc satis. In Phalaridis tauro si erit, dicet, 'Quam suave est hoc![2] quam hoc non curo!' Suave etiam? an parum est, si non amarum? At id quidem[3] illi ipsi,[t] qui dolorem malum esse negant, non solent dicere, cuiquam suave esse cruciari: asperum, difficile, odiosum, contra naturam dicunt, nec tamen malum. Hic, qui non solum hoc malum dicit, sed malorum[4] omnium extremum, sapientem censet id suave dicturum. 18. Ego a te[5] non postulo, ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, ut scis, voluptarius.[e] Ille dixerit sane idem in Phalaridis[u] tauro, quod, si esset in lectulo: ego tantam vim non tribuo sapienti[6] contra dolorem. Sit fortis[7] in perferendo, officio satis est: ut lætetur etiam, non postulo: tristis enim res est sine dubio, aspera, amara, inimica naturæ, ad patiendum tolerandumque difficilis. 19. Aspice Philoctetam,[x] cui concedendum est gementi: ipsum enim Herculem viderat in Œta[y] magnitudine dolorum ejulantem.[z] Nihil igitur hunc virum sagittæ, quas ab Her-

[e] *Ut dolorem eodem nomine appelles, quo Epicurus voluptatem appellat; et eandem esse in dolore suavitatem dicas, quam in voluptate esse Epicurus dicit.*

CAP. VII. 1 E ξ *perfert, non succumbit.*—2 *Quam suave est*, omisso *hoc*, codd. aliquot, etiam ι σ χ ψ 2. et Dav. probante Bentl.—3 *Atqui iidem* Leid. *Ad id quidem* ψ 2.—4 Ita de Bentleii conjectura Dav. *Hic, qui solum hoc malum dicit, et malorum* Reg. Bern. 1. alii codd. et edd. ante Dav. *Hic qui solum hoc malum, aut malorum* conj. Wolf.—5 *Ego autem a te* D E. Mox, *voluptatem* de Bentleii conjectura deleruut Wolf. et Schutz. uncis incluserunt Dav. et Orell.—6 Reg. Bern. 1. Æ ξ χ ψ 1. margo Crat. Victor. Wolf. in ed. pr. *sapientiæ*. Edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *sapienti et contra, &c.*—7 *Si forte* ι σ ψ 2. et edd. antiquiss. *Se forte* alii codd. unde Lamb. in curis secundis volebat *Esse fortem.* Mox *officii* D E U ξ. *ut l. non*

NOTÆ

[t] *Illi ipsi*] Stoici.

[u] *Phalaridis*] Tyranni Agrigentinorum, crudelitate sua præ ceteris nobilitati, de cujus aëneo tauro Plin. lib. XXXIV.

[x] *Philoctetam*] Id Philoctetæ tribui non posse censet Pet. Victorius, sed Pæanti ejus patri; tempora videlicet repugnare; Herculem enim in Deos relatum esse multo ante Trojanum bellum, ad quod profectus est Philocteta, ut ex Sophoclis Philoctete patet. Adde quod sagittas ab Hercule acceperit Pæan, auctore Apollodoro.

[y] *In Œta*] Thessaliæ mons est in sinum Maliacum desinens.

[z] *Ejulantem*] Mortem Herculis sic narrant mythologi: Cum Ætoliæ fluvium una cum Deianira Hercules

Digitized by Google

cule acceperat, tum consolantur;[8] cum

E viperino morsu, venæ viscerum,
Veneno imbutæ, tetros cruciatus cient.[9]

Itaque exclamat, auxilium expetens, mori cupiens:[a]

Heu! quis[10] salsis[b] fluctibu' mandet
Me ex sublimi[11] vertice saxi?
Jamjam absumor;[12] conficit animam
Vis vulneris,[13] ulceris æstus.

Difficile dictu videtur, eum non in malo esse, et magno quidem, qui ita clamare cogatur.[14] VIII. 20. [p. 179.] Sed videamus[1] Herculem ipsum, qui tum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte quærebat. Quas hic voces, apud Sophoclem in Trachiniis,[c] edit? cui cum

postulo etiam D.—8 Ita de Bentleii conjectura Dav. Wolf. in ed. sec. Schutz. Orell. *consolabantur* codd. omnes et edd. ante Dav. item Lall. et Wolf. in ed. pr.—9 Ita Reg. Bern. 1. Toletan. Schotti, Venet. 1480. Erasm. Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *cierent* codd. aliquot, etiam ξ χ ψ 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb. Oliv. *sentirent* ι. *scient* σ. *cierunt* ψ 2.—10 *Heu! qui* D χ. *Heu! quam* ψ 2. *Ecqui* de Bentleii conj. Dav. *Hei! quis* Hermann. de Æschyli Phil. p. 15. *falsis* ι ψ 2. *salis* ξ. *fluctibus* D E U.—11 *Me ex sublimo* Wolf. Schutz. Orell. e codd. probante Dav. *Me* deest in ψ 2. *saxi* omittunt E ξ.—12 E *assumor;* ψ 2 *asumor.*—13 *Virus vulneris* volebant Voss. et Gronov. *Vis mulieris* σ. *Vis v. et ulceris* ed. vet. Bouh. ipso probante.—14 Gebh. *cogitur.*

CAP. VIII. 1 *Sed audiamus* conj. Dav. Mox, *cum immortalitate ipsa* χ.

NOTÆ

transiturus esset, Nessus centaurus opem suam obtulit Deianiræ trajiciendæ: Hercules igitur, relicta Nesso Deianira, fluvium primus trajicit. Interim Nessus Deianiræ vim inferre molitur; sed ab Hercule sagittis hydræ veneno infectis transfigitur ex ulteriore ripa. Nessus moriens vestem suam hydræ veneno ac sanguine suo perfusam tradit Deianiræ, fingitque illi inesse vim amatoriam, qua si induatur Hercules, remedium fore adversus amores pellicum. Deianira subinde, auditis Herculis et Ioles amoribus, mittit vestem ad Herculem: ille, ea induta, tanquam igne sacro correptus, in pyram se conjicit. Audita conjugis morte, Deianira suspendio se ipsa necavit.

[a] *Mori cupiens*] Cum in Lemno insula expositus est a Græcis ejus ulceris fœtorem ejulatusque graviter ferentibus: ad Trojam tamen mox inde abductus est a Neoptolemo et Ulysse. Quod argumentum est tragœdiæ Sophocleæ.

[b] *Heu quis salsis*] Versus trochaici ex aliqua Accii tragœdia desumti, ut Manutio placet. Sensus est: Heu! quis me ex sublimi vertice saxi projiciet in salsos fluctus?

[c] *In Trachiniis*] Argumentum tragœdiæ Sophocleæ, ita inscriptæ, quod Licham Hercules Trachinem miserit, qui a Deianira vestem Nessi acciperet, vel quod veste exitiali indutus

Digitized by Google

Deianira[d] sanguine centauri tinctam tunicam induisset, inhæsissetque ea visceribus, ait ille:

O multa dictu gravia,[e] perpessu aspera,
Quæ[2] corpore exantlavi, atque animo pertuli!
Nec mihi Junonis terror[3] [f] implacabilis,
Nec tantum invexit tristis Eurystheus[g] mali,
Quantum una vecors Œnei partu[4] edita.
Hæc me irretivit veste furiali inscium,
Quæ, lateri inhærens, morsu lacerat viscera,
Urgensque graviter pulmonum[5] haurit spiritus:
Jam decolorem sanguinem omnem exsorbuit:
Sic corpus clade horribili absumtum extabuit.
Ipse illigatus peste interimor textili.[*]
Hos non hostilis dextra, non terra edita[h]

[*] *Ipse interimor veneno pestifero, quo me aspersit vestis textilis, quam mihi dedit Deianira.*

cum i. *ipsam* E U ξ σ, Cant. Dav. uti volebat Bentl.—2 *Qui* Wolf. in ed. pr. *corpore exanclata* Reg. Col. ι σ ψ 2. ed. vet. Bouh. Crat. Manut. Dav. Lall. Orell. *corpore exanclato* D E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor. Gebh. *corpore exanclavi* Bern. Wolf. Schutz.—3 Bentl. et Bouh. conj. *ferves*; Nissen. suspic. *furor*.—4 *Œneo partu* conj. Nissen. *Œneo patre* de Bentleii sententia Dav.—5 Cod. σ *pulmone*; ψ 1. 2 *pulmonem*. Tum,

NOTÆ

Trachinem navi delatus sit. Nota est fabula.

[d] *Deianira*] Œnei, Ætoliæ, vel, ut aliis placet, Calydoniorum regis filia, Acheloo desponsata; sed Hercules cum Acheloo colluctatus eam ab Œneo accepit.

[e] *O multa dictu gravia*] Extat totus ille locus in media Trachiniarum tragœdia: Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ, κ. τ. λ.

[f] *Junonis terror*] Juno, odio Alcmenæ, quæ ex Jove Herculem conceperat, immisit ferocissimos angues duos, qui vix natum Herculem interficerent. Hercules autem ambabus eos manibus apprehensos ita constrinxit, ut suffocaverit.

[g] *Tristis Eurystheus*] Filius Stheneli et Archippes. Cum jam nonum mensem ageret Hercules in utero matris, et septimum Eurystheus, juravit Jupiter, eorum qui primus nasceretur, alteri imperaturum. Quare Juno septimestrem Eurystheum ex utero matris eduxit; Herculis autem ortum in mensem decimum prorogavit. Ita Theocrit. Eurystheus grandior, consilio Junonis, jussit Herculem universum terrarum orbem monstris expurgare. Hinc varii Herculis labores.

[h] *Non terra edita*] Varia fingitur origo fuisse gigantum. Hos Hesiodus e Terra, Cœlique, qui pater Saturni fuit, sanguine natos tradit; Apollodorus solius Terræ filios. Irata videlicet Ops, sive Terra, quod

Digitized by Google

Moles gigantum,[i] non biformato[6] impetu[k]
Centaurus[l] ictus corpori infixit[7] meo,
Non Graia vis,[m] non barbara ulla immanitas,
Non sæva terris gens relegata ultimis,[n]
Quas peragrans,[o] undique omnem hinc feritatem expuli:[8]
Sed fœminea vi,[9] fœminea interimor manu.
O nate![p] vere hoc nomen usurpa patri,
Nec me occidentem[10] matris superet caritas.
Heu! arripe[11] ad me manibus abstractam piis.[b]

[b] *Ne sinas, dum morior, amorem erga me tuum superari amore quo matrem prosequeris. Illam piis manibus prehende, et adduc ad me.*

hausit spem ψ 2.—6 Cod. σ *ibi formato;* ψ 2 *biformata in specu.*—7 Ita Reg. Bern. alii codd. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Defendit Bouh. laudans Virg. Æn. IV. 689. *infixit* D E U ι χ ψ 1. Leid. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz.—8 Tres codd. Oxon. *expulit;* Reg. Bern. Venet. 1481. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *hic f. expuli.*—9 *Sed semina vis* ψ 2. *Sed vir* ι *Sed fœminea vis* E ξ χ. *Sed fœminea vir* Reg. Bern. σ ψ 1. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. *Sed fœminæ vir, fœminæ, &c.* conj. Bentl. recepit Dav.—10 Wold. in ed. pr. de Bouhierii conj. *usurpa! patre Neve occidente;* Wolf. in ed. sec. *usurpa patris; Neve occidentem;* Reg. D E U ι ξ χ ψ 2. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Orell. *Ne me occidentem;* σ *Nemo occidentem.*—11 Ita Gebh. *Huc arripe* codd.

NOTÆ

occisi essent Titanes, gigantes edidit. In Phlegræis campis, vel, ut alii maluerunt, ad Pellenen, habitarunt.

[i] *Moles gigantum*] Vel quos ad Vesuvium montem in Italia Hercules debellavit, ut vult Manutius; vel quos Juno adversus eum educaverat; vel qui nati fuerant e sanguine Nemæi leonis; vel quos ad isthmum Corinthi occidit.

[k] *Biformato impetu*] Biformes dicuntur centauri, quod pars eorum inferior equina, ad pectus usque; superior, humana fuisse fingatur. Unde locus fabulæ datus sit, dictum alias.

[l] *Centaurus*] Nessus, de quo jam ante.

[m] *Non Graia vis*] Intellige vel Trojam, quam fingitur Hercules oppugnasse ob fallacias Laomedontis, qui promissos Herculi equos non dederat; vel Cercopes, Ephesi populos, quos debellavit; vel Coon insulam, quam diripuit, obtruncato cum tota familia rege Eurypylo.

[n] *Relegata ultimis*] Gades usque venit, ubi celebres columnas posuit: quanquam alibi eæ columnæ a quibusdam collocantur: ab aliis ad isthmum Corinthi; Polybius, Dicæarchus, Eratosthenes, et omnes ferme Græci ad Euripi angustias; Hispani et Afri apud Gades.

[o] *Quas peragrans*] Ab Apuleio dictus est Hercules lustrator orbis, purgator ferarum.

[p] *O nate*] Filius est quem alloquitur, quemque ex Deianira susceperat.

Digitized by Google

Jàm cernam; mene an illam potiorem putes.
21. Perge, aude, nate, illacryma patris pestibus:[q]
Miserere: gentes nostras flebunt miserias.
Heu! virginalem me ore[12] ploratum edere,
Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo?
Sic fœminata[13] virtus afflicta occidit.[c]
IX. Accede, nate, assiste: miserandum aspice
Eviscerātum corpus lacerati[1] patris.
Videte, cuncti: tuque, cœlestum sator,
Jace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.
Nunc, nunc dolorum anxiferi[2] torquent vertices:
Nunc serpit[3] ardor. O ante victrices manus!
22. O pectora! o terga! o lacertorum tori![r]
Vestrone pressu quondam Nemeæus leo[4] [s]
Frendens efflavit[5] graviter extremum halitum?[d]

[c] *Heu! fierine potest, ut puellæ more fleam ego, quem nemo vidit ullo ingemiscentem malo? Adeone emollita virtus mea est, adeone afflicta est, adeone occidit?*

[d] *Nunc, nunc me, anxietatem ferens cumulus dolorum torquet: nunc ardor tu-*

omnes et reliquæ edd. Pro *piis* Bouh. conj. *tuis.*—12 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. edd. antiquiss. Victor. Manut. Gebh. Dav. in ed. sec. Lall. Orell. *Heu virginalem more* χ. *Heu virginem me ore* ψ 2. *Heu virginali more* de H. Stephani conjectura Lamb. Wolf. Schutz. *Meu' virginali more* de Bentleii conj. Dav.—13 *Effœminata* duo codd. Oxon. *Sed fœminata* conj. Dav. *afflictu* edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. *afflicto* de Bouhierii conjectura Wolf.

Cap. IX. 1 *Eviscerati c. laceratum* de Bentleii et Bouh. conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Evisceratum c. laceratum* Reg. Bern. 1. D E U ξ σ χ ψ 1. Dav. in ed. 2.—2 *Nunc n. d. vice ansiferi* ψ 1. *Nunc n. dolore axiferi* ψ 2.—3 *Nunc sævit* conj. Bouh.—4 *Nostrone p. q. Nemeus leo* D U. *Nostrone* etiam Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *nemus leo* E ξ. *gemens leo* ι.—

NOTÆ

[q] *Patris pestibus*] Eadem vox eodem numero usurpatur iterum infra: 'Sic me ipse viduus pestes excipio anxias.'

[r] *Lacertorum tori*] Tori dicuntur in animali partes extantes carnosæ, forte ob rotunditatem, quia musculosæ illæ partes nervis, quasi toris, seu funibus, sunt compactæ; tori enim proprie dicuntur funes, vel a torquendo, vel a τείρω, unde τόρος dicitur quicquid rotundum est.

[s] *Nemeæus leo*] Primus Herculis labor apud Eurystheum. Erat is leo vulneribus impervius; Hercules igitur, exhausta incassum pharetra, clava feram insecutus est, aufugientemque in speluncam, conjectis in collum brachiis, compressit, suffocavitque, ac Mycenas in humeros reportavit. Ab eo leone dicta esse Nemæa festa quidam volunt. Leo ipse Nemæus dictus est a sylva, quæ est inter Phliuntem et Cleonas, Achaiæ civitates.

Digitized by Google

Hæc dextra Lernam [t] tetram, mactata excetra,[6] [u]
Placavit: [7] hæc bicorporem [x] afflixit manum:
Erymanthiam [y] hæc vastificam abjecit belluam:
Hæc a Tartarea [8] tenebrica [z] abstractum plaga
Tricipitem [a] eduxit Hydra [9] generatum [b] canem;
Hæc interemit tortu multiplicabili

nicæ exitialis serpit per membra mea. O manus meæ, quæ ante victrices fuistis! o pectus meum! o brachia mea! an vestro compressu suffocatus est frendens leo Nemæus?

5 D E U ξ *afflavit.*—6 *Lernam, tetra m. excetra* Reg. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Larnam* U ι. *Lerna* ψ 2. *terram* pro *tetram* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. *in mactata* σ. *mactatam* ψ 2. *excedra* E σ. *exeria* ι. *exertam* ψ 2.—7 *Pacavit* de Turnebi et Davisii sententia Wolf. et Orell.—8 *Hæc e Tar.* Reg. Bern. 1. codex unus Oxon. Erasm. Victor. Dav. Wolf. Orell. *Hac Tart.* D χ ψ 2. *tenebra* E ξ. *tenebrea* σ.—9 *Echidna* conj.

NOTÆ

[t] *Lernam*] Palus fuit Argivi Mycenæique agri, ubi hydram multicipitem debellavit, qui secundus Herculis apud Eurystheum labor. Huic hydræ Naucrates Erythræus septem capita, Zenodotus Ephesius novem, Heraclides Ponticus tribuit 50.

[u] *Excetra*] Hydra est, seu serpens in aquis vivens. *Excetra* vocatur, ab Isidoro *excedra*, quoniam uno cæso capite, duo vel tria excrescerent. Usus est hoc nomine Plautus in Persa: 'Cum excetra, . . . cum Antæo deluctari mavelim, Quam cum amore.'

[x] *Bicorporem*] Centauros iterum hic intelligit, sed eos quos interfecit profectus ad cædendum aprum Erymantheum. Cum enim a Pholo hospitio benigne acceptus esset, qui vas vini optimi in gratiam hospitis aperuerat, centauri, odore vini concitati, in Pholum impetum faciunt; sed hos omnes Hercules sagittis conficit.

[y] *Erymanthiam*] Tertius hic labor fuit Herculis. Vastabatur ager Phocidis ab apro quem Diana immiserat; Erymantheus dictus est, quia in Erymantho, monte Arcadiæ, natus. Hunc e quodam fruteto, in quo propter altas nives defessus latebat, extractum, vinctumque, Hercules ad Eurystheum deduxit.

[z] *Tenebrica*] Pro 'tenebricosa,' vox obsoleta, et cujus nulla alibi mentio est: atque id causæ est, cur Muretus mendum esse suspicetur; quid tamen substituendum sit, non facile dixeris.

[a] *Tricipitem*] Qui postremus laborum Herculis fuit. Eurystheus, invictam Herculis virtutem in terris esse sentiens, jussit inferos adire, et Cerberum ad se adducere. Is, trajecto Acheronte, Theseum liberat, Menœtium inferorum bubulcum sibi obsistentem interimit: Cerberum, vise Hercule ad Plutonis solium confugientem, pelle tantum leonis et thorace munitus capit, et ad Eurystheum adducit. Vomuit Cerberus, cum primum lucem sensit; quo vomitu natum est aconitum.

[b] *Hydra generatum*] E Typhone et Echidna natum tamen esse scripsit Hesiodus in Theogonia. Verum in his, ut in aliis bene multis, varia varii finxerunt.

Digitized by Google

Draconem,[c] auriferam obtutu observantem [10] arborem.
Multa alia victrix nostra lustravit manus;
Nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus.[11]

Possumusne nos contemnere [12] dolorem, cum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus? X. 23. Veniat Æschylus,[d] non poëta solum,[1] sed etiam Pythagoreus: sic enim accepimus. Quo modo [2] fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit [e] ob furtum Lemnium,[f] unde ignis lucet mortalibus, clam divisus? eum doctus Prometheus clepsisse [g] dolo, pœnasque Jovi fato expendisse supremo.

Bouh.—10 D U χ *obtuitu asservantem; ι σ*, Crat. Victor. Dav. in ed. pr. *obtutu asservantem.*—11 Bouh. conj. *cladibus.*—12 Charis. p. 196. *continere*, probante Bouh. Statim, *intolerabiliter* codex unus Oxon. et Leid.

Cap. x. 1 Edd. vett. Crat. Lamb. *tantum.* Mox, *etiam* omittunt edd. vett. Erasm. Crat.—2 *Quod modo* Ernesti errore typogr. Paulo post, Orell. cum plurimis edd. legit:

Unde ignis cluet mortalibus clam
Divisus: eum dictus Prometheus
Clepsisse dolo, pœnasque Jovi
Fato expendisse supremo.

Lamb. 1566. de Scaligeri sententia, *unde ignem mortalibus Divisse cluet doctu', &c.* Bentl. *Unde ignis cluet immortalibu' Clam divis nimi' doctus Prometheus Clepsisse d. p. J. Furti, &c.*, et sic Dav. nisi quod omisit *nimi'*. Oliv. Lall. *Unde ignem cluet mortalibus Clam divis doctu' Prometheus, &c.* Wolf. et Schutz. *Unde ignes cluet immortalibus Divis olim doctu' Prometheus Clepsisse,*

NOTÆ

[c] *Draconem*] Juno cum nupsit, multas pomos, quæ aurea mala producerent, Jovi in dotem dedit. Illæ apud nymphas Hesperidas a dracone pervigili custodiebantur. Natus erat draco ex Typhone et Echidna: centum capitibus, variisque vocibus utebatur. Eo interemto, Hercules mala decerpsit, et ad Eurystheum detulit. Affinis est hæc fabula historiæ Adami.

[d] *Æschylus*] Atheniensis tragœdiæ princeps appellatus, frater Cynegiri qui contra Persas in Marathone fortiter pugnavit. Æschyli fatum hoc fuit: cum in agro calvus sederet, aquila testudinem in caput ejus immisit, rata saxum esse. Porro Pythagoreus dicitur, forte quia discipulus fuit Pythagoræ.

[e] *Quem excipit*] Totus hic locus fœde mendosus est. Hos versus esse comicos putabat Pantagathus, teste Fulv. Ursino, sicque interpungebat: *Dolorem quem percipit ob furtum Lemnium, Unde ignis lucet mortalibus clam deditus; Eum Prometheus clepsisse est dictus dolo, Pœnasque Jovi fato expendisse pessimo.*

[f] *Furtum Lemnium*] Lemnium dictum, vel quod omne scelus grave Lemnium dicitur, propter immanitatem Lemniorum, qui natos sibi ex Atticis fœminis liberos nefarie trucidarunt, teste Herodoto; vel quod ignis et Vulcanus apud poëtas promiscue usurpantur; Vulcanus autem Lemnius fuit.

[g] *Clepsisse*] 'Clepere' vetusta vox pro furari, a κλέπτειν, *furari*.

Digitized by Google

[*p.* 180.] Has igitur pœnas pendens, affixus ad Caucasum, hæc dicit: [3] [h]

Titanum soboles,[4] [i] socia nostri sanguinis,
Generata cœlo,[k] aspicite religatum asperis
Vinctumque saxis, navem ut[l] horrisono freto,
Noctem paventes, timidi annectunt navitæ.
Saturnius me sic infixit Jupiter,
Jovisque numen Mulcibri [5] [m] ascivit manus.
Hos ille cuneos [n] fabrica crudeli [o] inserens,[6]
Perrupit artus: qua miser solertia
Transverberatus, castrum hoc Furiarum[p] incolo.
24. Jam tertio me quoque funesto die,
Tristi advolatu, aduncis lacerans unguibus,
Jovis satelles[q] pastu dilaniat fero.
Tum jecore opimo farta et satiata affatim,

&c.—3 Dav. e codd. *dicit hæc.*—4 Lamb. Dav. Wolf. *suboles.*—5 *Mulcebri* Reg. cum uno cod. Oxon. et Dav. *arcivit manus* conj. Lamb. in marg. ed.

NOTÆ

[h] *Hæc dicit*] Non extat tragœdia ex qua translati sunt hi versus. Inscripta erat 'Prometheus Ligatus.'

[i] *Titanum soboles*] Fuit Prometheus filius Iapeti Titanis. Horat. lib. I. od. 3. 'Audax Iapeti genus Ignem fraude mala gentibus intulit.'

[k] *Generata cœlo*] Titanas ex Cœlo, Saturni patre, genitos ferunt.

[l] *Navem ut*] Forte *navem ubi horrisono, &c.* ut sensus sit: Aspicite me religatum vinctumque saxis asperis in mari, juxta eum locum, ubi nautæ timidi, et noctem paventes, navem alligant.

[m] *Mulcibri*] Vulcanus Mulciber dicitur, vel a 'mulcendo' et 'imbri,' ut ait Priscianus lib. VI. vel a 'mulcando,' quod antiquitus pro 'mulctare' usurpabatur: ita Donatus: vel a 'mulcendo ferro:' ita post Festum Vossius, et Jos. Scaliger in Conjectaneis. Porro *Mulcibri* pro *Mulciberi* per contractionem dicitur.

[n] *Cuneos*] A cuneo fabrorum, cuneus dicta est multitudo peditum, quæ prima fronte angustior, deinde latior procedit. Veget. III. 19. Hinc quoque in theatris cunei vocati sunt sedilium ordines, quia eo strictiores quo propius ad caveam accedebant: in altum vero magis magisque diffundebantur. Hinc et 'theatra cuneata' dicta. Auson. in Urbibus: 'Circus, et inclusi moles cuneata theatri.' 'Excuneati' autem dicuntur ab Apuleio, quibus locus non erat sedendi in cuneis theatralibus.

[o] *Fabrica crudeli*] Hoc tamen cuneorum tormento et artuum effractione cruciatum fuisse Prometheum non meminerunt mythologi.

[p] *Castrum hoc Furiarum*] Ita, propter tormenti vim, appellat Caucasum, cui alligatus est, aut speluncam in qua vinctus, quæ apud Paropamisadas erat.

[q] *Jovis satelles*] Aquila, quæ Jovi

Digitized by Google

Clangorem fundit vastum, et sublime avolans,[7] [r]
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.[s]
Cum vero adesum inflatu renovatum est jecur,
Tum rursus [8] tetros avida se ad pastus refert.
Sic hanc custodem mœsti cruciatus alo:
Quæ[9] me perenni vivum fœdat miseria.
Namque, ut videtis, vinclis constrictus Jovis,
Arcere nequeo diram volucrem a pectore.
25. Sic, me ipse [10] viduus, pestes excipio anxias,
Amore mortis terminum anquirens mali.[a]
Sed longe a leto numine aspellor Jovis.
Atque hæc vetusta, sæclis[t] glomerata horridis,
Luctifica clades nostro infixa est corpori:
E quo [11] liquatæ solis ardore excidunt
Guttæ,[u] quæ saxa assidue instillant Caucasi.

XI. Vix igitur posse videmur ita affectum non miserum dicere: et si hunc miserum, certe dolorem, malum.

[a] *Sic meipso et mea libertate viduatus et privatus; quippe vinculis constrictus pestes seu mala excipio, et patior quæ me summe angunt.*

1584.—6 Valckenaër ad Herod. p. 267. *insecans*.—7 Ita Lamb. Dav. Wolf. Orell. *advolans* nonnulli codd. edd. vett. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. Lall.—8 *Tum rursum* Argent. 1511. Erasm. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—9 *Sic hunc custodem . . . Qui* Grut. et al. ante Ernesti; *Sic hunc custodem . . . Quæ* codex unus Oxon. et Schutz.—10 *Sic me ipso* conj. Bouh. Statim, *excipio, anxius Amore, &c.* conj. idem Bouh. probante Nissen. Pro *anquirens*, quod servant nonnulli codd. Victor. Gebh. seqq. *inquirens* Lamb. et al.—11 Ita Reg. Gebh. Dav. *Ex quo* edd. vett.

NOTÆ

sacra esse cœpit jam tum a bello Titanum: cum enim ad bellum pergeret, parentes e Titanum vinculis liberaturus, augurium futuræ victoriæ aquila dedit; hinc illam sibi sacram in posterum esse voluit, et in reliquis expeditionibus aquilæ effigiem pro signis militaribus habuit.

[r] *Sublime avolans* [*advolans*] Turnebus legit *avolans*; cum enim supra de advolatu mentio habita sit, nunc habenda, inquit, de avolatu.

[s] *Adulat sanguinem*] 'Adulare' lambere est, ut plerique omnes. Turnebus autem eodem loco, 'Cum blandimentum caudæ,' inquit, 'adulatio sit, et avolans aquila tractu caudæ sanguinolenta Promethei vulnera perstringeret, venuste tactum caudæ, quasi palpantis sanguinem, adulationem esse appellatum censeo, quod adulari proprie caudæ sit.'

[t] *Vetusta sæclis*] Ad triginta millia annorum Prometheum alligatum fuisse tradit Æschylus.

[u] *Excidunt Guttæ*] Ex tabo Promethei oriri aptam veneficiis herbam fingunt, qua unctus Jason a Medea, taurorum æripedum flamma nihil læsus est.

Digitized by Google

26. A. Tu quidem adhuc meam causam agis: sed hoc mox videro. Interea unde isti versus? non enim agnosco. M. Dicam, hercle:[1] etenim recte requiris. Videsne abundare me otio? A. Quid tum? M. Fuisti sæpe, credo, cum Athenis esses, in scholis philosophorum. A. Vero,[2] [x] ac libenter quidem. M. Animadvertebas igitur, etsi tum nemo erat admodum copiosus, verumtamen versus ab his[3] admisceri orationi. A. Ac multos quidem a Dionysio Stoico.[y] M. Probe dicis: sed is quasi dictata, nullo delectu, nulla elegantia. Philo noster[4] [et proprium numerum], et lecta poëmata, et loco adjungebat. Itaque postquam adamavi hanc quasi senilem declamationem, studiose equidem utor nostris poëtis; sed, sicubi illi defecerunt. Verti enim multa[5] de Græcis, ne quo ornamento in hoc genere disputationis careret Latina oratio. 27. Sed videsne, poëtæ quid mali afferant? lamentantes inducunt fortissimos viros: molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. Sic, ad malam domesticam disciplinam, vitamque umbratilem et delicatam, cum accesserunt etiam poëtæ, nervos omnis virtutis elidunt. Recte igitur a Platone educuntur[6] [z] ex

Cap. xi. 1 *Dicam hercule* edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 *Fui vero* cum uno cod. Lamb. sed ipse postea improbavit. Mox, *quidem*, cum uno cod. Oxon. omittunt edd. vett. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—3 Argent. 1511. et Erasm. *ab iis*.—4 Edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb. omittunt *noster;* codd. aliquot, et Dav. omittunt *et proprium numerum;* vindicarunt Schutz. et Orell. *Philo et proprium noster et l. p.* Reg. Actutum, *et electa* codex unus Oxon. Leid. edd. vett. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 *Verti certe multa* codd. aliquot, probante Bouh. *Verti ipse multa* Reg. Manut. Lamb. Dav. Lall. *defecerunt, verti multa* Erasm. Wolf. Orell.—6 Ita

NOTÆ

[x] *Vero*] Sic de Divinat. lib. I. 'Vero, mea puella.' Et in Bruto, 'vero, inquam, Brute.'

[y] *Dionysio Stoico*] Fallitur Manutius qui Dionysium Stoicum confundat cum Dionysio Magnete, quem secum assidue fuisse ait Cic. in Bruto. Dionysius Stoicus Athenis vixit, Magnes in Asia præceptor fuit Ciceronis annum 29. agentis. Diversus uterque ab alio Dionysio qui Ciceronis filios docuit, de quo ad Att. Epist. VIII. 10. 'Dionysium dimisi a me, ut magistrum Ciceronum non libenter, ut hominem ingratum non invitus.' Varios Dionysios vide apud Jonss. III. 8.

[z] *A Platone educuntur*] Locus est

Digitized by Google

ea civitate, quam finxit ille, cum mores optimos, et optimum reipublicæ statum exquireret. At vero nos, docti scilicet a Græcia, hæc et a pueritia legimus et discimus:[7] hanc eruditionem liberalem et doctrinam[a] putamus.

XII. 28. [*p.* 181.] Sed quid poëtis irascimur? virtutis magistri philosophi inventi sunt, qui summum malum dolorem dicerent. At tu adolescens, cum id tibi paulo ante dixisses videri, rogatus a me, etiamne majus quam dedecus, verbo de sententia destitisti. Roga[1] hoc idem Epicurum: majus dicet esse malum mediocrem dolorem, quam maximum dedecus: in ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur dolores. Quis igitur Epicurum sequitur dolor, cum hoc ipsum dicit, summum malum esse[2] dolorem, quo dedecus majus a philosopho nullum expecto? quare satis mihi dedisti, cum respondisti, majus tibi videri malum dedecus, quam dolorem: hoc ipsum enim si tenebis, intelliges, quam sit obsistendum dolori. Nec tam quærendum est, dolor malumne sit, quam firmandus animus ad dolorem ferendum. Concludunt ratiunculas[3] Stoici,[b] cur non sit malum: quasi de verbo, non de re labo-

Manut. Lamb. seqq. *ducuntur* Reg. alii codd. et edd. vett. *dicuntur* Crat. *expulsi dicuntur* Regius Bouhierii, Erasm. Argent. 1511. *dicuntur ejecti* codex unus Oxon. *ejiciuntur* duo codd. Davisii. Mox, *optimos mores* cum Bentleii codd. Dav.—7 Codex unus Oxon. *condiscimus*; Manut. *didicimus*; Orell. conj. *ediscimus*.

CAP. XII. 1 Ita Manut. et Lamb. *Rogo* Orell. cum reliquis.—2 Edd. vett. Argent. 1511. Erasm. Crat. *esse malum*.—3 Ita Reg. alii codd. Dav. Wolf. Orell. *ratiunculis* edd. vett. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall.

NOTÆ

de Rep. lib. III. 'At eum qui per sapientiam, ut videtur, doctrinis omnibus mentem adjungere, et omnia imitari posse videtur, si nostram in urbem venerit, volueritque poëmata sua proferre, tanquam sanctum, admirabilem, ac suavem colemus; adjungemus autem talem apud nos esse neminem. Itaque, profuso in caput ejus unguento, donis cumulatum aliam in urbem eum ablegabimus.' Unde perspicuum est, poëtas non ejectos omnino fuisse e rep. Platonis, sed cautum fuisse, ne temere poëtarum carmina legerentur.

[a] *Liberalem et doctrinam*] Liberales disciplinæ dicuntur, inquit Seneca, quia homine libero dignæ.

[b] *Ratiunculas Stoici*] Stoici interrogatiunculis, et rationum quasi aculeis disputabant. Exemplum sit: Qui prudens est, temperans est; qui temperans, constans; qui constans, imperturbatus; qui imperturbatus, sine

Digitized by Google

retur. 29. Quid me decipis, Zeno? nam cum id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum esse negas,[4] capior, et scire cupio, quo modo id, quod ego miserrimum existimem, ne malum quidem sit. Nihil est, inquit, malum, nisi quod turpe atque vitiosum est. Ad ineptias redis.[e] Illud enim,[5] quod me angebat, non eximis: scio dolorem non esse nequitiam: desine id me docere: hoc doce, doleam, necne, nihil interesse. Nunquam quicquam,[6] inquit, ad beate quidem vivendum, quod est in una virtute positum: sed est tamen rejiciendum.[d] Cur? Asperum est, contra naturam, difficile perpessu, triste, durum. XIII. 30. Hæc est copia verborum,[1] quod omnes uno verbo malum appellamus, id tot modis posse dicere. Definis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicis asperum, contra naturam, vix quod ferri tolerarique possit: nec mentiris; sed re succumbere non oportebat, verbis gloriantem, dum nihil bonum,[2] nisi quod honestum; nihil malum, nisi quod turpe. Optare[3] hoc quidem[e] est, non docere. Illud et melius et verius: omnia, quæ natura aspernetur, in malis esse; quæ

Mox, *sed non de re* codex unus Oxon. *ac non de re* conj. Matthiæ.—4 Argent. 1511. et Erasm. *negas esse malum:* Dav. *malum esse negas.*—5 *Illud autem* cod. Davisii, probante Bentl. Mox, *doleam*, *necne doleam* codd. et edd. ante Ernesti.—6 *Nihil quicquam* conj. Lamb. Actutum, *inquis* malebant Bouh. et Nissen. Deinde, *sed tamen est* edd. vett.

CAP. XIII. 1 *Hæc copia verborum est* Venett. 1480. 1481. Beroald. al. ante Gebh.—2 Lamb. conj. *gloriantem nihil bonum esse;* vel, *gloriantem, docentem, nihil bonum;* Dav. *gloriantem dudum. Nihil bonum;* idem Dav. conj. *gloriantem: dicis enim nihil bonum.*—3 *Captare* conj. Fabr. Mox, *aspernatur* edd.

NOTÆ

tristitia; qui sine tristitia, beatus. Ergo prudens, beatus est. Ea argumentatio Sorites dicebatur, sive acervus, Chrysippo maxime familiaris. Hinc illud Persii: 'Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.'

[e] *Ad ineptias redis*] In editione Stephani et quibusdam aliis hic temere insertæ sunt personæ Attici et Marci. Locum errori dedit præsens oratio, quæ dialogus quidem est, sed Zenonem inter et Marcum est dialogus.

[d] *Est tamen rejiciendum*] Stoici; morbum, dolorem, non mala, sed rejectanea, appellabant; in quo cum Peripateticis non re, sed verbis, discrepabant; quid enim rejectaneum est, nisi malum?

[e] *Optare hoc quidem*] Multi legunt *captare;* nec male, ut sensus sit, Hoc non est docere, sed verbis captiosis uti.

Digitized by Google

asciscat, in bonis. Hoc posito, et verborum concertatione sublata, tantum tamen excellet[4] illud, quod recte amplexantur isti, quod honestum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis nomine amplectimur, ut omnia præterea, quæ bona corporis et fortunæ putantur, perexigua et minuta videantur: ne malum quidem ullum, nec, si in unum locum collata omnia sint, cum turpitudinis malo comparanda. 31. Quare, si, ut initio[5] concessisti, turpitudo pejus est quam dolor: nihil est plane dolor: nam dum tibi turpe, nec dignum viro[6] videbitur, gemere, ejulare, lamentari, frangi, debilitari dolore; tum honestas, tum dignitas,[f] tum decus aderit: cumque, in ea intuens, te continebis; cedet profecto virtuti dolor, et animi inductione languescet: aut enim nulla virtus est, aut contemnendus omnis dolor.[7] Prudentiamne vis esse, sine qua ne intelligi quidem[8] ulla virtus potest? Quid ergo ea? patieturne te quicquam facere, nihil proficientem, et laborantem?[9] An temperantia sinet te immoderate facere quicquam? An coli justitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios, multa officia relinquente? 32. Quid? fortitudini, comitibusque ejus, magnitudini animi, gravitati, patientiæ, rerum humanarum despicientiæ, quo modo respondebis? Afflictusne, et jacens,[10] et

ante Dav. Tum, *quæ adsciscit* Manut. et Lamb.—4 Erasm. *excellit.* Statim, *isti: qui virtutem scilicet solum aut summum bonum dicunt* duo codd. Oxon. Leid. et ed. vet. Bonhierii. Paulo post, *et perminuta* Reg. duo codd. Oxon. et edd. antiquiss. *nec malum* Venett. 1480. 1481. Beroald. *si unum in locum* edd. vett. *si unum locum* Venett. 1480. 1481. *Omnia sunt* edd. antiquiss. *comparandum* Lamb.—5 *Quare si, ut in initio* Venett. 1480. 1481. Beroald.—6 Eædem edd. *viro dignum.* Mox, *debilitari, dolere* codd. plerique, edd. vett. Gebh. Lall. Acutum, *dum h. dum d. dum decus* Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. uti conj. Bentl. *tum honestas* omittunt Manut. et Lamb. *tumque in ea* duo codd. Oxon. Wolf. ed. pr. *dumque in ea* Lamb. Wolf. ed. sec. *tuque in ea* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. Gebh. Dav. Orell. *intueris* Reg. codex unus Oxon. *intueberis* codd. plerique Venett. 1480. 1481. Beroald. Gebh. Lall. *intueberis et te, &c.* Lamb.—7 Codex unus Oxon. Manut. Lamb. *aut cont. est omnis dolor;* Venett. 1480. 1481. Beroald. *aut contemnendus est dolor omnis.*—8 Eædem edd. omittunt *quidem.*—9 Wolf. e conjectura, et Schutz. *et laborantem tamen;* Lamb. *et frustra laborantem.*—10 *Afflictusne*

NOTÆ

f *Tum dignitas*] Legi velim, *dum dignitas aderit, teque intueberis.*

lamentabili voce deplorans, audies, 'O virum fortem?' Te vero ita affectum ne virum quidem dixerit quisquam.[11] Amittenda[12] igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor. XIV. [*p*. 182.] Ecquid scis[1] igitur, si quid de Corinthiis[g] tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem salvam; virtutem autem si unam amiseris, (etsi amitti non potest virtus; sed si unam confessus fueris[2] te non habere) nullam te esse habiturum? 33. Num igitur fortem virum, num magno animo, num patientem, num gravem, num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam[h] illum?[3] a te enim malo discedere. Sed ille certe non fortis, qui jacet in lecto[4][i] humido, qui

tacens Lall. unde Dav. conj. *Afflictusne jacens.* Mox, *audieris* Eliens. 1. Dav. *audis* Venett. 1480. 1481. Beroald. *audiens* Reg. *te lam. v. deplorans, &c.* conj. Nissen. *plorans* volebat Ernesti.—11 Reg. Dav. *quisquam dixerit.*—12 *Aut amittenda* Bern. 1. *Aut mittenda* duo codd. Regg. Eliens. 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Pro *sepeliendus* Bentl. conj. *despiciendus.*

CAP. XIV. 1 *Ecquid nescis* conj. Ernesti, improbante Orell.—2 Reg. Dav. Orell. *eris.*—3 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. edd. antiquiss. et Orell. *potes dicere Prometheum, aut Phil. illum* cod. Maffei, cod. Lambini, Eliens. 2. Erasm. Lamb. Oliv. *potes dicere aut Prometheum, aut P. illum* Lall. et Wolf. in ed. pr. *potes te dicere aut Phil. &c.* conj. Bentl. *illum* (*quam te enim malo dicere*) *sed, &c.* Manut. *Philoctetam? Illos enim, quam te malo. Sed, &c.* Lamb. in ed. 1566. *discere* plerique codd. et edd. antiquiss.—4 Edd. antiquiss. *lectulo*; Bouh. conj. *tecto.* Versus ita ordinat Orell.

in lecto humido,
Quod ejulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando mutum flebiles voces refert.

NOTÆ

g *De Corinthiis*] Æs Corinthium fuit illud æs, quod, incensa Corintho, casus miscuit. Ejus tria genera: candidum, argento nitore quam proxime accedens; alterum, in quo auri fulva natura; tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit. Plura de illo vide apud Plin. XXXIV. 1.

h *Aut Philoctetam*] Locum aperte mutilum sic restituunt Victorius et Gruterus: *Num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam illum* (*a te enim malo discere, sed ille certe non fortis*) *qui jacet, &c.* Lambinus vero et Manutius legi volunt, *aut Prometheum, aut Philoctetam illum* (*illos enim, quam te, malo dicere*) *&c.* neutri satis clare. Si nostram conjecturam quæris, sic lege: *num humana contemnentem potes dicere aut Prometheum, aut Philoctetam illum* (*a te enim malo discere*); *sed ille certe non fortis, qui jacet in lectulo humido, &c.*

i *Qui jacet in lecto*] Prometheus, cujus rupes madet. Beroaldus hunc locum non ad Prometheum refert, sed ad Philoctetam, quem ait in spelunca jacuisse annos decem. Credibile est, duos illos versus exceptos esse ex eadem tragœdia, ex qua superiores. Referuntur iterum de Finib. lib. II.

Digitized by Google

Ejulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando, multum flebiles voces refert.

Non ego dolorem dolorem esse nego: cur enim fortitudo desideraretur?[6 k] sed eum opprimi dico patientia, si modo est aliqua patientia: si nulla est, quid exornamus philosophiam? aut quid ejus nomine gloriosi sumus? Pungit[7] dolor: vel fodiat sane: si nudus es, da jugulum: sin tectus Vulcaniis armis,[l] id est, fortitudine, resiste.[*] Hæc enim te, nisi ita facies, custos dignitatis, relinquet et deseret. 34. Cretum quidem leges[m] (quas sive Jupiter, sive Minos[n] sanxit,[8] de Jovis quidem[o] sententia, ut poëtæ ferunt), itemque Lycurgi,[p] laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Spartæ vero[q] pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut

[*] *Te, inquis, pungit dolor: immo, te etiam graviter torqueat: si virtute cares, succumbe; si fortitudine præditus es, resiste.*

Reg. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schutz. etiam *Quod.* Codd. Oxon. Dav. Oliv. *mutum;* cod. Schotti *multas.*—6 Oliv. Lall. *desideratur.* Paulo post, *sin nulla est* Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—7 *Pungat* duo codd. Oxon. et edd. vett. *vel fodicet sane* de Bentleii conj. Schutz.—8 Eliens. 2. *sive M. sanxit,*

NOTÆ

[k] *Fortitudo desideraretur*] Seu *desereretur,* ut quidam legunt. *Desereretur* autem, si nullus esset dolor.

[l] *Vulcaniis armis*] Impenetrabilibus. Translata vox ab armis a Vulcano fabrefactis in usum Achillis. Vid. Homer. Iliad. Σ. 470. seqq.

[m] *Cretum quidem leges*] Harum meminit Plato de Leg. lib. I. Latas ait Strabo a Minoë, qui ab agresti vivendi ritu ad mansuetiorem Cretenses traduxit. Una ex illis fuit lex de saltatione armata, quam Pyrrhicam vocant. Lycurgus in Cretam profectus, eas pæne omnes ad Spartanos transtulit.

[n] *Sive Minos*] Imperavit ille quidem Cretensibus, quas autem iis leges dederit obscurum est. Constat tantum Rhadamanthi opera eum usum esse in urbe ad custodiam legum; extra urbem vero Talee quodam, qui Æreus vocatus est, quod tabulas æreas per vicos circumferret, atque eæ tabulæ leges forte continebant, de quibus hic Cicero.

[o] *De Jovis quidem*] Cujus filius fuit.

[p] *Lycurgi*] De Lycurgi legibus jam dictum est. Ῥῆτραι appellabantur, tanquam oraculo sancitæ.

[q] *Spartæ vero*] Huic mori tale principium fuit. Orestes cum fureret, consulto oraculo responsum accepit, posse sanari, si Dianæ Scythicæ de Taurica simulacrum auferret. Eo profectum soror agnovit, ablatoque simulacro, una in Italiam delati sunt, illudque in nemore Aricino collocaverunt. Posthæc Italis immite numen illud visum ab iis in Orientem missum est, et a Lacedæmoniis

Digitized by Google

multus[9] e visceribus sanguis exeat; nonnunquam etiam (ut, cum ibi essem, audiebam) ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem. Quid ergo? Hoc pueri possunt, viri non poterunt? et mos[10] valet, ratio non valebit? XV. 35. Interest aliquid[1] inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino; sed tamen differt aliquid. Labor est functio quædam, vel animi vel corporis, gravioris operis et muneris;[2] dolor autem, motus asper in corpore, alienus a sensibus. Hæc duo Græci illi, quorum copiosior est lingua quam nostra, uno nomine[r] appellant.[3] Itaque industrios homines, illi studiosos,[s] vel potius amantes doloris appellant; nos commodius laboriosos. Aliud est enim laborare, aliud dolere. O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Græcia! Aliud, inquam, est dolere, aliud laborare. Cum varices[t] secabantur C. Mario, dolebat; cum æstu magno ducebat agmen,[4] laborabat: est inter hæc tamen quædam

sive Rhadamanthus.—9 Al. ap. Orell. *multis.* Pro *audiebam* Bentl. conj. *videbam.*—10 Manut. et Lamb. *et quod mos.*

CAP. XV. 1 *Interest aliud* Manut. Mox, *sed tamen differunt* codex unus Oxon. et edd. antiquiss. item Schutz. et Orell.—2 Codd. aliquot Oxon. *vel muneris.* Tum, *a sensibus alienus* Venett. 1480. 1481. al. vett.—3 Eliens. 2. Oliv. Lall. *appellant πόνον.*—4 Edd. antiquiss. *agmen ducebat.* Mox, *quædam tamen* Reg. Dav. Orell. Deinde, *efficiet faciliorem* codd. aliquot et edd.

NOTÆ

susceptum, qui ut illud placarent, statuerunt, ut juvenis aras ascenderet, tamdiuque loris cæderetur ab alio juvene, quamdiu sanguis de vibicibus in aram manaret. De eo more Pausanias in Lacon. et Horat. I. Od. 7. 'Me nec tam patiens Lacedæmon,' &c.

[r] *Uno nomine*] Πόνος, quod et *dolorem* et *laborem* significat. Sic *πονηρὸς improbum, πόνηρος laboriosum* sonat.

[s] *Illi studiosos*] Φιλοπόνους. Cicero tamen ipse laboriosi nomine utitur pro eo qui dolore affectus est de Fin. lib. II.

[t] *Varices*] Venæ sunt in suris inflexæ ac obtortæ, Græci ἰξίας vocant: cursoribus, aut bajulis, aut diu stantibus evenire solent. Has cum pateretur C. Marius, is qui consul septies fuit, crus solutum secandum medico præbuit, nulloque suspirio emisso sectionem pertulit: transeunte vero ad varices alterius cruris secandas medico, recusavit: 'Curatio,' inquit, 'eo dolore digna non est.' Varicosus quoque fuit M. Tullius, et obtegendarum varicum gratia dicitur togæ ad calceos usque demittendæ morem invexisse.

Digitized by Google

similitudo: consuetudo enim laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem. 36. Itaque illi, qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt, corpora juvenum firmari labore voluerunt: quod Spartiatæ etiam [u] in fœminas transtulerunt; quæ ceteris in urbibus mollissimo cultu, parietum umbris occuluntur. Illi autem voluerunt nihil horum [x] simile esse [5] apud Lacænas virgines; quibus magis palæstra,[y] Eurotas,[a] sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara.[b] Ergo his laboriosis exercitationibus et dolor intercurrit nonnunquam: impelluntur, feriuntur,[6] abjiciuntur, cadunt: et ipse labor quasi callum

vett. item Manut. Lamb. Lall. *efficiebat faciliorem* conj. Orell.—5 Versiculos h. l. inculcant Scaliger, Bentl. Dav. Lall. Orell.

apud Lacænas virgines;
Queis magi' palæstra, Eurota, sol, pulvis, labor,
Militia studio est, quam fertilitas barbara.

Codd. etiam Reg. et edd. ante Lall. habent *Quibus magis:* omnes ante Dav. *Eurotas.* Oliv. et Lall. *labos.* Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Manut. Gebh. servant *Militia in studio;* Lamb. Dav. Lall. cum codd. Oxon. *Militia studio;* Wolf. de Bouhierii conj. *Militiæ studio.* Tum, *quam facilitas* codex unus Oxon. et Leid. probante Ernesti; *quam futilitas* conj. Bentl. *quam teneritas* suspic. Bouh. *quam sedulitas* Censor Jenens. *quam festivitas* Wolf.—6 Victor. *feruntur.* Statim, *callum quendam* Manut.

NOTÆ

[u] *Spartiatæ etiam*] Spartiatæ, seu Lacedæmonii, a Sparta dicti; Sparta a Sparto rege, Inachi nepote, a quo condita. Illa libertatem, quamdiu sine muris fuit, conservavit; cum muris muniri cœpit, amisit. Apud Spartam summus honor senibus habitus, unde proverbium, 'In sola Sparta expedit senescere.' Plura Plut. in Laconicis.

[x] *Nihil horum*] Jos. Scaliger vult tres esse senarios, adeoque a contextu orationis, more versuum, sejungendos.

[y] *Palæstra*] Interdum totum gymnasium significat, ubi variæ corporis exercitationes fiebant; interdum certam gymnasii partem, in qua lucta solum et pancratium, non cursus, aut pugilatus, haberentur. De palæstra et re gymnastica fuse scripsit Hieronymus Mercurialis.

[a] *Eurotas*] Fluvius ad Spartam, oritur in Arcadia non procul ab Alpheo in vico Asea. Dictus etiam Hymerus et Marathon, et Neris; in sinum Laconicum se exonerat. In eo juventus Spartana natando exercebatur, sudoremque diluebat; sicut Romani, post exercitationem campestrem, in Tiberim demittebant sese, pulveris sudorisque abluendi causa.

[b] *Quam fertilitas barbara*] Hac fertilitate significari puto delicias ornatus, luxumque, quo Trojanorum et Medorum fœminæ ad splendorem comtæ erant; ut, sicut fertilitas in solo feraci et fœcundo dicitur, si frugum copiam ferat, ita fertilitas in cultu appelletur, si gemmis torquibusve fœmina ornetur. Turneb. IV. 18.

Digitized by Google

quoddam obducit dolori. XVI. 37. Militiæ[1] vero (nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit mora ad tibiam,[c] nec adhibetur ulla sine anapæstis[d] pedibus hortatio) nostri exercitus primum unde nomen[e] habeant, vides: deinde qui labor, quantus agminis; ferre plus dimidiati mensis cibaria;[f] ferre, si quid ad usum velint; ferre vallum.[g] Nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. [*p.* 183.] Arma enim membra militis esse dicunt; quæ quidem ita geruntur[2] apte, ut, si usus ferat, abjectis oneribus, expeditis armis, ut membris, pugnare possint. Quid exercitatio legionum? quid? ille cursus, concursus,[3] cla-

CAP. XVI. 1 *Militia* Lamb. *Militiam* al. *Militiæ* est de conjectura Gronovii Obss. III. 6. *mora ad tibiam* debetur eidem Gronov. idque receperunt Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ad modum ad tibiam* Reg. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *modus ad tibiam* cod. Cant. unde *motus ad tibiam* de Bouh. conj. Lall. Tum, *anapæsticis* Argent. 1511. Erasm. *cohortatio* Lamb. *nosti exercitus primum unde nomen habeat: vides deinde, qui* Wolf. de conj. *habeat* etiam Argent. 1511. *et quantus agm.* Eliens. 1. Dav. Lall. *quantusque agm.* al. Deinde, *ferre plus quam* duo codd. Oxon. ed. vet. Bouhierii.—2 Eliens. 1. margo Crat. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *gerunt.* Statim, *si usus foret* Reg. alii codd. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *si usus fert* duo codd. Oxon. *si usus fuerit* conj. Bentl. Tum, *oneribus expediti, armis, ut* conj. Burm. probantibus Bouh. et Ernesti.—3 Codex unus Oxon.

NOTÆ

[c] *Ad tibiam*] Idem refert de Spartiatis Val. Max. II. 6. 'Non ante ad dimicandum,' inquit, 'descendebant, quam tibiæ concentu et anapæsti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent.' Morem illum a Lacedæmoniis institutum esse ait Thucydides, ne sparsi et sine disciplina proruerent; Aristoteles, ut timidos, minusque honeste se gerentes dignoscerent.

[d] *Sine anapæstis*] Pes est rythmicus tribus constans syllabis, prioribus duabus brevibus, ultima longa: dictus ab ἀνακαίειν, quia repercutit dactylum sono reciproco. Græci antidactylum nominant.

[e] *Unde nomen*] Ex re ipsa atque opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci quod vocabatur. Ita Vegetius.

[f] *Ferre ... cibaria*] Tirones pondus sexaginta librarum ferre cogebantur et iter facere gradu militari, ut in expeditionibus facilius annonam et arma portarent. De gravi Romanorum supellectile Virgil. Georg. 'Non secus ac patriis acer Romanus in armis Injusto sub fasce viam dum carpit.' Plura Rosinus, et Lipsius.

[g] *Ferre vallum*] De usu militari ferendi vallum Hor. Epod. IX. 'Romanus, eheu! (posteri negabitis) Emancipatus fœminæ Fert vallum et arma miles.' Quintus Cincinnatus, auctore Livio, jussit ut milites in campo adessent cum cibariis quisque

Digitized by Google

mor,[h] quanti laboris est! ex hoc ille animus in præliis paratus ad vulnera. Adduc pari animo inexercitatum militem: mulier videbitur: cur? 38. Tantum[4] interest inter novum et veterem exercitum, quantum experti sumus:[i] ætas tironum plerumque melior; sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. Quin etiam videmus, ex acie efferri sæpe saucios; et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu,[5] ploratus turpissimos edere: at vero ille[k] exercitatus et vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirens,[6] a quo obligetur,[a]

O Patrocle,[7] (inquit) ad vos adveniens, auxilium et vestras manus peto,
Priusquam oppetam[8] malam pestem, mandatam hostili manu:
Neque[9] sanguis ullo potis est pacto profluens consistere:
Si qua sapientia[10] magis vestra devitari mors potest.
Namque Æsclapii[11][l] liberorum saucii opplent porticus:

[a] *A quo ligetur vulnus, et sistatur sanguis.*

Manut. Lamb. omittunt *concursus*.—4 *Cur tantum* Dav. et Orell.—5 Codex Davisii, et margo Crat. *leviter ictum*, probante Bentl.—6 Codex Ursin. *requirit*.—7 *O Patrocles* Reg. Bern. 1. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *O Patricoles* Venett. 1480. 1481.—8 Ita Bern. a m. sec. codex unus Oxon. Leid. ed. vet. Bouhierii, Wolf. et Schutz. *oppeto* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Dav. Lall. Orell. Pro *mandatam*, quod servant codd. omnes, et edd. ante Lall. *datam* de Bentleii conjectura recepere Lall. Wolf. Schutz. Orell.—9 *Nec* Dav. *Seu* de Bentleii conj. Lall. Wolf. Schutz. *poti' pacto* Lall. et Wolf. in ed. pr. e conj. ejusdem Bentl.—10 *Si qui sap.* Reg. Bern. 1. Vat. Dav. Orell. *Seu qua sap.* Wolf. in ed. 2. *Seu sap.* cum Bentl. Lall. Wolf. in ed. pr. *magi'* Orell. *mors devitari* Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Orell.—11 *Namque Æsculapi* Bern. 1. alii codd.

NOTÆ

in quinque dies coctis, vallisque duodenis. Valla erant pali quibus castra muniebantur.

[h] *Clamor*] Græci pugnam inibant taciti, ex quo illud Homeri, 'Ast ibant taciti spirantes robur Achivi:' Romani vero clamabundi, qui clamor 'barritus' vocabatur: nec prius attolli debebat quam utræque acies se junxissent. Vide Gell. Meminit illius Cæsar in Bello Civili.

[i] *Experti sumus*] In bello forte Pompeiano, ubi Cæsar cum robore veteranorum novos Pompeii milites profligavit.

[k] *At vero ille*] Eurypylus ab Alexandro vulneratus, Iliad. Λ. in fin. quem Homeri locum imitatus vetus quispiam poëta Latinus, cujus verba hic Cicero refert, inducit Eurypylum, ab Alexandro vulneratum, a Patrocle opem implorantem.

Digitized by Google

Non potest[12] accedi.[b]
Certe Eurypylus hic quidem est: hominem exercitatum![13] [m] ubi tantum luctus continuatur? XVII. 39. Vide, quam non flebiliter respondeat:[c] rationem etiam afferat,[1] cur æquo animo sibi ferendum sit:

qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet[2] sibi paratam pestem, ut participet parem.

Abducet Patrocles,[3] credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget, si quidem homo esset.[d] [Sed] nihil [vidi] minus;[4] quærit enim, quid actum sit.

[b] *Priusquam oppetam mortem, mihi illatam hostili manu, (sanguis meus profluens nullo pacto potest consistere) rogo vestram opem, si qua arte vestra devitare mortem possum. Nam saucii replent limen liberorum Æsculapii, nec potest accedi ad illos.*

[c] *Certe magnus ille Eurypylus est, qui tam fortiter loquitur. O hominem exercitatum et fortem! Cum vero luctus ejus et dolor continuatur, vide quam non flebiliter respondeat.*

[d] *Si quid humanitatis haberet.*

edd. vett. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Nam Æsculapii* Vat. *Nam Æsculapi* Reg. Lall. Wolf. in ed. pr.—12 *Non potis* Nissen. et Bothe, Poët. Scen. p. 276. qui totum locum sic refinxit: *O Patrocle, ad vos a. a. et manus vestras peto, Priusquam o. pest. malam, hostili mandatam manu, Si qua s. mage v. d. m. potest, Ac sanguis u. p. est p. p. consistere: Namque Æsculapi l. s. o. p. Non potis, &c.*—13 De Bentleii conjectura Lall. Wolf. Schutz. Orell. ad versiculos referunt et legunt, *Certe E. h. q. est. Hominem exercitum.* Bern. 1. aliique codd. habent etiam *exercitum.* Denique, *luctum continuatus* Reg. *luctus continuatus* edd. antiquiss. *luctum continuat* codd. aliquot Oxon. *Quis tot verba tanto in luctu continuat?* conj. Lamb. Interrogationis notam delevit Lall. eumque secutus est Orell.

Cap. xvii. 1 Duo codd. Oxon. Wolf. Schutz. Orell. *affert.*—2 *E. s. opus est* Lall. de Bentleii conjectura. Actutum, *sibi paratum* conj. idem Bentl. receperunt Lall. Wolf. Bothe.—3 *Patroclus* Lamb. Gebb. Pro *esset* Ernesti conj. *est*, receperunt Wolf. Schutz. Orell.—4 Ita Victor. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Sed nihil vidimus* Reg. Bern. 1. alii codd. et edd. antiquiss. *Nihil minus* volebat Ernesti; *Sed nihil minus* Beroald.

NOTÆ

[1] *Nam Æsclapii*] Podalirius et Machaon liberi erant Æsculapii; et auctor horum carminum, quisquis ille sit, Homeri fabulam mutat. Homerus fingit Eurypylo suppetias ferre non posse Podalirium et Machaonem, cum Machaon vulneratus ipse sit, Podalirius in campo Trojanorum impetum sustineat. Hic autem fingitur illos Eurypylo opitulari non posse, præ multitudine vulneratorum ad eos deportatorum ut curentur.

[m] *Hominem exercitatum*] Locum hunc mendosum puto; nec germanam lectionem restituere facile est. Juvabit nonnihil consuluisse locum Iliadis unde hæc omnia translata sunt.

Digitized by Google

Eloquere, res Argivum[5] prælio ut se sustinet.
Non potest effari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris.
Quiesce igitur,[6] et vulnus alliga.
Etiam si Eurypylus posset, non posset[7] Æsopus.[t] [n]
ubi fortuna[o] Hectoris
Nostram acrem[8] aciem inclinatam....

et cetera explicat in dolore: sic est enim intemperans militaris in forti viro gloria. Ergo hæc veteranus miles facere poterit; doctus vir sapiensque non poterit?[9] Ille vero melius, ac non paulo quidem. 40. Sed de consuetudine adhuc[10] exercitationis loquor; nondum de ratione et sapientia. Aniculæ sæpe inediam biduum aut triduum ferunt. Subduc[11] cibum unum diem[p] athletæ: Jovem

[t] *Præ dolore respondere non potest Eurypylus, tamque illi molestum est loqui, quam agere.* (Sunt adhuc opinor verba Patroclis.) *In quo quidem etsi Eurypylum, virum fortem, puderet Patrocli dicere, Quiesce, et desine interrogare me quo loco res Græcorum sit, et vulnus meum alliga; non tamen Æsopum tragœdum id puderet proloqui, quippe qui personam viri fortis gerat.*

vidi deest etiam in Guelf.—5 *Argivorum* de Bentleii sententia Lall. Sequentia ordine poëtico ita scribunt Lall. Schutz. Orell.

Non potis ecfari tantum d. q. f. suppetit
Laboris. Quiesce, &c.

Bentl. delendum putavit *tantum*, probante Bothe.—6 Wolf. de conj. *igitur tu.* Statim, *obliga* codex unus Oxon. et ed. vet. Bouh.—7 Nonnulli codd. *si E. non posset, posset.*—8 Duo codd. Oxon. Ald. Victor. omittunt *acrem*, probante Bentl.—9 Beroald. Crat. Victor. *doctus vir, sapiens, facere non poterit.*—10 *Sed adhuc de consuetudine* Reg. Dav. *et exercitatione* Eliens. 1. margo Crat. Dav.—11 *Subduc enim* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Statim, *Jovem, Jovem* Ol. Dav. Tum, *ferre se non posse* conj. Lamb. *ferre non posse se*

NOTÆ

[n] *Non posset Æsopus*] Nobilis histrio qui floruit ætate Ciceronis, qui et illius meminit Epist. l. VII. 'Deliciæ vero tuæ, noster Æsopus.' De eodem Horat. 'Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.' Insignis est illius patina sexcentis sestertiis taxata, in qua posuit aves cantu aliquo aut humano sermone vocales, nummis sex singulas coëmtas, nulla alia ductus suavitate, nisi ut in his imitationem hominis consequeretur. Plinius. Vide quoque Turnebum in hunc Ciceronis locum IV. 18. Sensus est, Si Eurypylus potuit vulneratus talia fortiter pati, quanto magis debet Æsopus histrio, dum sustinet personam Eurypyli!

[o] *Ubi fortuna*] Hic Eurypylus narrat inclinationem aciei Græcorum.

[p] *Cibum unum diem*] Edacissimi fuerunt athletæ. Hinc illis membra variis formis affici scripsit Aristoteles de Gen. Animal. lib. IV. quod natura

Digitized by Google

Olympium,[q] eum ipsum, cui se exercebit, implorabit: ferre non posse clamabit. Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive: in montibus uri[12] se patiuntur. Inde[13] pugiles, cæstibus[r] contusi, ne ingemiscunt quidem. 41. Sed quid hos, quibus Olympiorum[s] victoria consulatus ille antiquus videtur?[14] Gladiatores, aut perditi homines, aut barbari, quas plagas perferunt? quo modo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? quam sæpe apparet nihil eos malle, quam vel domino[t] satisfacere, vel populo? mittunt etiam, vulneribus[u]

Leid. Wolf. Schutz.—12 J. F. Gronov. conj. *venatores in montibus; in nive uri*, improbantibus Wolf. et Nissen.—13 *Nudi* Venet. 1481. probante Ursin. *Viden'* conj. Ernesti. *Inde* omittit Lamb. *pernoctant ven. in nive; in mont. uri se patiuntur Indi: pugiles, &c.* conj. Dav.—14 Col. Cant. *victoria ni-*

NOTÆ

omnes cibi immodici partes neque probe conficere, neque confectas in totum corpus distribuere posset. Insignis inter ceteros fuit edacitas Milonis Crotoniatæ et Heraclidis pugilis. Plura Hieron. Mercur. I. 15.

[q] *Jovem Olympium*] Cui dedicati erant ludi Olympici, ab Hercule instituti, postquam Augeam regem Elidis occidisset, fraudatus ab eo mercede pacta, propter stabulum a triginta annorum fimo repurgatum.

[r] *Pugiles cæstibus*] 'Cæstus' chirothecæ genus quoddam est e loris bubulis, plumbo etiam ac ferro interdum insuto. His pugiles muniebant manus, cubitoque ac humero, ne excuterentur, alligabant. Qui nomen a 'cædo' deducunt, 'cæstum' scribunt; qui a κέστον, *cingulum*, ut Scaliger, 'cestum' scribunt. Exercitatio illa diversa fuit a lucta, quod in ea solis manuum pugnis se invicem cæderent; in lucta, complexu insertisque brachiis.

[s] *Olympiorum*] In iis, præter præmia, de quibus alias, victoribus concedebatur, non solum ut in conventu stantes cum palma et corona laudes ferrent, sed in civitatem suam triumphantes quadrigis reducerentur, et ære publico constitutis vectigalibus fruerentur. Idem honos erat in ludis Nemæis apud Cleonas, et Isthmiis in Isthmo, et Pythiis apud Delphos, et Capitolinis Romæ.

[t] *Domino*] Ludorum dominus dicebatur, qui eos ederet; edendorum autem cura, ut varia fuit reip. forma, sic ad diversos pertinuit: primum quidem ad reges, cum reges habuit Roma; sic Consualia Romulus Neptuno equestri exhibuit. Post ejectos reges consulum fuit ea provincia, ut de sæcularibus scribit Censorinus; creatis autem ædilibus, ædiles plebeii plebeiis, curules iis, qui Magni Ludi dicebantur, præfuerunt. Prætor urbanus signum mittendis quadrigis dabat. Ludis funebribus præerant hæredes defunctorum.

[u] *Mittunt etiam vulneribus*] Ita gladiator quidam, cum Antonio supplicaret ut servaretur; 'Abi,' inquit, 'et adversario tuo supplica.' Dion. in Caracalla.

Digitized by Google

confecti, ad dominos, qui quærant, quid velint: si satis his factum sit,[15] se velle decumbere. Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutavit unquam? quis non modo stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, cum decubuisset, ferrum recipere jussus, collum contraxit?[16] tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. Ergo hoc poterit [*p.* 184.]

Samnis, spurcus * homo, vita illa dignu' locoque:

vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione et ratione corroboret? Crudele gladiatorum [x] spectaculum et inhumanum nonnullis videri solet: et haud scio an ita sit,[17] ut nunc fit. Cum vero sontes ferro depugnabant,[18] auribus fortasse multæ, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem et mortem disciplina.

XVIII. 42. De exercitatione, et consuetudine, et commentatione dixi. Agesis,[1] nunc de ratione videamus; nisi quid vis ad hæc. A. Egone ut te interpellem? ne hoc quidem vellem: ita me ad credendum tua ducit oratio. M. Sitne igitur malum dolere,[2] necne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum dolorem.

hil antiquius videtur.—15 Nonnulli codd. Bern. 1. in marg. Wolf. Schutz. Orell. *si satis iis factum non sit;* Argent. 1511. *si satisfactum iis non sit;* Lamb. *si iis satisfactum non sit;* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Manut. *si satisfactum iis sit;* duo codd. Lambini *si satisfactum iis sit*, ipso probante.—16 Suffridi codex *retraxit.*—17 Codd. aliquot *et adhuc nescio, an ita sit;* Bouh. conj. *et h. s. annon ita sit.*—18 Edd. antiquiss. Erasm. Crat. *depugnabant ferro.*

CAP. XVIII. 1 *Apagesis* codd. aliquot Oxon. edd. antiquiss. Erasm. Crat. —2 Ita Bern. 1. Venet. 1480. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Dav. *dolor* e codd. Manut. et Lamb. item Lall. Wolf. Schutz. Orell. *et minutis* Reg. Dav. *nec ad s. pertinentibus* duo codd. Oxon. ed. vet. Bouhierii, Argent. 1511.

NOTÆ

* *Samnis, spurcus*] Versus est Lucilii Sat. lib. IV. de Eserniuo gladiatore, quem Samnitem vocat per contemtum; gladiatores enim ut plurimum fuerunt Samnites, ideoque servili more a Romanis accepti. Nonius in verbo 'Spurcus.'

x *Crudele gladiatorum*] Plenum, inquit Cyprianus, inhumanitate spectaculum, ubi homo occiditur in hominis voluptatem. Eam ob causam Justinianus illa prohibuit.

Digitized by Google

Ego illud, quicquid sit, tantum esse, quantum videatur, non puto: falsaque[3] ejus visione et specie moveri homines dico vehementius, doloremque [ejus] omnem esse tolerabilem. Unde igitur ordiar? an eadem breviter attingam, quæ modo dixi, quo facilius oratio progredi possit longius? 43. Inter omnes igitur hoc constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium, et magnanimorum, et patientium, et humana vincentium, toleranter dolorem pati. Nec vero quisquam fuit, qui eum, qui ita pateretur, non laudandum putaret. Quod ergo et postulatur a fortibus, et laudatur cum fit, id aut extimescere veniens, aut non ferre præsens, nonne turpe est? Atqui vide, ne, cum omnes rectæ animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium:[4] sed ab ea, quæ una ceteris excellebat, omnes nominatæ sint. Appellata est enim ex viro[5] virtus: viri autem propria maxime est fortitudo: cujus munera duo sunt maxima,[6] mortis, dolorisque contemtio. Utendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potius si viri, volumus esse, quoniam a viris virtus nomen est mutuata.[7] XIX. 44. Quæres fortasse, quo modo: et recte: talem enim medicinam philosophia profitetur. Venit Epicurus, homo minime malus, vel potius vir optimus: tantum monet, quantum intelligit: 'Neglige,' inquit, 'dolorem.' Quis hoc dicit? Idem, qui dolorem summum malum. Vix satis constanter audiamus. 'Si summus dolor est,' inquit, 'necesse est brevem esse.'[1] Iteradum[2] eadem[3] ista mihi: non

---

Erasm. *dolorem* de Ciacconii et Bentl. sententia omittit Dav.—3 Leid. *falsoque*, probante Bouh. Alterum *ejus* delevit Schutz. pro quo *eis* legunt Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. et Nissen. *velis* conj. Dav. *rebus* conj. Bentl. *doloremque ejus modo omnem esse tolerabilem* codd. aliquot ap. Orell.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *omnium nomen.* Statim, *ea una, quæ* eædem edd. cum Crat. Manut. Lamb. *ab ea ipsa, quæ una* Leid. probante Bouh. *ceteris excellat* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *nominatæ sunt* duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Argent. 1511. Erasm. Victor.—5 Manut. Lamb. *a viro.*—6 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *maxima sunt.*—7 Hæc, *quoniam a v. v. n. est mutuata*, aberant a cod. Ursin. ipso probante; uncis inclusit Dav. delerunt Wolf. et Schutz.

Cap. XIX. 1 Ita Victor. Gebb. seqq. *brevem esse necesse est* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *brevem necesse est esse* Dav.—2 *Iterandum* codd. aliquot, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav. *satis* omit-

Digitized by Google

enim satis intelligo, quid summum dicas esse, quid breve. 'Summum, quo nihil sit superius: breve, quo nihil brevius.' Contemno magnitudinem doloris, a qua me brevitas temporis vindicabit ante pæne, quam venerit. Sed, si est tantus dolor, quantus Philoctetæ? Bene sane: magnus[3] mihi quidem videtur, sed tamen non summus: nihil enim dolet, nisi pes: possunt oculi: potest caput, latera, pulmones: possunt omnia. Longe igitur abest a summo dolore. 'Ergo,' inquit, 'dolor diuturnus habet lætitiæ plus, quam molestiæ.' 45. Nunc ego[4] non possum tantum hominem nihil sapere dicere: sed nos ab eo derideri puto. Ego summum dolorem (summum autem dico, etiam si decem atomis est major alius) non continuo dico esse brevem:[5] multosque possum bonos viros nominare, qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis. Sed homo catus[6] nunquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum, ut sciam, quid summum dicat in dolore, quid breve in tempore. [p. 185.] Omittamus hunc igitur,[7] nihil prorsus dicentem: cogamusque confiteri, non esse ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorem malorum omnium maximum dixerit; quamvis idem forticulum se in torminibus,[z] et in stranguria[a] sua præbeat. Aliunde igitur est quærenda medicina, et maxi-

tunt Manut. Lamb.—3 Vulg. ante Ernesti *Bene plane magnus, &c.* *Bene plane et magnus videtur* codd. aliquot, edd. antiquiss. Erasm. Crat.—4 *Hunc ego* tres codd. Oxon. Argent. Erasm. Lamb.—5 Reg. Dav. *esse dico brevem.*—6 Ita Guelf. Nonius p. 92. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *cautus* codd. plerique, etiam Reg. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *auctus* malebat Nissen. neque id displicebat Bentleio.—7 *O. igitur hunc* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.

NOTÆ

[y] *Iteradum eadem*] Multi legunt *iterandum*. At similem hunc locum puto huic alteri Academic. Quæst. 'Age, asta, mane, audi, iteradum eadem et ista mihi.' Sic 'adesdum,' comice dicitur.

[z] *Se in torminibus*] 'Tormines' dicuntur, non 'tormina,' inquit Nonius. Græce *dysenteria*. Morbus quo viscera torquentur. Hinc 'torminosus.'

[a] *Et in stranguria*] Est urinæ reddendæ difficultas, quo morbo obiit Epicurus, teste Seneca Epist. lib. IX. et Laërt. Eodem morbo obiit Hermachus, sive Idomenæus, Epicuri discipulus, ad quem ille moriens scripsit epistolam, quam Cicero secundo de Finibus interpretatur.

Digitized by Google

me quidem (si, quid maxime consentaneum sit, quærimus) ab iis, quibus, quod honestum sit, summum bonum; quod turpe, summum videtur malum. His tu præsentibus gemere, et te jactare,[8] non audebis profecto: loquetur enim eorum voce virtus ipsa tecum. XX. 46. Tune, cum pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ,[b] barbaros in arena, videris excipientes gravissimas plagas, et ferentes silentio, si te forte dolor aliquis pervellerit,[1] exclamabis, ut mulier? non constanter et sedate feres? Fieri non potest: natura non patitur. Audio: pueri ferunt, gloria ducti; ferunt pudore[2] alii, multi metu; et tamen veremur, ut hoc, quod a tam multis, et quod tot locis perferatur, natura patiatur? Illa vero non modo patitur, verum etiam postulat. Nihil enim habet præstantius,[3] nihil quod magis expetat, quam honestum, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Hisce ego pluribus nominibus unam rem declarari volo; sed utar,[4] ut quam maxime significem, pluribus. Volo autem dicere, illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit optandum per se, a virtute profectum, vel in ipsa virtute situm, sua sponte laudabile: quod quidem citius dixerim solum, quam non[5] summum bonum. Atque, ut hæc[6] de honesto, sic de turpi contraria: nihil tam te-

Lamb.—8 Reg. *et jactare.*

CAP. XX. 1 Codex unus Oxon. cod. Ursin. Argent. 1511. Erasm. Crat. *perculerit.* Cf. III. § 36. Statim, *nec constanter* Cant. Charis. lib. II. p. 195. Venet. 1480. Dav. Pro *fieri*, quod servant Reg. Bern. 1. codd. plerique, Oxon. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Victor. Lall. *ferri* exhibent Manut. Lamb. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 Dav. cum Bentl. distinxit, *ferunt; gloria ducti ferunt; pudore, &c.* Paulo post, *natura non patiatur* codd. aliquot, edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Gebh.—3 *Nihil e. præstantius habet* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Statim, *honestum* Gebh. tacite, admiserunt soli Ernesti et Schutz. *honestatem* Bern. alii codd. et reliquæ edd.—4 Ita Col. Bern. 1. codd. plerique, edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Lall. *utor* codd. aliquot Oxon. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—5 Ita Reg. Victor. Gebh. seqq. *non* omittunt codd. aliquot, edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb. 1566. probante Bonh.—6 *Atque ut hoc* duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.

NOTÆ

[b] *Olympiæ*] Dum cæstu pugnant; aliis enim exercitationibus Olympiorum vulnerari adolescentes non poterant; cum ludi illi pentathlo, seu quintuplici tantum certamine constarent, cæstu, cursu, saltu, disco, et palæstra.

Digitized by Google

trum, nihil tam aspernandum, nihil homine indignius.

47. Quod si tibi persuasum est, (principio enim dixisti, plus in dedecore mali tibi videri, quam in dolore) reliquum est, ut tute tibi imperes: quanquam hoc nescio quo modo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat: non inscite tamen dicitur. XXI. Est enim animus in partes tributus[1] duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Cum igitur præcipitur, ut nobismetipsi[2] imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coërceat temeritatem. Est in animis omnium fere[3] natura molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodammodo, et languidum, senile. Si nihil aliud, nihil esset[4] homine deformius: sed præsto est domina omnium et regina, ratio, quæ, connixa per se, et progressa longius, fit perfecta virtus. Hæc ut imperet illi parti animi quæ obedire debet, id videndum est viro. Quonam modo? inquies. 48. Velut[5] dominus servo, velut imperator militi, velut parens filio. Si turpissime se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter, lacrymisque dedet,[6] vinciatur et constringatur amicorum propinquorumque custodiis. Sæpe enim vidimus[7] fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. Ergo hos quidem, ut famulos, vinclis prope ac custodia coërceamus:[8] qui autem

CAP. XXI. 1 Quinque codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *distributus*.—2 Ita e conjectura Ernesti et Schutz. *sibimet ipsis* codd. et edd. ante Ernesti. Cf. Ochsner. Eclog. p. 84. et 95.—3 *In animis omnium est fere* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mox, *senile* omittunt duo codd. Oxon. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Contra *languidum* pro gloss. habebat Nodell. Act. Lit. Traject. I. p. 155. *servile* conj. Nissen.—4 *Si nihil esset aliud, nihil esset* Manut. Lamb. Dav. *Sed si aliud non esset, nihil esset* Reg. Mox, *quæ connisa* Manut. *quæ connexa* Reg. Venett. 1480. 1481. Crat. Victor.—5 *Vel ut* duo codd. Oxon. Balliol. Dav. Wolf. Schutz. Orell. probante Bentl. *servo dominus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. —6 Charis. p. 185. *dedecoret*.—7 Ita Eliens. 2. probante Bentl. *Sæpe enim videmus* Reg. plerique codd. et edd. ante Ernesti.—8 Ita cod. Schotti, Bern. 1. in marg. et ed. vet. Bouh. *vinclis ac cust. arceamus* Venet. 1480. Manut. *vinclis et cust. arceamus* Lamb. *vinclis prope ac cust. arceamus* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. *v. prope ac ad custodiam*, omisso *coërceamus*, Reg. id omittunt etiam Bern. 1. Toletan. Schotti, Guelf. duo codd. Oxon. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Statim, *hos admonitu simili* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *simili* cum optt. codd. delevit Gebh.

Digitized by Google

erunt firmiores, nec tamen robustissimi, hos admonitu oportebit, ut bonos milites, revocatos, dignitatem tueri. Non nimis in Niptris[c] ille sapientissimus Græciæ saucius[d] lamentatur, vel modice potius:

Pedetentim (inquit) ite, et sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor.[9]

49. Pacuvius hæc[10] melius, quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere: tamen huic leviter gementi, illi ipsi, qui ferunt saucium, personæ gravitatem intuentes, non dubitarunt dicere, [*p.* 186.]

Tu quoque, Ulysses, quanquam graviter cernimus ictum,
Nimis pæne animo es[11] molli; qui, consuetus in armis
ævum agere . . . .

Intelligit poëta prudens, ferendi doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram. 50. Atque ille non immoderate magno in dolore,

—9 Ita Reg. Bern. 1. et edd. ante Dav. qui legit,
Pedetentim, inquit, et sedato nisu!
Ne succussu arripiat major
Dolor.
Davisium secuti sunt Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Pedetentim, inquit, ac sedato, &c.* Charis. p. 190.—10 Ita edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *Pacuvius hoc* Reg. Bern. alii codd. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Mox, *vulnere apud hunc leviter* de Bentleii conjectura Dav. Tum, *non dubitant dicere* duo codd. Regg. Lall. Wolf. Schutz. Orell. —11 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *es pæne animo.* Statim, *consuetu's* Wolf. in ed. pr. *consueris* Wolf. in ed. sec. *consueveris* cod. Davisii. Hos versus ita ordinat Orell.
Tu quoque, Ulixes, quanquam graviter
Cernimus ictum, nimis pænè animo es
Molli, qui consuetus in armis
Ævom agere.

NOTÆ

[c] *In Niptris*] Tragœdiam hanc et Sophocles et Pacuvius ediderunt; dictam a νίπτω. Laërt. Neutra extat. Argumentum erat Ulysses, cui sub habitu mendici domum revertenti Euryclea nutrix pedes ignara lavit. Legitur tota fabula in Odyssea. Fragmentum hoc, et quæ consequuntur, ex Pacuvio excerpta sunt, et habentur in collectaneis Scriverii.

[d] *Græciæ saucius*] Sunt qui vulnus, de quo hic queritur Ulysses, velint fuisse illud, quo ab apro, dum venatur in Parnasso cum filiis Autolyci, in femore percussus est, delatusque domum Autolyci diligenter curatus est. Sed patet sermonem hic esse de vulnere post diuturnam militiam accepto.

Digitized by Google

Retinete, tenete, opprimite,
Ulcus nudate: heu miserum me! excrucior.[12]

Incipit labi: deinde illico desinit,

Operite, abscedite, jamjam mittite.[13]
Nam attrectatu[14] et quassu sævum amplificatis dolorem.

Videsne, ut obmutuerit, non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque objurgat, idque moriens,

Conqueri fortunam adversam, non lamentari, decet.
Id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus.[15]

Hujus animi pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles pudens.[16] XXII. 51. In quo vero erit[1] perfecta sapientia (quem adhuc nos quidem vidimus neminem: sed philosophorum sententiis, qualis futurus sit, si modo aliquando fuerit, exponitur) is igitur, si ea ratio, quæ erit in eo perfecta atque absoluta, sic illi parti imperabit inferiori, ut justus parens probis filiis; nutu, quod volet, conficiet, nullo labore, nulla molestia: eriget ipse se, suscitabit,[2] instruet, armabit, ut, tanquam hosti, sic obsistat dolori. Quæ sunt ista arma? Contentio,[3] confirmatio, sermoque intimus, cum ipse secum, 'Cave turpe quicquam,

—12 Orell. legit,

Retinete, tenete, opprimit ulcus,
Nudate, heu miserum me! excrucior.

Vossius, Wolf. Schutz. servant *opprimit.* Lall. Wolf. Schutz. *me miserum,* de conjectura Bentleii. Vide Bothe Poët. Scen. p. 185.—13 Ita Victor. Gebh. seqq. *dimittite* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—14 *Nam attactu* Manut. Hos versus ita legit Orell.

. . . . *operite, abscedite, jam jam*
Mittite! nam attrectatu et quassu
Sævom amplificati' dolorem.

—15 Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *additu'st,* de Bentleii sententia.—16 Plerique codd. Oxon. et edd. ante Lamb. *prudens.*

CAP. XXII. 1 Ita de Bentleii conj. Dav. Wolf. Schutz. improbante Orell. *In quo viro erit* codd. et edd. ante Dav. Mox, *videmus* edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Manut. Dav. Tum, *qualis hic futurus sit* Reg. Bern. 1. septem codd. Oxon. Dav. Wolf. Schutz. *sive ea ratio* Reg. Bern. 1. codd. plerique, edd. antiquiss. Erasm. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 Reg. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Gebh. *suscitabitur,* defendente Wakef. ad Lucr. IV. 818. *instituet, armabit* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat.—3 *Contemptio* duo codd. Oxon. et Leid. prob. Bouh. Statim,

Digitized by Google

languidum, non virile.'[a] 52. Obversentur[4] species honestæ animo: Zeno proponatur[e] Eleates, qui perpessus est omnia potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. De Anaxarcho[f] Democritio[5] cogitetur, qui, cum Cypri in manus Nicocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est, neque recusavit. Calanus[6] Indus,[g] indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate[h]

[a] *Et internus sermo, quo ipse sibi sapiens dicet, Cave ne turpe quiddam, languidum, et non virile agas.*

Cavet E ξ ψ 1. *Cave tempore quicquam* χ.—4 *Obversetur* ι. *Observetur* σ. Mox, pro *animo*, D E U ξ σ χ habent *vero*. E *præponatur Cleantes;* D *præponatur Elates;* U ι ξ χ *proponatur Cleantes*. E ξ delent *delendæ*.—5 *Democrito* D E ι ξ. *Cyri* E ξ. *Cirrii* ι. *Cyrri* σ. *in manus Cyprii* Erasm. Crat. Manut. Lamb. *Timocreontis regis* Reg. *Thymocreontis regis* E ξ.—6 *Calenus* Ernesti errore typogr. *Callanus* E. *Indus* videtur ortum esse e voc. seq. *indoctus vir* Dav.

NOTÆ

[e] *Zeno proponatur*] Parmenidis auditor, et inventor dialecticæ; qui ad Phalarim, ut refert Val. Max. III. 3. vel ut probabilius Laërt. et Suidas, ad Nearchum, vel Diomedontem, tyrannum quendam Græciæ, se contulit, ut mores ejus ad humanitatem revocaret. Sed consilia sua inania esse intelligens civitatis illius adolescentes liberandæ patriæ cupiditate inflammavit. Monitus tyrannus comprehendi Zenonem jubet, torqueri, ac interrogari quos consilii participes habeat: ille nullum eorum, sed proximum quemque ac fidissimum tyranno nominat. Ita Val. Max. Aiunt alii finxisse illum habere aliquid, quod in aurem tyranno diceret, primumque aurem illi, tum sibi linguam, ne reos conjurationis proderet, dentibus præcidisse.

[f] *De Anaxarcho*] Abderite, Democriti sectatore, inimico Nicocreontis. Is inter cœnam ab Alexandro interrogatus, quid de cœna sentiret, 'Cuncta magnifica,' inquit: tum, Nicocreontem intuens, addidit desiderari duntaxat caput cujusdam satrapæ. Post mortem Alexandri comprehensus jussu Nicocreontis, in pilam ptisanæ, seu mortarium saxeum, ferreis malleis contusus est. Ille autem, 'Tunde, tunde,' inquit, 'Anaxarchi follem, Anaxarchum enim nihil lædis.' Ad ultimum minitante amputationem linguæ tyranno, protinus dentibus abscissam in os ejus conspuit. Tertullian.

[g] *Calanus Indus*] Gymnosophista, proprio nomine, 'Spines;' verum cum pro salute omnibus obviis καλὲ diceret, *Calanus* nominari cœpit. Cum Onesicrito, quem Alexander miserat ad Indorum gymnosophistas, collocutus est. Secutus Alexandrum Magnum extra fines Indiæ, cum apud Pagassardas ægrotare cœpisset, aurea lectica rogo imposita, eoque combusto, ut fiebat a sapientibus Indorum, combustus est. Cum iret in rogum, 'O præclarum,' inquit, 'discessum e via!' Rogante Alexandro, quid vellet, 'Propediem te videbo,' ait; quod evenit mortuo paucis post diebus Alexandro Babylone.

[h] *Sua voluntate*] Is mos erat Indorum, teste Q. Curtio et Lucano: 'Quique suas struxere pyras, vivique

Digitized by Google

vivus combustus est. Nos, si pes condoluit,[7] si dens, si tactum dolore corpus, ferre non possumus. Opinio est enim quædam effœminata ac levis, nec in dolore magis quam in voluptate;[8] qua cum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. 53. At vero C. Marius, rusticanus[i] vir, sed plane vir, cum secaretur, ut supra dixi, principio vetuit se alligari: nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Cur ergo postea alii? valuit auctoritas. Videsne igitur, opinionis esse,[9] non naturæ, malum? et tamen fuisse acrem morsum doloris, idem Marius ostendit: crus enim alterum non præbuit. Ita et tulit[10] dolorem, ut vir, et, ut homo, majorem ferre sine causa necessaria noluit. Totum igitur in eo est, ut tibi imperes. Ostendi autem, quod esset imperandi[11] genus; atque hæc cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi dignissimum sit, non solum animum comprimit, sed ipsum etiam dolorem, nescio quo pacto, mitiorem facit. XXIII. 54. Ut enim fit in prælio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit[1] hostem, abjecto scuto[k] fugiat, quantum possit, ob eamque causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, cum ei, qui steterit, nihil tale evenerit; sic, qui doloris speciem ferre

in ed. pr. et Bipont. probante Ernesti. *sua voluptate* ψ 2.—7 *Nos si pes doluit* ψ 2. *si dens, fac totum dolore corpus* Reg. codd. plerique, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall.—8 Codd. et edd. ante Lamb. item Wolf. Schutz. Orell. *quam eadem in voluptate.* Statim, *mollitia* abesse malit Ernesti. —9 Edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *esse opinionis.* Statim, *malum* deest in E ξ.—10 *Ita enim et tulit* χ. *Et ita tulit* ψ 1.—11 Cod. χ *imperandum.* Mox, *dignum sit* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *comprimet* solus Gebh. *componit* conj. Dav. *confirmat* suspic. Bentl.

CAP. XXIII. 1 Codex unus Oxon. *simul ut viderit;* Venet. 1481. *simul viderit;* Dav. in ed. pr. *qui simul ac viderit ... ob eam causam;* Dav. in ed. sec. *si simul ac viderit ... ob eam causam;* Reg. et Pith. etiam *ob eam causam.* Paulo post, *qui autem restiterint* D U, Victor. Lall. probante Bentl. *qui a.*

NOTÆ

calentes Conscendere rogos.'

[i] *Rusticanus*] Arpinas, obscuris natalibus, immo arator. Plut.

[k] *Abjecto scuto*] In rep. Platonis cautum erat, ne milite, qui arma turpiter projecisset, vel imperator vel præfectus aliquis unquam uteretur. Lacedæmonii Archilochum Sparta ejecerunt propter hunc versum, 'Melius est abjicere arma quam mori.'

Digitized by Google

non possunt, abjiciunt se, atque ita afflicti et exanimati jacent: qui autem restiterunt, discedunt sæpissime superiores. Sunt enim[2] quædam animi similitudines cum corpore: [p. 187.] ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt; simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum; remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. 55. Et, si verum quærimus, in omnibus officiis persequendis[3] animi est adhibenda contentio: ea est sola officii tanquam custodia. Sed hoc quidem[4] in dolore maxime est providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus: inprimisque refutetur ac rejiciatur Philoctetæus ille clamor. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus[5] ne mulieri quidem. Et[6] hic nimirum est lessus,[1] quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. 56. Nec vero unquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac sapiens,[7] nisi forte ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores[m] exclamant, quam maxime possunt. Faciunt idem, cum exercentur,

resistant E ξ. *qui a. resisterent* ψ 2. *descendunt* E ξ.—2 *Et sunt* Lamb. *Sunt*, omisso *enim*, codex unus Oxon. Mox, *remissa* conj. Ernesti. Tum, *pressum depellit* edd. antiquiss. Beroald. Argent. Erasm. Crat. *repellit* volebat Ernesti.—3 Codex unus Oxon. et Reg. *persequentis*, probante Bruto.—4 *Sed hoc idem* Reg. septem codd. Oxon. et Dav. Paulo post, *Philoctetis* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *Philocteteus* al. et Orell.—5 Lamb. *ejulare*.—6 *Et* tacite omittit Wolf. Pro *lessus*, quod e codd. receperunt Dav. et Lall. *fletus* habent edd. ante Dav. item Wolf. Schutz. Orell.

NOTÆ

[1] *Hic nimirum est lessus* [*fletus*] Ejulatum illum lessum vocabant, auctore Sext. Ælio. Lex autem erat hæc: 'Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.' Quanquam Cicero secundo de Legibus auctor est, veteres legum decemviralium, seu XII Tabularum, interpretes dixisse, non se satis intelligere quid 'lessus' esset: L. Acilium existimasse vestimenti funebris genus esse. 'Losum,' 'lausum,' 'lesum,' et 'lessum' una significatione dicebantur. Lips. Quæst. Epist.

[m] *In stadio cursores*] Stadium locus erat cursoribus destinatus, ludis enim singulis suus fuit locus. Hinc distinctio theatrorum, amphitheatrorum, circorum, odæorum, xystorum, stadiorum. De quibus vide Romam Georgii Fabricii cap. 12. 'Stadiodromos' vocabant cursores in stadio. Stadium octava pars milliarii, sive 125. passus longum.

Digitized by Google

athletæ:[n] pugiles vero, etiam cum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt; non, quod doleant, animove succumbant; sed quia profundenda[8] voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior. XXIV. Quid? qui volunt exclamare majus,[1] num satis habent latera, fauces, linguam intendere, e quibus ejici vocem, et fundi videmus? Toto corpore, atque omnibus ungulis,[2] ut dicitur, contentioni vocis asserviunt. 57. Genu, mehercule, M. Antonium[o] vidi, cum contente pro se ipse[3] [p] lege Varia[q] diceret, terram tangere. Ut enim balistæ lapidum,[r] et reliqua

—7 Dav. de conjectura *patiens*. Vid. Wopkens. p. 62.—8 Ita Reg. Victor. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quia in profundenda* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.

CAP. XXIV. 1 Eliens. 2 *magis;* codex unus Oxon. omittit *majus*. Pro *ejici*, quod servant duo codd. Lambini, Dav. Wolf. Schutz. Orell. *elici* habent codd. plerique, etiam Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Gebh. Lall. *profundi videmus* D U χ. *fundi toto corpore videmus* ψ 1.—2 Cod. Ursin. Dav. Lall. *unguiculis*, probante Bentl. *aut dicetur* χ. *contentione* E ξ. *deserviunt* Lall. e codd. Davisii, uti volebat Bentl. Hanc tamen lect. non memorat Ursin.—3 Ita Gebh. et seqq. *ipse pro se* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *per se ipse leges vana* E ξ. *terram tangeret* E. *terram esse tan-*

NOTÆ

[n] *Athletæ*] Fuit hoc pugiles inter, athletasque discrimen. Pugiles manuum pugnis se invicem cædebant. Ab πὺξ, *pugnus*. In lucta vero complexu insertisque brachiis ac pedibus luxabant se ac prosternebant.

[o] *M. Antonium*] Insignem illum oratorem, de quo supra; quem in libro de Oratore loquentem Cicero inducit.

[p] *Pro se ipse*] Quæstor in Asiam iturus, Brundisii cum esset, intellexit se incesti postulatum esse, rediitque Romam causam dicturus, etsi lege Memmia pergere in provinciam posset. Val. Max. III. 7.

[q] *Lege Varia*] Falluntur hic Beroaldus et Manutius qui legem hanc Variam esse scribunt Q. Varii, cognomine 'Hybridæ,' de quo Cicero in Bruto, et pro Scauro. Hybrida nonnisi annos 22. post eum quo Antonius causam suam egit, legem tulit. Quid, quod lex Q. Varii Hybridæ non de incestu, sed de majestate lata est? Aut igitur corruptum esse locum oportet, expungique has voces, aut aliquem alium Varium fuisse, quod inter veteres nemo refert; aut M. Antonium iterum causam dixisse, tribuno plebis Q. Vario; quod nullibi extat.

[r] *Balistæ lapidum*] Machinæ bellicæ quæ funibus multiplici nervo contextis intendebantur. His lapides pondo centum viginti emittebantur. Veget. et Vitruv. Inventæ a Phœnicibus. Plin. Hinc 'exbalistare,' id est, ex balista emittere, Plaut. in Pseudolo. Vox forte in comico tantum utenda.

Digitized by Google

tormenta telorum, eo graviores emissiones[4] habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius; sic vox, sic cursus, sic plaga, hoc gravior, quo est missa contentius. Cujus contentionis cum tanta vis sit, si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: sin erit ille gemitus lamentabilis,[5] si imbecillus, si abjectus, si flebilis; ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. Qui quidem gemitus si levationis aliquid afferret, tamen videremus, quid esset fortis et animosi viri: cum vero nihil imminuat[6] doloris, cur frustra turpes esse volumus? quid est enim fletu muliebri viro turpius? 58. Atque hoc præceptum, quod de dolore datur, patet latius. Omnibus enim rebus,[7] non solum dolori, simili contentione animi resistendum est. Ira exardescit: libido concitatur:[8] in eandem arcem confugiendum est: eadem sunt arma sumenda. Sed quoniam de dolore loquimur, illa omittamus.[9] Ad ferendum igitur dolorem placide et sedate,[10] plurimum proficit, toto pectore, ut dicitur, cogitare, quam id honestum sit. Sumus enim natura, ut ante dixi, (dicendum est enim[11] sæpius) studiosissimi, appetentissimique honestatis; cujus si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est, quod, ut eo potiamur, non parati simus et ferre et perpeti. Ex hoc cursu atque impetu animorum ad veram laudem atque honestatem,[12] illa pericula adeuntur in prœliis. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera; vel si sentiunt, se mori malunt, quam tantum modo de dignitatis gradu demoveri. 59. Fulgentes

gere ψ 2.—4 Idem cod. *in missiones*. Mox, *sic cursus, sic vox* Lamb. *cum est missa* Reg. ι ψ 1. 2. Dav. Lall. *quo est emissa* E, Leid.—5 Ita plurimi codd. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *elamentabilis* Reg. Bern. 1. ψ 1. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. Statim, *se dediderit* Dav. *se* omittit codex unus Oxon.—6 D U χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *imminuatur*.—7 Nissen. conj. *tumoribus*.—8 D U, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *excitatur*.—9 Reg. *omittam*.—10 Bern. 1. Dav. Wolf. Orell. *placide atque sedate*.—11 Dav. conj. *autem*. Vid. Wopk. p. 63. *appetentissimi attentissimique* D. *attentissimique* U ξ. Mox, *aspeximus* D E U ι ξ, et Reg.—12 Col. Cant. *honestatem tendente*. Mox, *sed sentiunt, sed m. m.* codd. plerique, Venet. 1480. Manut. Lamb. Gebh. Dav. in ed. sec. Lall. *vel sentiant, sed m. m.* Dav. in ed. pr. *quam tantillum* Reg. plerique Oxon. Leid. Manut. Lamb. Dav. Orell. Deinde, *dimoveri* ψ 2.

Digitized by Google

gladios hostium videbant Decii,[s] cum in aciem eorum irruebant. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis, et gloria. Num tu[11] ingemuisse Epaminondam putas, [p. 188.] cum una cum sanguine vitam[t] effluere sentiret? imperantem enim patriam Lacedæmoniis relinquebat, quam acceperat servientem. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum.

XXV. 60. Dices, quid in pace? quid domi? quid in lectulo? Ad philosophos me revocas, qui in aciem non sæpe prodeunt. E quibus homo sane levis Heracleotes[u] Dionysius, cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore deductus est.[1] Nam, cum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat, falsa esse illa, quæ antea de dolore ipse sensisset.[2] Quem cum Cleanthes[x] condiscipulus[3] rogaret,

Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut.—11 *Num tum* codd. et edd. ante Dav. item Wolf. Schutz. Orell.

CAP. XXV. 1 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. edd. antiquiss. Victor. Crat. *deiectus est* Manut. Lamb. *dedectus est* de Bentleii conj. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *sensisset ipse.*—3 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *condiscipulus ejus.* Statim, *Qui cum*

NOTÆ

[s] *Videbant Decii*] Tres, qui se pro patria devoverunt. Hinc Lucano dicti 'lustrales belli animæ.' Cum Latinis pater decertans, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos.

[t] *Cum sanguine vitam*] Apud Mantineam dum pugnat, sparo, quod agreste telum est, percussus, relatusque in castra, requirit a circumstantibus, salvusne sit clypeus; salvum esse cum responsum esset, delatum ad se, velut laborum socium osculatur. Iterum interrogat, sintne fusi hostes; cum id quoque audivisset, evelli tum denique sibi spiculum jubet, lætusque moritur. Thebanorum gloria cum illo nata, cum illo exstincta est; qui enim ante illum alieno imperio paruerant, eo mortuo in alienam servitutem revoluti sunt. Ita Justin. Æmil. Prob. Cicero.

[u] *Heracleotes*] Ab Heraclea urbe Bospori ita dictus, insignis discipulus Platonis; a Stoicis ad Cyrenaicos se transtulit, cum correptus fuisset, vel oculorum morbo, ut Cic. de Fin. lib. v. et Laërt. vel renibus, ut hic Cic. Hinc μεταθέμενος dictus, id est *transfuga.*

[x] *Cleanthes*] Græca vox a puteis exhauriendis deducta; quod aqua puteis extrahenda inopiam sustentaret; discipulus Zenonis e pugile factus. Accusatus quod nimio plus robustus esset, Hortulano, apud quem id muneris præstabat, teste usus est; vitæque illius rationem admirati Areopagitæ decem minas illi dari jusserunt; ne vero eas acciperet vetuit Zeno. Quæ a præceptore audierat, ossibus boum et testis fictilibus perscripsisse dicitur, cum pecunia, unde emeret chartas, non suppeteret.

Digitized by Google

quænam ratio eum de sententia deduxisset, respondit, 'Quia, cum tantum operæ philosophiæ dedissem, dolorem tamen ferre non possem, satis esset argumenti, malum esse dolorem: plurimos autem annos in philosophia consumsi, nec ferre possum: malum est igitur dolor.' Tum Cleanthem, cum pede terram percussisset, versum ex Epigonis [y] ferunt dixisse,

Audisne hæc,[z] Amphiaraë, sub terram abdite?

Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat. 61. At non noster Posidonius;[a] quem et ipse sæpe vidi;[4] et id dicam, quod solebat narrare Pompeius:[b] se, cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed cum audivisset,[5] eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut vidisset, et salu-

Reg. ✝ 1. *respondit, Quicunque tantum o. dedisset ... posset* de Bentleii conjectura Dav. *si quis ... dedisset, dol. t. ferre non posset* conj. Ernesti. *satis esse* codex unus Oxon. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Lamb.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *sæpe ipse vidi.*—5 *Sed cum audisset* Victor. Dav. *Sed cum audiret* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Paulo post, *quem cum vidisset* conj. Ernesti. Tum, *molestis se*

NOTÆ

[y] *Ex Epigonis*] Tragœdia Euripidis. Epigoni, quasi postgeniti, dicti sunt, qui secundum bellum Thebanum duce Alcmæone gesserunt, orti ab iis qui primo bello Thebano mortem oppetierunt. Labuntur qui existimant Epigonos apud Strabonem populos esse a quibus fabulæ Euripidis nomen datum sit. Epigoni quoque dicti sunt successores Macedonum veteranorum qui sub Alexandro Magno ex Asiaticis fœminis sobolem susceperunt.

[z] *Audisne hæc*] Oratio, ut suspicantur aliqui, Alcmæonis, patrem Amphiaraum jam defunctum invocantis; aut, quod magis placet, alicujus exprobrantis Alcmæoni degenerem a patre Amphiarao virtutem; ut sensus sit, perinde invocandum esse Zenonem defunctum, ut audiat quid loquatur Dionysius, a magistro degener; quemadmodum invocatus est Amphiaraus, ut audiret quid loqueretur Alcmæon.

[a] *Noster Posidonius*] Patria Apamiensis in Syria, teste Strabone, sed Rhodius existimatus, quod Rhodi et vixerit et philosophatus sit. Sic Apollonius, patria Alabandensis, Rhodius dictus est, quod Rhodi dicendi magister fuisset: utrumque ibi audivit M. Tullius. Ita Plut.

[b] *Narrare Pompeius*] Confecto bello Mithridatico, Rhodo transiens, omnes professores artium liberalium audire voluit, singulisque professoribus talentum dono dedit. Idem fecit Athenis. Laërt.

Digitized by Google

tavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire; at ille, 'Tu vero,' inquit, 'potes: nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit.' Itaque narrabat, eum[6] graviter et copiose de hoc ipso, Nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputavisse: cumque quasi faces ei doloris admoverentur, sæpe dixisse, 'Nihil agis, dolor: quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.' XXVI. 62. Omninoque omnes clari et nobilitati labores contemnendo[1] fiunt etiam tolerabiles. Videmusne ut apud magistros eorum ludorum,[2] qui Gymnici[c] nominantur, magnus honos sit, nullum ab iis, qui in id certamen descendant, devitari dolorem? Apud quos autem venandi et equitandi laus viget,[3] qui hanc petessunt,[d] nullum fugiunt dolorem. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum[4] loquar? Quæ flamma est,[e] per quam non cucurrerint ii, qui hæc olim punctis singulis[f] collige-

dixisse ferre Dav.—6 Duo codd. Oxon. cum Venet. 1480. *tum eum.* Mox, *esset honestum* Reg. Dav. *esset* omittunt E ξ. *disputasse* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.

Cap. xxvi. 1 Ita codd. plerique, Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. *contemtu* Bern. ψ 2. *cotedo* Venet. 1480. *contendendo* Reg. Lall. Bipont. Wolf. Schutz. Orell. uti conj. Bentl.—2 Ita e Corradi Quæst. p. 348. solus edidit Ernesti. 'Corradus usus est codice interpolato, cf. Ernestii Annot. ad Tusc. II. § 3. vel ipse sic interpolavit.' *Orell. V. ut apud quos e. l.* Bern. 1. *Videmusne, apud quos eorum ludorum* alii codd. et edd. ante Ernesti. Mox, *ab his* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav.—3 Nonnulli codd. etiam ι ξ σ χ ψ 2. Lamb. Oliv. *vigeat.* Actutum, *qui h. petissunt* Lamb. *qui h. gloriam petessunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *eos nullum fugere dolorem* Lamb. *nullum fugere dolorem* Dav.—4 Ernesti et Schutz. *bonorum,* errore typogr. Statim, *cucurrerunt hi*

NOTÆ

[c] *Qui Gymnici*] Γυμνὸς, *nudus.* Hinc ludi gymnici, non quod in iis nudata semper corpora exercerentur, sed quod vestibus quoque levioribus uterentur.

[d] *Petessunt*] Vox obsoleta, pro 'petunt.' Ea iterum usus est Cicero de Divin. lib. I. 'Cœlum terrasque petessit.' Sic 'impetrasso,' 'reconciliasso,' et sexcenta alia apud Plautum.

[e] *Quæ flamma est*] Quod periculum est; modus loquendi, similis alteri Terentiano in Eunucho: 'Ex flamma te petere cibum posse arbitror.'

[f] *Punctis singulis*] Suffragiis. Antiqui enim suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Qui mos dein-

Digitized by Google

bant? Itaque semper Africanus Socraticum Xenophontem[g] in manibus habebat; cujus inprimis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æque graves[5] imperatori et militi, quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatorium. 63. Sed tamen hoc evenit, ut in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, cum ipsam videre non possint.[6] Itaque fama et multitudinis judicio moventur, cum[7] id honestum putent, quod a plerisque laudetur. Te autem, si in oculis sis multitudinis, tamen ejus judicio stare nolim, nec, quod illa putet, idem putare[8] pulcherrimum. Tuo tibi judicio est utendum: tibi si recta probanti placebis, tum[9] non modo tu te viceris, (quod paulo ante præcipiebam) sed omnes, et omnia. 64. Hoc igitur tibi propone: amplitudinem[10] et quasi quandam exagge-

Reg. Dav. *cucurrerint hi* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor.—5 Reg. e correctione ipsius librarii, *non æque graris esse*. In fine periodi, *imperatorum* D E U χ, Venet. 1480. Beroald. Manut. Lamb. *imperatori* codd. aliquot, margo Crat. et Dav.—6 Venett. 1481. Beroald. Crat. Victor. *possit;* codex unus Oxon. *possunt*.—7 Reg. codex unus Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Orell. *ut*.—8 Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *idem te putare*.—9 Victor. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *tunc;* Dav. *tu*. Actutum, *non modo tete viceris* Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *tum tu non modo te viceris* Lamb.—10 Edd. antiquiss. et Orell. *amplitudinem animi;* voc. *animi* uncis inclusit Wolf. Paulo post, *quæ maxime* Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Orell. *quæ maxima* Manut. *eminet in contemnendis* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Deinde, *se tamen ipsa delectet* Reg. alii codd. Venet. 1480. Dav.

NOTÆ

de mutatus est variis legibus, Gabinia, Cassia, Cælia, Papiria, et ceteris quæ tabellariæ dictæ sunt, quod præscripserint ut populo in jubendis vel vetandis legibus per tabellam suffragium esset, non punctis, aut voce, ut prius.

g *Socraticum Xenophontem*] Librum de Institutione Cyri. De quo hæc habet Cicero Epist. ad Quint. Frat. 'Cyrus ille, a Xenophonte, non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem justi imperii, cujus summa gravitas ab illo philosopho cum singulari comitate conjungitur. Quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat; nullum est enim prætermissum in his officium diligentis et moderati imperii.' Sunt qui credant librum hunc a Xenophonte scriptum de Regia Institutione, ut opponeretur libris Platonis de Republica, adversus quem occulta malevolentia affectum fuisse Xenophontem volunt; quare Platonem de Leg. lib. III. mentione Cyri habita, elevandi illius operis gratia, dixisse, Cyrum virum quidem strenuum fuisse, rectam vero disciplinam ignorasse.

Digitized by Google

rationem quam altissimam animi, qui maxime eminet contemnendis et despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum captans, se tantum ipsa delectet. [*p.* 189.] Quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, et sine populo teste, fiunt: non quo[11] fugiendus sit (omnia enim benefacta in luce se collocari volunt); sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia majus est.

XXVII. 65. Atque inprimis meditemur illud, ut hæc patientia dolorum,[1] quam sæpe jam animi intentione dixi esse firmandum, in omni genere se æquabilem præbeat. Sæpe enim multi, qui, aut propter[2] victoriæ cupiditatem, aut propter gloriæ amorem, aut etiam ut jus suum et libertatem tenerent, vulnera exceperunt fortiter et tulerunt; iidem, omissa contentione, dolorem morbi ferre non possunt: neque enim illum, quem facile tulerant, ratione aut sapientia tulerant, sed studio potius, et gloria. Itaque barbari quidam[3] et immanes ferro decertare acerrime possunt, ægrotare viriliter non queunt. Græci autem homines,[4] non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt; iidem morbos toleranter atque humane ferunt. At Cimbri[5] [h] et Celtiberi [i] in præliis exul-

probante Bouh. *neque plausum captet, sed se tantum, &c.* cod. Sigonii; *delectetur* conj. Ernesti.—11 Cod. Ursin. Lamb. Wolf. *non quod.* Statim, *recte facta* Augustin. Civ. Dei, XIV. 18. *in luce coll.* Venet. 1481.

CAP. XXVII. 1 Edd. antiquiss. *doloris.* Statim, *jam* omittunt Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *animi contentione* cum paucis codd. Lall.—2 Dav. *qui aut per.* Mox, *aut propter gloriam* Dav. Wolf. Schutz. *aut propter gloriæ, omisso etiam amorem,* Reg. Bern. 1. quatuor codd. Oxon. Victor. Manut. Lamb. Lall. Orell. *libertatem tuerentur* cod. ap. Fabr. cum uno cod. Oxon.—3 *Itaque b. quidem* pauci codd. Argent. 1511. Erasm. Dav.—4 *Græci autem hodie* conj. Valkenaer. Statim, *sed prudentes* ed. vet. Bouh. ipso probante, item Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Oliv. *at prudentes* Lall. Tum, *et iidem* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *et idem* ψ 2. *sed iidem* Manut. Lamb. 1566. *eidem* Reg. et Lamb. in curis sec. *idem* D U.—5 *Ac Cimbri* D U. Statim, *in prælio* Manut. Lamb.

NOTÆ

[h] *At Cimbri*] Populi Germaniæ extremi ad Boream; quorum regio et peninsula Cimbrica Chersonesus a Ptol. appellatur. In quatuor partes divisa, Holsatiam ad Meridiem, Ditmarsiam ad Occidentem, Jutlandiam

Digitized by Google

tant, lamentantur in morbo: nihil enim potest esse æquabile, quod non a certa ratione proficiscatur. 66. Sed cum videas, eos, qui aut studio aut opinione ducantur,[6] in eo persequendo atque adipiscendo, dolore non frangi; debeas existimare aut non esse malum dolorem, aut, etiamsi, quicquid asperum alienumque natura sit, id appellari placeat malum, tantulum tamen esse, ut a virtute ita obruatur, ut nusquam appareat. Quæ meditare, quæso, dies et noctes: latius enim manabit hæc ratio, et aliquanto majorem locum, quam de uno dolore, occupabit. Nam si omnia, fugiendæ turpitudinis adipiscendæque honestatis causa, faciemus,[7] non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ, contemnamus licebit, præsertim cum paratum sit illud ex hesterna disputatione perfugium. 67. Ut enim, si cui[8] naviganti, quem prædones insequantur, Deus quis dixerit, 'Ejice te navi:[9] præsto est, qui excipiat, vel delphinus, ut Arionem[k] Methymnæum; vel equi Pelopis[l] illi Neptu-

—6 *Sed cum videas quo quis aut s. aut o. ducatur* Vat. *Sed c. v. eos, qui quo* ... *ducantur* de Ernestii conj. Wolf. et Schutz. *eos, quo aut st.* ... *ducantur* Dav. Paulo post, *debes existimare* codd. aliquot, Erasm. Manut. Lamb. Dav. Lall. *etiam si quid asperum* E ι ξ. *et si quicquid asperum* χ. *a natura* codd. aliquot, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *tantillum tamen esse* ι ξ σ ψ 1. 2. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Lall.—7 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *faciamus.* Paulo post, *ex* ante *hesterna* omittunt Beroald. Crat. Victor. *profugium* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. —8 *Ut enim si quem* ψ 2. Statim, *quem* omittunt Reg. ι ξ σ χ ψ 2. Gebh. Dav. *Deusque quis* D U χ. *Deusque qui* E ξ. *Deus qui* Dav. cf. Wopk. p. 67. —9 *Ejice te de navi* Bern. 1. Venet. 1481. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut.

NOTÆ

ad Septemtrionem, et ducatum Slesvicensem inter Holsatiam et Jutlandiam positum. In acie exultabant, tanquam feliciter vita excessuri; lamentabantur in morbo, quasi turpiter perituri. Val. Max. II. 6.

[i] *Celtiberi*] Qui Iberi fluminis ripas habitabant: genus hominum ex Galliarum Celtis et Hispaniarum Iberis mixtum. Luc. 'Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.' Nefas esse ducebant prælio superesse, cum is occidisset pro cujus salute spiritum devoverant. Ita Val. Max. quod de Gallis quoque prodidit Cæsar B. G. lib. III.

[k] *Arionem*] Nota est fabula Arionis a delphino Tænarum usque delati. Methymnæus a Methymna, civitate insulæ Lesbos.

[l] *Pelopis*] Œnomaus, Hippodamiæ pater, cum oraculo accepisset, moriturum se cum filia nuberet, procis illam petentibus certamen proposuit,

Digitized by Google

nii,[m] qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te, et, quo velis, perferent;' omnem omittat timorem; sic, urgentibus asperis et odiosis doloribus, si tanti sint, ut ferendi non sint,[10] quo sit confugiendum, vides.

Hæc fere hoc tempore putavi esse dicenda. Sed tu fortasse in sententia permanes. A. Minime vero: meque biduo duarum rerum, quas maxime timebam, spero liberatum metu. M. Cras ergo ad clepsydram:[n] sic enim dicimus:[11] et tibi hoc video non posse deberi.[a] A. Ita prorsus:[12] et illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore. M. Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.[13]

[a] *Sed opus non est invitare te in diem crastinam; neque enim passurus es, ut quæ restant tibi debeantur diutius; sed ipse promissum, etiamsi differrem, ultro exacturus es.*

Lamb. Lall. Wolf. Orell. *en præsto est* Argent. 1511. Erasm. Paulo post, *qui te excipient* eædem edd. *omittas timorem* Reg. alii codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *omittamus timorem* σ.—10 Dav. Lall. Wolf. Orell. de Bentleii conj. *si tanti non sit, ut ferendi sint*; Reg. Bern. 1. et edd. antiquiss. *si tanti non sint, ut ferendi sint.* Statim, *ut vides* Reg. Pith. *tu vides* Venet. 1481. Argent. 1511. Erasm. probante Dav.—11 Ita codd. aliquot, Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Lall. Schutz. Orell. *diximus* codex unus Oxon. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. *duximus* Reg. D E σ ψ 2. Venet. 1481. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *sed tibi* Reg. D E U ξ σ χ ψ 1. 2. alii codd. edd. antiquiss. Beroald. al. ante Gebh. *et* debetur Turnebo Adv. IV. 18.—12 *Ita prorsus existimo* E ξ.—13 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *obsequemur studiis*; ψ 2 *studiis obsequamur.*

NOTÆ

quo victus interficeretur, victor filiam duceret uxorem. Multis ea conditione occisis, stitit se Pelops, et Œnomaum, corrupto ejus auriga Myrtilo, vicit.

[m] *Illi Neptunii*] Locum hunc depravatum suspicor. Manutius totum explicat de victoria Pelopis. Sed quid equi Neptuni per undas currentes ad Pelopem? Legi vellem *vel equi Pelopis, vel illi Neptunii qui, &c.* Eritque sensus hic: Vel equi Neptuni, quos poëtæ fingunt currere solitos summa in aqua.

[n] *Ad clepsydram*] Horologii aquarii genus, quo præscribebatur tempus causas acturis; ab *κλέπτειν, furari, ὕδωρ, aqua.* Affine erat formæ horologiorum nostratium, in quibus pulvisculus e parte superiore in inferiorem devolvitur. Illius meminerunt Plinius in Epist. Apuleius, Seneca. Sensus igitur hujus loci, Ciceronem cras disputaturum certo ac definito tempore.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

AD M. BRUTUM

LIBER III.

DE ÆGRITUDINE LENIENDA.

ARGUMENTUM.

Præfatio hujus libri in laudibus philosophiæ versatur, quæ cum medicina animi sit, eaque in potestate nostra, queritur, multum et honoris haberi, et temporis tribui medicinæ corporis, illam autem contemni et negligi. cap. 1. 2. 3. Ipse autem liber in eo versatur, ut, 'ægritudinem non cadere in sapientem,' demonstretur. Præmittit cap. 1—5. argumenta leviora, et a verbis Latinorum ducta, qui omnem animi affectionem, rationis lumine carentem, insaniam, amentiam, dementiam appellent, adeoque a sapiente removeant. Sequuntur deinde argumenta Stoicorum contorta cap. 6—10. quibus expositis, suo more et diffusius aliquanto ista et latius dicit. Ostendit ergo cap. 11. omnis ægritudinis non modo, verum ceterarum etiam perturbationum, causam esse ab opinione repetendam, et ægritudinis quidem ab opinione magni mali, cujus hanc definitionem facit: esse opinionem magni mali præsentis, et quidem recentem opinionem talis mali, ut in eo rectum videatur esse angi. Ex hac definitione in tres partes abit disputatio; quarum prima docet ægritudinem esse ex opinione mali, cap. 13. in qua Epicurum refellit, qui ipsam opinionem esse ægritudinem contendit; et Cyrenaicos, qui non nisi inopinatum malum ad ægritudinem valere putant, quod, quanquam insperata sint graviora, et ipsa præmeditatio ægritudinem minuat cap. 13. med. 14. 15. ut merito reprehendantur Epicurei, qui istam reprehendant cap. 16. et cogitationes potius ad voluptates traducant corporis, aut quæ propter corpus vel recordatione vel spe cogitentur cap. 17—21. tamen in isto non

Digitized by Google

sint omnia, cum et non opinatorum natura considerata, intelligatur, propterea tantum magna videri, quod quanta sint, considerandi spatium non detur, et quasi culpa contractum omne non provisum malum videatur. cap. 22. Altera pars, dolorem voluntarium esse, non in natura rerum ipsa situm, ex eo demonstrat, quod cum accessit ad opinionem magni mali altera illa opinio, ad officium pertinere, ægre ferre quod acciderit, vehementer augeatur ægritudinis perturbatio. cap. 26. seq. Tertia denique hoc argumento a natura rerum ægritudinem removet, quod ægritudo fere non sit nisi e recenti mali opinione, quæque habeat quandam viriditatem; unde fiat, ut ipse dies vel maxime ægritudini medeatur. cap. 31. Reliqua disputatio cap. 32. 33. versatur in remediis ægritudinis tradendis.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 190.] QUIDNAM esse, Brute, causæ putem, cur, cum constemus ex animo et corpore, corporis[1] curandi tuendique causa quæsita sit ars ejus atque utilitas, Deorum immortalium inventioni consecrata;[a] animi autem medicina, nec tam desiderata sit, antequam inventa, nec tam culta, posteaquam cognita est, nec tam multis grata et probata, pluribus etiam suspecta et invisa? An, quod corporis gravitatem[2] et dolorem animo judicamus, animi morbum corpore non sentimus? Ita fit, ut animus de se ipse tum judicet, cum id ipsum, quo judicatur, ægrotet. 2. Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque optima[3] duce cursum vitæ conficere, possemus; haud erat sane, quod quisquam rationem, ac doctrinam requireret. Nunc[4] parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter, malis moribus

CAP. I. 1 E ξ *corpus.* Statim, *ejusque utilitas* codex unus Oxon. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *ejus sit atque utilitas* ξ σ χ ψ 1. 2. *atque ejus utilitas* Manut. *Deorum inventioni* E. *Deorum im. inventione* conj. Bouh.—2 *An q. c. pravitatem* conj. Bentl. Paulo post, *non tum judicet* Leid. probante Bouh. *non judicet* conj. Erasm. Tum, *quo judicat* cod. Toletan. Manut. Lamb. *quod judicatur* χ ψ 1. 2. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat.—3 Codex unus Oxon. omittit *optima*, uti volebat Ernesti. Statim, *ratione ac doctrina* Reg. Victor. *ratione et doctrina* E ξ. *rationem ad doctrinam* D. *rationem aut doctrinam* ι. *cum natura sufficeret requiret* D U χ.—4 *Nunc vero* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *quos* post *Nunc* transponendum putabat Ernesti. Mox, *moribusque depravati* ψ 2. *m. o. depravatis* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Wolf. Schutz. Oreil. *m. o. depravatos* Col. alii codd. Lamb. 1566. *sic exstinguimus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *sic*

NOTÆ

[a] *Inventioni consecrata*] Apollini, et Æsculapio ejus filio, qui ob eam artem in numerum Deorum receptus est. Celsus.

opinionibusque depravati, sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum; quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret.[5] Nunc autem, simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate, et in summa opinionum perversitate versamur; ut pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Cum vero, parentibus redditi, demum[6] magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. II. 3. Accedunt etiam poëtæ; qui, cum magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerunt,[1] audiuntur, leguntur, ediscuntur, et inhærescunt penitus in mentibus: cum vero eodem, quasi maximus quidam magister, populus, atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum pravitate, a naturaque desciscimus; ut nobis optimam naturam invidisse videantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præstantius honoribus, imperiis, populari gloria, judicaverunt; ad quam fertur optimus quisque; veramque illam honestatem expetens, quam unam[2] natura maxime inquirit, in summa inanitate versatur; consectaturque nullam eminentem effigiem[b] [virtutis], sed ad-

restringimus ψ 2.—5 Burman. conj. *matura perducerent*; ι ψ 2 π. *produceret*.—6 Vat. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *dein*; U, Leid. Venet. 1481. Beroald. Crat. *deinde*; D, Venet. 1480. margo Crat. Victor. Manut. Lamb. *id est*; Reg. *idem*; alter Reg. ap. Bouh. *iidem vero*; E ξ σ *iisdem*; Guelf. *vel*. Orell. conj. *parentibus redditi, magistris traditi*. Statim, *confirmata* D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *confirmare* E.

CAP. II. 1 Ed. vet. Bouh. al. vett. et Wolf. in ed. 1. *tulerint*, uti volebat Ernesti. Mox, *cum vero accedit* codd. aliquot, Leid. Bern. et edd. vett. *cum vero accidit* quatuor codd. Oxon. Venet. 1480. *c. v. accesserit* codex unus Oxon. *accedit* omittunt Reg. tres codd. Oxon. Victor. Gebh. Dav. uncis inclusit Orell. Paulo post, *a naturaque ipsa* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *optimæ naturæ* conj. Jac. Gronov. *optima natura* Arntzen. ad Plin. Paneg. p. 364. *optimam magistram* suspic. Bentl. recepere Dav. Wolf. Schutz. *optime naturam* Reg. Bern. omnes Oxon. et Orell. qui τὸ *optime* uncis inclusit.—2 Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Gebh. *una*. Statim, *consect. non ullam* Lamb. probante Fabric. sicque volebat Nissen. *virtutis* de Bentleii et Bouh. sententia uncis inclusere Dav. et Orell. delerunt Wolf. et

NOTÆ

[b] *Eminentem effigiem*] *Figure en bosse*; cui opponitur adumbrata imago.

Digitized by Google

umbratam imaginem gloriæ. Est enim gloria solida quædam res et expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute: ea virtuti resonat, tanquam imago:[3][c] quæ, quia recte factorum plerumque comes est, non est bonis[4] viris repudianda. 4. Illa autem, quæ se ejus imitatricem esse vult, temeraria atque inconsiderata, et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, famā popularis, simulatione honestatis formam ejus pulchritudinemque corrumpit. Qua cæcitate homines, cum quædam etiam præclara[5] cuperent, [*p.* 191.] eaque nescirent nec ubi nec qualia essent, funditus alii everterunt suas civitates, alii ipsi occiderunt. Atque hi[6] quidem, optima petentes, non tam voluntate, quam cursus errore falluntur. Quid? qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur; quorumque ita perturbantur animi, ut non multum absint ab insania, quod insipientibus contingit omnibus; his nullane est adhibenda curatio? utrum, quod minus noceant animi ægrotationes, quam corporis? an, quod corpora curari possint, animorum medicina nulla sit?[7] III. 5. At et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. Hi enim ipsi odiosi[1] sunt, quod ad animum pertinent, eumque solicitant: animusque æger, ut ait Ennius, 'semper errat, neque pati, neque perpeti potest: cupere nunquam desinit.' Quibus duobus morbis (ut omittam alios), ægritu-

Schutz. *gloriæ* deest in Leid.—3 Reg. cod. Schotti, Venet. 1481. Crat. Victor. Manut. *imago gloriæ;* Lamb. conj. *imago voci.*—4 Edd. vett. Crat. Manut. Lamb. *a bonis.*—5 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *præclara etiam.*—6 *Atque ii* Argent. 1511. Erasm. Mox, *voluptate libidinum* codex unus Oxon. Eliens. 1. margo Crat. *libidinum voluptate* Med. Paulo post, *omnibus contingit* Manut. *contingit: omnibus his, &c.* Ald. Wolf. in ed. pr. probante Bouh. Tum, *utrumne quod, &c.* Dav. in ed. pr.—7 Edd. antiquiss. Beroald. Manut. Lamb. *nulla medicina sit.*

NOTÆ

[c] *Imago* [*im. gloriæ*] Voce millam *gloriæ* expungi velim, ut sensus sit, Ea gloria virtuti respondet sicut quædam Echo. Vel si locum integrum servare velis, sic interpretare cum Manutio: Consentiens laus bonorum, et incorrupta vox judicantium de excellente virtute, est tanquam imago veræ gloriæ, quæ in virtute consistit.

Digitized by Google

dine et cupiditate, qui tandem possunt in corpore esse graviores? Qui vero [2] probari potest, ut sibi mederi animus non possit, cum ipsam medicinam corporis animus invenerit, cumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora et natura valeant, nec omnes, qui curari se passi sunt, continuo etiam convalescant: animi autem, qui sanari voluerint, præceptisque sapientium paruerint, sine ulla dubitatione sanentur? 6. Est profecto animi medicina,[d] philosophia, cujus auxilium non, ut in corporis morbis, petendum est foris: omnibusque opibus, viribus,[3] ut nosmetipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. Quanquam de universa philosophia, quantopere[4] expetenda esset et colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio.[e] De maximis autem rebus[f] nihil fere intermisimus postea nec disputare nec scribere. His autem libris exposita sunt ea, quæ a nobis cum familiaribus nostris in Tusculano erant disputata. Sed quoniam duobus superioribus, de morte et de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. 7. Ut enim in Academiam nostram[g] de-

Cap. III. 1 *Hi enim ipsi ideo odiosi* conj. Dav.—2 *Quid vero* ψ 2. Mox, *cum ipse med.* Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *animus* omittit Leid. probante Bouh. Tum, *valeat* D E U ξ σ χ ψ 2. Reg. Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *qui se curari* Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb. Deinde, *qui se sanari* edd. ante Victor. *voluerunt* D E U ψ 1. *paruerunt* E ι ξ σ. *sanantur* D E ι ξ.—3 Bern. 1. a m. sec. E χ, edd. antiquiss. Beroald. Victor. Manut. Lamb. *viribusque;* codd. aliquot, Dav. Lall. Wolf. Schutz. *et viribus;* Bentl. conj. *propriisque opibus atque viribus.* Statim, *possumus* D E ξ.—4 Bern. 1. Leid. duo codd. Oxon. Dav. Orell. *quanto opere.* Actutum, *et exp. et col. esset* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *et*

NOTÆ

[d] *Animi medicina*] Hinc Ptolemæus bibliothecam suam inscripserat ψυχιατρεῖον.

[e] *In Hortensio*] Non eo qui nunc circumfertur eo nomine, sed illo, cujus lectione inflammatum se scribit Augustinus ad studia philosophiæ capessenda. Julius Capitolinus ait, scriptum fuisse ad exemplum protreptici, sive exhortatorii.

[f] *De maximis autem rebus*] Ad philosophiam pertinentibus, de quibus in Acad. Quæst. et libris de Finibus.

[g] *In Academiam nostram*] Geminum in Tusculano locum proprios in usus extruxit Tullius; alterum, nomine Platonicæ scholæ, Academiam; alterum, Aristotelicæ appellatione, Lycæum. De Lycæo dicemus lib. de Divin. Academiam alii producunt, alii corripiunt. Produxit Cicero: 'Inque Academia umbrifera nitidoque Lycæo.' Corripuit Claudianus: 'In La-

Digitized by Google

scendimus, inclinato jam in postmeridianum[5] tempus die, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. Tum res acta sic est.

IV. A. Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo.[b] M. Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ?[1] hæc enim fere sunt ejusmodi, quæ Græci πάθη appellant: ego poteram 'morbos,' et id verbum esset e verbo: sed in consuetudinem nostram non caderet: nam misereri, invidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant, motus animi rationi non obtemperantes:[2] nos autem hos eosdem motus concitati animi, recte, ut opinor, perturbationes dixerimus: morbos autem non satis usitate; nisi quid aliud tibi videtur. 8. A. Mihi vero isto modo. M. Hæccine[3] igitur cadere in sapientem putas? A. Prorsus existimo. M. Næ ista gloriosa sapientia non magno[4] existimanda est, siquidem non multum differt ab insania. A. Quid? tibi omnisne animi commotio videtur insania? M. Non mihi quidem soli: sed (id quod admirari sæpe soleo) majoribus quoque nostris hoc ita visum intelligo multis sæculis ante Socratem, a quo hæc omnis, quæ est de vita et de moribus,[5] philosophia manavit. A. Quonam tandem modo? M. Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem et morbum, [id est, insanitatem,

exp. esset et col. ι ξ σ χ. *exp. esset, et excolenda* ψ 1.—5 Ita codd. et plurimæ edd. *pomeridianum* Erasm. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *posmeridianum* al. Cf. Vel. Long. p. 2257.

CAP. IV. 1 Fabric. conj. *jucunditates;* Lamb. in ed. 1584. suspic. *cupiditates.*—2 Codd. aliquot, Dav. Wolf. *obtemperantis.* 'Male Bouh. et Schutz. pro genitivo habuerunt, eumque probaverunt.' *Orell.*—3 *Hæcne* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—4 Argent. 1511. Erasm. *non magni.*—5 E ξ

NOTÆ

tium spretis Academia migrat Athenis:' et Sidon. Apollinar. 'Obruet et quanquam totis Academia sectis.'

[b] *In sapientem ægritudo*] 'Απαθείαν, seu expertem omnis motus animum, in sapiente esse volunt Stoici; quanquam Epictetus, insignis Stoicus, scripsit, in sapientem cadere posse perturbationes animi: et Aristippus, cum periclitante navigio expallesceret, et interrogatus a quodam cur philosophus timeret, festive respondit, se pro Aristippi anima timere; illi autem alteri non esse timendum pro nebulonis anima.

Digitized by Google

et ægrotum animum, quam appellarunt insaniam.][6] 9. Omnes autem perturbationes animi, morbos philosophi appellant; negantque, stultum quenquam his morbis[7] vacare: qui autem in morbo sunt, sani non sunt: et omnium insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insaniunt:[i] sanitatem enim animorum [*p.* 192.] positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant; his rebus mentem vacuam appellarunt insanam,[8] propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non posset. v. 10. Nec minus illud acute, quod animi affectionem, lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam, eandemque dementiam: ex quo intelligendum est, eos, qui hæc rebus nomina posuerunt,[1] sensisse hoc idem, quod a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes insipientes esse non sanos. Qui enim animus est[2] in aliquo morbo, (morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant) non magis est sanus, quam id corpus quod in morbo est. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi; insipientia autem, quasi insanitas quædam, [quæ est insania] eademque dementia:[3] multoque melius hæc notata sunt verbis Latinis,[k] quam Græcis; quod aliis quoque multis locis reperietur. Sed id alias: nunc, quod instat. 11. Totum

χ *de vita et moribus.*—6 Hæc de Bentleii conj. uncis incluserunt Dav. et Wolf. delevit Schutz. *ægrotitudinem animi* ξ ψ. Pro *insanitatem*, ed. vet. Bonh. habet *insanientem.*—7 Argent. 1511. Erasm. *iis morbis*. Mox, *et omnium* conj. Ernesti.—8 Ita duo codd. Oxon. Guelf. Dav. uti volebat Turneb. *insaniam* alii codd. et reliquæ edd. Denique, *posset* de Ernestii conjectura Wolf. Schutz.

Cap. v. 1 Codex Ursin. cum uno cod. Oxon. *imposuerunt*. Statim, *Stoici diligenter* Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *tenuerunt* Leid.—2 *Quis est enim animus* Reg. unde Dav. *Qui est enim animus.*—3 Verba, *quæ e. i. e. dementia* uncis inclusit Wolf. delevit Schutz. *quæ est insania* uncis inclusit

NOTÆ

[i] *Igitur insaniunt*] Paradoxum Stoicorum est, a Cicerone disputatum in Paradoxis, 'Omnes stultos insanire.' Horat. Sat. II. 3. 43. 'Quem mala stultitia, et quemcumque inscitia veri Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus et grex Autumat.'

[k] *Verbis Latinis*] Μωρὸς Græcis, Latinis *stultus*; ἄφρων, *insipiens*; μανικὸς, *insanus*, *furiosus*. Quid igitur melius habent, Latinorum insipientia, insanitas, dementia? Dictum id crediderim a Tullio, ut solet, studio celebrandi domestica.

Digitized by Google

igitur id, quod quærimus, quid et quale sit, verbi vis ipsa declarat. Eos enim sanos quoniam[4] intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit; qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. Itaque nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum 'exisse ex potestate' dicimus eos, qui effrænati[5] feruntur aut libidine aut iracundia: quanquam ipsa iracundia libidinis est pars: sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt[6] in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. Græci autem *μανίαν* unde appellent,[7] non facile dixerim; eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quam illi: hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ patet latius, a furore disjungimus. Græci[8] volunt illi quidem; sed parum valent verbo: quem nos furorem, *μελαγχολίαν* illi[l] vocant: quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. Quo genere Athamantem,[m] Alcmæonem,[n] Ajacem,[o] Orestem[p]

Ernesti; liberavit Orell.—4 Ita Reg. Vat. alii codd. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quoniam* omittunt Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Pro *intelligi necesse est* Ernesti volebat *intelligimus*.—5 Wolf. conj. *effrænate*, improbante Orell.—6 Tres codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *quia non sint*.—7 Ita e cod. Guelf. restituit Ernesti, receperunt Wolf. Schutz. Orell. *appellant* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor. Gebh.—8 *Græci*, suspectum Davisio, defendit Wopk. p. 77. Paulo post, *ipsi vocant* codex unus

NOTÆ

[l] *Μελαγχολίαν illi*] Licet aliis affectionibus, quam atra bile, moveri mens possit, illas tamen omnes refert Aristoteles ad bilem atram, quæ pro varia mixtione varios edat motus, et hunc iracundum, illum formidolosum, alium hilarem, tristem alium reddat. Non male igitur, etiamsi aliter sentiat Tullius, *μελαγχολίαν* Græci *furorem* vocant, quippe primam furoris omnis causam.

[m] *Athamantem*] Huic Juno furorem immisit, quo filios suos vellet occidere: interemto ex illis uno Learcho nomine, uxor Ino, furere maritum conspiciens, sese cum Melicerte altero filio præcipitem dedit in mare. Ipsa, in Deam marinam conversa, Matuta appellata est; filius vero, Portumnus et Palæmon.

[n] *Alcmæonem*] Amphiarai filium furiis agitatum propter occisam mandato patris matrem Eriphylem, quæ donis corrupta fuerat, ut maritum filiumque perderet.

[o] *Ajacem*] Quod in judicio de Achil-

Digitized by Google

furere dicimus. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulæ:[q] itaque non est scriptum, 'si insanus,' sed 'si furiosus esse incipit:'[9] stultitiam enim[r] censuerunt, inconstantiam, id est, sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum,[s] et vitæ communem cultum atque usitatum: furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem: quod cum majus esse videatur quam insania, tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania.[10] Sed hæc alia quæstio est: nos ad propositum revertamur.

VI. 12. Cadere, opinor, in sapientem ægritudinem tibi dixisti videri. A. Et vero[1] ita existimo. M. Humanum

Oxon. edd. antiquiss. Victor. Crat.—9 Ita omnes codd. et plurimæ edd. *si furiosus esset* Nonius p. 443. ed. Merc. *si furiosus escit* de Boubierii conjectura Wolf. Schutz. et Orell. Actutum, *stult. e. c. constantia, id est s. v.* Vat. Dav. Orell. *stultitiam* servant omnes codd. præter Eliens. 2. in quo legitur, *insaniam e. c. esse inconstantiam mentis s. v.* receperunt Dav. in ed. pr. Verburg. Lall. *insaniam e. c. id est inconstantiam s. v.* Nonius, Victor. Lamb. *insaniam e. c. constantia, id est, s. v.* Wolf. Schutz. 'Locus, ut videtur, corruptus.' *Orell.* Tum, *autem* post *furorem* omittunt quatuor codd. Oxon. cum Nonio.—10 Al. ap. Orell. *cadere possit, insania non.*

CAP. VI. 1 *Et vere* duo codd. Oxon. et Venet. 1480. *Ego vero* Venet.

NOTÆ

lis armis ab Ulysse victus esset, furore correptus mortem sibi conscivit. Hinc fabula Sophoclis, Ajax Flagellifer.

[p] *Orestem*] Occisa matre Clytemnæstra, e patria ad Messiniam profugiens ibi furiis correptus est. Subinde interrogato de furore oraculo, responsum est, abeundum in Tauricam, quæ Scytharum regio erat, statuamque Palladis auferendam. Quo facto, mentis sanitati restitutus est. Aiunt alii responsum ab oraculo esse, positurum furorem, si reperta sorore Iphigenia, ablueretur fluvio qui septem fluminibus confunderetur. Itaque cum ad fines Rheginorum pervenisset, invento eo flumine, ablutus sanatusque est.

[q] *Duodecim tabulæ*] Tripartitæ fuerunt eæ leges: prima pars ad sacra pertinuit, altera ad jus publicum, tertia ad privatum, teste Ausonio. Juxta partitionem Francisci Hotomani et Joan. Crispini extat ea lex de furiosis, in tertia parte, his verbis: 'Si furiosus existat, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.'

[r] *Stultitiam enim*] Cum furore insania hic, non stultitia comparatur; quare legendum *insaniam enim, &c.* placet Lambino, Manutio, et Nonio.

[s] *Mediocritatem officiorum*] In lib. de Finibus duplex distinctum est officium: alterum perfectum, quod omnes numeros virtutis contineat; alterum medium, quod ad vitam communem pertineat. Primum in sapientem solum cadit, secundum etiam in insipientem.

Digitized by Google

id quidem, quod ita existimas: non enim silice nati sumus; sed est natura fere in animis[1] tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur. Nec absurde Crantor[t] ille, qui in nostra Academia vel inprimis fuit nobilis, 'Minime,' inquit, 'assentior iis,[2] qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant,[u] quæ nec potest ulla esse, nec debet. Ne ægrotus sim,'[x] inquit: 'sed si fuerim, sensus adsit,[3] sive secetur quid, sive avellatur a corpore: nam istuc[4] nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.'[a] 13. [*p.* 193.] Sed videamus, ne hæc oratio sit hominum assentantium nostræ imbecillitati, et indulgentium mollitudini: nos autem audeamus non solum[5] ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere. Tamen aliquid relinquetur fortasse, ita sunt altæ stirpes[6] stultitiæ: sed relinquetur id solum, quod erit necessarium.[b]

[a] *Nollem ægrotare, inquit Crantor; sed si ægrotarem, vellem sensu præditus esse, sive dum aliquid mei secaretur, sive dum aliquid avelleretur; istam enim doloris carentiam sequitur quasi mala quædam merces ac præmium, immanitas in animo, stupor in corpore.*

[b] *Quod evelli non poterit.*

1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—1 Ita de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *naturabile in animis* Reg. alii codd. Venet. 1480. Gebh. *naturale in animis* codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. *natura in animis* Lamb.—2 *M. i. a. his* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav.—3 *Ne æ. sim: sin; is, qui fuerat, sensus adsit* Wolf. Schutz. Orell. *Nec ægrotassem: sin inquit fuerat* Reg. *Ne ægrotassim; sin quid fuerit, sensus adsit* codd. Fabr. Dav. *Ne ægrotassim, inquit: sin id fuerit, sensus adsit* Lall. *Ne ægrotus sim, inquit: sed, si fuerim, sensus adsit* Ald. Victor. Manut. Lamb. Gebh. 'itemque Ernesti, sed horribili cum errore *absit*, quem præbet etiam codex unus Oxon. et Venet. 1481.' *Orell.* *Nec ægrotus sim* [lacuna] *inquit, fuerat sensus adsit* Bern. 1.—4 Ita Venet. 1480. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *Nam istud* al. et Orell.—5 Edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. *non solum audeamus.*—6 Crat. Manut. Lamb. *stirpes altæ.* Mox, *necessarium erit* Erasm. et Argent. 1511.

NOTÆ

[t] *Crantor*] Xenocratis discipulus una cum Polemone, cum quo Academiam Platonicam novis opinionibus replevit. Scripsit de consolatione, eumque Cicero imitatus est. De ille jam supra.

[u] *Magnopere laudant*] Est apud A. Gell. XIX. 12. elegans oratio Herodis Attici contra eandem indolentiam.

[x] *Ne ægrotus sim*] Verba sunt libri cujusdam a Crantore scripti de luctu, quem magno in pretio fuisse apud veteres ait Laërt. Verba extant apud Plut. in Consol. ad Apollonium.

Digitized by Google

Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit,[7] quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Quamobrem, quoniam cœpimus,[8] tradamus nos ei curandos: sanabimur, si volemus. Et progrediar quidem longius: non enim de ægritudine solum, quanquam id quidem primum, sed de omni animi, ut ego posui, perturbatione, morbo,[9] ut Græci volunt, explicabo. Et primo, si placet, Stoicorum more agamus, qui breviter astringere[10] solent argumenta; deinde nostro instituto vagabimur.

VII. 14. Qui fortis est, idem est fidens:[1] quoniam confidens, mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est. Qui autem est fidens,[y] is profecto non extimescit: discrepat enim a timendo confidere.[2] Atque[3] in quem cadit ægritudo, in eundem timor: quarum enim rerum præsentia sumus in ægritudine, easdem impendentes et venientes timemus. Ita fit, ut fortitudini ægritudo repugnet. Verisimile est igitur, in quem cadat[4] ægritudo, cadere in eundem timorem, et infractionem quandam animi, et demissionem. Quæ in quem cadunt,[5] in eundem cadit, ut serviat,[z] ut victum se quando-

est necessarium duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb.—7 Beroald. et Argent. 1511. *sanatus sit animus.*—8 Tres codd. Oxon. edd. antiquiss. *quando cœpimus;* Beroald. *quoniam incepimus;* Argent. 1511. Erasm. *quando incepimus.*—9 Reg. ed. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. *morbove;* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *et morbo;* Bouh. conj. *seu morbo;* Lamb. *ut Græci volunt morbo.*—10 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *perstringere.*

Cap. vii. 1 *Qui fortis, est idem fidens* Nonius p. 443. probante Bouh. Statim, *mala c. loquentium* Nonius.—2 Idem Nonins *fidens;* Bouh. conj. *fidere;* Nissen. suspic. *non fidere.*—3 *Atqui* cod. Ursin. Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Dav. Lall. Wolf. Orell.—4 Duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *cadit.* Mox, *in eundem cadere* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *et inf. quidem* Reg. alii codd. Nonius p. 122. Gebh. Dav. in ed. sec. Nostram lect. servant nonnulli codd. Oxon. edd. omnes ante Gebh. Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—5 *In quemque*

NOTÆ

y *Qui autem est fidens*] Fidentia pars est fortitudinis, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ, cum certa spe, collocat. Cic. Rhetoric. lib. II.

z *Cadit, ut serviat*] Hinc Horat. Epist. 'Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.' Habet ea Epistola non pauca de Stoicorum opinionibus.

Digitized by Google

que esse fateatur: quæ qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam. Non cadunt autem hæc in virum fortem: igitur ne ægritudo quidem: at nemo sapiens, nisi fortis. Non cadit[6] ergo in sapientem ægritudo. 15. Præterea necesse est, qui fortis sit, eundem esse magni animi: qui magni animi sit, invictum: qui invictus sit,[7] eum res humanas despicere, atque infra se positas arbitrari. Despicere autem nemo potest eas res, propter quas ægritudine affici potest.[8] Ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici. Omnes autem sapientes, fortes: non cadit igitur in sapientem ægritudo. Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum; et reliquæ partes, totumve corpus statu cum est motum,[9] deest officio suo et muneri; sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Munus autem animi est ratione bene uti: et sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur: nunquam igitur est[10] perturbatus. At ægritudo perturbatio est animi: semper igitur ea sapiens vacabit. VIII. 16. Veri etiam simile[1] illud est, qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Græcos valet, qui frugi homines χρησίμους appellant, id est, tantummodo utiles: at illud est latius: omnem enim absti-

ea cadunt codd. aliquot, duo codd. Oxon. Manut. Lamb. Mox, *ut victum, si quando, se esse fateatur* Reg. Dav. Orell. Vid. Paref Lex. Crit. p. 117. Burmann. ad Val. Flac. v. 474. Garat. ad Milon. p. 242. ed. Bonon. *ut victum quandoque se esse fateatur* Victor. Manut. *ut victum aliquando se esse fateatur* Vat. Rom. 1469. *esse* delendum censebat Ernesti.—6 Ita Reg. duo codd. Oxon. ed. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Non cadet* codd. septem Oxon. edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav.—7 Manut. et Lamb. omittunt *sit* post *animi* et post *invictus*. Statim, *humanas res* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *affici potest nisi fortis*.—9 Manut. Lamb. *a statu cum est motum;* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *cum a statu est motum;* codd. aliquot, et Victor. *statim cum est motum*. Actutum, *officio suo et muneri deest* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—10 *Nunquam est igitur* eædem edd. Manut. et Lamb.

CAP. VIII. 1 *Verisimile etiam* Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm.

Digitized by Google

nentiam, omnem innocentiam,[2] (quæ apud Græcos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλάβειαν· nam est innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini) reliquas etiam virtutes, frugalitas continet. Quæ nisi tanta esset, et si iis[3] angustiis, quibus plerique putant, teneretur, nunquam esset L. Pisonis[a] cognomen tantopere laudatum. 17. [*p.* 194.] Sed quia nec qui, propter metum, præsidium reliquit, quod est ignaviæ; nec qui, propter avaritiam, clam depositum non reddidit, quod est injustitiæ; nec qui, propter temeritatem, male rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet; eo[4] tres virtutes, fortitudinem, justitiam, prudentiam, frugalitas est complexa: etsi hoc quidem commune est virtutum: omnes enim inter se nexæ; et jugatæ sunt. Reliquum igitur est, quarta virtus ut sit ipsa frugalitas. Ejus enim videtur esse proprium, motus animi appetentis[5] regere et sedare, semperque adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam: cui contrarium vitium nequitia dicitur. 18. Frugalitas, ut opinor, a 'fruge,' qua nihil melius e terra:[6] nequitia (etsi hoc

Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Ita de Turnebi conjectura Dav. *at illud latius: est enim omnis a. omnis in.* Manut. Lamb. *at i. est l. omnis e. a. omnis in.* codd. et edd. vett. Paulo post, *reliquias autem* Lamb.—3 Reg. Dav. *et si his.* —4 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *eas.* Mox, *complexa est* Reg. Manut. Dav. Orell. *amplexa est* Lamb. Tum, *et conjugatæ sunt* codex unus Oxon. Manut. Lamb. Deinde, *reliqua igitur et quarta virtus, ut sit ipsa frugalitas necesse est* Reg. plerique codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *relinquatur tum, ut q. v. sit i. frugalitas* Eliens. 2. Dav. in ed. pr.—5 Lamb. et Orell. *appetentes.*—6 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *e terra oritur.* Actutum, *nequitia ab eo* edd. ante Ernesti, item Wolf. Schutz. Orell. *etsi erit hoc* Reg. Dav. Orell. *sed tentemus jusisse* Reg. *sed tentemus; et lusisse* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. probante Bouh. *sed temerius jusisse* cod. ap. Gebh. *sed temerius lusisse* conj. Lamb. *sed temere lusisse* suspic. Brut. *sed tentemus: lusisse putato* e vestigiis Vat. Jac. Gronov. recepit Lall. *ab eo* suspecta sunt Manutio.

NOTÆ

[a] *Pisonis*] E gente Calpurnia, qui avum habuit C. Pisonem, prætorem urbanum an. 542. De patris magistratibus nihil extat. Ipse ob moderationem, frugalitatem, ceterasque virtutes, Frugi est appellatus. Tribunus plebis celeberrimam legem Calpurniam de repetundis contra magistratuum avaritiam tulit: obtinuit deinde consulatum ac censuram. Extant multi nummi cum ejus nomine. Reliquit etiam Orationes et Annales, exiliter, inquit Cicero, scriptos.

Digitized by Google

erit fortasse durius: sed tentemus: lusisse putemur, si nil sit) ab eo, quod 'nequicquam' est in tali homine: ex quo idem, 'nihili' dicitur. Qui sit frugi igitur, vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem; qui autem constans, quietum; qui quietus, perturbatione omni vacuum: ergo etiam ægritudine. Et sunt illa sapientis: aberit igitur a sapiente ægritudo. IX. Itaque non inscite Heracleotes[b] Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum[c] Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo,

Corque meum penitus turgescit tristibus iris,
Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

19. Num manus affecta recte est, cum in tumore est? aut num aliquodpiam[1] membrum, tumidum ac turgidum, non vitiose se habet? sic igitur inflatus et tumens animus in vitio est. Sapientis autem animus[2] semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet: at irati animus ejusmodi est: nunquam igitur sapiens irascitur: nam si irascitur, etiam concupiscit: proprium est enim irati, cupere, a quo læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. Qui autem id concupierit, eum necesse est, si id consecutus sit, magnopere lætari. Ex quo fit, ut alieno malo gaudeat: quod quoniam non cadit in sapientem, ne ut irascatur quidem cadit. Sin autem[3] caderet in sapientem ægritudo, caderet etiam iracundia: qua quoniam vacat, ægritudine etiam vacabit. 20. Etenim si sapiens in ægritudinem incidere[4] posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. Non dixi 'invidiam,'[5] quæ tum est, cum invi-

CAP. IX. 1 Ita Jac. Gronov. 1692. *num aliquid quippiam* Venet. 1480. *num aliquod quippiam* Bern. 1. Victor. *num aliquod quoppiam* margo Crat. Manut. *num quippiam* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. *num quodpiam* Eliens. 1. *num aliquod* Reg. *num aliud quodpiam* codd. aliquot, Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 *Sapientis animus* Venet. 1480. Mox, *nunquam ergo turgescit* conj. Ernesti. *at irati* e Vat. recepit Ernesti.—3 Ita Gebh. et seqq. *Si autem* edd. ante Gebh.—4 Duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *ægritudine cadere.*—5 Ita Reg. Guelf. Venet. 1481. Beroald.

NOTÆ

[b] *Heracleotes*] Stoicus, de quo lib. II. dictum est.

[c] *Apud Homerum*] Iliad. I. cum respondet Ulyssi et Ajaci legatis Agamemnonis. Versus Græci tales sunt: Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη, κ. τ. λ.

Digitized by Google

detur; ab invidendo autem 'invidentia' recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ; quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Menalippo,[d]

Quisnam florem[6] [e] liberum invidit meum?

Male Latine videtur, sed præclare, Accius:[7] ut enim videre, sic invidere 'florem' rectius, quam 'flori.' Nos consuetudine prohibemur: poëta jus suum[f] tenuit, et dixit audacius.[8] x. 21. Cadit igitur in eundem et misereri, et invidere:[1] nam qui dolet rebus alicujus adversis, idem alicujus etiam secundis solet:[2] ut Theophrastus, interitum deplorans[g] Callisthenis[h] sodalis sui,[i] rebus Alexandri pros-

Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Wolf. Schutz. Orell. *Non dixi in invidiam* Nonius p. 443. Venet. 1480. Manut. Lamb. Lall. *quæ etiam est* de Bouhierii conjectura Wolf. *quæ etiam tum est* Bouhierio tribuit Schutz. sed falso; *quæ item est*, vel *quæ et tum est* volebat Bentl. sicque Dav. in ed. pr. *quæ etiam in eo est* Nissen. Paulo post, *a limis intuendo* conj. Bentl. Deinde, *Melanippa* margo Bern. 1. Wolf. Schutz. Orell. *Melanippo* Bern. 1. codex unus Oxon. Dav. *Menalippa* Beroald. Argent. 1511. Erasm. Bouh.—6 *Florem quisnam* edd. vett. Manut. Lamb.—7 Ita Erasm. Crat. Victor. Dav. *Attius* Orell. et al. Mox, *quam flori dicitur* ι ξ σ χ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Manut. Lamb.—8 Leid. omittit *et dixit audacius*, probante Bouh.

Cap. x. 1 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. *et invidere, et misereri.*—2 Ita nonnulli codd. Victor. Gebh. *qui dolere ... solet* Dav. probante Ernesti; *qui dolet ... dolet* edd. vett. et Orell. alterum *alicujus* suspectum erat Ernestio. Mox, *Callistheni* cum codd. Gœrenz. Acadd. II. p. 36. et Orell. *Calisthenis* D E U, et sic infra. Paulo post, *potentia* deest in σ, pro quo ψ 2

NOTÆ

[d] *In Menalippo*] Quis ille Menalippus esse potuerit, non video. Fuit quidem Menalippus quidam frater Tydei, quem in venatione frater peremit: fuit et alter Menalippus Tydei frater, de quo Statius: 'Caput o mihi si quis Apportet, Menalippe, tuum;' sed de neutro extat ulla Accii fabula. Forte Menalippa, quod tragœdiæ Accii nomen est, a Menalippa, quæ in vinculis conjecta, et Metapontum deportata, ibi Bootum peperit. Vid. Strab. lib. VI. et Varr. de Re Rustica. Ad illam Menalippam pertinet illud Juvenalis: 'Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes.' Meminit Diodor. alterius Menalippæ, Amazonum reginæ, ab Hercule victæ.

[e] *Quisnam florem*] Forte Menalippa luget hic florem filiorum suorum qui a boum grege in stabulo pæne obtriti erant. Locus hic Accii extat plenius apud Nonium, cap. 5.

[f] *Jus suum*] Nam 'pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.'

[g] *Deplorans*] Eo libro quem inscripsit, Callisthenes, sive De Luctu. Laërt.

[h] *Callisthenis*] Qui inter fortissimos Alexandri duces fuit. Jussu Alexandri tortus et occisus est. Crimen fuit candor animi et sermo-

Digitized by Google

peris angitur: itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia, summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret. Atqui, quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. In quem igitur cadit misereri, in eundem etiam invidere. Non cadit autem invidere in sapientem: [*p.* 195.] ergo ne misereri quidem. Quod si ægre [3] ferre sapiens soleret, misereri etiam soleret. Abest ergo a sapiente ægritudo.

22. Hæc [4] sic dicuntur a Stoicis, concluduntur que contortius. Sed latius aliquando [5] dicenda sunt, et diffusius: sententiis tamen utendum eorum potissimum, qui maxime forti, et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia. Nam Peripatetici, familiares nostri, (quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius) mediocritates [6] vel perturbationum, vel morborum animi, mihi non sane pro-

habet *audacia.* Deinde, *rebus secundis quemadmodum* Venet. 1480. Verba, *uti conveniret. Atqui . . . alterius rebus secundis,* desunt in E ξ.—3 *Quid si ægre* E. *Quod si hoc ægre* codd. plerique, Reg. ap. Bouh. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. *Quod si hæc ægre* duo codd. Oxon.—4 *Hæc ergo* ψ 2.—5 Reg. E U ι ξ σ χ ψ 1. 2. Orell. *aliquanto.* Dav. dedit, *Hæc si dicuntur . . . et latius aliquando, &c.* de Bentleii conjectura. 'Non est autem ista lectio vulgata, ut ait Schutz.' *Orell.* Statim, *utendum est* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *quia maxime* Dav. in ed. pr.—6 Codd. aliquot, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. *mediocritatem.* Actutum, *vel turbationum* E χ. alte-

NOTÆ

nis libertas. Magna scriptorum dissensio de mortis genere. Ipsi Alexandri comites Aristobulus et Ptolemæus apud Arrianum diverse produnt; ille, vinctum compedibus in exercitu ductum, postea morbo interiisse, quem Laërt. cum Suida pedicularem ait fuisse; iste, tortum ac denique suspendio necatum; Justinus, post varia tormenta epoto veneno calamitatis finem quæsisse; Seneca, Suasor. I. lancea trajectum; Philostratus, a Macedonibus, quod eos vituperasset, interfectum; plerique omnes in cavea circumductum ad spectaculum scripsere. Vide Q. Curt. VIII. 27. Ad Callisthenem spectat illud Ovidii in Ibin, in quo explicando desudant commentatores: 'Inclususque necem cavea patiaris, ut ille Non profecturæ conditor historiæ.' Accitus enim erat ab Alexandro ut ab illo gesta in Asia memoriæ proderet.

[1] *Sodalis sui*] Uterque præceptore Aristotele usus erat. Creditum est Aristotelem, ob necem Callisthenis, excogitasse venenum illud Stygis aquæ, quo periit Alexander Magnus.

Digitized by Google

bant. Omne enim malum, etiam mediocre, magnum est:[7] nos autem id agimus, ut id in sapiente nullum sit omnino. Nam ut corpus, etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est;[8] sic in animo ista mediocritas caret sanitate. Itaque præclare nostri, ut alia multa, molestiam, solicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominaverunt. 23. Hoc propemodum verbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim πάθος,[k] id est, morbum, quicumque est motus in animo turbidus. Nos melius: ægris enim corporibus[9] simillima est animi ægritudo: at non similis ægrotationis est libido, non immoderata lætitia, quæ est voluptas animi elata et gestiens. Ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quanquam ægritudini est finitimus, sed proprie, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo, nomen habet non sejunctum a dolore. Doloris igitur hujus[10] origo nobis explicanda est, id est, causa efficiens ægritudinem in animo, tanquam ægrotationem in corpore. Nam, ut medici, causa morbi inventa, curationem esse inventam putant; sic nos, causa ægritudinis reperta, medendi facultatem reperiemus.

XI. 24. Est igitur[1] causa omnis in opinione, nec vero ægritudinis solum, sed etiam reliquarum omnium perturbationum; quæ sunt genere quatuor, partibus plures. Nam, cum omnis perturbatio sit animi motus, vel[2] rationis ex-

rum *vel* deest in σ.—7 Ita codd. et edd. ante Lall. qui de Bouhierii conjectura edidit *malum est*, eumque secuti sunt Wolf. Schutz. Orell. Statim, *nos autem dicimus ut in sap.* E ξ. *nos a. id agamus ut in sap.* ψ 1.—8 D omittit *sanum* et *est*. Statim, *sic in animo est ista* ι σ ψ 2. *sic si in animo est ista* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. 1566. *sic in animo si est ista* Oliv.—9 Dav. in ed. pr. *ægri enim corporis; nam ægri* est in χ. *similima animi est* Reg. Dav. Orell. *ac non s. ægrotatio est enim* E ξ.—10 *Doloris hujus igitur* Reg.

CAP. XI. 1 *Est ergo* E. *ne vero* D. *solum* deest in E ξ.—2 Suspectum hoc

NOTÆ

[k] *Vocant enim πάθος*] De illa voce dictum de Fin. lib. III. Dissentit a Cicer. Quintilianus cap. 6. de affectibus, aitque non contineri eo nomine motus omnes animi; sed horum duas esse species, quarum una sit ea quam πάθος vocant.

Digitized by Google

pers, vel rationem aspernans, vel rationi non obediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur; bifariam quatuor[1] perturbationes æqualiter distributæ sunt. Nam duæ sunt ex opinione boni; quarum altera, voluptas gestiens, id est, præter modum elata lætitia, opinione præsentis magni alicujus boni; altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest; quæ est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans.[3] 25. Ergo hæc duo genera, voluptas gestiens, et libido, bonorum opinione turbantur,[4] ut duo reliqua, metus et ægritudo, malorum. Nam et metus, opinio[5] magni mali impendentis; et ægritudo est opinio magni mali præsentis; et quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur esse angi: id autem est, ut is, qui doleat, oportere opinetur se dolere. His autem perturbationibus, quas in vitam[6] hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est, si volumus hoc, quod datum est vitæ, tranquille placideque traducere. Sed ceteras[7] alias;

vel Bouhierio Wolf. uncis inclusit, delevit Schutz. 'Verba *vel rationi non obediens* sine causa suspecta Ernestio.' *Orell.* Pro *citetur* Lamb. dedit *concitetur;* Dav. in ed. pr. *excitetur;* Ernesti conj. *cieatur.*—3 Ita cod. Gryph. Gebh. Dav. *altera, cupiditas recte, &c.* Orell. *altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest, quæ est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans vel cupiditas recte vel libido dici potest. Ergo, &c.* Reg. et sic Bern. nisi quod *boni magni* exhibet; *magni alicujus boni rationi non obtemperans: altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest, quæ est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans: vel cupiditas recte dici potest* Venet. 1480. *altera cupiditas, quæ recte vel libido dici potest: quæ est immoderata a. o. m. b. r. n. obtemperans, quæ vel cupiditas recte vel libido dici potest* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *altera, quæ est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans, vel cupiditas recte vel libido dici potest* de Davisii conjectura Wolf. et Schutz. 'Mihi non placent ejusmodi transpositiones, præsertim cum v. *recte* h. l. recto loco positum non sit.' *Orell.* *altera vel cupiditas recte, vel libido dici potest, quæ ... obtemperans. Ergo, &c.* de Manutii conjectura Lamb. Oliv. Lall.—4 Lall. de Davisii conj. *turbant.*—5 Codd. aliquot Oxon. Lamb. Oliv. Lall. *opinio est.* Mox, *ut eo rectum* Lamb.—6 Ita Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *in vita* codd. omnes et reliquæ edd. Statim, *immittit furias* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent.

NOTÆ

[1] *Bifariam quatuor*] Nam dolere et timere, duæ opiniones mali sunt, una præsentis, altera futuri. Virg. VI. 733. 'Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque.'

Digitized by Google

nunc ægritudinem, si possumus, depellamus. Id enim sit[8] propositum; quandoquidem eam tu videri tibi in sapientem cadere dixisti; quod ego nullo modo existimo: tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. XII. 26. [*p.* 196.] Qualis enim tibi ille videtur[m] Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam a socero Œnomao[n] rege Hippodamiam raptu nactus nuptiis?[o] Jovis iste quidem pronepos;[1] tamne ergo abjectus,[p] tamque fractus?

> Nolite, (inquit)[q] hospites, ad me adire[2] illico istic;
> Ne contagio mea bonis, umbrave, obsit:[a]
> Tanta vis[3] sceleris in corpore hæret.

Tu te, Thyesta, damnabis, orbabisque luce propter vim sceleris alieni? Quid? illum filium Solis[r] nonne patris ipsius luce indignum putas?

[a] *Nolite, inquit, hospites, accedere ad me; ne contagio sceleris mei, et quasi umbra, obsit vobis qui boni estis.*

1511. Erasm. Manut. Lamb.—7 *Sed cetera* Reg. Victor. Gebh. Lall.—8 *Id enim fuit* conj. Dav. *Id enim est* conj. Bouh.

CAP. XII. 1 Versiculos h. l. constituunt Bentl. et Dav. ita:

Tantalo prognatus, Pelope natus, qui q. a socru
Œnomao rege H. raptis nactu'st nuptiis?
Jovis iste quidem pronepos.

Et sic Wolf. Schutz. Orell. nisi quod verba *Jovis i. q. pronepos* pro Ciceronianis habent. *socru* e Nonio defendit Bentl. *raptis* exhibent Reg. Bern. *nactus est* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Lall. *est* omittunt Reg. Bern. Venet. 1480. Manut.—2 Ita Reg. Victor. Gebh. seqq. *adire ad me* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Actutum, *illico istim*, de Bouhierii sententia, Wolf. Schutz. Bothe Poët. Scen. p. 66.—3 *Meo tanta vis* de Bentleii sententia Dav. *sceleribus in corpore* Bern.—

NOTÆ

[m] *Ille videtur*] Thyestes, cujus fabulam theatra personant, filius Pelopis, Tantali nepos, Jovis pronepos.

[n] *Œnomao*] De illo libro superiore.

[o] *Raptu* [*raptis*] *nactus nuptiis*] Hippodamia, Pelopis amore capta, clam egit cum Myrtilo patris auriga, ut victoriam Pelopi adversus patrem concederet. Quare Myrtilus clavos modiolis rotarum non immisit, adeoque labentibus rotis Œnomaus cæsus est. Hinc 'raptæ nuptiæ.'

[p] *Tamne ergo abjectus*] Versus sunt trochaici, ex Atreo, opinor, Accii.

[q] *Nolite, inquit*] Hic versus, quem aliqui sic legunt, *Nolite, hospites, ad me adire illico istic*, legendus est sic, *Nolite, hospites, adire ad me illico isthic*; trochaicus enim est, in quos pes iambus locum non habet.

[r] *Filium Solis*] Æetam Colchorum

Digitized by Google

Refugere oculi: corpus macie extabuit:
Lacrymæ peredere humore exsangues genas:
Situ nidoris[s] barba pædore horrida,
Atque intonsa,[4] infuscat pectus illuvie scabrum.

Hæc mala, o stultissime Æeta, ipse tibi addidisti; (non inerant in his,[5] quæ tibi casus invexerat) et quidem inveterato malo, cum tumor animi resedisset: [est autem ægritudo, ut docebo, in opinione mali recentis;][6] sed mœres videlicet regni desiderio, non filiæ: illam enim oderas, et jure fortasse; regno non æquo[t] animo carebas. Est autem impudens luctus mœrore se conficientis, quod imperare non liceat liberis.[7] 27. Dionysius quidem[u] tyrannus, Syracusis expulsus, Corinthi pueros docebat: usque eo imperio

4 Orell. legit,

Situ liventes: barba pædore horrida atque
Intonsa, &c.

Situ liventes habent codd. Turnebi, cod. Ursin. Regius opt. *Situ indecoris* D. *Situ mucoris* ι. *Situ nitoris* σ ψ 1. *Situ victoris* χ. *Situ'st in ore* conj. Dav. *Situm vide oris* suspic. Bothe p. 278. *Titinnit auris* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *Atque* delevit Bothe l. l. Pro *Intonsa* D habet *intunsa;* χ *vitiosa.* E ξ *offuscat;* ψ 2 *fuscat.* σ *pectus in lumine.*—5 Quatuor codd. Oxon. Argent. 1511. Erasm. Lamb. *non erant in iis;* Col. et Manut. *non inerant in iis;* Bouh. conj. *non enim erant in his.* Mox, *tumor animo* al. ap. Brut. *tumor in animo* Lamb.—6 'Hæc, *est autem … recentis,* uncis sine causa inclusit

NOTÆ

regem, qui cum Medeam cum Jasone aufugientem inseqaeretur, ipsa ut patrem moraretur, fratris sui Absyrti membra lacera per agros disjecit.

[s] *Situ nidoris*] 'Situs' est proprie lanugo illa qua res relictæ, inprimis in loco humido et sordido, obduci solent. Deductum a 'sino,' quia res 'sitæ' ac relictæ negliguntur, neglectæque humore ac sordibus obducuntur. 'Nidor' vero proprie est odor esculentorum, interdum tamen et aliorum, ut in illo Æneid. xii. 'Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.' 'Pedor' autem proprie est pedum putredo: alii scribunt 'pædor,' et a παῖς, παιδὸς, *puer*, deducunt, voluntque significare sordes et illuvies puerorum; unde a pædore pædidus dicitur, sicut ab humore humidus. Ita Festus.

[t] *Regno non æquo*] Per fugam filiæ regno non carebat, sed imperio in filiam, ut demonstrant voces quæ sequuntur.

[u] *Dionysius quidem*] Junior. Bis ille pulsus Syracusis: semel a Dione in Italiam; iterum a Timoleonte Corinthum. Platonis auditor fuerat. Quare interrogatus, cum exularet, quid sibi philosophia profuisset, 'Ut fortunam hanc,' inquit, 'æquo animo feram.' Cum vero regnaret, alere se multos sophistas dictitabat, non quod illos admiraretur, sed quod per illos admirationi esse vellet.

Digitized by Google

carere non poterat. Tarquinio vero[x] quid impudentius, qui bellum[8] gereret cum iis, qui ejus non tulerant superbiam? Is, cum restitui in regnum nec Veientium[y] nec Latinorum[z] armis potuisset, Cumas se contulisse dicitur, inque ea urbe senio et ægritudine esse confectus. XIII. Hoc tu igitur censes sapienti accidere posse,[1] ut ægritudine opprimatur, id est, miseria? Nam, cum omnis perturbatio, miseria est,[2] tum carnificina est ægritudo. Habet ardorem libido, levitatem lætitia gestiens, humilitatem metus: sed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, afflictationem, fœditatem: lacerat, exest animum, planeque conficit.[3] Hanc nisi exuimus sic, ut abjiciamus, miseria carere non possumus.

28. Atque[4] hoc quidem perspicuum est, tum ægritudinem existere, cum quid ita visum sit, ut magnum quoddam malum adesse et urgere videatur. Epicuro autem placet,

---

Ernesti.' *Orell.*—7 Bouh. conj. *Iberis.*—8 Quatuor codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. al. vett. *qui cum bellum.* Statim, *cum his* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. Paulo post, *contulisse se* Reg. Dav. Orell. Deinde, *et æ. fuisse confectus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.

CAP. XIII. 1 Edd. antiquiss. *posse accidere.* Verba *esse confectus. Hoc tu . . . ut ægritudine* desunt in E ξ. Pro *id est* D habet *et.*—2 Lamb. *misera est,* sed rejecit ipse in Annott. Paulo post, *quædam majora* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Tum, *afflictionem* D U, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Oliv. Lall.—3 Hæc, *Lacerat, exest animum, planeque conficit,* pro versiculo habet Turnebus Advers. XXVII. 6.—4 Ita Bern. *Atqui* Victor. Wolf. *At* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.

NOTÆ

x *Tarquinio vero*] Superbo. Exul Veios ac Tarquinienses contra Romanos concitavit, ultraque Tiberim cruentum prælium in pratis Juniis commissum est an. 244.

y *Veientium*] Ab urbe Veiis dictorum. Hanc Cluverius sitam fuisse vult ubi hodie *Scrofano,* castrum in provincia Patrimonii; Holstenius, ubi nunc est castrum Insula, *Isola,* Farnesiorum; idque demonstrare putat situm loci, ac inter vestigia clarissima, cuniculum quem Camillus ex ima valle in civitatem duxit. A Romanis capta et excisa fuit an. 358. Urbs Fabiorum cæde memorabilis, Ovid. Fast. II. 'Hæc fuit illa dies in qua Veientibus arvis Ter centum Fabii ter cecidere duo.'

z *Latinorum*] A Latio dicti, quæ regio erat Italiæ, Sabinis et Samnitibus ad Boream confinis. Quanquam nomen Latii magis postea patuit: Latii enim populi fuerunt, Rutuli, Volsci, Aurunci, Hernici, Æqui, teste Brietio.

Digitized by Google

opinione[5] mali, ægritudinem esse natura, ut quicumque intueatur in aliquod majus malum, si id sibi accidisse opinetur, sit continuo in ægritudine. Cyrenaici[a] non omni malo ægritudinem effici[6] censent, sed insperato et necopinato malo. Est id quidem non mediocre ad ægritudinem augendam: videntur enim omnia repentina graviora. Ex hoc et illa jure laudantur:

Ego cum genui,[b] tum moriturum[7] scivi, et ei rei sustuli.[*]

Præterea ad Trojam cum misi ob defendendam[8] Græciam,

Sciebam[9][c] me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

XIV. 29. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris.

[*] *Et ad id illum educavi.*

tum ægritudine ψ 2.—5 Ita soli Gebh. et Ernesti. *opinione mali ægritudinem esse, non natura* Manut. in ed. postr. probante Lall. *opinione malum, ægritudinem esse natura* conj. Bouh. *opinionem, &c.* Orell. *mali et ægritudinem* D U. ξ χ. *esse naturæ* ψ 2. *magnum malum* E ξ. *in ægritudinem* Reg. Pith. Vat. D ψ 2. Gebh.—6 U *affici;* ψ 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *fieri.* Statim, *et* ante *nec* omittunt E U ξ χ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.—7 Reg. ι ξ χ ψ 2. Venet. 1480. Victor. Gebh. *morituros.*—8 Duo codd. Oxon. Manut. Lamb. *ad defendendam;* ψ 2 *ad bene defendendam.*—9 *Scibam* Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *me inmortiferum* D U.

NOTÆ

[a] *Cyrenaici*] Horum caput Aristippus fuit. Summum in voluptate bonum posuit. Apul. Florid. XXII. Quintil. X. 2. Laërt. lib. II. Fortuna præsenti utebatur, mutantique se accommodabat. Horat. Epist. I. 17. 'Omnis Aristippum decuit color et status et res.' Disciplinas omnes, præter moralem, exclusit. Ælian. lib. XIV. Euseb. Προπ. lib. I. cap. 5.

[b] *Ego cum genui*] E qua tragœdia, et cujus sint verba, obscurum est. Mauntio placet verba esse Telamonis de morte Ajacis filii ad Trojam missi. Simile fertur Lacænæ cujusdam apophthegma. Porro, tollere liberos passim habetur pro vel suscipere vel educare. Pro suscipere quidem Plin. Paneg. 'Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia et pares pœnæ cohortantur.' Et Sueton. 'Decessitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone.' Pro educare vero Terentius And. III. 'Nam quod peperisset, jussit tolli.'

[c] *Sciebam* [*Scibam*] Pro 'sciebam,' Plauto, Terentio, veteribus omnibus familiaris vox: ita 'audibam' pro 'audiebam,' &c.

Digitized by Google

Itaque apud Euripidem a Theseo[d] dicta laudantur: (licet enim, ut sæpe facimus,[1] in Latinum illa convertere.)

Nam, qui hæc audita a docto meminissem viro,
Futuras mecum commentabar[2] miserias:[b]
Aut mortem acerbam, aut exilii mœstam fugam,
Aut semper aliquam molem meditabar mali;
Ut, siqua invecta diritas[3] casu foret,
Ne me[4] imparatum cura laceraret repens.

30. Quod autem Theseus a docto[5] se audisse dicit, id de seipso loquitur Euripides. Fuerat[6] enim auditor Anaxagoræ: quem ferunt, nuntiata morte filii, dixisse, [*p.* 197.] 'Sciebam me genuisse mortalem.' Quæ vox declarat, iis[7] esse hæc acerba, quibus non fuerint cogitata. Ergo id quidem non dubium,[8] quin omnia, quæ mala putentur, sint improvisa graviora. Itaque, quanquam non hæc una res efficit maximam ægritudinem; tamen, quoniam multum potest provisio animi et præparatio ad minuendum dolorem; sint semper omnia homini humana meditata.[9] Et nimirum hæc est illa præstans et divina sapientia, et præceptas[10] penitus et pertractatas humanas res habere; nihil admirari, cum acciderit; nihil, antequam evenerit, non evenire posse arbitrari.

[b] *Nam cum meminissem hæc me audivisse a docto viro, mecum cogitabam miserias futuras.*

CAP. XIV. 1 Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *fecimus.*—2 E *commentabat.*—3 U χ *inventa duritas*; alius cod. Oxon. *invecta duritas.* Actutum, *casu fuisset* D. *casus foret* de Bouhierii conjectura Wolf. et Schutz. 'Sine causa, opinor.' *Orell.*—4 *Nec me* ψ 2. *cura* deest in eodem cod. *lacerat recens* conj. H. Steph. contra metrum.—5 Manut. Lamb. *a docto viro.* Actutum, *se audivisse* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *id de se ipse* Dav. in ed. pr.—6 *Erat* Erasm.—7 Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *his.* Mox, *a quibus* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. al. vett. Manut. Lamb. *non fuerunt* E ι ξ χ ψ 2.—8 Venet. 1481. al. vett. Manut. Lamb. Lall. *non est dubium.* Statim, *putantur* D U ι ξ σ χ, Manut. Lamb. Gebh. Lall.—9 Codex unus Oxon. et ed. vet. Bouhierii *præmeditata.*—10 Reg. Bern. ι ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *et perceptas*; Manut. Lamb. Oliv. Lall. *perceptas*, omisso *et.* Statim, *et pertractatas* volebant Bur-

NOTÆ

[d] *A Theseo*] Habet hæc Thesei verba Galen. lib. IV. de dogmatibus Hippocratis et Platonis; et Plut. in Consolatione ad Apollonium.

Digitized by Google

Quamobrem omnes,[e] cum secundæ res sunt maxime,[11] tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto advorsam ærumnam ferant:
Pericla,[12] damna, peregre rediens, semper secum[13] cogitet,
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ:
Communia esse hæc; ne quid horum unquam accidat animo novum:[14]
Quicquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.

XV. 31. Ergo hoc Terentius, a philosophia sumtum, cum[1] tam commode dixerit, nos, e quorum fontibus id haustum est, non et dicemus hoc melius, et constantius sentiemus? Hic[2] est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xanthippe[f] prædicare solita in viro suo fuisse Socrate; eodem semper[g] se vidisse exeuntem illum domo, et revertentem. Nec vero ea[3] frons erat, quæ M. Crassi[h] illius veteris, quem semel ait in omni vita[i] risisse Lucilius; sed tran-

mann. et Bouh.—11 U $\sigma\chi\psi$ 2 omittunt *maxime*; al. omittunt *maxime tum.*—12 Codex unus Oxon. *ærumnas, vel Pericula*; D E U habent etiam *Pericula.* Mox, *damna, exilia, peregre, &c.* $\iota\xi\sigma\chi\psi$ 1. 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.—13 Manut. Lamb. Lall. omittunt *secum.*—14 Codd. $\iota\xi\chi\psi$ 1. margo Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *hæc, fieri posse, ut ne quid animo sit novum.*

CAP. XV. 1 Cod. Ursin. codex unus Oxon. Dav. omittunt *cum*; uncis inclusit Wolf. in ed. pr.—2 *Hinc* D U $\iota\xi\chi$, Leid. Oliv. Lall. Statim, *eodem vultu semper* Venet. 1481. Beroald. Crat. Mannt. Lamb.—3 *Nec vero eadem* E U $\iota\chi\psi$ 2. *quæ modo Crassi* codex unus Oxon. Statim, *accipimus* Venet.

NOTÆ

[e] *Quamobrem omnes*] Hæc in Phormione Terentii loquitur Demipho senex cum servo Geta, ægre ferens Antiphonem filium injussu suo uxorem duxisse.

[f] *Xanthippe*] Secunda uxor Socratis, (prima fuit Myrtho) mulier ingenii difficilis; cujus etiam morositas in proverbium abiit. Percontante Alcibiade, cur tam acerbam fœminam domi teneret, 'Ut ceterorum,' inquit, 'injurias pati discam.'

[g] *Eodem semper*] Idem de Socratis æquabilitate habent Senec. Epist. lib. XVIII. et Plin. lib. VII. et Solinus.

[h] *M. Crassi*] Qui inde Agelastus dictus est; e nobili gente Licinia, pater Crassi, cognomento Sapientis.

[i] *Semel in omni vita*] Quod factum

Digitized by Google

quilla, et serena: sic enim accepimus. Jure autem erat semper idem vultus, cum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio. Quare accipio equidem a Cyrenaicis hæc arma contra casus et eventus, quibus eorum advenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur: simulque judico,[4] malum illud opinionis esse, non naturæ.

32. Si enim in re essent,[5] cur fierent provisa leviora? Sed est, iisdem de rebus quod dici possit subtilius, si prius Epicuri sententiam viderimus; qui censet, necesse esse omnes in ægritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur, sive illa ante provisa et expectata sint, sive inveteraverint: nam neque vetustate minui mala, nec fieri[6] præmeditata leviora: stultamque etiam esse meditationem futuri mali, aut fortasse ne futuri quidem: satis esse odiosum malum omne, cum venisset: qui autem semper cogitavisset accidere posse aliquid adversi, ei fieri illud sempiternum malum: si vero ne futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam voluntariam: ita semper angi, aut accipiendo[7] aut cogitando malo. 33. Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda molestia, et revocatione ad contemplandas voluptates: parere enim censet animum rationi posse, et, quo illa ducat, sequi. Vetat igitur [ratio] intueri[8] molestias: abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplan-

Beroald. Argent. 1511. Erasm.—4 D *indicio; χ judicio.* Bentl. volebat *judico mala illa, &c.*—5 Codex unus Oxon. Bern. Leid. Oliv. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *esset;* Eliens. 2 *in re mala essent.* Statim, *necesse omnes in ægritudine, qui, &c.* nonnulli codd. Oxon. *inveteraverunt* ψ 2.—6 Lamb. *neque fieri.* Mox, *præmeditationem futuri mali* codex unus Oxon. Leid. Venet. 1480. Deinde, *esse odio summum omne* ψ 2. *autem* deest in eodem cod. Paulo post, *ei fieret* E ξ.—7 Codex unus Oxon. *angi animum accipiendo.* Statim, *male cogitando* D. *cogitando mala* σ.—8 *Vetat igitur nos intueri* de Bentleii conjectura Dav. unde *ratio* uncis inclusit Ernesti. Mox, *hebetat aciem* nonnulli codd. Manut. in ed. postr. Dav. Wolf. Schutz. *hærentem aciem* e vestigiis codd. conj. Bouh. *hebentem* habet Bern. Paulo post, *quibus et ille* Lamb. *quarum ille et, &c.* Dav. in ed. pr.

NOTÆ

est, cum vidisset asinum carduos comedentem: 'Similem,' inquit, 'habent labra lactucam.'

Digitized by Google

das; a quibus cum cecinit receptui,[k] impellit rursum, et incitat ad conspiciendas, totaque mente contrectandas, varias voluptates, quibus ille, et præteritarum memoria, et spe consequentium, sapientis vitam refertam putat. Hæc nostro more nos diximus; Epicurei dicunt suo:[l] sed, quæ dicant, videamus, quo modo, negligamus.

XVI. 34. [*p.* 198.] Principio, male reprehendunt[1] præmeditationem rerum futurarum. Nihil est enim, quod tam obtundat levetque[2] [m] ægritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse, quod accidere non possit; quam meditatio conditionis humanæ; quam vitæ lex, commentatioque parendi; quæ non hoc affert, ut semper mœreamus, sed ut nunquam.[3] Neque enim, qui rerum naturam, qui vitæ varietatem, qui imbecillitatem generis humani cogitat, mœret cum hæc cogitat; sed tum vel maxime sapientiæ[4] fungitur munere. Utrumque enim consequitur,[5] ut et, considerandis rebus humanis, proprio philosophiæ fungatur officio, et adversis casibus triplici consolatione sanetur: primum, quod posse accidere diu cogitavit; quæ cogitatio una maxime molestias omnes extenuat et diluit: deinde, quod humana[6] ferenda intelligit: postremo, quod videt malum nullum esse, nisi culpam; culpam autem nul-

CAP. XVI. 1 Dav. in ed. pr. *reprehendit.*—2 Ita Dav. in ed. pr. e duobus codd. *elevet* Guelf. unde *et levet* conj. Ernesti; *enervetque* duo codd. Davisii, Oliv. Lall.—3 Victor. *ut non unquam.*—4 E ξ omittunt *sapientiæ*; ψ 1 habet *sapientis.*—5 Codd. χ ψ 2 *sequitur.* Actutum, *ut et considerans* ψ 2. Tum, *philosophi* D. *fruatur officio* D E ξ, Reg. Bern. Orell. *primo, quod, &c.* codd. Davisii, probante Bentl. *diu cogitaverit* edd. ante Dav. *omnes molestias* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—6 Reg. Venet. 1480. Victor. Oliv. *humane*; Vat. Dav. Lall. *humana humane.* Statim, *nullum malum* edd. antiquiss. *nisi culpa* Dav. probante Bouh. Pro *præstari* Eliens. 2. et Reg. a m. sec. habent *præcaveri.* Quinque codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *præstari, ut non eveniret, evenerit.*—

NOTÆ

[k] *Cum cecinit receptui*] Vox militaris; ad tubarum enim cantum milites intra castra recipiebant se.

[l] *Dicunt suo*] Nullo sermonis cultu. Eloquentiam enim Epicurus, et dialecticam artem, quasi devios homines agentem, repudiabat. Hinc vulgare ejus præceptum, 'Omnem disciplinam fuge.'

[m] *Levetque*] Minuatque.

lam esse, cum id, quod ab homine non potuerit præstari,[a] evenerit. 35. Nam revocatio[7] illa, quam affers, cum a contuendis nos malis avocas, nulla est. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus iis rebus[8] quas malas esse opinemur, dissimulatio, vel oblivio. Lacerant, vexant, stimulos admovent, ignes adhibent, respirare non sinunt. Et tu oblivisci jubes, quod contra naturam est? quod a natura[9] datum est, auxilium extorqueas inveterati doloris? Est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas et dies. Jubes me bona cogitare, oblivisci malorum. Diceres aliquid, et magno quidem philosopho dignum, si ea bona[c] sentires esse,[10] quæ essent homine dignissima. XVII. 36. Pythagoras mihi sic[1] diceret, aut Socrates, aut Plato: Quid jaces? aut quid mœres? aut cur succumbis, cedisque fortunæ? quæ pervellere[2] te forsitan potuerit, et pungere; non potuit certe vires frangere. Magna vis est in virtutibus. Eas excita, si forte dormiunt. Jam tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tanto esse cogat,[3] ut omnia, quæ possint homini evenire, contemnas, et pro nihilo putes. Aderit temperantia, quæ est eadem moderatio, a me[4] quidem paulo ante appellata frugalitas; quæ te turpiter et nequiter facere nihil patiatur. Quid est autem[5] nequius aut turpius ef-

[c] *Videlicet virtus.*

7 *Nam avocatio* Lamb. Mox, *affers ... avocas* est de conjectura Ernestii; *affert ... avocat* codd. et reliquæ edd.—8 Edd. antiquiss. *his rebus.* Statim, *opinamur* Crat. Tum, *stimulos adhibent, ignes admovent* quatuor codd. Regg. et Lall.—9 Codd. aliquot, Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *qui a natura;* Reg. alii codd. et Gebh. *quia natura;* Guelf. in marg. Venet. 1480. *quod autem a natura;* Dav. in ed. pr. e conjectura Bentleii *quo a natura datum auxilium.* Actutum, *extorques* codd. aliquot, edd. antiquiss. Manut. Lamb. Dav.—10 Reg. Dav. Orell. *esse sentires.*

CAP. XVII. 1 *P. mihi si* Bern. Argent. 1511. Erasm. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—2 Ascens. al. vett. Manut. Dav. Lall. *quæ ut pervellere*, prob. Bouh.—3 Ita de conjectura Ernesti; *coget* codd. et reliquæ edd.—4 Dav. de Bentleii conjectura *a te.* Paulo post, *patietur* codex unus Oxon. Wolf.

NOTÆ

[a] *Præstari*] Vox juris, quæ et 'cavere' sonat; hinc 'præstare dolum,' et 'satisfacere;' hinc 'præstare noxam.' 'Præstari posse ab homine' dicitur, quod in potestate hominis est, ut fiat, vel non fiat.

Digitized by Google

fœminato viro? Ne justitia quidem sinet te[6] ista facere; cui minimum esse videtur in hac causa loci; quæ tamen ita dicet, dupliciter esse te injustum, cum et alienum appetas, qui, mortalis natus, conditionem postules immortalium, et graviter feras, te, quod utendum acceperis, reddidisse. 37. Prudentiæ vero quid respondebis, dicenti,[7] virtutem sese esse contentam, quo modo ad bene vivendum, sic et ad beate?[o] quæ si extrinsecus religata pendeat, et non oriatur a se,[p] et rursus ad se revertatur, et, omnia sua complexa, nihil quærat aliunde;[d] non intelligo, cur aut verbis tam vehementer ornanda, aut re tantopere expetenda, videatur. Ad hæc bona me si revocas,[8] Epicure, pareo; sequor; utor te ipso duce; obliviscor etiam malorum, ut jubes, eoque facilius, quod ea ne in malis quidem ponenda censeo. Sed traducis cogitationes meas ad voluptates: quas? corporis, credo, aut quæ, propter corpus, vel recordatione vel spe cogitentur. Numquid est aliud? rectene interpretor sententiam tuam? 38. Solent enim isti negare nos intelligere, quid dicat Epicurus.[q] Hoc dicit; et hoc

[d] *Quæ si, velut appendices et ornamenta, quæ extrinsecus religari solent figuræ alicui rotundæ, a se ipsa non progrediatur, nec in se revertatur instar orbis, et complectens omnia quæ sibi propria sunt, nihil quærat aliunde.*

Orell.—5 *Quid est aut* edd. antiquiss. et Crat.—6 Lamb. *te sinet;* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. omittunt *te*. Pro *loci*, Reg. E U ι ξ σ ψ 1. Argent. 1511. Erasm. Gebh. habent *loqui*. Statim, *et cum alienum* edd. antiquiss.—7 Reg. Bern. ι ψ 1. 2. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *docenti*. Actutum, *virtute* D U. *virtutem se esse* Venet. 1480. Beroald. Crat. Victor. *virtute se esse* Venet. 1481. margo Crat. Manut. Lamb. *sic etiam ad beate* Bern. D E U ι ξ χ ψ 2. Venet. 1480. Wolf. Orell. Tum, *et non et oriatur* codex unus Oxon. Dav. Oliv. Wolf. Schutz. Orell. *ut non oriatur* ι χ ψ 2. *a sese* Venet. 1480. *ex se* Venet. 1481. et al. vett. item Victor. Manut. Lamb.—8 Lamb. *si me revocas*. Statim, *obliviscar malo-*

NOTÆ

[o] *Sic et ad beate*] Duo sunt bene vivere, et beate vivere. Bene vivit, qui honeste, qui laudabiliter, quod etiam in tormentis esse potest: beate vivit, qui feliciter, et cum voluptate.

[p] *Non oriatur a se*] Virtutem orbis figuræ similem esse volunt, quæ nullarum egens compaginum, se includit ipsa et continet, nec finem habet aut initium. Horat. Sat. II. 7. 86. 'Fortis; et in se ipso totus, teres atque rotundus, Externi ne quid valeat per leve morari; In quem manca ruit semper Fortuna.'

[q] *Quid dicat Epicurus*] Plerique

Digitized by Google

ille acriculus,[9] [r] me audiente, [*p.* 199.] Athenis senex Zeno,[s] istorum acutissimus, contendere, et magna voce dicere solebat: eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente: aut, si interveniret, si summus foret, futurum brevem; si productior,[a] [10] plus habiturum jucundi, quam mali: hæc cogitantem fore beatum, præsertim si et ante perceptis bonis contentus esset, nec mortem nec Deos extimesceret. Habes formam[11] Epicuri vitæ beatæ, verbis Zenonis expressam, nihil ut possit negari. XVIII. 39. Quid ergo? hujusne vitæ propositio[1] et cogitatio aut Thyesten levare poterit, aut Æetam, de

[a] *Si longior.*

rum D χ. *obliviscar et malorum* U.—9 Ita Vat. Gebh. seqq. uti conj. Turneb. *agriculus* Reg. *agricolus* ι σ ψ 1. et de Victorii conjectura Lamb. *græculus* D E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. *egricolus* ψ 2. *me audiente Athenis, senex* Dav. Lall. Wolf. Orell.—10 Reg. Bern. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *sin productior.* Paulo post, *ante præceptis* duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Gebh. Lall. *nec mortem* omittunt Manut. Lamb.—11 *Habes formulam* conj. Lamb.

CAP. XVIII. 1 Crat. Victor. *vitæ propositum.* Statim, *de quibus* (vel *de quis*) *paulo ante* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *quos paulo ante* suspic.

NOTÆ

omnes scholam Epicuri flagitiorum magistram, et voluptatum ducem dixerunt. Ejus defensores inique cum illo agi contendunt, et voluptatibus corporis affingi, quod de voluptatibus animi dixit, in Epist. quæ apud Laërt. extat. 'Cum dicimus,' inquit, 'voluptatem finem esse, non nefariorum voluptates loquimur, ut quidam rerum nostrarum ignari arbitrantur; sed animo tranquillum esse, et perturbationum vacare dicimus.'

[r] *Et ille acriculus* [*Græculus*] Aliqui cum Petro Victorio in castigationibus mendosum locum putant; 'Græculi' enim nomen tribuimus homini, quem contemnimus. Zenonem vero plurimi faciebat Cicero. Multi manuscripti codices habent *agricolus*, forte mendum pro *acrocholus*, qui hominem iracundum sonat. Suspicionem confirmat, quod statim addit Cicero, 'contendere, et magna voce dicere solebat.' Veterem tamen lectionem retinendam duco; Zeno enim ille, de quo hic agitur, est Epicureus ille, cujus argutias nihili se facere dixit Cic. de Fin. lib. I.

[s] *Senex Zeno*] Patria Sidonius, Laërt. lib. VII. et X. Epicureus, Cic. de Nat. Deor. lib. I. discipulus Apollodori Κηποτυράννου dicti. Diotimum Stoicum, Epicureorum insectatorem acerrimum, quique Epistolas Epicuri nomine fictas ediderat, unde priscorum philosophorum vita perstringeretur, accusavit, remque eo deduxit, ut capitis damnaretur. De illo jam de Fin. lib. I.

Digitized by Google

quo paulo ante dixi, aut Telamonem,[t] pulsum patria, exulantem, atque egentem? in quo hæc admiratio fiebat:

Hiccine[2] est Telamo[u] ille, modo quem gloria ad cœlum
extulit?
Quem aspectabant?[3] cujus ob os Graii ora obvertebant
sua?[f]

40. Quod si cui (ut ait idem) simul animus cum re concidit,[4] a gravibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis. Quam enim isti bonorum copiam dicunt? Fac sane esse summum bonum,[5] non dolere; (quanquam id non vocatur voluptas: sed non necesse est nunc omnia) idne est, quo traducti luctum levemus? Sit sane summum malum, dolere: in eo igitur qui non est, si[6] malo careat, continuone fruitur summo bono? 41. Quid tergiversamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cum os perfricuisti,[x] soles dicere? Sunt hæc tua verba, necne? In eo quidem libro,[y] qui conti-

[f] *Quem Græci suspiciebant et mirabantur, ad cujus vultum convertebant vultus suos.*

Nissen.—2 *Hicine* Dav. Wolf. Orell. *est ille Telamo* Reg. Bern. Dav. Wolf. Orell. *est Telamon ille* Schutz. et al.—3 *Quem spectabant* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut.—4 Ita Erasm. Manut. Crat. Lamb. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *animus rem condidit* Reg. Bern. Venet. 1480. *animus re concidit* Bern. in marg. Beroald. Argent. 1511. et Dav. in ed. pr. improbante Bentl. *animus re cum concidit* Dav. in ed. sec. Post *concidit* Crat. inseruit *quod felicitatem exaggerat, habere non casu, sed ingenio partas opes.* Actutum, *a gravioribus* Leid. Deinde, *sed non ab his volup.* Leid. cum uno cod. Oxon. uti volebat Dav.—5 Ita Gebh. et seqq. *summum bonum esse* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.—6 Dav. in ed. pr.

NOTÆ

[t] *Telamonem*] Æaci filium, Pelei fratrem, patrem Teucri. Primus Trojanos muros ascendit, ideoque a Laomedonte coronatus, et filiæ ejus Hesionæ matrimonio conjunctus est. Ex Ægina insula, ubi pater regnabat, pulsus, Salaminam venit, ductaque Glauca, Cychrei Salaminiorum regis filia, ibidem regnavit.

[u] *Hiccine est Telamo*] Versus trochaici, ex tragœdia Ennii, Telamone inscripta, inquit Fulvius Ursinus. Utitur Cicero iisdem versibus de se ipso Epist. Fam. IX. ult.

[x] *Os perfricuisti*] Seu cum verecundiam deposuisti; qui enim verecundi videri nolunt, ii solent faciem perfricare, ut ruborem excutiant: hinc proverbium, de inverecundo, 'Perfricuit faciem.'

[y] *In eo quidem libro*] Quem de Fine inscripsit, de quo dictum jam est supra. Quæ autem ex eo libro hic verba subjiciuntur, habentur quoque

Digitized by Google

net omnem disciplinam tuam, (fungar enim jam interpretis munere, ne quis me putet fingere) dicis hæc: 'Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud,[7] detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur; detrahens eas, quæ auditu et cantibus; detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis, suaves motiones, sive quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu.[8] Nec vero ita dici potest, mentis lætitiam solam esse in bonis: lætantem enim mentem ita novi, spe eorum omnium quæ supra dixi, fore ut natura, iis potiens,[9] dolore careat.' 42. Atque hæc quidem his verbis, quivis ut intelligat,[10] quam voluptatem norit Epicurus. Deinde paulo infra, 'Sæpe quæsivi,' inquit, 'ex iis qui appellabantur[11] sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent, nisi si vellent voces inanes fundere. Nihil ab his[12] potui cognoscere: qui si virtutes ebullire[s] nolent et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam, qua efficiantur eæ voluptates, quas supra dixi.' Quæ sequuntur, in eadem sententia[13] sunt; totusque liber, qui est de summo bono, re-

etsi. Statim, *continuo non fruitur* ψ 2. *continuone fruatur* χ.—7 Eliens. 2 *bonum ullum;* Lamb. omittit *illud.* Mox, *detrahens eas etiam* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. *auditu e cantibus* conj. Nissen. et Olshausen.—8 Ita Bern. Gebh. seqq. *quolibet e sensu* edd. antiquiss. Victor. Crat. Manut. Lamb.—9 D *ut naturali potiens;* σ ψ 2 *ut naturali potius;* ι *ut naturalibus potens;* U χ *ut naturalis patiens;* Crat. Dav. *ut natura his potiens.* —10 E ξ *quis non intelligat.* Actutum, *quam v. nolit Epic.* ξ χ.—11 Ita Reg. alii codd. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. *appellantur* D E U ξ σ χ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *quid in bonis* E U ι σ χ. *quid in bono* ψ 2. *quod in bono* al. ap. Orell. Tum *nisi vellent* ψ 1. 2. Venet. 1480. Lamb. *si vellent,* omisso *nisi,* E ξ. —12 Bern. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Wolf. Orell. *ab iis.* Mox, pro *nolent,* quod de conjectura Davisii receperunt Wolf. Schutz. Orell. *volent* legitur in plerisque codd. ap. Non. in v. 'Ebullire,' et in edd. ante Ernesti, probante Nissen. *vellent* ψ 2. Tum, *nisi eam vim* e Nonio Lamb. Dav. *qua e. hæ volup.* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor.—13 Dav. in ed. pr. de conjectura Lambini *in eandem sententiam.* Statim, *et sent. et verbis talibus est* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *et verbis et sent.*

NOTÆ

apud Athen. Deipnosoph. lib. VII. et XII.

[s] *Virtutes ebullire*] Id est, si mentem intimam depromere vellent, inquit Manutius; Beroaldus autem ait, *virtutes ebullire,* esse per tumentes sententias et verba sesquipedalia loqui de virtute. Est quoque activum *ebullire,* Tusc. lib. V.

Digitized by Google

fertus et verbis et sententiis talibus. 43. Ad hanccine igitur vitam Telamonem illum revocabis, ut leves ægritudinem? et siquem tuorum afflictum[14] mœrore videris, huic acipenserem[a] potius, quam aliquem Socraticum libellum, dabis? hydrauli[b] hortabere ut audiat voces potius, quam Platonis? expones, quæ spectet[15] florida et varia? fasciculum ad nares[c] admovebis? incendes odores? et sertis redimiri jubebis, et rosa? Si vero aliquid etiam, tum plane luctum omnem absterseris? XIX. Hæc Epicuro[1] confitenda sunt, aut ea, quæ modo expressa ad verbum dixi, tollenda de libro; vel totus liber potius abjiciendus: est enim confertus voluptatibus. 44. [*p.* 200.] Quærendum igitur, quemadmodum ægritudine privemus eum, qui ita dicat:[d]

> . . . pol, mihi[2][e] fortuna magis nunc defit, quam genus.
> Namque regnum suppetebat mihi:[3] ut scias quanto e loco,

---

talibus est Argent. 1511. Erasm. *refertus est verbis et sent. tal.* Dav.—14 Nonius *affectum*. Paulo post, *ὑδραύλεως* Victor. Lamb. *αὐλοῦ* Erasm. *αὐλῶν* Crat. Manut. *aulon* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *hyarili* E ξ. *κύθαρας* U. *hyaralai* σ.—15 'Ernesti et Schutz. *flectet*, horribili errore typogr.' *Orell. expectat* Bern. E ξ ψ 2. *expectet* σ. *expetet* ι. Mox, *incedens odores* E ψ 2. *et* suspectum est Wolf. uncis inclusit Orell. Deinde, *si venereum etiam aliquid admoveris, tum plane, &c.* Crat. *si venereum addideris aliquid etiam, &c.* Eliens. 2.

CAP. XIX. 1 Dav. in ed. pr. *Epicure*. Paulo post, *confertus verbis talibus* conj. Bentl.—2 Victor. *mi*.—3 Manut. Lamb. Wolf. Orell. *mi*. Mox, *quanto*

NOTÆ

[a] *Acipenserem*] Piscis est unus omnium squamis ad os versis, apud antiquos commendatissimus. 'Acipensis' Martiali.

[b] *Hydrauli* [*αὐλῶν*] *Αὐλὴ tibia* est. De tibiis vide librum Bertolini de Tibiis Veterum. Geminas tibias invenit Marsyas; Mercurius monaulon, sive tibiam unicam. De qua Mart. 'Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.' Alii cum Rob. Stephano legunt *ὑδραύλεως*; quod instrumentum erat in quo sonus aquæ decursu redderetur. De iis Vitruv. x. 13. et Athen. lib. IV.

[c] *Ad nares*] Olfactoriolum, quali uti solitum fuisse Verrem, pleno rosis, contento linis tenuissimis, minutisque maculis consperso, ait Cicero in Verrinis.

[d] *Qui ita dicat*] Versus ex eadem Telamone tragœdia, de qua supra; Scriverius tamen in collectaneis suspicatur pertinere ad Hecubam Ennii.

[e] *Pol, mihi*] Est jusjurandum per Pollucem, deductum ab ædepol, et æpol, quasi per ædem Pollucis. Sic, æcastor vel ecastor, quasi per ædem Castoris. Sic ecere, apud Phormion. Terentii, quasi per ædem Cereris. Sic medius fidius, quasi me Dius fidius, per Herculem.

Digitized by Google

Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat.[4]

Quid? huic calix mulsi[f] impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid ejusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta:

Ex opibus summis[g] opis egens, Hector, tuæ.

Huic[5] subvenire debemus: quærit enim auxilium.

Quid petam præsidi, aut exequar? quove nunc auxilio aut fuga
Freta sim? arce et urbe orba sum: quo accedam? quo applicem?[6]
Cui nec aræ patriæ[7] domi stant; fractæ, et disjectæ jacent:
Fana flamma deflagrata: tosti alti stant parietes,
Deformati, atque abiete crispa.[h]

Scitis,[8] quæ sequantur: et illud in primis:

O pater, o patria,[i] o Priami domus,
Septum[9] altisono cardine templum:

---

loco Ernesti errore typogr.—4 Ita Bern. alii codd. Victor. Gebh. Dav. Schutz. *occidat* Reg. E ι σ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Orell.—5 *Hic* Ernesti errore typogr.—6 Hos versus ita constituere Bentl. Dav. Wolf. Orell.

Quid petam præsidi, aut exequar? quove nunc
Auxilio exili aut fugæ freta sim?
Arce et urbe orba sum. Quo accidam? quo supplicem? &c.

Voc. *exili* habent Reg. Bern. et edd. vett. *fugæ* est ex uno cod. Oxon. et Bali. *Quo accidam* est e Bern. a m. sec.—7 Wolf. in ed. pr. de Bentleii conjectura *patri'*.—8 Ita Reg. Bern. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Scis* tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. Mox, *et illum versum* ι.

NOTÆ

[f] *Calix mulsi*] Potio est exquisita, ex vino et melle. Pollio Romulus, ab Augusto, hospite suo, interrogatus, quo pacto, cum jam centesimum annum excessisset, viribus adeo integris esset; 'Intus mulso,' inquit, 'foris oleo.' Omnis liquor, melle conditus, mulsus quoque dicitur; ita lac mulsum, aqua mulsa.

[g] *Ex opibus summis*] Verba sunt Andromachæ uxoris Hectoris, post necem mariti, post excidium Troiæ, captivæ a Græcis abductæ. Ex Ennii aut Hecuba, aut Andromacha.

[h] *Abiete crispa*] Commendatissimæ sunt abietes crispantes, sive interto quodam venarum flexu sinuosæ. Abietis pars inferior, quæ enodis est, sapinus vocatur; superior, fusterna.

[i] *O pater, o patria*] Patrem invocat Andromache, non suum, qui fuit Eetion, rex Thebarum, in Cilicia, Mine-

Digitized by Google

Vidi ego te, astante [10] ope barbarica,
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore instructam regifice.[11]

45. O poëtam egregium! quanquam ab his cantoribus [k] Euphorionis [l] contemnitur. Sentit omnia repentina, et necopinata [12] esse graviora. Exaggeratis igitur regis [13] opibus, quæ videbantur sempiternæ fore, quid adjungit?

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,[m]
Jovis aram [n] sanguine turpari.

46. Præclarum carmen: est enim et rebus, et verbis, et modis lugubre. Eripiamus huic ægritudinem: quo modo? Collocemus in culcita [14] plumea: [o] psaltriam [p] adducamus:

et illum σ ψ 2.—9 *O septum* E ξ. *altissimo* ψ 2.—10 D E U ι ξ σ χ ψ 2 *astantem.*—11 E ψ 2 *estructam regificem*; ξ *instructam regificem.*—12 Ita Reg. Col. al. Gebh. seqq. *repentina nec opinata* Crat. Victor. *repentina et inopinata* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Manut. Lamb.—13 Dav. e codd. et Orell. *regiis.* Mox, *adjungitur* duo codd. Oxon. cod. Ursin. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—14 Bern. *culsita*; E U ι ξ χ ψ 1. 2. edd. antiquiss. Crat. Manut. *culcitra.* Mox, *hedyohrum intendamus, scutellam* Orell. *hedrychrum incendamus scutellam* Reg. *hedychrum intendamus, demus scutellam* multi codd. Victor. Dav. Lall. *demus hedychrum; intendamus scutellam* Vat. Wolf. Schutz. *damus edricum, intendamus scutellam* Bern. *cedrum incendamus, demus scutellam* Manut. Lamb. *cedricum* D. *hedicum* E. *editum* ξ. *herdrycrum*

NOTÆ

ris Asiæ provinciæ, sed conjugis sui Hectoris, Priamum. Fragmentum est fabulæ prædictæ.

[k] *Cantoribus*] Scenicis fabularum actoribus. Horat. 'Si plausoris eges aulæa manentis, et usque Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat.'

[l] *Euphorionis*] Chalcidensis poëtæ, quem Latine vertit Gallus. Hinc illius carmen Virg. Eclog. 'Ibo, et Chalcidico quæ sunt mihi condita versu,' &c. Antiocho Magno, Syriæ regi, parcarus, ejusque bibliothecæ præfectus fuit, poëta, auctore Cicerone, obscurus; in deliciis tamen Tiberio Cæsari.

[m] *Vitam evitari*] De illo versu dictum est Tuscul. lib. I.

[n] *Jovis aram*] Ibidem dictum de more veteri exstruendæ in privatis ædibus aræ Jovi. De hac apud Priamum ara Virg. Æneid. II. 'Ædibus in mediis, nudoque sub ætheris axe, Ingens ara fuit.'

[o] *Culcita* [*culcitra*] *plumea*] Festus non 'culcitram,' sed 'culcitam' dicit, et a 'calcando' deducit, quod in ea sagum, tomentum, aliudve inculcetur.

[p] *Psaltriam*] Fœmina, quæ psalterium tangeret, instrumentum harpæ nostræ non absimile, nisi quod hæc pluribus chordis intendatur. Ejus descriptionem vide apud Chrysostomum, Protheoria in Psalmos.

Digitized by Google

hedrychum[q] incendamus: demus scutellam dulciculæ[r] potionis: aliquid videamus et cibi. Hæc tandem bona sunt, quibus ægritudines gravissimæ detrahantur? tu enim paulo ante ne intelligere te quidem alia ulla dicebas.[15] Revocari igitur oportere[16] a mœrore ad cogitationem bonorum, conveniret mihi cum Epicuro, si, quid esset bonum, conveniret.

XX. Dicet aliquis: Quid ergo?[1] tu Epicurum existimas ista voluisse, aut libidinosas ejus fuisse sententias? Ego vero minime: video enim ab eo dici multa severe, multa[2] præclare. Itaque, ut sæpe dixi, de acumine agitur ejus,[3] non de moribus: quamvis spernat voluptates eas, quas modo laudavit, ego tamen meminero, quod videatur ei summum bonum. Non enim verbo solum[4] posuit voluptatem, sed explanavit quid diceret: 'Saporem,' inquit, 'et corporum complexum, et ludos atque cantus, et formas eas, quibus oculi jucunde moveantur.' Num fingo? num[5] mentior? cupio refelli: quid enim laboro, nisi ut veritas in

σ χ. *demus: incendamus* E. *scultellam* σ. Tum, *aliquid provideamus* ed. vet. Bouh. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Actutum, *ei cibi* suspic. Olshausen.—15 Reg. ι σ ψ 2 *alia multa dicebas;* E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *alia bona dicebas.*—16 *R. i. oportet* D E U ξ σ χ, Reg. *R. i. oportet eum* ι ψ 1.

Cap. xx. 1 *Amo ergo* χ. Mox, *existimabis* Leid. uti conj. Ernesti; *existimabas* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. Actutum *ita* pro *ista* ι ξ σ ψ 2. Oliv. Lall. *ejus esse sent.* E ξ.—2 Iidem codd. *multa severa, et multa.*—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *ejus agitur.* Statim, *quamvis aspernetur* D E U ι ξ σ χ, Oliv. Lall. Tum, *quid videatur* Leid. ed. vet. Bouh. Dav. in ed. pr.—4 *Non e. v. solo* E. *sed etiam explanavit* D E U ι ξ σ χ.—5 *Non fingo, non* duo codd. Oxon.—

NOTÆ

q *Hedrychum* [*hedycrum*] Hæc vox cum aliquanto ignotior sit, sublata fuit ab iis, qui quæ ignorant depravata esse censent. Hedycrum odoramenti genus erat in formam globulorum medicorum; deductum ex eo quod nitidam cutem redderet. Pet. Victor. in suis castigationibus. *Cedrum* alii legunt, quod odorata sit, et talis usus esset antiquis: 'Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.' Addunt paulo ante lectum esse, 'incendes odores,' &c.

r *Scutellam dulciculæ*] Vasis genus oblongum et quadratum, dictum a scuto, quod oblongum erat, et in eo discrepabat a clypeo, qui rotundus erat, ut fuse docet Servius in illud Æneid. xii. 'Ter centum scutati omnes.' Et Turneb. Adversar. ii. 2. et Aldus Manutius Nepos de Quæsitis, iii. 6.

Digitized by Google

omni quæstione explicetur? At idem [6] ait, non crescere voluptatem dolore detracto; summamque voluptatem, nihil dolere. 47. Paucis verbis tria magna peccata: unum, quod secum ipse pugnat: modo enim, ne suspicari quidem se quicquam bonum, nisi sensus quasi titillarentur [7] voluptate; nunc autem, summam voluptatem esse, dolore carere. Potestne magis secum ipse pugnare? Alterum [8] peccatum, quod, cum in natura tria sint; unum, gaudere; [*p.* 201.] alterum, dolere; tertium, nec gaudere nec dolere; hic primum et tertium putat idem esse, nec distinguit a non dolendo voluptatem. Tertium peccatum commune cum quibusdam, quod, cum virtus maxime expetatur, ejusque adipiscendæ causa philosophia quæsita sit, ille a virtute summum bonum separavit. At laudat, et sæpe, [9] virtutem. 48. Et quidem [10] C. Gracchus, [s] cum largitiones maximas fecisset, et effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. Quid verba audiam, cum facta videam? Piso ille Frugi [t] semper contra legem frumentariam [x] dixerat. Is, lege lata, consularis ad frumentum accipiendum venerat. Animadvertit [11] Gracchus in concione Pisonem

6 *Et idem* ψ 2. Mox, *dolore detracto; summamque voluptatem* desunt in D. *summamque esse, nihil, &c.* Leid. prob. Bouh.—7 Dav. de conjectura Bentleii *titillentur.*—8 *Alterum est* D E U ξ χ, Venet. 1480. margo Crat. Mannt. Lamb. Paulo post, *hic idem pr. et t. putat esse* Venet. 1480. *hic putat pr. et t. idem esse* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Tum, *quod virtus expectatur* codd. aliqnot Oxon.—9 *At laudat sæpe* D E U ι ξ σ χ ψ 2. Reg. Dav.—10 *Et quidem sæpe* conj. Ernesti. *Equidem* D. —11 *Animam advertit* codd. aliquot; unde Dav. volebat *Animum advertit.* Statim, *in concionem* E ξ. *in contentione* ψ 2. *Pisonem* omittit D. Tum, *quid*

NOTÆ

[s] *C. Gracchus*] Frater Tiberii Gracchi, ex gente Sempronia. Par illis prope ingenium, par eloquentia; alia tamen alii; iidem honores delati; eadem utriusque consilia, idemque exitus fuit. Uterque tribunus plebis leges agrarias contra senatus voluntatem promulgavit. Quare uterque a Patribus; Tiberius a Scipione Nasica in Capitolio an. 620. Caius ab Opimio consule in Aventino 632. oppressus est.

[t] *Piso Frugi*] De quo supra.

[x] *Legem frumentariam*] Quam C. Gracchus sanxerat, uti semisse atque triente plebi ex publico frumentum viritim singulis mensibus divideretur, horreaque in urbe struerentur, in quibus annua frumentorum pro plebe provisio cum legibus frumentariis servaretur. Pighius. Meminit illius Cicero de Off. lib. II.

Digitized by Google

stantem: quærit, audiente populo Romano, qui sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserit. 'Nolim,'[12] inquit, 'mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat: sed si facias, partem petam.' Parumne declaravit vir gravis et sapiens, lege Sempronia[x] patrimonium publicum dissipari?[13] Lege[14] orationes Gracchi:[y] patronum ærarii esse dices. 49. Negat Epicurus jucunde[15] posse vivi, nisi cum virtute vivatur: negat ullam in sapientem vim esse fortunæ: tenuem victum[z] antefert copioso: negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. Omnia philosopho digna, sed cum voluptate pugnantia. Non[16] istam dicit voluptatem. Dicat quamlibet: nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit. Age, si voluptatem non intelligimus,[17] ne dolorem quidem? Nego igitur ejus esse, qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere virtutis. XXI. 50. Et queruntur[1] quidam Epicurei, viri optimi, (nam nullum genus est minus malitiosum) me studiose dicere contra Epicurum. Ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. Mihi summum in animo bonum[2] videtur, illi autem in corpore: mihi in virtute, illi in voluptate. Et illi[3] pugnant; et quidem vicinorum fidem implorant:

sibi constet D U χ ψ 2. *dissuaserat* D U ψ 2. et edd. ante Dav.—12 *Noli* E ξ. Mox, *dividere liceat* nonnulli codd. Oxon. et edd. ante Gebh. *sed si facies* D E U ξ.—13 D U ι χ ψ 1. 2 *publicum dispensari;* E ξ σ *publice dispensari.*—14 *Longe* E ξ.—15 D E U *jocunde.* Statim, *in sapiente* D ψ 1. *tenue vitium* codd. aliquot Oxon. Deinde, *beatus non sit* Crat. *non bonus sit* ψ 2.—16 *Num* ψ 2.—17 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *intelligamus.* Actutum, *nec dolorem* E U ξ. Tum, *qui dolorem summum malum esse metiatur* E ξ. *qui dolorem summum malum metiatur* ι σ ψ 2. *qui dolorem metiatur* D.

CAP. XXI. 1 *Et conqueruntur* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Actutum, *quidem* Reg. Bern. ed. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *viri* omittunt ξ σ.—2 Lamb. *bonum positum.*—3 *Et illi quidem* Venett. 1480. 1481.

NOTÆ

[x] *Lege Sempronia*] Ea lex frumentaria Sempronia dicta est, a C. Sempronio Graccho, a quo lata; leges enim sortiebantur nomen tribunorum a quibus ferebantur.

[y] *Orationes Gracchi*] Harum aliquot fragmenta extant apud Gell. De illis multa Cicero de Claris Oratoribus.

[z] *Tenuem victum*] Auctor est Diocles Epicurum cibis vilissimis uti solitum: extatque in ipsis Epicuri literis, 'Mitte mihi casei paululum, ut cum epulari voluero, possim.'

Digitized by Google

multi autem sunt, qui statim convolent.[4] Ego sum is, qui[5] dicam me non laborare, actum habiturum quod egerint.[a] 51. Quid enim?[6] de bello Punico[a] agitur? de quo ipso cum aliud M. Catoni,[b] aliud L. Lentulo[c] videretur, nulla inter eos concertatio unquam fuit. Hi nimis iracunde agunt, præsertim cum ab his[7] non sane animosa defendatur sententia, pro qua non in senatu, non in concione, non apud exercitum, neque apud censores dicere audeant. Sed cum istis alias, et eo quidem animo, nullum ut certamen instituam; verum dicentibus facile cedam.[8] Tantum[9] admonebo: si maxime verum sit, ad corpus omnia referre sapientem; sive, ut honestius dicam, nihil facere, nisi quod expediat; sive omnia referre ad utilitatem suam; quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu[10] gaudeant,[b] gloriose loqui desinant.

[a] *Et illi quidem acriter partes suas defendunt, immo vicinorum fidem implorant; multi autem sunt qui libenter concurrunt in patrocinium illius sententiæ. Ego vero is sum, qui dicam me de his parum laborare, et approbaturum quod illi egerint.*

[b] *Ut apud se tacite gaudeant.*

Beroald. Crat. Victor. *Et illi repugnant* Leid.—4 E ξ *convelent.*—5 *Ego sum, qui* E ξ. Pro *actum* ed. vet. Bouh. et Lamb. habent *ratum.* D *habere quod egerint;* ψ 2 *h. quod gerit.*—6 *Quis enim* ξ. Statim, *ipso* deest in E ξ. —7 Ita edd. antiquiss. Manut. Lamb. Dav. *ab iis* Orell. et recentt. *non satis animosa* E ξ. *non sane animose* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Paulo post *neque ad censores* Reg. Bern. χ ψ 1. vet. Bouh. Victor. Dav. Lall. Wolf. Orell.—8 Duo codd. Oxon. *credam.*—9 *Tamen* χ.—10 Cod. ψ 1 *ut in signum;* ψ 2 *ut insignem.*

NOTÆ

[a] *De bello Punico*] Tertio, de quo deliberantibus consulibus T. Quintio Flaminino et M. Acilio Balbo, Cato bellum suadebat, dissuadebant Scipio Nasica et Lentulus. Anno autem subsequente, cum Pœni contra fœdus naves bellicas haberent, extraque fines exercitum duxissent, et socio populi R. Massinissæ regi arma intulissent, bellum quidem toto senatu consentiente susceptum est; deliberatum duntaxat an excidenda Carthago. Suasit Cato tollendam, velut bellorum fomitem; Lentulus et Nasica servandam, ut Romanæ virtutis cotem.

[b] *M. Catoni*] Gentis Porciæ principi, cognomento Prisco, qui a sapientia Cato, a censura Censorius vulgo dictus est.

[c] *L. Lentulo*] Scribunt auctores non Lentulum, sed Scipionem Nasicam maxime Catoni obstitisse. Et quis ille Lentulus fuerit, cujus auctoritas Catoni opponi posset, non video; non is qui consul an. 543. vix enim credibile est, vixisse post consulatum annos 60. quod factum oportet ut an. 604. cum Catone deliberaverit.

Digitized by Google

XXII. 52. Cyrenaicorum restat sententia; qui tum ægritudinem censent existere, si necopinato quid evenerit.[1] Est id quidem magnum, ut supra dixi: etiam Chrysippo ita videri scio, quod provisum ante non sit, id ferire[2] vehementius: sed non sunt in hoc omnia: quanquam hostium repens adventus magis aliquanto conturbat, quam expectatus; et maris subita tempestas, quam ante provisa, terret navigantes vehementius: et ejusmodi sunt pleraque. Sed cum diligenter necopinatorum naturam consideres, nihil aliud reperias,[3] nisi omnia videri subita majora; et quidem ob duas causas: primum, quod, quanta sint quæ accidunt, considerandi spatium non datur: deinde, cum videtur præcaveri potuisse, si provisum esset, quasi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. 53. [*p.* 202.] Quod ita esse dies declarat;[c] quæ procedens ita mitigat, ut, iisdem malis manentibus, non modo leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Carthaginienses multi Romæ servierunt,[d] Macedones, rege Perse[e] capto: vidi etiam in Peloponneso, cum essem adolescens, quosdam Corinthios.[f] Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare,[4]

Hæc omnia vidi....

[c] *Tempus declarat.*

CAP. XXII. 1 E ξ *qui tamen . . . quidem evenerit;* Ball. et Leid. *quæ tum . . censet, &c.*—2 Ita de Rivii conjectura Lamb. Gebb. Dav. Oliv. Wolf. Schutz. Orell. *fieri* plerique codd. etiam ι ξ σ χ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lall. Defendunt Bouh. et Nissen. Mox, *aliquando conturbat* D E U ψ 2. edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Gebb.—3 Codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. *reperies.* Mox, *subita videri* edd. antiquiss. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Paulo post, *quod videtur* Lamb.—4 Codex

NOTÆ

[d] *Romæ servierunt*] Seu cum temporibus Attilii Reguli actum est de permutandis captivis; seu cum excisa est a Scipione Carthago; cujus urbis captivi, qui virorum triginta millia, fœminarum viginti fuerunt, alii sub corona venierunt, alii Romam missi.

[e] *Rege Perse*] Macedoniæ rege, qui, spurius Philippi filius, paterni in Romanos hæres odii, bellum in eos gessit, quod quarto anno, tam illius regni Macedonici clade ac servitute, finitum est, an. 595.

[f] *Quosdam Corinthios*] Eo misses post excidium Corinthi, quam Metellus cum Achaia debellavit, et L. Mummio triumphandam reliquit. De quo multa Justinus XXXIV. 2. nos plura de Officiis, lib. II.

Sed jam[5] decantaverant fortasse. Eo enim erant vultu, oratione,[6] omni reliquo motu et statu, ut eos Argivos[g] aut Sicyonios[h] diceres: magisque me moverant Corinthi subito aspectæ parietinæ,[i] quam ipsos Corinthios, quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. 54. Legimus librum Clitomachi,[k] quem ille, eversa Carthagine, misit, consolandi causa, ad captivos cives suos. In eo est disputatio scripta Carneadis,[l] quam se ait in commentarium retulisse. Cum ita positum esset, Videri fore in ægritudine sapientem, patria capta; quæ Carneades contra dixerit, scripta sunt. Tanta igitur calamitatis præsentis[7] adhibetur a philosopho medicina, quanta in inveterata ne desideratur quidem: nec si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus. Sensim enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor; non quo[8] ipsa res immutari soleat, aut

unus Oxon. et ed. vet. Bouh. *deplorasse.*—5 *Sed et jam* E U ι χ, Crat. Victor. Manut. Lamb. *Sed etiam* D, edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *recantaverant* conj. Bouh.—6 Manut. conj. *ornatu.* Mox, *aspecta parietina* Reg. *aspectu parietinæ* E ξ ψ 1. *aspecte parietum ruinæ* U a m. sec. *aspecta parietum ruinæ* D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *quam ipsi Corinthii* conj. Ursin. prob. Bouh. refutat Nissen.—7 Dav. in ed. pr. *calamitate præsenti.* Statim, *quanta inveterata* Reg. Guelf. D U χ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Ald. Junt. Argent. 1511. *quanta inveteratæ* Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Oliv. *nec desideratur* σ. *ne desideretur* D. *ne desideraretur* E ξ.—8 Codex unus Oxon. duo Leid. Wolf. Schutz. *non quod.* Actutum, *ipsa res mutari* D χ. *ipsa mutari* E. *ipsa immutari* ξ. *sed quod ratio* D. *usus doceat* ψ 2. *quæ sunt visa* ι χ.

NOTÆ

g *Eos Argivos*] Ab Argis dicti Argivi. Argos vero triplex: Peloponnesiacum, de quo hic Cicero; Amphilochium cognomine, in Epiro, inter Ambraciam et Cassiopen: Pelasgicum dictum, Larissæ proximum, in ora sinus Pagasæi. Ita Baudrand.

h *Aut Sicyonios*] Sicyon urbs Peloponnesi inter Corinthum et Elidem. Apud Sicyonios primum sculpturæ marmoris opera dari cœpta est. Quomodo aut quando Sicyonii et Argivi Corinthios subegerint, mihi compertum non est.

i *Parietinæ*] Parietina paries est vetus et semidirutus. Et Isidorus putavit 'parietinam' dici quasi 'parietis ruinam,' xiv. 8. sed derivata vox est, non composita; nam ut ab 'aries,' 'arietinus,' ut 'arietinum cicer,' ita a 'paries,' 'parietinus,' unde 'parietinæ.' Supple 'ruinæ.'

k *Clitomachi*] De illo supra.

l *Carneadis*] Cujus et discipulus fuit Clitomachus, et succesor, licet in disciplinam ejus se dedisset natus annos 40. imperitus literarum. Ita Laërt.

Digitized by Google

possit; sed id, quod ratio debuerat, usus docet, minora esse ea, quæ sint visa majora.

XXIII. 55. Quid ergo opus est, dicet aliquis, oratione,[1] aut omnino consolatione ulla, qua solemus uti, cum levare dolorem mœrentium volumus? Hoc[2] enim fere tum habemus in promtu, nihil oportere inopinatum videri. Atqui[3] tolerabilius feret incommodum, qui cognoverit, necesse esse homini tale aliquid accidere. Hæc enim oratio de ipsa summa mali nihil detrahit: tantummodo affert, nihil evenisse, quod non opinandum fuisset.[4] Neque tamen genus id orationis in consolando non valet: sed id haud sciam[5] an plurimum. Ergo ista necopinata non habent tantam vim, ut ægritudo ex his[6] omnis oriatur: feriunt enim fortasse gravius: non id efficiunt, ut ea, quæ accidant, majora videantur, quia recentia sunt, non quia repentina.[7] 56. Duplex est igitur ratio veri reperiendi, non in iis solum quæ mala, sed in iis[8] etiam quæ bona videntur. Nam aut, ipsius[9] rei natura, qualis et quanta sit, quærimus, ut de paupertate nonnunquam, cujus onus disputando levamus, docentes, quam parva et quam pauca sint, quæ natura desideret; aut a disputandi subtilitate orationem ad exempla

Cap. XXIII. 1 Ita Dav. in ed. pr. *ratione* codd. et reliquæ edd. Statim, *cons. illa* D E U ξ σ χ ψ 2. Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. Lall. Wolf. Orell.—2 Ita Guelf. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Hæc* ι ξ σ χ, et reliquæ edd.—3 *Aut qui* Reg. edd. antiquiss. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Aut quid* Bern. *An quis* conj. Ernesti. Actutum, *intolerabilius* ξ. *tolerantius* conj. Lamb. *ferret* σ ψ 2. *ferrent* E ξ. *qui cognoverint* iidem codd. *quam qui cognoverunt* U χ. *esse* omittunt D E ξ. *tale quid* D.—4 Victor. *quod opinandum non fuisset.*—5 Ernesti conj. *et haud sciam.* Actutum, *an plurimum valeat* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—6 Argent. 1511. Erasm. *ex iis.* Mox, *feriuntur enim forte* E ξ. *feriuntur e. fortasse* ι σ. *feruntur e. fortasse* U. *ferunt e. fortasse* alii codd. Oxon.—7 Bern. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *majora videantur. Quid recentia sunt, majora videntur, non quia repentina;* Reg. alii codd. Venet. 1480. Victor. Gebh. omittunt *majora videntur;* codex unus Oxon. Manut. Oliv. *majora videantur. Q. r. sunt, videntur, &c.* Lamb. conj. *accidant, majora sunt. Videntur quia rec. sunt, non quia, &c.* Dav. de Bentleii conjectura, *gravius; nam id efficiunt, ut ea, quæ accidant, majora videantur quia rep. &c.*—8 Reg. edd. antiquiss. Beroald. Crat. Victor. Dav. *non in his solum, q. m. sed in his.*—9 *Nam aut in ipsius* D U ι E ξ. *Nam aut ut ipsius* Reg. *Nam aut de ipsius* Venet. 1511. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Gebh. Statim, *cui onus* duo codd. Oxon. *disputandi* ψ 2. Paulo post, *aut disputandi*

traducimus. Hic Socrates commemoratur,[m] hic Diogenes,[n] hic Cæcilianum illud,[o]

Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.

Cum enim paupertatis una eademque sit vis, quidnam dici potest, quamobrem C. Fabricio[p] tolerabilis ea fuerit, alii negent se ferre posse? 57. Huic igitur alteri generi similis est ea ratio consolandi, quæ docet humana esse, quæ acciderint.[10] Non enim solum id continet[11] ea disputatio, ut cognitionem afferat generis humani; sed significat, tolerabilia esse, quæ et tulerint et ferant ceteri. XXIV. De paupertate agitur:[1] multi patientes[q] pauperes commemorantur. De contemnendo honore: multi inhonorati[r] profe-

E U ξ χ. *rationem* E ξ.—10 Codex unus Oxon. *acciderunt.*—11 *Non e. id solum continet* Victor. Dav. *Non e. solum continet* U. *illa disputatio* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *ut cogitationem* D U ι σ χ. *ut conditionem* conj. Orell. Deinde, *quæ tulerint* duo codd. Oxon. Eliens. 8. Dav. *quæ et tulerunt* D.

NOTÆ

[m] *Socrates commemoratur*] 'Paupertas,' inquit Apuleius, 'fuit in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta.'

[n] *Hic Diogenes*] Cynicus, cui pro domo dolium fuit. Juvenal. 'Sed dolia nudi Non ardent Cynici: si fregeris, altera fiet: Cras domus.' Cum cotyla, seu poculo ligneo, ad potandum uteretur, vidit puerum manu concava bibentem, elisoque in terram poculo, 'Nesciebam,' inquit, 'quod natura haberet poculum: puer me vilitate superavit.'

[o] *Cæcilianum illud*] De Cæcilio poëta comico diximus de Fin. lib. I. et II. Tuscul. lib. I.

[p] *C. Fabricio*] Cujus tanta paupertas fuit, ut ærario publico filias ejus dotare opus fuerit. Samnitium legatis ingentem pecuniam offerentibus, ipse planas manus per omnes corporis partes circumducens, 'Dum his,' inquit, 'imperare potero, nihil mihi deerit.' Offerente quoque Pyrrho aurum regnique consortium, 'Non expedit' inquit; 'si enim Epirotæ nos ambos norint, a me regi quam abs te malint.'

[q] *Multi patientes*] Tales fuerunt P. Valerius Publicola, cui post tres consulatus lectus funebris et rogus defuit: Agrippa Menenius, qui post triumphatos Auruncos, nisi a populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, sepulturæ honore caruisset: M. Attilius Seranus, ab aratro ad regendum pop. Romanum a senatu vocatus: Attilius Regulus, qui dum in Africa Carthaginienses bello premit; mortuo villico agelli, quem septem jugerum in Pupinia habebat, scripsit ad senatum, ut illi villico successor mitteretur, ne, deserto agro, non esset unde uxor et liberi alerentur. Plura paupertatis exempla habet Val. Max. IV. 4.

[r] *Multi inhonorati*] Eorum qui repulsas passi sint, exempla dabit idem Val. Max. VII. 5.

Digitized by Google

runtur, et quidem propter id ipsum beatiores: eorumque, qui privatum otium[a] negotiis publicis antetulerunt, nominatim vita laudatur:[2] nec siletur illud potentissimi regis[b] anapæstum, qui laudat senem, et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit, atque ignobilis ad supremum diem perventurus. 58. [*p.* 203.] Similiter, commemorandis exemplis, orbitates quoque liberorum[3] prædicantur; eorumque, qui gravius ferunt, luctus, aliorum exemplis leniuntur. Sic perpessio ceterorum facit, ut ea, quæ acciderint, multo minora, quam quanta sint existimata,[4] videantur. Ita fit sensim cogitantibus, ut, quantum sit ementita opinio, appareat. Atque hoc idem et Telamo[5] ille declarat,

Ego, cum genui;[6]

et Theseus,

Futuras mecum commentabar miserias;

et Anaxagoras, 'Sciebam me genuisse mortalem.' Hi enim omnes, diu cogitantes de rebus humanis, intelligebant, eas nequaquam pro opinione vulgi esse extimescendas. Et mihi quidem videtur idem fere accidere iis qui ante meditantur, quod iis[7] quibus medetur dies; nisi quod ratio

CAP. XXIV. 1 *De p. igitur* ι σ χ. *agitur* deest in D.—2 Edd. antiquiss. Beroald. Crat. *laudatur vita.* Mox, *regis Alexandri anap.* D. *regis anapæsticum* codd. aliquot, vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. *quo laudat* conj. Dav. in ed. pr. Tum, *inglorioous* D E U ι ξ σ ψ 2. Venet. 1480. *ad s. vitæ diem* E ξ.—3 Voc. *liberorum* gloss. videbatur Ernestio.—4 D ψ 2. et margo Crat. *existimanda;* E *extimata;* ξ *estimata.*—5 *Telamon* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.—6 *Ego cum genui, tum moriturum scivi* Wolf. Schutz. Orell. *Ego cum genui, moriturum* Victor. Manut. Lamb. Lall. *Ego cum genui, tum morituros scivi et ei rei sustuli* Reg. *Ego cum genui, et cetera* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—7 Leid. *quod accidit iis;* Reg. Dav. *his . . . . his.* Mox, *quidem* est de Bentleii conjectura; *quædam* habent codd. et edd. vett. item Schutz. et Orell. Deinde, *quod rem continet, malum* Pal. 5. aliquot Oxon. Orell. *quod rem continet, illud malum* de Bentleii sententia Dav. Wolf. Schutz. *quod rem illud continet, malum* Reg. Bern. cod. Schotti, al. ap. Orell. *quod opinati sint* est de conj. Davisii, cui præterea *esse* delendum videbatur: *quod opinatum sit* codd. et edd. vett. Post *tantum* edd.

NOTÆ

[a] *Privatum otium*] Hos recenset Cicero Orat. pro Cluentio. Insignis est princeps quidam temporibus Tiberii, nomine Vacia, de quo, quod in otio consenuisset, vox illa circumferebatur, 'O Vacia, solus scis vivere.'

[b] *Potentissimi regis*] Agamemnonis extant versus in Euripidis Iphigenia Aulidensi: Ζηλῶ σε, γέρον, κ. τ. λ.

Digitized by Google

quidem sanat illos, hos ipsa natura, intellecto eo quod remedium illud continet; malum, quod opinati sint esse maximum, nequaquam esse tantum, ut vitam beatam possit evertere. 59. Hoc igitur efficitur, ut ex illo necopinato plaga major sit; non ut illi putant, ut, cum duobus pares casus evenerint, is modo ægritudine afficiatur, cui ille necopinato [8] casus evenerit. Itaque dicuntur nonnulli in mœrore, cum de hac communi hominum [9] conditione audivissent, ea lege esse nos natos, ut nemo in perpetuum esse posset expers mali, gravius etiam tulisse. XXV. Quocirca Carneades (ut video nostrum scribere Antiochum) reprehendere Chrysippum solebat, laudantem Euripideum carmen illud;[u]

Mortalis nemo est,[1] quem non attingat dolor,
Morbusque: multi [2] sunt humandi liberi,
Rursum [3] creandi: morsque est finita omnibus:
Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt.
Reddenda est terræ [4] terra: tum vita omnibus
Metenda, ut fruges. Sic jubet necessitas.

60. Negabat genus hoc orationis quicquam omnino ad levandam ægritudinem pertinere. Id enim ipsum dolendum esse dicebat, quod in tam crudelem necessitatem incidissemus. Nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum [5] malorum ad malevolos consolandos esse accommodatam. Mihi vero longe videtur secus: nam et

antiquiss. addunt *sui natura.*—8 Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb. *nec opinatus.*—9 Eædem edd. *omnium.* Denique, *nos esse natos* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.

CAP. XXV. 1 *Nemo est mortalis* Erasm. Pro *attinget*, quod servant D E U ξ σ χ ψ 1. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *attingit* habent ι ψ 2. Reg. Bern. Venet. 1480. Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *attinget* Manutio tribuit Bouh. *dolos* Venet. 1480.—2 Ita Bern. alii codd. quamplurimi, et edd. ante Lamb. *multis* nonnulli codd. Lamb. Bentl. Wolf. Schutz. Orell. *humandi libri* E.—3 *Rursumque* codex unus Oxon. *mors quæ futura* D. *morsque finitas* E ψ 1. *morsque fons* σ. *morsque finis* ψ 1.—4 *Reddenda terræ est* codd. aliquot, Argent. 1511. Erasm.

NOTÆ

[u] *Euripideum illud*] Extant versus in consolatione ad Apollonium, eosque referunt Manutius et Camerarius.

Digitized by Google

necessitas ferendæ conditionis humanæ quasi cum Deo pugnare prohibet,[6] admonetque esse hominem: quæ cogitatio magnopere luctum levat: et enumeratio exemplorum, non ut animum malevolorum oblectet, affertur, sed ut ille, qui mœret, ferendum sibi id censeat, quod videat multos moderate et tranquille tulisse. 61. Omnibus enim modis fulciendi sunt, qui ruunt, nec cohærere possunt propter magnitudinem ægritudinis. Ex quo ipsam ægritudinem λύπην Chrysippus, quasi solutionem[7] totius hominis, appellatam putat: quæ tota poterit[8] evelli, explicata, ut principio dixi, causa ægritudinis: est enim nulla alia, nisi opinio et judicium magni præsentis atque urgentis mali. Itaque et dolor corporis, cujus est morsus acerrimus, perfertur,[9] spe proposita boni: et acta ætas honeste ac splendide, tantam affert consolationem, ut eos, qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleviter pungat animi dolor.

XXVI. Sed ad hanc opinionem magni mali cum illa etiam opinio accesserit,[1] Oportere, rectum esse, ad officium pertinere, ferre illud, ægre quod acciderit; 62. [p. 204.] tum denique efficitur illa gravis ægritudinis perturbatio. Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum,[2] [x] capitis percussiones. Hinc ille Aga-

Dav. Wolf. Orell.—5 D E ξ *aliorum.*—6 Ita codd. aliquot, Erasm. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. *cohibet* ceteri.—7 Ita Bern. codex unus Oxon. Victor. Gebh. Lall. *λύπην Chrysippus, quasi λύσιν, id est, solutionem* codd. aliquot Oxon. Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Oliv. Wolf. Schutz. Orell.—8 *Quæ tota poterat* tres codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—9 Gebh. Oliv. Lall. *perfertur.* Mox, *fert consolationem* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *aut non attingat* Reg. Bern. D E U ι ξ σ χ ψ 2. Venet. 1480. Manut. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Pro *ægritudo* Dav. de Bentleii conjectura dedit *omnino.* Denique, *aut leviter* Erasm. *aut perleniter* E.

CAP. XXVI. 1 Reg. Bern. alii codd. ed. vet. Bouh. Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Orell. *accessit.* Statim, *et ad officium* cod. Ursin. D U χ Venet. 1480. Beroald. Erasm. Crat. *quod accidit* ψ 2.—2 Duo codd.

NOTÆ

[x] *Feminum*] Femen est interior pars femoris, ut patet ex illo Plin. lib. XXVIII. 'Femina atteri adurique equitatu notum est.'

memnon[3] [y] Homericus, et idem Accianus,[z]

Scindens dolore identidem intonsam comam.

In quo facetum illud Bionis,[4] [a] perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur. 63. Sed hæc omnia faciunt, opinantes ita fieri oportere. Itaque et Æschines[5] in Demosthenem[b] invehitur, quod is septimo die post filiæ mortem hostias immolasset. At quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quæ verba contorquet! ut licere quidvis rhetori intelligas. Quæ nemo probaret, nisi insitum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum quam gravissime mœrere oportere. Ex hoc evenit, ut in animi doloribus alii solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte,[c]

Qui miser in campis mœrens errabat[6] Aleis,[d]
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

et Nioba[7] [e] fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium. Hecubam[f] autem putant, propter animi

Oxon. et Venet. 1481. *femorum.*—3 *Agamemno* codd. Gebh. al. et Orell. *et idem Attianus* edd. antiquiss. et Orell. *Actianus* D. *accidamus* ψ 2.—4 *Dionis* ψ 1.—5 *Itaque Æschines* E ξ. Statim, *quod iste primo die* ψ 2. *hostias immolasset* E ξ. *hostias immolavisset* Orell.—6 *Quid m. in c. m. erras* ψ 2. *Qui m. in c. errat mœrens* D ψ 1. *Aliensis* D E U ι ξ σ χ ψ 1. 2.—7 *Niobe* edd. ante

NOTÆ

[y] *Agamemnon*] Iliad. K. 15.

[z] *Accianus*] In ea tragœdia quam Accius inscripsit Agamemnonem.

[a] *Bionis*] Philosophi Borysthenitæ. Vitam habes apud Laërt. qui decem Biones distinguit.

[b] *In Demosthenem*] Oratione contra Ctesiphontem.

[c] *De Bellerophonte*] Ab Antæa uxore Prœti accusatus, quod sibi vim intulisset, missus est a Prœto ad Jobatem regem Lyciorum, cum codicillis, quibus mortem illius deposcebat. Quare jussus est cum Chimæra, tum adversus Solymos, denique cum Amazonibus decertare; unde victor cum rediit, regis filiam in matrimonium obtinuit. Mox, conciliato Deorum odio, quod in cœlum conscendere ausus esset, a Pegaso excussus est.

[d] *Aleis*] Locus est Lyciæ, apud Chimæram montem, in quo a Pegaso excussus est. Ἀλήϊον *erraticum* sonat: ita dicti forte sunt campi illi ab erroribus Bellerophontis.

[e] *Nioba*] Tantali filia, multorum mater, quorum propter tum multitudinem, tum præstantiam, cum ausa esset Diis se componere, filiæ ejus omnes a Diana, filii a Phœbo sagittis uno die confixi sunt. Qua calamitate perculsa Niobe in lapidem obriguit.

[f] *Hecubam*] Uxorem Priami, in servitutem a Græcis abductam. Hanc

Digitized by Google

acerbitatem quandam et rabiem, fingi in canem esse conversam. Sunt autem alii, quos, in luctu, cum ipsa solitudine loqui sæpe delectat,[8] ut illa apud Ennium [g] nutrix:

Cupido cepit miseram[9] nunc me, proloqui
Cœlo atque terræ Medeæ miserias.

XXVII. 64. Hæc omnia, recta, vera,[1] debita putantes, faciunt in dolore: maximeque declaratur, hoc quasi officii judicio fieri, quod, si qui forte, cum se in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, revocant se rursus ad mœstitiam; peccatique se insimulant, quod dolere intermiserint. Pueros vero matres et magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus, si quid in domestico luctu hilarius ab iis[2] factum est aut dictum: plorare cogunt. Quid? ipsa remissio luctus cum est consecuta, intellectumque[3] nihil profici mœrendo, nonne res declarat, fuisse totum illud voluntarium? 65. Quid ille Terentianus ἑαυτὸν τιμωρούμενος, id est, ipse se puniens?[4] [h]

Gebb.—8 E ξ *sunt a. aliqui . . . loqui prope delectet.*—9 D E ι ξ σ ψ 2 *miseriam.* Statim, *Medeæ* D E χ. *Medeaï* de Turnebi conjectura Fabric. item codex unus Oxon. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.

Cap. xxvii. 1 Venet. 1480. Erasm. Crat. Victor. *vera, recta;* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *vere recta.* Mox, *declarat*, de conjectura Wolfii, Schutz. Orell. *delectantur* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *declarant, hoc quasi officium judicio fieri. Quod,* &c. de Bentleii conjectura Dav. *Tum, cum in luctu* edd. antiquiss. Victor. Lamb. Paulo post, *dolorem intermiserint* ed. vet. Bouh. *dolore intermiserunt* D.—2 Reg. Dav. *ab his.*—3 Ita Lall. Wolf. Schutz. Orell. *intellectumque est* codd. pauci, etiam σ, Manut. Lamb. Dav. *intellectaque* Reg. ι ξ χ, Gebh. *intellectaque est* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *intellectum est* Eliens. 3. *intellectaque* D E U ψ 1. 2. *intellecta queque* reliqui codd. Oxon. *nisi proficisci* χ. *nihil proficit* ψ 1. Tum, *res* omittunt Manut. Lamb. *re* habent Dav. et Bouh.—4 Hæc est conjectura Bouhierii, quam damnat Orell. *Quid ille Ter. ipse se pœniens, id est* ἑαυτὸν τιμωρούμενος Orell. *id est* omittunt Venett. 1480. 1481.

NOTÆ

plerique in canem mutatam scribunt, non propter rabiem, ut hic Cicero, sed propter æterna convicia, quibus Græcos lacessebat.

g *Apud Ennium*] In tragœdia, quam Medeam inscripsit. De illa jam dictum de Fin. lib. I.

h *Ipse se puniens*] Menedemus, qui, quod filius, paternæ severitatis impatiens, abiisset militaturus in Asia, arando se cruciabat. Illius meminit Horat. Sat. I. 2. 20. 'Ita ut pater ille, Terenti Fabula quem miserum nato vixisse fugato Inducit, non se pejus cruciaverit atque hic.'

Digitized by Google

Decrevi tantisper me minus injuriæ,
Chremes,[5] [i] meo gnato facere, dum fiam miser.

Hic decernit, ut miser sit.[6] Num quis igitur quicquam decernit invitus?

Malo quidem me quovis dignum deputem.

Malo se dignum deputat, nisi miser sit? Vides ergo opinionis esse, non naturæ, malum. Quid, quod [7] res ipsa lugere prohibet? ut apud Homerum quotidianæ neces, interitusque multorum, sedationem mœrendi afferunt: apud quem ita dicitur:[8]

Namque nimis multos,[k] atque omni luce, cadentes[9]
Cernimus; ut nemo possit mœrore vacare.[10]
Quo magis est æquum tumulis mandare peremtos
Firmo animo, et luctum lacrymis finire diurnis.

66. Ergo in potestate est abjicere dolorem, cum velis, tempori servientem. An est ullum tempus, (quoniam [11] quidem res in nostra potestate est) cui non, ponendæ curæ et ægritudinis causa, serviamus? Constabat,[12] eos qui concidentem vulneribus [l] Cn. Pompeium vidissent, cum illo ipso acerbissimo miserrimoque spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium [m] circumfusos viderent, nihil tum aliud

Beroald. *pœnitens* codd. multi; *puniens* pleræque edd.—5 Codex unus Oxon. Manut. Bentl. in Terent. et Orell. *Chreme.*—6 *Hic decernit, ut miser sit* desunt in D.—7 *Quid, quos* multi codd. etiam Bern. a m. sec. E U ι ξ χ ψ 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *dicitur ita;* D ψ 2 *traditur*, omisso *ita.*—9 Ita de Manutii conjectura Lamb. seqq. *carentes* D E U ι ξ χ ψ 1. 2. et edd. ante Lamb.—10 E ξ χ *dolore vacare;* D *mœrore carere.*—11 Idem cod. *quando.* Mox, *ponendæ curæ: ægritudinis* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. *componendæ ægritudinis* ψ 2. *curæ et* omittunt Manut. Lamb.—12 *Constat* conj. Bouh. Statim, *cum in illo ipso* codd. et edd. ante Gebh. *nihil aliud tum* Venet. 1480. Dav.—

NOTÆ

[i] *Chremes*] Alter senex est illius fabulæ, quem Menedemus alloquitur. Vide locum apud Terent. Heaut. I. 1. 95.

[k] *Namque nimis multos*] Sunt verba Ulyssis Iliad. T. 226.

[l] *Concidentem vulneribus*] Ab Achilla et Septimio interfectus est, anno ætatis suæ 59. in navicula qua ad Ptolemæum confugiebat. Naviculam conscendens, ad uxorem filiumque conversus, illud Sophoclis pronuntiavit, 'Tyranni servus fit, qui ad tyrannum confugit.'

[m] *Hostium*] Ægyptiorum.

Digitized by Google

egisse, nisi ut remiges hortarentur, et ut salutem adipiscerentur fuga: [*p.* 205.] posteaquam Tyrum[13] venissent,[n] tum affictari, lamentarique cœpisse. Timor igitur ab iis ægritudinem potuit repellere;[14] ratio ac sapientia vera non poterit? XXVIII. Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum[1] dolorem, quam cum est intellectum, nihil profici, et frustra esse susceptum? si igitur deponi potest, etiam non suscipi potest. Voluntate igitur et judicio suscipi ægritudinem confitendum est. 67. Idque indicatur eorum patientia, qui, cum multa sint sæpe perpessi, facilius ferunt,[2] quicquid accidit; obduruisseque sese contra fortunam arbitrantur; ut ille apud Euripidem:[o]

Si mihi nunc tristis primum illuxisset[3] dies,
Nec tam ærumnoso navigavissem salo,
Esset dolendi causa; ut injecto equulei[a]
Fræno repente tactu exagitantur novo.
Sed jam subactus[4] miseriis obtorpui.

Defatigatio[5] igitur miseriarum ægritudines cum faciat leniores, intelligi necesse est, non rem ipsam atque causam fontem esse mœroris. 68. Philosophi summi, neque dum[6] tamen sapientiam consecuti, nonne intelligunt, in summo

[a] *Equini pulli.*

---

13 *Cyprum* Wesseling. Obss. I. 13.—14 Duo codd. Oxon. et Leid. *depellere.* Actutum, *ratio ab sapienti viro non poterit* de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *vero* pro *vera* ψ 2.

CAP. XXVIII. 1 Leid. *deponendum;* recepit Schutz.—2 Dav. conj. *faciliusque ferunt;* Reg. Argent. 1511. Erasm. *facilius ferant.* Statim, *obduruisse quam sese* Reg. *obduruisse quæque se* D. *obduruisse sese* ψ 1. 2. Dav. *obduruisse quidem se* alii codd. Oxon.—3 E ξ *illusisset.*—4 Ita e codd. Gebh. seqq. *subjectus* Reg. et edd. vett.—5 *Defetigatio* Reg. Dav. Statim, *faciat leviores* edd. ante Gebh. *intelligi n. est, opinionem non, &c.* conj. Lamb. *rem ipsam causam atque fontem* Reg. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Victor. Crat. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—6 Leid. et vet. Bouh. *neque nondum;* edd. ante Gebh. *nec dum;* Dav. de Bentleii conjectura *summi quique, nondum.*—

NOTÆ

[n] *Tyrum venissent*] Tyrus, quæ nunc *Sur* appellatur, urbs Syriæ in Phœnicia, et in ora maris Mediterranei; olim insula, ab Alexandro Magno juncta continenti: a sultano Ægypti funditus eversa an. R. S. 1292.

[o] *Ille apud Euripidem*] Theseus. Eosdem versus ex Galeno supra retulimus.

Digitized by Google

se malo esse? Sunt enim insipientes; neque insipientià ullum majus malum est: neque tamen lugent. Quid ita? quia huic generi malorum non affingitur illa opinio, Rectum esse et æquum, et ad officium pertinere, ægre ferre, quod sapiens non sis: quod idem affingimus[7] huic ægritudini, in qua luctus inest; quæ omnium maxima est. 69. Itaque Aristoteles, veteres philosophos accusans, qui existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse: sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset,[8] brevi tempore philosophiam plane absolutam fore. Theophrastus[9] autem moriens[p] accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus[q] vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur, se tum, cum illa videre cœpisset, exstingui. Quid? ex ceteris philosophis nonne optimus et gravissimus quisque confitetur,[10] multa se ignorare? et multa sibi etiam atque etiam esse discenda? 70. Neque tamen, cum se in media stultitia, qua nihil est pejus, hærere[11] intelligant, ægritudine premuntur: nulla enim admiscetur opinio officiosi doloris.[b]

[b] *Doloris, quem quisque ex officio suo et conditione vitæ humanæ pati debeat.*

7 Ita Lamb. Lall. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *non affigitur illa opinio . . . quod idem affigimus* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Gebh.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *facta est.*—9 *Themistocles* nonnulli codd. ap. Schutz. Mox, *quod corvis* codex unus Oxon. probante Gebh. *quorum id maxime interfuisset* Col. *vitam* delevit Dav.—10 Dav. *confitentur.* 'Non est hæc Tulliana elegantia.'

NOTÆ

[p] *Theophrastus autem moriens*] Obiit tamen annos natus 85. illumque jam vetulum lectica vehi solitum scripsit Phavorinus, teste Laërt.

[q] *Cervis et cornicibus*] Ait Plinius cervos aliquos post annos centum captos esse cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus illis injecerat. Cornicibus Hesiodus novem hominis ætates, quadruplum ejus cervis, ut triplicatum corvis tribuit.

Digitized by Google

Quid, qui non putabant [12] lugendum viris? qualis fuit Q. Maximus [r] efferens filium consularem; [s] qualis L. Paulus, [t] duobus paucis diebus amissis filiis; [u] qualis M. Cato, [x] prætore designato, [y] mortuo filio; quales reliqui, quos in Consolatione collegimus. 71. Quid hos aliud placavit, nisi quod luctum et mœrorem non putabant [13] viri? Ergo id, quod alii rectum opinantes, ægritudini se solent dedere, id ii

Orell.—11 Tres codd. Oxon. alii ap. Turneb. et Gebh. *habere*.—12 Ita e conjectura solus Ernesti; *putant* codd. omnes et reliquæ edd.—13 Ita Victor. Gebh. Schutz. *mærorem esse non putabant* Reg. Bern. alii codd. ap. Lamb. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Orell.—

NOTÆ

[r] *Q. Maximus*] Q. Fab. Maximus Cunctator, a belli gerendi ratione dictus; Verrucosus, a verruca in labiis; et a mansuetudine, Ovicula. Quinquies consulatus ann. 520. 525. 538. 539. 544. ut proavus, gessit; duos triumphos, ut avus, retulit; ut uterque, princeps senatus fuit: utrique in eo superior, quod dictator exultantem victoriis Hannibalem fregerit.

[s] *Filium consularem*] Q. Fab. Maximum, pontificem; cui, ob præclaram indolem et patris virtutes, facilior aditus ad honores fuit. Nam in ædilitate curuli, præter morem, designatus est prætor, et in prætura consul. Legatus deinde patris sui ann. 544. et 545. exercitum duxit. Liv. lib. XXVII. Non diu post mortuus a patre sene pro rostris laudatus est; quam orationem vidisse se scribit Plut. Plura nos in Catone Majore.

[t] *L. Paulus*] E gente Æmilia; duplici consulatu tribusque triumphis celeberrimus: de Hispania ulteriore, cum prætor esset an. 564. primum consul an. 571. de Liguribus; iterum consul an. 585. de Perse.

[u] *Duobus filiis*] Duas habuit uxores. Ex prima, quæ Papiria fuit, duos suscepit filios, totidemque filias. E filiis, natu major in gentem Fabiam, minor in Corneliam adoptatus est. Filiarum altera Q. Ælio Tuberoni nupsit, altera M. Catoni, Censorii filio. Ex secunda uxore, quam senex duxit, duos etiam genuit filios; quorum alter paulo ante patris de Perse triumphum, alter paucis diebus post obiit.

[x] *M. Cato*] A sapientia *Cato*, a censura *Censorius* dictus.

[y] *Prætore designato*] Duas duxit uxores M. Cato, Liciniam juvenis, jam senex Saloniam; ex quibus filios duos procreavit, alterum ex altera; utrique M. Cato proprium nomen fuit; sed natu majori a matre Licinia, Liciniani, minori a Salonia, Saloniani cognomen adhæsit. Ab his duæ Catonum Licinianorum et Salonianorum familiæ propagatæ sunt. Licinianus prætor designatus decessit. Ex Æmilia tamen, L. Pauli, qui Persen vicit, filia, suscepit M. et C. Catones, utrumque consulem; sed utriusque consulatus infelix: M. in Africa periit; C. adversus Scordiscos cum male pugnasset, Tarracinam in exilium pulsus est.

Digitized by Google

turpe[14] putantes ægritudinem repulerunt. Ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione, esse ægritudinem.

XXIX. Contra dicuntur hæc. Quis[1] tam demens, ut sua voluntate mœreat? Natura affert dolorem: cui quidem Crantor, inquiunt, noster[2] cedendum putat: premit enim, atque instat, nec resisti[3] potest. Itaque Oileus[a] ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea[4] de Ajacis morte consolatus esset, is, cum audisset de sua,[a] fractus est. De cujus commutata mente sic dicitur:

Nec vero tanta præditus sapientia
Quisquam est, qui aliorum ærumnam dictis allevans,
[p. 206.] Non idem, cum fortuna mutata impetum
Convertat, clade ut subita[5] frangatur sua,
Ut illa ad alios dicta et præcepta excidant.

Hæc cum disputant, hoc student efficere, naturæ obsisti nullo modo posse: ii[6] tamen fatentur, graviores ægritudines suscipi, quam natura cogat. Quæ est igitur amentia, ut nos quoque idem ab aliis[7] requiramus? 72. Sed plures sunt caussæ suscipiendi doloris. Primum illa opinio mali, quo viso atque persuaso ægritudo, insequitur necessario. Deinde etiam gratum mortuis se[8] facere, si

14 Reg. Erasm. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *id hi turpe;* Manut. et Lamb. omittunt *id.*

CAP. XXIX. 1 *Ecquis* Dav. probante Ernesti.—2 Ita Bern. alii codd. edd. antiquiss. et Gebh. *vester* Reg. margo Crat. Mannt. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—3 Lamb. solus cum codd. *ei resisti.* Vide Fabric.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *qui Telamonem ante.* Mox, *de sua* est de conjectura Ernestii; recepit Schutz. *de sui* Dav. Wolf. Orell. *de suo* Bern. 1. Victor. Manut. Lamb. *de suo filio* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—5 Nonnulli codd. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *clade subita.*—6 Reg. Erasm. Dav. *hi;* Ernesti conj. *iidem.*—7 Ita Bern. 1. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Gebh. *ab illis* codex Ursini, Dav. Wolf. Schutz. Orell.—8 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.

NOTÆ

[a] *Itaque Oileus*] Locrensium rex.

[a] *Audisset de sua*] Duo Ajaces: alter Oilei, Telamonis alter, Salaminii regis, filius. Ajax Oileus fulmine afflictus est a Pallade, quod is, capta Troja, Cassandram, Priami filiam virginem, et vaticinandi munere insignem, in ipso Palladis templo vitiasset. Virg. Æn. I. Juxta Homerum tamen submersus est a Neptuno, quod invitis Diis evasurum se e fluctibus impudenter jactasset. Odyss. Δ. 505.

Digitized by Google

graviter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quædam: existimant enim, Diis immortalibus se facilius satis facturos, si, eorum plaga perculsi,[9] afflictos se et stratos esse fateantur. Sed hæc[10] inter se quam repugnent, plerique non vident: laudant enim eos, qui æquo animo moriantur; qui alterius mortem æquo animo ferant, eos putant vituperandos: quasi fieri ullo[11] modo possit, (quod in amatorio sermone dici solet) ut quisquam plus alterum diligat, quam se.[e] 73. Præclarum illud est, et si quæris,[12] rectum quoque, et verum, ut eos, qui nobis carissimi esse debeant, æque ac nosmetipsos amemus: ut vero plus, fieri nullo pacto potest. Ne optandum[13] quidem est in amicitia, ut me ille plus, quam se, ego illum plus, quam me: perturbatio vitæ, si ita fit, atque officiorum omnium, consequatur. XXX. Sed de hoc alias: nunc illud satis est, non attribuere ad amissionem amicorum miseriam nostram, ne illos plus, quam ipsi velint, si sentiant; plus certe, quam nosmetipsos, diligamus. Nam quod aiunt, plerosque consolationibus nihil levari, adjunguntque, consolatores ipsos confiteri se miseros,[1] cum ad eos impetum suum fortuna converterit; utrumque dissolvitur. Sunt enim ista non naturæ vitia, sed culpæ.[2] Stultitiam autem accusare quamvis copiose licet. Nam et qui non levantur, ipsi ad miseriam[3] invitant; et qui suos casus aliter ferunt,

[e] *Quod amantes sibi mutuo dicere solent, Te amo plus quam me ipsum.*

Lamb. *se mortuis.*—9 Duo codd. Oxon. *percussi,* uti volebat Ernesti. Pro *stratos*, tres codd. Oxon. et Leid. habent *fractos.*—10 *Sed hoc* E ξ. Mox, *repugnet* E. *pugnent* ψ 1.—11 *Quia fieri nullo* ψ 1.—12 Codex unus Oxon. *queras.* Paulo post, *at vero plus* ι ξ σ χ ψ 1. 2. Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh.—13 *Nec optandum* D ψ 2. Mox, pro *quam se*, quod servant Reg. Col. Victor. Manut. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quam se amet* exhibent edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb. *quam semet* D E U ι ξ σ χ ψ 2. Lall.

CAP. XXX. 1 Lamb. *se esse miseros.* Statim, *se impetum* χ. *fortuna* omittunt D E U ξ σ χ ψ 1. Venet. 1480. uncis inclusit Dav. *converterint* D χ ψ 1. —2 Codex unus Oxon. *sed culturæ;* margo ed. 1584. *sed stultitiæ.*—3 Ita Bern. 1. Victor. Gebh. *ipsi ad miserias* D. *ipsi ad se miseriam* cod. Ursin. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. in ed. sec. Schutz. Orell. *ipsi se ad miseriam* Dav. in ed. pr. sicque volebat Nissen. *ipsi miseriam* Wolf. in ed. pr. *ipsi alios ad miseriam* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *atque ut auctores aliis* Bern. 1. alii codd. Venet. 1480. Gebh, Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *atque*

Digitized by Google

atque auctores aliis ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores,[a] quam fere plerique, qui avari avaros,[b] gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt: est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. 74. Sed nimirum hoc maximum est experimentum,[4] cum constet ægritudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna. Nam, si et eadem[5] res est, et idem est homo; qui potest quicquam de dolore mutari, si neque de eo, propter quod dolet, quicquam est mutatum, neque de eo, qui dolet? Cogitatio igitur diuturna,[6] nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas. XXXI. Hic mihi afferunt[1] mediocritates:[c] quæ si naturales sunt, quid opus est consolatione? Natura enim ipsa terminabit[2] modum: sin opinabiles, opinio tota tollatur. Satis dictum esse arbitror, ægritudinem esse opinionem mali præsentis, in qua opinione illud insit, ut ægritudinem suscipere oporteat.

75. Additur ad hanc definitionem a Zenone recte, ut illa opinio præsentis mali sit recens. Hoc autem verbum sic interpretatur, ut non tantum illud recens esse velit,[3] quod paulo ante acciderit, sed, quamdiu in illo opinato malo vis quædam insit, et vigeat, et habeat quandam viriditatem,

[a] *Licet autem illorum stultitiam accusare quantumvis copiose; nam et qui non levantur miseria, ipsi alios ad miseriam invitant; et qui suos casus ferunt aliter quam ferre alios voluerint, non sunt vitiosiores, &c.*

---

ut aliis auctores Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *ut* primus delevit Dav. in ed. pr.—4 Reg. E σ χ ψ 1. 2. Victor. *exprimendum*. Paulo post, *diurna* Reg. et Gebh.—5 *Nam si eadem* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Lamb. *Nam et si eadem* Victor. Manut. Statim, *homo est* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—6 Reg. *diurna*.

CAP. XXXI. 1 *At hæ mihi afferentur* Nonius p. 29. ed. Merc.—2 Leid. *terminavit*, probante Bouh.—3 Reg. Bern. D E U ι ξ χ ψ 1. ed. vet. Bouh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *interpretantur . . . velint*. Mox, *ut vigeat* Bern. 1.

NOTÆ

[b] *Qui avari avaros*] Horat. Sat. I. 3. 25. 'Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?'

[c] *Mediocritates*] Quas Peripatetici docent; volunt enim affectus non prorsus tolli, sed temperari.

Digitized by Google

tamdiu appelletur recens: ut Artemisia[d] illa, Mausoli,[4] Cariæ regis, uxor, quæ nobile illud Halicarnassi[e] fecit sepulcrum,[f] quamdiu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta[g] contabuit. Huic erat illa opinio quotidie recens; quæ tum denique non appellatur[5] recens, cum vetustate exaruit.

Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere[6] ægritudinem funditus, aut sedare, [*p.* 207.] aut detrahere quam plurimum, aut supprimere, nec pati manare longius, aut ad alia mentem traducere. 76. Sunt, qui unum officium consolantis putent,[7] malum illud omnino non esse, ut Cleanthi placet. Sunt, qui non magnum malum, ut Peripatetici.[8] Sunt, qui abducant a malis ad bona, ut Epicurus. Sunt, qui satis putent,[9] ostendere, nihil inopinati accidisse, nihil mali.[h] Chrysippus autem caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem mœrenti, si se officio[10]

Crat. Manut. Lamb. Bentl. Dav. in ed. pr. Wolf. Schutz. Orell.—4 *Artemisia Mausoli* Leid. probante Bouh. *Halicarnasi* edd. vett. Victor. Lamb. Pro *eodemque* Dav. e Baliol. dedit *eo denique.* Vid. Wopk. p. 87.—5 Codd. plerique, etiam Reg. *appellabatur*; Dav. conj. *appellabitur.*—6 Dav. conj. *aut tollere.* Mox, *aut ad alia traducere* Reg. Bern. alii codd. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *aut ad aliam traducere* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lectio nostra est e cod. Guelf.—7 Dav. ex Eliens. 2. *putant.* Actutum, *docere malum* de Lambini conjectura Dav. Lall. Wolf.—8 *Peripateticis* conj. Dav.—9 *Sunt qui abducunt . . . putant* Gebh. et al. ante Ernesti. Pro *nihil mali*, Lamb. Oliv. Lall. de Manutii conjectura dederunt *nihil novi*; Nissen. suspic. *nihil inhumani*; Bouh. et Dav. conj. *ut Cyrenaici*; Oliv. conj. *nihil soli*, e § 79.—10 Reg. *mœ-*

NOTÆ

[d] *Artemisia*] Lygdami Halicarnassei, ut placet Herodoto; ut Straboni, Hecatomni, Cariæ regis, filia. Mausolo nupsit, fratri an secus, incertum. Xerxi contra Græcos auxilio venisse dicitur.

[e] *Halicarnassi*] Civitas est Cariæ, olim regia principum, prius Zephyra dicta.

[f] *Fecit sepulcrum*] Inter septem mundi miracula locum habuit; altitudine 25. cubitorum, circuitu 411. pedum, circum 39. columnæ. Plin. lib. XXXVI.

[g] *Etiam confecta*] Scripsit Theopompus Artemisiam exstincti viri ossa potione aspersa bibisse. Idem habet Val. Max. IV. 6.

[h] *Nihil mali*] Forte, *nihil novi.* In quem sensum dicitur infra: 'Animo sic excubat sapiens, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil novum.' Si autem legas *mali*, ad Cleanthis rationem revolveris.

Digitized by Google

fungi putet justo atque debito. Sunt etiam, qui hæc omnia genera consolandi colligant:[11] alius enim alio modo movetur, ut fere nos omnia in Consolationem unam conjecimus: erat enim in tumore animus, et omnis in eo tentabatur[12] curatio. Sed sumendum tempus est, non minus in animorum morbis, quam in corporum: ut Prometheus ille[k] Æschyli; cui cum dictum esset,

Atqui, Promethea, te hoc tenere existimo,
Mederi posse rationem[13] iracundiæ;

Respondit,[14]

Si quidem qui, tempestivam medicinam admovens,
Non ad gravescens[15] vulnus illidat manus.

XXXII. 77. Erit igitur in consolationibus prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum parvum: altera[1] et de communi conditione vitæ, et proprie, si quid sit de ipsius, qui mœreat [disputandum]: tertia, summam esse stultitiam frustra confici mœrore, cum intelligas, nihil posse profici. Nam Cleanthes[2] quidem sapientem consolatur; qui consolatione non eget. Nihil enim esse malum quod turpe non sit, si lugenti persuaseris, non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris. Alienum autem tempus docendi. Et tamen non satis mihi videtur vidisse hoc Cleanthes, suscipi aliquando ægritudinem posse ex eo ipso,

rentis se officio; D E ξ ψ 2 *mærenti se officio*; Leid. U χ *mœrenti ne se; officio*; ψ 1 *mærenti quod se officio*; Bentl. conj. *mærenti, se officio fungi pio et justo.*—11 Ita de Ernestii conjectura legunt Wolf. Schutz. Orell. *colligunt* codd. et reliquæ edd. Mox, *ut fere nos in Consolatione omnia ad consolationem, &c.* Reg. Bern. 1. D E U, alii codd. Venet. 1480. Dav. Wolf. Orell. *ut nos in consolatione omnia in unum conjecimus* Schutz. de conj.—12 Codex unus Oxon. et Lamb. *tenebatur*; Lamb. conj. *vertebatur.*—13 *Orationem mederi* Lamb. in ed. 1566. *Mederi posse orationem* de H. Stephani conjectura Lamb. in curis secundis, probante Bouh. recepit Wolf. in ed. pr.—14 Ita Bern. 1. Gebh. Dav. Lall. Schutz. *Respondet* edd. antiquiss. Crat. Victor. Lamb. Wolf.—15 *Non aggravescens* D E U ι ξ χ ψ 1. Crat. Victor. Mox, *manu* E ξ, uti volebat Camer.

CAP. XXXII. 1 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *altera est*. Mox, *et propriæ* Reg. Erasm. Crat. Victor. *et propria* al. probante Bouh. *disputandum* suspectum est Ernestio.—2 *Cleantes* D E. Statim, *non*

NOTÆ

[k] *Prometheus ille*] De illa Æschyli fabula jam dictum. Græcos versus refert Camerarius.

quod esse summum malum Cleanthes ipse fateatur.[3] Quid enim[4] dicemus? cum Socrates Alcibiadi[l] persuasisset, ut accepimus, eum nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem, summo loco natum, et quemvis bajulum[m] interesse; cum se Alcibiades afflictaret, lacrymansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet, turpitudinemque depelleret; quid dicemus, Cleanthe? Num[5] in illa re, quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat, mali nihil fuisse? 78. Quid? illa Lyconis,[n] qualia sunt? qui, ægritudinem extenuans, parvis ait eam rebus moveri, fortunæ[6] et corporis incommodis, non animi malis. Quid ergo? illud, quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis vitiisque constabat? Ad Epicuri consolationem satis est ante dictum. XXXIII. 79. Ne illa[1] quidem consolatio firmissima est, quanquam et usitata est, et sæpe prodest: 'Non tibi hoc soli.'[o] Prodest hæc quidem, ut dixi, sed nec semper, nec omnibus; sunt enim, qui respuant: sed refert, quo modo adhibeatur. Ut enim tulerit quisque eorum qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo affectus sit, prædicandum est. Chrysippi[2] ad veritatem firmissima est; ad tempus ægri-

eges D.—3 E ξ, Mannt. Lamb. *fatetur;* ψ 1 *fatebatur*.—4 *Quid ergo* Venet. 1480. Mox, *ei nihil* conj. Bouh. *eum nihilominus* D U χ.—5 Pall. D E ξ *tum*. Pro *num in illa*, σ habet *nulla;* Crat. *illa in re*. Verba, *quid d. C. num... fuisse*, desunt in ψ 2.—6 Ernesti conj. *fortuna*.

CAP. XXXIII. 1 *Nulla* ψ 1. Statim, *firmissima consolatio est* Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. Orell.—2 Ita Reg. Bern. 1. Victor. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Chrysippi auctoritas* D E ι ξ σ ψ 2. alii codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Wolf. in ed. pr. *Chrysippi*

NOTÆ

[l] *Socrates Alcibiadi*] Vel in Dialogo Platonis qui extat, cui titulus est 'Alcibiades;' sive de voto, ubi Socrates Alcibiadi exprobrat quod quid justum injustumve sit ignoraret; vel in Symposio ejusdem Platonis.

[m] *Bajulum*] Qui onera defert, bajulus dicitur. Perottus putat esse deductum a Baiis, oppido juxta Lucrinum lacum, quod propter advenas confluentes multi ibidem bajuli forent: alii a *βαιὸς, parvus;* quia minora gestantur, graviora vehuntur. Nunnesius in Grammatistice, a *βαστάζω, gesto*.

[n] *Lyconis*] Philosophi Peripatetici, qui Stratoni successit, et ob suavitatem sermonis Glycon dictus. Fuit Lycon Pythagoricus, alius poëta.

[o] *Non tibi hoc soli*] Supple *contigit*. Quantum solatium sit dolentis turba dolentium!

Digitized by Google

tudinis, difficilis. Magnum opus[3] est, probare mœrenti, illum suo judicio, et quod se ita putet oportere facere, mœrere. Nimirum igitur, ut in causis non semper utimur eodem statu, [p. 208.] (sic enim appellamus controversiarum genera) sed ad tempus, ad controversiæ naturam, ad personam accommodamus; sic in ægritudine lenienda, quam[4] quisque curationem recipere possit, videndum est.

80. Sed nescio quo pacto, ab eo quod erat a te propositum, aberravit oratio. Tu enim de sapiente quæsieras; cui aut malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine; aut ita parvum malum, ut id obruatur[5] sapientia, vixque appareat; qui nihil opinione affingat assumatque ad ægritudinem; nec id putet esse rectum, se quam maxime excruciari luctuque confici; quo pravius nihil esse possit. Edocuit tamen ratio,[6] ut mihi quidem videtur, cum hoc ipsum proprie non quæreretur hoc tempore, num quod esset malum, nisi quod idem dici turpe posset; tamen ut videremus, quicquid esset in ægritudine mali, id non naturale esse, sed voluntario judicio et opinionis errore contractum. 81. Tractatum est autem a nobis id genus ægritudinis, quod unum est omnium maximum, ut, eo sublato, reliquorum remedia ne magnopere quærenda arbitraremur.[7] XXXIV. Sunt enim certa, quæ de paupertate; certa, quæ de vita inhonorata et ingloria dici soleant: separatim[1] certæ scholæ sunt de exilio, de interitu patriæ,

ratio U χ, Manut. Lamb. Oliv. *auctoritas* uncis inclusit Wolf.—3 *Magnum opus* Reg. D E U ξ σ. *Magnum enim opus* ψ 1. *et* ante *quod* omittunt duo codd. Oxon. et Dav.—4 Ita Col. alii codd. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *lenienda; nam quam* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lamb. Dav. *quamnam* Manut. probante Fabric.—5 Gryph. *observatur;* unde Brutus conj. *obleratur.*—6 Duo codd. Regg. Dav. in ed. pr. Lall. *oratio.* Mox, *num quid ullum esset malum* Leod. a Quercu; *ne esse quidem ullum malum* Erasm. *ne quidem ullum esse malum* Crat. Victor. Manut. *ne ullum quidem esse malum* Lamb. in ed. 1566. Dein, *tum ut videremus* Leid. *Edocuit tamen ratio, ut mihi videtur cum hoc ipsum proprie non quæreretur, cum ne quod esset malum, nisi quod idem dici turpe posset, tum ut videmus* conj. Bouh. *esset* post *quicquid* omittit Manut.—7 Codd. aliquot, Dav. Oliv. et Wolf. in ed. pr. *arbitremur.*

CAP. XXXIV. 1 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *separatim autem.* Paulo post, *de cæcitate, de omni, &c.* Bern. 1. D E ι ξ σ ψ 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *de cæcitate, et omni, &c.* U

Digitized by Google

de servitute, de debilitate, de cæcitate, et de omni casu, in quo nomen poni solet calamitatis. Hæc [2] Græci in singulas scholas, et in singulos libros dispertiunt: opus enim quærunt: quanquam plenæ disputationes delectationis sunt. 82. Et tamen,[3] ut medici, toto corpore curando, minimæ etiam parti, si condoluit, medentur; sic philosophia, cum universam ægritudinem sustulit, tamen, si quis error aliunde extitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum obfudit [4] exilium, aut eorum, quæ modo dixi, si quid extitit; et si singularum rerum sunt propriæ consolationes; de quibus audies tu quidem, cum voles: sed ad eundem fontem revertendum est, ægritudinem omnem procul abesse a sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quod non natura exoriatur, sed judicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad dolendum, cum id decreverimus ita fieri oportere. 83. Hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens: morsus tamen et contractiunculæ [5] quædam animi relinquentur. Hanc dicant sane naturalem, dum ægritudinis nomen absit, grave, tetrum, funestum, quod cum sapientia esse, atque, ut ita dicam, habitare, nullo modo possit. Atqui [6] stirpes sunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ! quæ, ipso trunco everso, omnes eligendæ sunt, et, si necesse erit,

χ. *imponi solet* ψ 1.—2 *Hæc enim* codex unus Oxon. Mox, *quanquam plane disputationes* D E U ξ ψ 1. 2. *delectationisque* ψ 1. *sunt delectationis* Col. Fabric. Wolf. Schutz. Orell. *quanquam plane disputationis sunt, delectationis* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. *quanquam plane disputationis sunt, non delectationis* Lamb. 1566.—3 *Etenim* conj. Bouh. Mox, *sic philosophiæ* conj. Ernesti; *sic in philosophia* suspic. Nissen. Tum, *alicunde extitit* suspic. Ernesti.—4 D ψ 1 *effudit*. Statim, *quæ quæque modo* D. *quæque modo* E. *et si* ante *singularum* omittunt D E U ι ξ χ ψ 1. 2. Bern. 1. *et si* uncis inclusere Wolf. Orell. delerunt Lamb. Schutz. *et singularum* codex unus Oxon. uti volebat Bentl. *etiam singularum* conj. Turneb. *ei singularum* conj. Dav. *et sic singularum* codd. aliquot, probante Bouh. *et huic singularum* Lall. de Davisii suspicione.—5 Manut. Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *contractiuncula*, uti conj. Bentl. Præterea *tantum* volebat idem Bentl. Tum, *relinquetur* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Vulgatam defendit Nissen.—6 *At quæ* de Bentleii sententia Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Atque* Bern. 1. ι σ ψ 2. alii codd. et ed. vet. Bouh. Mox, *elidendæ sunt* ι σ ψ 2. Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.

Digitized by Google

singulis disputationibus: superest enim nobis hoc, cuicuimodi [p] est, otium. Sed ratio una omnium est ægritudinum, plura nomina. Nam et invidere ægritudinis est, et æmulari, et[7] obtrectare, et misereri, angi, lugere, mœrere, ærumna affici, lamentari, solicitari, dolere, in molestia esse, afflictari, desperare. 84. Hæc omnia definiunt Stoici: eaque verba, quæ dixi, singularum rerum sunt; non, ut videntur,[8] easdem res significant; sed aliquid differunt: quod alio loco fortasse tractabimus. Hæ [9] sunt illæ fibræ stirpium, quas initio dixi, persequendæ, et omnes eligendæ, ne ulla unquam possit existere. Magnum opus, et difficile: quis negat? Quid [10] autem præclarum, non idem arduum? Sed tamen id effecturam philosophia profitetur: nos modo curationem ejus recipiamus. Verum quidem hæc hactenus. Cetera, quotiescumque voletis, et hoc loco, et aliis,[11] parata vobis erunt.

Wolf. Schutz. et Orell. Vulg. defendit Burm. ad Georg. II. 407.—7 Lamb. omittit *et*. Statim, *et angi* Reg. Victor. Dav. *atque angi* Lamb.—8 Leid. *videtur*, probante Bouh.—9 *Hæc* codd. aliquot, et Dav. *quas initio dixi persecandas et omnes eruendas* Eliens. 2. *quæ sunt, ut initio dixi, persequendæ, &c.* ex Eliens. 3. Dav. *persecandæ* de Davisii conjectura Lall. *et omnes elidendæ* edd. antiquiss. Oliv. Orell. *et o. eludendæ* ψ 2. *et o. elegendæ* D. *ne unquam ulla* Reg. Dav.—10 Codex unus Oxon. et Venet. 1480. *quod*, uti volebat Nissen. Statim, *non idem est arduum* cod. Ursini et Leid. *sed tamen id se effec.* Bern. 1. alii codd. edd. ante Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—11 Lamb. *et alibi*.

NOTÆ

p *Cuicuimodi*] Qualecumque. Alludit forte ad tempora reip. devolutæ ad unius Cæsaris nutum.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

AD M. BRUTUM

LIBER IV.

DE RELIQUIS ANIMI PERTURBATIONIBUS.

ARGUMENTUM.

Præfatio hujus libri ad asserendum priscis Romanis philosophiæ studium comparata est. Ipsa autem libri hujus disputatio in hoc versatur, ut, 'omni perturbatione posse sapientem vacare,' demonstretur. Primo affertur perturbationis Stoica definitio, et in quatuor genera distributio; quarum duæ ex bonis opinatis sunt, ut lætitia et libido; duæ ex malorum errore, ut ægritudo et metus: hisque singulis perturbationibus suæ partes subjiciuntur. cap. 4—9. Deinde quomodo ipsa perturbatio ab ægrotatione seu morbo differat, et quæ sit in hoc genere animi cum corpore similitudo, ostenditur. cap. 10—14. Sequitur postea brevis demonstratio ejus, quod quærebatur, nempe perturbationem cum sapientia consistere non posse; longa autem contra Peripateticos disputatio, qui perturbationes necessarias esse, naturales, utilesque contendunt, easque a sapiente non tollendas et extirpandas, sed modum ipsis adhibendum statuunt. cap. 15—26. Subjicitur tandem de perturbationum curatione. Ea varia est, neque omnis perturbatio una ratione sedatur. Est præterea in quatuor perturbationibus illis ea distinctio: primum, utrum ad universam perturbationem, tanquam ægritudinem, lætitiam, an ad singulas, h. e. generibus subjectas formas, adhibeatur; deinde, utrum mali bonive opinionem, an ipsam omnino perturbationem tollas. Sed certa et propria sanatio est, si doceas, ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere quicquam aut naturale aut necessarium. Altera autem ratio, quæ simul opinionem boni aut mali tollit, est ea quidem utilior, sed raro proficit, ne-

Digitized by Google

que est ad vulgus adhibenda. Est etiam, ubi adhiberi plane non potest, quod res, quæ perturbat animum, vere est bona aut mala, tanquam, si quis ægre ferat, nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis. cap. 27. 28. Reliqua disputatio, quomodo quatuor ista genera tollenda sint, docet.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 209.] CUM multis locis [1] nostrorum hominum ingenia, virtutesque, Brute, soleo mirari, tum maxime his in studiis, quæ, sero admodum expetita, in hanc civitatem e Græcia transtulerunt. Nam, cum a primo urbis ortu, regiis [2] institutis, partim etiam legibus,[a] auspicia, cærimoniæ, comitia,[b] provocationes,[c] patrum consilium,[d] equitum peditumque descriptio, tota res militaris, divinitus esset constituta; tum progressio admirabilis, incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est, dominatu regio republica

CAP. I. 1 *Cum multis in locis* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Mox, *soleo admirari* Erasm. *in his studiis* Venet. 1481. Dav. Wolf. *in hiis studiis* Bern. 1. et Venet. 1480. *in iis studiis* Erasm. et Argent. 1511. *iis in studiis* Manut. Lamb. Pro *transtulerunt* Ernesti conj. *transierunt*.—2 Lamb. conj. *partim regiis*, improbante Bruto. Pro *provocationes* Ursin. conj. *prensationes*. Tum, *essent constituta* Dav. in ed. pr. probante Ernesti; *esset instituta* E ξ.

NOTÆ

[a] *Etiam legibus*] Leges regias, quibus usi primum sunt Romani, collegit Sextus Papirius; unde jus, quo leges ejusmodi continentur, Papirianum appellatum est. Franc. Balduinus in eo, quem ad leges Romuli scripsit, libro, octodecim ejus leges recenset, quas tamen eruditi non pauci ut spurias confictasque rejiciunt. Rosin. lib. VIII.

[b] *Comitia*] Coitiones erant populi ad ferenda suffragia magistratibus creandis, et ad leges ferendas: alia calata, alia curiata. Hæc haberi, cœlo aut tonante aut fulgurante, nefas fuit.

[c] *Provocationes*] Quibus a judicio magistratuum ad populum aut tribunos recurrere licitum erat. Primam de provocatione legem tulit Valerius Publicola.

[d] *Patrum consilium*] Senatus, qui, cum a Romulo primum constitutus est, centum virorum fuit. Facta populi divisione in tres tribus, tribuumque in decem curias, singulis tribubus tres eligere viros permisit qui filios haberent, tum singulis curiis totidem, quibus ipse addidit unum, qui urbi senatuique, absente se, præesset. Sic conflatus centenarius patrum numerus. Tarquinius Priscus alios centum senatores adjunxit, qui minorum gentium patres vocati sunt. Denique, pulso Tarquinio, Brutus, delectis ex equestri ordine centum, trecentorum patrum summam confecit. Novi autem senatores 'conscripti,' veteres 'patres' appellati sunt. Plura Majoragius libro De Senatu.

Digitized by Google

liberata. Nec vero hic locus est, ut de moribus institutisque majorum, et disciplina ac temperatione civitatis, loquamur. Aliis hæc locis satis accurate a nobis dicta sunt, maximeque in iis[3] sex libris, quos De Republica scripsimus. 2. Hoc autem loco consideranti mihi studia doctrinæ, multa sane occurrunt, cur ea quoque arcessita[4] aliunde, neque solum expetita, sed etiam conservata et culta videantur. Erat enim illis pæne in conspectu[e] præstanti sapientia et nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit, præclarus auctor nobilitatis tuæ.[f] Pythagoræ autem doctrina, cum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem: idque cum[5] conjectura probabile est, tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Quis enim est,[6] qui putet, cum floreret [in Italia] Græcia potentissimis et maximis urbibus, ea, quæ Magna dicta est, in hisque primum ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoreorum, tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse? 3. Quinetiam arbitror, propter Pythagoreorum[g] admirationem, Numam quoque regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam et insti-

Paulo post, *respublica liberata* D σ.—3 Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. *in his.* Statim, *conscripsimus* D χ, Venett. 1480. 1481. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb.—4 Ita Reg. Gryph. Lamb. secc. *accersita* D E ξ χ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut.—5 Wolf. in ed. sec. *tum*, de conjectura.—6 Ita Reg. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Oreli. *Quis est enim* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. ' *in Italia* sine causa uncis

NOTÆ

[e] *Pæne in conspectu*] Metaponti, Crotonæ, Heracleæ, ceterisque urbibus Magnæ Græciæ, quæ ultimam Italiæ oram, Lucanos, Messapios, Brutios, complectebatur, ubi nunc est Calabria citerior et ulterior, Basilicata, terra Bariana, terra Hydruntina, provinciæ regni Neapolitani a mari Tyrrheno ad Hadriaticum.

[f] *Nobilitatis tuæ*] Sunt qui negent M. hunc Brutum, cui Cicero Tusculanas inscribit, originem ducere a L. Bruto, Romanæ libertatis assertore. Ea de re judicium tulimus lib. I.

[g] *Propter Pythagoreorum*] Puta Archytæ Tarentini, Alcmæonis Crotoniatæ, Hippasi Metapontini, Philolai Crotoniatæ.

Digitized by Google

tuta[7] cognoscerent, regisque ejus æquitatem et sapientiam a majoribus suis accepissent, ætates autem et tempora ignorarent[h] propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt. II. Et de conjectura[1] quidem hactenus. Vestigia autem Pythagoreorum quanquam multa[2] colligi possunt, paucis tamen utemur, quoniam non id agitur hoc tempore. Nam, cum carminibus[i] soliti illi esse dicantur et præcepta[3] quædam occultius tradere, et mentes suas a cogitationum intentione, cantu, fidibusque[k] ad tranquillitatem traducere; gravissimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam[l] clarorum virorum laudes atque virtutes. Ex quo[4] perspicuum est, et cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis, et carmina. 4. Quanquam id quidem etiam XII tabu-

inclusit Ernesti.' *Orell.* Statim, *in iisque primum* Wolf.—7 Codd. Regg. E U ξ σ χ ψ 1. Venet. 1480. Lall. *constituta.* Paulo post, *quia sapientia excelleret* Dav. in ed. pr.

CAP. II. 1 *Et conjectura* E ξ. *Hæc de conjectura* Venet. 1480.—2 Duo codd. Oxon. *quanquam et multa.*—3 E ξ *videantur et præcepta;* Dav. in ed. pr. *dicantur præcepta.*—4 *Ergo* codex unus Oxon. Mox, *fuisse descriptos* Lamb. et Fabr. uti volebant Ursinus, Gronov. ad Liv. VII. 2. et Wolf. in Prælectt. 'Qui vulgatam defendunt, explicare debent de notis a musicis supra singulas syllabas positis.' *Orell.* Actutum, '*vocum notis* conj. Pantag. probante Wolfio in Prælectt. Sed accuratius videtur vulgata significare, notas, qui-

NOTÆ

h *Et tempora ignorarent*] Numa enim regnare cœpit an. U. C. 39. Pythagoras autem in Magna Græcia floruit anno 200. Pythagoreus igitur esse non potuit, qui tot annos mortuus est antequam veniret in Italiam Pythagoras.

i *Cum carminibus*] Sunt qui Pythagoram nihil scripsisse dicant; quosdam tamen ejus libros refert Laërt. Aurea vero Pythagoræ carmina quæ extant, Lysidis Pythagoræ discipuli, aut alterius Pythagorici sunt.

k *Cantu, fidibusque*] Pythagoricis, inquit Quintil. lib. IX. moris fuit, cum evigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores; et cum somnum peterent, ad eam prius lenire mentes, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. De musica Pythagoræ, vide Macrob. lib. II. in Somnium Scipionis.

l *Canerent ad tibiam*] Idem de Hispanis ex Sallustio refert Servius, de Germanis Tacitus. De illo more Romanorum hæc Val. Max. II. 1. 'Quid hoc more splendidius? . . . quas Athenas, quam scholam huic domesticæ disciplinæ prætulimus? inde oriebantur Camilli, Scipiones,' &c.

Digitized by Google

læ declarant, condi jam tum[5] solitum esse carmen: quod ne liceret fieri ad alterius injuriam,[m] lege sanxerunt. Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et Deorum pulvinaribus,[n] et epulis magistratuum, fides præcinunt:[6] quod proprium ejus fuit, de qua loquor, disciplinæ. [p. 210.] Mihi quidem[7] Appii Cæci carmen, quod valde Panætius laudat epistola quadam,[o] quæ est ad Q. Tuberonem,[p] Pythagoreum[8] videtur. Multa etiam sunt[9] in nostris institutis ducta ab illis; quæ prætereo, ne ea, quæ peperisse ipsi putamur, aliunde didicisse videamur. 5. Sed, ut ad propositum redeat oratio: quam brevi tem-

bus sonos acutos et graves indicare soliti fuerint musici.' *Orell.*—5 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *tunc.* Mox, *leges sanxerunt* Venett. 1480. 1481. Beroald, Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—6 Ernesti conj. *præcinuerunt.*—7 *Mihi quidem etiam* Reg. Bern. 1. χ, edd. vett. Orell. *Mihi quidem et* ψ 1.—8 *Pythagoreorum* Reg. D χ ψ 1. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall.—9 *Multa sunt etiam* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Statim, *dicta ab illis* Gebh. teste Ernesti, non vero ed. 1692. Tum, *quæ perperisse* Reg. unde Dav. in ed. pr. *quæ repperisse* (sic) probante Ernesti;

NOTÆ

[m] *Alterius injuriam*] Legem illam Jos. Scaliger in suis ad Festum castigationibus sic recitat: 'Si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium faxit, capitale esto.' In fragmentis autem de Repub. lib. IV. apud Ciceronem sic legitur: 'Si quis actitaverit, sive carmen condiderit, quod infamiam flagitiumve alteri precetur, capite punitor.' De eadem lege Aug. de Civitate Dei II. 2. et Horat. Sat. II. 1. 82. 'Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est Judiciumque.'

[n] *Pulvinaribus*] Pulvinaria erant lectuli in templis sterni consueti, cum Diis, quorum templum erat, in ipso templo appararetur convivium; unde pulvinar sæpe pro ipso convivio sumitur. Qui ritus lectisternium quoque vocabatur. Huic qui præerant epulones dicebantur. Unde collegium epulonum, qui tres primum instituti; mox a L. Sulla, ut suspicatur Onuphrius, pro triumviris septemviri creati; deinde et septemviris tres alii a Cæsare additi. Hubert. Goltzius.

[o] *Epistola quadam*] Non extat.

[p] *Ad Q. Tuberonem*] Q. Ælius Tubero, L. Æmilii Pauli ex filia nepos, P. Scipionis Æmiliani sororis filius, disciplina Stoicus et eruditissimus. Cic. pro Murena: 'sed in nullo numero oratorum habitus.' Cic. in Bruto: 'Ut vita severus, et constans, et fortis, ita oratione durus, incultus, horridus.' Tib. Graccho inprimis offensus. Pomponius De Origine Juris, eum inter jurisconsultos recenset, aitque fuisse consulem. Quod si ita est, suffectus esse debuit, cum in fastis consularibus non reperiatur. Pigh. ad an. 615.

Digitized by Google

pore, quot et quanti poëtæ, qui autem oratores, extiterunt! facile ut appareat, nostros omnia consequi potuisse, simul ut velle cœpissent. Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit,[10] et sæpe diximus. III. Sapientiæ studium vetus id quidem in nostris: sed tamen, ante Lælii ætatem et Scipionis, non reperio, quos appellare possim[1] nominatim. Quibus adolescentibus, Stoicum Diogenem, et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos,[q] qui cum reipublicæ nullam unquam partem attigissent, essetque eorum alter Cyrenæus,[2] [r] alter Babylonius, nunquam profecto scholis essent excitati,[3] neque ad illud munus electi, nisi in quibusdam principibus, temporibus illis, fuissent studia doctrinæ: qui cum cetera literis mandarent, alii jus civile, alii orationes suas, alii monumenta majorum, hanc amplissimam omnium artium bene vivendi disciplinam vita magis quam literis persecuti sunt.[4] 6. Itaque illius veræ elegantisque philosophiæ, quæ, ducta[5] a Socrate, in Peripateticis adhuc permansit, et idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici eorum controversias disceptarent, nulla fere sunt, aut pauca admodum Latina monumenta, sive propter magnitudinem rerum, occupationemque hominum, sive etiam, quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur: cum interim, illis silentibus, C. Amafinius[6] [s] extitit dicens: cujus libris

quoque pepercisse U. *quæ* omittunt ι σ.—10 'Hoc contra nescio quem *si usus feret*, sive *tulerit*, conjicientem, recte vindicat Moser. Symb. p. 18.' *Orell.* *si opus fuerit* codex unus Oxon.

CAP. III. 1 Codex unus Oxon. *possem.*—2 Idem codex omittit *alter Cyrenæus.*—3 D E ξ χ ψ 2 *exercitati.*—4 Tres codd. Oxon. *prosecuti sunt.*—5 E ξ *ducta est.* Paulo post, *nulla fere sunt* E ξ σ. *ac pauca* E U ξ σ ψ 1. Deinde, pro *hominum*, Reg. ι ξ χ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. 1516. *omnium.*—6 *Amasanius* Gryph. duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Orell. Statim, *dicens* delendum censebat

NOTÆ

[q] *Esse legatos*] Romam missi sunt uti mulcta talentorum fere quingentorum remitteretur, sibi imposita propter Oropi Bœotiæ urbis vastationem. Gellius VII. 14. duobus, quorum Cicero meminit, legatis, tertium addit, Critolaum Peripateticum. In senatum introducti, usi sunt interprete Cæcilio senatore. Vid. Pausan. in Achaicis. Plut. in Vita Catonis.

[r] *Alter Cyrenæus*] Carneades.

[s] *C. Amafinius*] De quo nos Acad.

Digitized by Google

editis, commota multitudo contulit se ad eandem potissimum disciplinam; sive quod erat cognitu perfacilis; sive quod invitabat illecebris blandæ voluptatis; sive etiam, quia nihil prolatum erat melius, illud, quod erat, tenebant. 7. Post Amafinium autem multi ejusdem æmuli rationis multa cum scripsissent,[7] Italiam totam occupaverunt: quodque maximum argumentum est, non dici illa subtiliter, quod etiam facile ediscantur, et ab indoctis probentur, id illi firmamentum esse disciplinæ putant. IV. Sed defendat quod quisque sentit:[1] sunt enim judicia libera: nos institutum tenebimus; nulliusque unius disciplinæ legibus astricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid sit in quaque re maxime probabile, semper requiremus. Quod, cum sæpe alias, tum nuper in Tusculano, studiose egimus. Itaque, expositis tridui disputationibus, quartus dies hoc libro concludetur.[2] Ut enim in inferiorem[t] ambulationem descendimus (quod feceramus idem[3] superioribus diebus), acta res est sic.

8. M. Dicat, si quis vult,[u] qua de re[4] disputari velit. A.

Lamb. in marg. ed. 1584. non improbante Ernesti. *docens* codd. aliquot ap. Bouh. et Lall. *Picens* conj. Gulielm. Paulo post, *invitabantur* Wolf. Schutz. Orell. *invitabat* est de conjectura Bouh. *invitabatur* codd. et reliquæ edd. *illicebris blandis* edd. antiquiss. Manut. Lamb. Gebh. Dav.—7 Col. *autem cum multi . . . multa conscripsissent.* Paulo post, *quod et facile* Bern. 1. Manut. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quod tam facile* Dav. in ed. pr. *quod et jam facile* conj. Orell.

Cap. IV. 1 Pal. 4 *defendat unusquisque quod sentit;* duo codd. Oxon. et edd. antiquiss. *defendat quidem quod, &c.* Mox, *nullisque unius* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *legibus ascripti* Leid. et Dav. in ed. pr.—2 Ita ed. vet. Bouh. *concluditur* codd. cum reliquis edd.—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *quod idem feceramus.* Statim, *acta res sic est* Argent. 1511. *sic acta res est* Manut. Lamb. Lall.—4 Edd. antiquiss. Manut. Lamb. *de qua re.* Actutum, *disputare*

NOTÆ

lib. I. diximus. Doctrinam Epicuri literis Latinis mandavit sine ulla orationis elegantia. Unde illum et Catium Cicero malos verborum interpretes appellat. Is Catius est de quo Horat. Sat. II. 4. 1. 'Unde, et quo, Catius,' &c.

[t] *In inferiorem*] Academiam. Ita enim inferius gymnasium appellabatur, cum superiori nomen esset Lycæum, ut ipse Cicero scribit de Div. lib. I.

[u] *Dicat, si quis vult*] Alludit ad morem Gorgiæ Leontini, qui in conventu interrogare consueverat, qua de re audire quisque vellet; se de omni

Digitized by Google

Non mihi videtur omni animi perturbatione posse sapiens vacare. M. Ægritudine quidem hesterna disputatione videbatur; nisi forte temporis causa [x] assentiebare.[5] A. Minime vero: nam mihi egregie probata est oratio tua. M. Non igitur existimas cadere in sapientem ægritudinem? A. Prorsus non arbitror. M. Atqui, si ista perturbare animum sapientis non potest, nulla poterit. Quid enim? metusne conturbet? [*p.* 211.] At earum[6] rerum est absentium metus, quarum præsentium est ægritudo. Sublata igitur ægritudine, sublatus est metus.[7] Restant duæ perturbationes, lætitia gestiens, et libido; quæ si non cadent in sapientem, semper mens erit tranquilla sapientis. 9. A. Sic prorsus intelligo. M. Utrum igitur mavis? statimne nos vela facere, an quasi e portu egredientes paululum remigare?[8] A. Quidnam est istuc?[9] non enim intelligo.
v. M. Quia Chrysippus, et Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his[1] partiendis et definiendis occupati sunt: illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis, nec eos turbulentos esse patiantur. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi et definiendi prætermittunt. Quærebam igitur, utrum panderem vela orationis[z] statim, an eam ante paululum dialecticorum remis[y] propellerem. A. Isto modo

eædem edd.—5 Vat. *non vi assentiebare;* Reg. Bern. 1. Venet. 1480. *novi assentiebare;* Bentl. conj. *non re assentiebare;* Bern. 1. in marg. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lamb. in marg. ed. 1584. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nobis assentiebare;* Manut. Lamb. in ed. 1566. Gebh. Lall. omittunt *nobis.*—6 *Et earum* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—7 Reg. alii codd. *et sublatus est metus;* Dav. in ed. pr. *sublatus est et metus;* Dav. conj. *etiam sublatus est metus.*—8 Leid. *vela facere, tanquam e p. e., an p. remigrare?* probante Bouh. improbante vero Orell.—9 *Quidnam est istud?* codex unus Oxon. Wolf. Schutz.

CAP. V. 1 Ita edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. *in iis* alii

NOTÆ

re quæ in quæstionem vocaretur, ex tempore dicturum. Quocirca tantus Gorgiæ honos habitus est, ut statua, non inaurata, ut ceteris, sed ex auro solido, uni ex omnibus palam dedicaretur a Græcia.

[x] *Temporis causa*] Eo tempore Cæsar rerum potiebatur, adeoque erat ægritudo dissimulanda.

[y] *Dialecticorum remis*] Dialectici cum pressum et concisum dicendi genus sequantur, parum a portu,

Digitized by Google

vero: erit enim hoc totum, quod quæro, ex utroque perfectius.[3] 10. M. Est id quidem rectius: sed[4] post requires, si quid fuerit obscurius. A. Faciam equidem. Tu tamen, ut soles, dices ista ipsa obscura planius, quam dicuntur a Græcis. M. Enitar equidem: sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur,[5] si unum aliquod effugerit. Quoniam quæ Græci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos; in his explicandis veterem illam equidem Pythagoræ primum, deinde[6] Platonis descriptionem sequar; qui animum in duas partes[a] dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. In participe rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam quietamque constantiam; in illa altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. 11. Sit igitur hic fons. Utamur[7] tamen, in his perturbationibus describendis, Stoicorum definitionibus et partitionibus; qui mihi videntur in hac quæstione versari[8] acutissime.

VI. Est igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio sit, quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam,[1] animi commotio. Quidam brevius,[2] perturbationem esse appetitum vehementiorem: sed vehementiorem eum volunt esse, qui longius discesserit a naturæ constantia. Partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis: ita esse quatuor.[a] Ex

et Orell.—2 Dav. in ed. pr. *orationi;* refutat Ernesti.—3 Codd. aliquot, edd. antiquiss. Beroald. Crat. Lall. *perfectum.*—4 Dav. *et.*—5 Ernesti conj. *elabantur.*—6 Reg. et Dav. *dein.*—7 *Utemur* Dav. in ed. pr.—8 Venet. 1480. *versati.*

CAP. VI. 1 Salmasius conj. *et contra naturam,* probante Bouh. refutat Dav.—2 *Quidam vero brevius* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mox, *vehementiorem dicunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. illud *dicunt* non agnoscunt Reg. Gryph.

NOTÆ

veluti remiges, progrediuntur: Peripatetici autem, qui fusum orationis genus anteponunt, vela facere dicuntur.

[a] *In duas partes*] Habet eandem divisionem de Offic. lib. I. Plato autem in Timæo tres animi partes ait esse; quarum prima sit rationis sedes; secunda iræ; tertia cupiditatis.

[a] *Ita esse quatuor*] Idem libro superiore dixit. Quatuor formæ, con-

Digitized by Google

bonis libidinem et lætitiam, ut sit lætitia, præsentium bonorum; libido, futurorum: ex malis metum et ægritudinem nasci censent; metum, futuris; ægritudinem, præsentibus.[3] Quæ enim venientia metuuntur, eadem afficiunt ægritudine[4] instantia. 12. Lætitia autem et libido in bonorum opinione versantur, cum libido ad id, quod videtur bonum, injecta[5] et inflammata rapiatur; lætitia, ut adepta jam aliquid concupitum, efferatur, et gestiat. Natura enim omnes ea, quæ bona videntur, sequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem simul objecta species cujuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Id cum constanter prudenterque fit, ejusmodi appetitionem[b] Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt: Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem, ratione adversa,[6] incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrænata: quæ in omnibus stultis invenitur. 13. [p. 212.] Itemque, cum ita movemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter id contingit. Nam, cum ratione[7] animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem inaniter et effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens vel nimia dici potest; quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. Quoniamque, ut bona[8] natura appetimus,

Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq.—3 Manutius in ed. poster. *metum ex futuris; ægr. ex præsentibus.*—4 Ita Vat. codex unus Oxon. Venet. 1480. Gebh. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. *efficiunt ægritudinem* Reg. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. in ed. pr. Lall.—5 Ita Bern. 1. Gebh. Lall. *illecta* plerique codd. cum edd. vett. et Orell.—6 Ita Reg. Venet. 1480. Victor. Gebh. Wolf. Schutz. Orell. *rationi adversa* de Bouhierii conjectura Lall. *ratione aversa* Dav. *adversa ratione* Manut. *adversus rationem* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *aversa a ratione* Lamb. *a ratione aversa* conj. Orell.—7 *Nam cum* (sic) *cum ratione* Dav. de Bentleii conjectura. Paulo post, *cum autem et inaniter* Venett. 1480. 1481. Beroald. Manut. Lamb.—8 *Quomodoque bona* codex unus Oxon. Manut. Lamb. Statim, *quæ declinatio, si cum ratione* codd. et edd. ante Dav. qui de Bentleii conjectura delevit *si*, eumque secuti sunt

NOTÆ

moti opinione, et errore perturbati animi, constituuntur.

[b] *Ejusmodi appetitionem*] Cujus triplex genus, quod, triplici perturbationi quæ stultis inest, oppositum, in sapiente Stoici esse voluerunt.

Digitized by Google

sic a malis natura declinamus; quæ declinatio, cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente; quæ autem sine ratione, et cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus: est igitur metus, ratione adversa,[9] cautio. Præsentis autem mali sapientis[10] affectio nulla est. 14. Stulti autem ægritudo est[11] ea, qua afficiuntur in malis opinatis, animosque demittunt, et contrahunt, rationi non obtemperantes. Itaque hæc prima definitio est, ut ægritudo sit animi, adversante ratione, contractio. Sic quatuor perturbationes sunt, tres constantiæ, quoniam ægritudini nulla constantia opponitur.

VII. Sed omnes perturbationes judicio censent fieri et opinione.[1] Itaque eas definiunt pressius, ut intelligatur, non modo quam vitiosæ, sed etiam quam in nostra sint[2] potestate. Est igitur[3] ægritudo opinio recens mali præsentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur: lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur: metus, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur: libido, opinio venturi boni, quod sit ex usu jam præsens esse atque adesse. 15. Sed quæ judicia, quasque opiniones perturbationum[4] esse dixi, non in eis perturbationes solum positas esse dicunt, verum illa etiam, quæ efficiuntur perturbationibus, ut ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat; metus recessum quendam animi et fugam; lætitia profusam hilaritatem; libido effrænatam appetentiam. Opinationem[5] autem, quam in omnes

Lall. Wolf. Schutz. *si* uncis inclusit Wolf. in ed. pr.—9 Gryph. Lamb. in curis sec. Brut. et Orell. *a ratione aversa;* Reg. Dav. *ratione aversa;* Col. Erasm. Victor. Manut. Lamb. 1566. *rationi adversa.*—10 Codd. aliquot Oxon. Dav. et Lall. *sapienti,* uti conj. Bentl. Sed cf. Wopk. p. 89. et Gœrenz. ad Legg. p. 169.—11 Ita edd. antiquiss. Gebh. Wolf. in ed. pr. et Orell. defendit Wopk. l. l. et Nissen. *Stulta a. ægr. est* Reg. alii codd. Wolf. in ed. sec. et Schutz. *Stultis a. ægr. est* de Bentleii conjectura Dav. Lall. *Stultorum ægritudo est,* omisso *autem,* conj. nescio quis, probante Wolf. in Prælectt.

CAP. VII. 1 Codex unus Oxon. *fieri opinionum.*—2 E U ξ *sit.*—3 *Est ergo* Reg. Dav. *ægritudo* deest in χ. Mox, pro *animo* Venet. 1480. habet *animum;* Pearc. conj. *animos.* Verba, *lætitia, o. r. b. p. in q. e. r. esse videatur,* desunt in E ξ. *metus, o. i. m. q. i. esse videatur* desunt in ι. Paulo post, *futuri boni* E ξ, et Venet. 1480.—4 E U *perturbationem.* Statim, *verum in illis etiam* Dav. de conjectura in ed. pr. probante Ernesti.—5 Ita Reg. Venet. 1481. Crat. Gebh. seqq. *Opinionem* E ξ χ, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, *esse imbecillem* Argent. 1511. Erasm.

Digitized by Google

definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

16. Sed singulis[6] perturbationibus partes ejusdem generis plures subjiciuntur: ut ægritudini, invidentia (utendum est enim, docendi causa, verbo minus usitato; quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur), æmulatio,[7] obtrectatio, misericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, solicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, et si quæ sunt de genere eodem. Sub metum[8] autem subjecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido. Voluptati[9] malevolentia [lætans malo alieno], delectatio, jactatio, et similia. Libidini ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, et cetera ejusmodi:[10] hæc autem definiunt hoc modo. VIII. 17. Invidentiam esse dicunt[1] ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant invidenti. Nam si quis[2] doleat ejus rebus secundis, a quo ipse lædatur, non recte dicitur invidere; ut si Hectori[3] Agamemnon: qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat his frui, is invidet profecto. Æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, ut et in laude et in vitio nomen hoc sit: nam et imitatio virtutis æmulatio dicitur (sed ea nihil hoc loco utimur; est enim laudis); et est æmulatio ægritudo, si eo, quod concupierit,[4] alius potiatur, ipse ca-

—6 *Sed in singulis* E U ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut.—7 Ante *æmulatio* codex unus Oxon. inserit *Invidentia vero in eo qui invidet. Ceteræ partes ægritudinis sunt.* Tum, *et si qua* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—8 Ita Reg. Bern. 1. alii codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Gebh. Dav. *Sub metu* U ι σ, Leid. Wolf. Schutz. *Sub metui* D E ξ χ ψ 1. 2. Oliv. Lall. uti conj. Lamb. probante Bouh.—9 *Voluptas* U. *Voluptatis* σ. Pro *lætans* Nonius in 'Lactare' p. 16. ed. Merc. habet *lactans*. Verba, *lætans malo alieno*, suspecta Bentleio, Davisio, Ernestio, uncis inclusit Dav. delevit Schutz.—10 Quatuor codd. Oxon. Argent. 1511. Erasm. *hujusmodi*.

CAP. VIII. 1 *Invidentia dicuntur esse* ψ 2.—2 Reg. Dav. Orell. *si qui*; alii *si quid*. Statim, *a quis ipse, &c.* conj. Bentl. recepit Dav. Tum, *recte dicatur* D E ι χ ψ 2. Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Orell.—3 *Hectoris* de Bentleii conjectura Dav. *Agamemno* Orell. cum quibusdam edd. Statim, *cum alterius* conj. Ernesti. *is* ante *invidet* omittunt Crat. Victor. *is invideat* Bern. 1. Ball. Leid. Reg. Dav. Wolf.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.

Digitized by Google

reat. 18. Obtrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam[5] volo, ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis: nemo enim parricidæ[6] aut proditoris supplicio misericordia commovetur. [*p.* 213.] Angor,[7] ægritudo premens. Luctus, ægritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo. Mœror, ægritudo flebilis. Ærumna, ægritudo laboriosa. Dolor, ægritudo crucians. Lamentatio, ægritudo cum ejulatu. Solicitudo, ægritudo cum cogitatione. Molestia, ægritudo permanens. Afflictatio,[8] ægritudo cum vexatione corporis. Desperatio, ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. Quæ autem subjecta sunt sub metu,[9] ea sic definiunt: Pigritiam, metum consequentis laboris: 19. Pudorem et[10] terrorem, metum concutientem, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, et tremor, et dentium crepitus consequatur: Timorem, metum mali appropinquantis: Pavorem, metum mentem loco moventem (ex quo illud Ennii,

> Tum pavor[c] sapientiam omnem mihi ex animo expectorat):[11]

Exanimationem, metum subsequentem, et quasi comitem pavoris: Conturbationem, metum excutientem cogitata:

Crat. *quod quis concupierit.*—5 Wolf. et Orell. ζηλοτυπίαν. Paulo post, *quod ille concup.* Venet. 1480. *quod ille ipse concup.* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—6 E U, Venet. 1480. Argent. 1511. *patricidæ.*—7 *Angor est* D E U ξ χ ψ 2. plurimæ edd. et Orell. Paulo post, *ægritudo excrucians* margo Crat.—8 *Applicatio* E. *Afflictio* ψ 1. 2.—9 Reg. quatuor codd. Oxon. margo Crat. Victor. Lamb. Dav. Orell. *sub metum.*—10 *Pudorem et* est de conjectura Bentleii. Hæ voces desunt in codd. et edd. ante Dav. Mox, *metum mentem concutientem* conj. Græv. *sic terrorem pallor* Reg. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lall. Deinde, *de loco moventem* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *ex quo illud Ennius* Reg. Gryph. ξ σ.—11 Wolf. Schutz. Orell. *omnem mi exanimato expectorat;* Reg. *o. mihi ex anima expectorat;* D *o. mihi expulerat ex animo;* E U ξ χ *o. mihi ex anima expulerat;* Manut. Lamb. Dav. et Wolf. in ed. pr. *mihi omnem ex animo expectorat;* Lall. *mihi omnem exanimato expectorat.*

NOTÆ

c *Tum pavor*] Utitur iterum hoc carmine de Fin. lib. IV. et de Orat. l. III. ubi 'vocem expectorat,' novam esse ait et ex conjunctione factam. Fragmentum est fabulæ quæ Alcmæon inscripta fuit.

Digitized by Google

Formidinem, metum permanentem. IX. 20. Voluptatis autem partes hoc modo describunt, ut malevolentia sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo: Delectatio, voluptas suavitate auditus animum deleniens:[1] et, qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et saporum; quæ sunt omnes unius generis, ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ[2] voluptates.[d] 21. Jactatio est voluptas gestiens, et se efferens insolentius. Quæ autem libidini subjecta sunt, ea sic definiuntur,[3] ut Ira sit libido pœniendi ejus, qui videatur læsisse injuria: Excandescentia autem sit ira nascens, et modo existens,[4] quæ θύμωσις[e] Græce dicitur: Odium, ira inveterata: Inimicitia,[f] ira ulciscendi tempus observans: Discordia, ira acerbior, intimo odio et[5] corde concepta: Indigentia, libido inexplebilis: Desiderium, libido ejus, qui nondum adsit, videndi. Distinguunt[6] illud etiam, ut sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam; quæ κατηγορήματα[g] dialectici appellant; ut habere

CAP. IX. 1 Ita Victor. Manut. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *deliniens* D E U χ, edd. vett. *declinans* ψ 2.—2 Duo codd. Oxon. *illi quæ factæ;* duo alii Oxon. *quæ factæ.*—3 E, Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *definiunt; ξ diffiniunt.* Mox, *puniendi* D U ι σ χ ψ 1. 2. et edd. vett. *pariendi* E ξ.—4 Duo Pall. et Crat. *ira modo nascens et modo desistens*, probante Gebh. *desistens* etiam D U, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *mox desistens* conj. Ernesti. Actutum, *quæ θυμὸς* de H. Stephani sententia Wolf. 'Sed ita etiam legendum *qui.*' Ernesti.—5 'Hoc corruptum.' *Orell.* Verba *odio et* uncis inclusit Wolf. delevit Schutz. *intimo animo et* de Lambini conjectura Dav. probante Bentl. *inter duos corde* suspic. Bouh. Mox, *libido explebilis* Crat. Victor.—6 *Distinguitur* Victor. cum codd. Lambini, qui improbat. Actutum, *etiam ut illud* volebat Manut. *etiam illud ut* Lamb. Lall. Wolf. Schutz. *ut libido sit earum* Reg. Victor. Orell. *ut desiderium sit earum* conj. Lamb. *ut desiderium libido sit earum* conjecit Dav. Tum, *κατηγορήματα* deest in D E ξ χ. *cupere honores* D E U χ. *appel-*

NOTÆ

[d] *Illiquefactæ voluptates*] Sic legitur in omnibus exemplaribus. Hujus tamen vocis nuspiam alibi est mentio.

[e] *Quæ θύμωσις*] Quasi a fervore et impetu animi ducto vocabulo; *θυμὸς* enim *animus*.

[f] *Inimicitia*] C. Cæsar in libris quos ad M. Ciceronem scripsit de Analogia, plurativo semper numero dicendas putat *inimicitias*. Veteres tamen plerique omnes, et cum primis Ennius, *inimicitiam* dixit: 'Amicitiam atque inimicitiam in fronte promtu gero.'

[g] *Κατηγορήματα*] Quæ *categorema-*

Digitized by Google

divitias, capere honores. Indigentia, rerum[7] ipsarum est, ut honorum, ut pecuniæ. 22. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt, Intemperantiam; quæ est a tota mente et a recta ratione[8] defectio, sic aversa a præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri queant. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones, et efficit ut eæ[9] rectæ rationi pareant; conservatque considerata judicia mentis; sic, huic inimica, intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. Itaque et ægritudines, et metus, et reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea. X. 23. Quemadmodum,[1] cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationesque nascuntur; sic pravarum opinionum conturbatio, et ipsarum inter se repugnantia, sanitate spoliat animum, morbisque perturbat. Ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur, quæ vocant illi *νοσήματα*, eaque, quæ sunt eis morbis[2] contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium: deinde ægrotationes, quæ appellantur a Stoicis *ἀῤῥωστήματα*,[h] hisque item oppositæ contrariæ offensiones. [*p.* 214.] Hoc loco nimium operæ consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo. Qua oratione prætermissa

lant avere divitias, cupere honores Erasm.—7 *Diligentia rerum* Reg. Venet. 1481. *Diligentia libido rerum* Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *Indigentia libido rerum* Victor. Manut. Pro *est* Dav. de Bentleii conjectura dedit *sit*. Delendum censent *est* Bouh. et Ernesti.—8 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *etiam a recta ratione;* Victor. *ac recta ratione;* duo codd. Oxon. et Guelf. omittunt *et;* unde Dav. de Bentleii sententia uncis inclusit *a recta ratione*, deleto *et*.—9 Victor. Manut. Lamb. *hæ*.

CAP. X. 1 *Quemadmodum enim* Lamb. *cum* et statim *est* desunt in ψ 2. Paulo post, *non repugnantia* χ. *animum spoliat* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—2 Wolf. *his morbis*. Mox, *quæ habentur* ψ 2. *ad r. c. officiosas offensiones* D ψ 1. *atque fastigium* χ. Paulo

NOTÆ

ta, seu *categorias* Græci, Latini barbare *prædicamenta* dixerunt, eaque decem esse voluerunt: substantiam, qualitatem, quantitatem, relationem, ut aiunt, agere, pati, ubi, quando, situm, habere; ad hanc ultimam categoriam refertur, 'habere divitias,' 'capere honores.'

[h] *'Αῤῥωστήματα*] Ab *ἀῤῥωστέω*, ægroto.

Digitized by Google

minime necessaria,[3] ea, quæ rem continent, pertractemus. 24. Intelligatur igitur, perturbationem, jactantibus se opinionibus inconstanter et turbide, in motu esse[4] semper: cum autem hic fervor concitatioque animi inveteraverit, et tanquam in venis medullisque insederit, tum existit et morbus, et ægrotatio, et offensiones eæ,[5] quæ sunt eis morbis ægrotationibusque contrariæ. XI. Hæc, quæ dico, cogitatione inter se differunt, re quidem copulata[1] sunt; eaque oriuntur ex libidine et lætitia. Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret[2] eam cupiditatem; permanat in venas, et inhæret in visceribus illud malum; existitque morbus, et ægrotatio, quæ avelli inveterata non possit:[3] eique morbo nomen est avaritia. 25. Similiterque ceteri morbi; ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas (ut ita appellem eam, quæ[4] Græce φιλογυνεία[i] dicitur), ceterique similiter morbi ægrotationesque nascuntur. Quæ autem sunt his[5] contraria, ea nasci putantur a metu; ut odium mulierum, quale in Μισογύνῳ Attilii est; ut in hominum

post, *iisque item* Argent. 1511. Erasm. *isque item* D. *his item* ι χ.—3 Ita Victor. Gebh. seqq. *minime necessaria prætermissa* edd. antiquiss.—4 Reg. *turbide immotus esse;* Pal. 4 *perturbatione jactantibus opinionibus inconstanter et turbida in animo motus esse;* unde Dav. conj. *perturbationum, j. se op. i. et t. in animo motus esse.* Sed cf. Wopk. p. 90.—5 Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. *hæ.*

CAP. XI. 1 Ita Reg. Venet. 1480. Gebh. seqq. *cogitatione quidem inter se d. re vero copulata* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, *ea, quæ oriuntur* ex uno cod. Dav. *et ex lætitia* Vat. probante Gebh.—2 Dav. ex uno codice, Wolf. Schutz. Orell. *quæ sanet,* uti conj. Bentl.—3 De Wopkensii conjectura Wolf. Schutz. Orell. *existitque m. et ægr. quæ evelli i. n. possunt;* item codd. omnes et edd. ante Dav. *possunt;* Reg. et al. exhibent *existit qui morbus ... avelli ... possunt;* Dav. in ed. pr. de conjectura Bentleii, *existitque morbus seu ægr. ... possit,* probante Ernesti. —4 Reg. alii codd. Dav. *appellem, ea quæ.* Statim, *ceteri, inquam, 'similiter* de Bentleii conjectura Dav. *ægrotationesque morborum nascuntur* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—5 *Quæ autem his sunt* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *quale in μισογυνείᾳ est* Venet. 1480. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. *quale μισογύνεια est* Argent. 1511. Erasm. Actutum, *ut hominum* Col. *ut hominum*

NOTÆ

[i] Φιλογυνεία] Id est, *amor mulierum;* a φίλος et γυνή· sic μισογυνεία, a μῖσος, *odium,* et γυνή, *mulier.* Celebre est Euripidis poëtæ erga mulieres odium postquam duas habuisset. Aul. Gell.

Digitized by Google

universum genus, quod accepimus de Timone,[k] qui *Μισάνθρωπος* appellatur; ut inhospitalitas est. Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt et oderunt. 26. Definiunt autem animi ægrotationem, Opinationem[6] vehementem de re non expetenda, tanquam valde expetenda, inhærentem et penitus insitam. Quod autem nascitur ex offensione, ita definiunt, Opinionem[7] vehementem de re non fugienda, inhærentem, et penitus insitam, tanquam fugienda. Hæc autem opinatio est judicare se scire, quod nesciat. Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio,[l] vinolentia,[8] cupedia,[m] et si qua similia. Est autem avaritia opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda, inhærens, et penitus insita: similisque est ejusdem generis definitio reliquarum. 27. Offensionum autem definitiones sunt ejusmodi, ut inhospitalitas sit opinio[9] vehemens, valde fugiendum esse hospitem, eaque inhærens, et penitus insita: similiterque defi-

universi generis ex uno cod. Lamb.—6 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. *opinionem*. Paulo post, *expetenda sit* codd. et edd. omnes ante Ernesti.—7 Orell. conj. *opinationem*. Mox, *judicatio se scire* Reg. Gryph. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—8 Venet. 1480. Crat. *temulentia*. Statim, *si qua sunt similia* edd. antiquiss. Tum, *opinio vehemens* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *quasi petenda sit* Gebh. *quasi valde expetenda sit* reliqui omnes ante Ernesti.—9 Orell. conj. *opinatio*. Mox, *similiter definitur* edd. antiquiss.

NOTÆ

[k] *De Timone*] Atheniensi. Is omnium, præter Alcibiadem, civium congressum cum fugeret, interrogatus, cur illum solum diligeret; 'Quia multarum,' inquit, 'calamitatum causa Atheniensibus futurus est.' Venit aliquando in concionem, factoque silentio, 'Est mihi, Athenienses,' inquit, 'exilis hortus, et in eo ficus, ex qua se multi jam cives suspenderunt. Ibi domum brevi constructurus sum; quare suspendere se siquis velit, maturet.' Hoc sibi epitaphium ipse conscripsit: 'Hic sum post vitam miseramque inopemque sepultus: Nomen non quæras. Di, lector, te male perdant!' Fuit alter Timon satiricus, de quo Gellius.

[l] *Liguritio*] Amor liguriendi. 'Ligurire' alii a λιγυρὸν, *suave*, alii a λείχω, *lingo*; quod qui cupediarum studiosi sunt, digitos quoque lingant: vel a lingendis catinis. Ita Vossius.

[m] *Cupedia*] Olim pro quavis cupiditate promiscue usurpabatur, ut ait Nonius: nunc, cupiditas est lautiorum epularum. Hinc cibi ipsi cupediæ appellati; et cupedinarii, qui merces illas divenderent.

Digitized by Google

nitur et mulierum odium, ut Hippolyti;[n] et, ut Timonis, generis humani.

XII. Atque ut ad valetudinis similitudinem veniamus,[1] eaque collatione utamur aliquando, sed parcius, quam solent Stoici: ut sunt alii ad alios morbos procliviores (itaque dicimus gravedinosos[o] quosdam, quosdam torminosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint); sic alii ad metum, alii ad aliam perturbationem: ex quo in aliis anxietas, unde anxii; in aliis iracundia dicitur,[2] quæ ab ira differt: estque aliud iracundum esse, aliud iratum; ut differt anxietas ab angore: neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando; nec qui anxii, semper anguntur: ut inter ebrietatem et ebriositatem interest; aliudque est amatorem esse, aliud amantem. Atque hæc aliorum ad alios morbos proclivitas late patet: nam pertinet ad omnes perturbationes. 28. In multis etiam vitiis apparet: sed nomen res non habet. Ergo et invidi,[3] et malevoli, et lividi, et timidi, et misericordes, quia proclives ad eas perturbationes, [*p.* 215.] non quia semper, feruntur. Hæc igitur proclivitas ad suum quodque genus, a similitudine corporis, ægrotatio dicatur,[4] dum ea intelligatur ad ægrotandum procli-

CAP. XII. 1 Ita Col. duo codd. Oxon. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *veniam* Reg. et edd. vett. Mox, *ut sint* Crat. Victor. Tum, prius *quosdam* omittunt codd. aliquot, etiam Reg. Venett. 1480. 1481. Dav. in ed. pr. Lall. *non quia semper sint* Crat. Victor. Manut. *sed quia sæpe; sic alii, &c.* de Manutii conjectura Dav. Lall. *sint* h. l. omittit etiam cod. Ursin. *quia sæpe sint; alii, &c.* Reg. cum plerisque edd. ante Lamb. probante Bouh.—2 Dav. conj. *efficitur*. Cf. Wopk. p. 91. Paulo post, *omnes sunt anxii* Lamb. *neque qui anxii* Venet. 1480. *neque anxii* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Deinde, *esse amatorem* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 *Ergo invidi* edd. antiquiss. *et* ante *lividi* omittunt eædem edd. Mox, *proclive* de Bentleii conjectura Dav. *ad eas perturbationes sunt* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *non q. s. ferantur* eædem edd. cum uno cod. Oxon.—4 Ita de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *dicitur* codd. cum reliquis edd.

NOTÆ

[n] *Ut Hippolyti*] Hinc orta fabula de Phædræ erga illum amore. De illo Hippolyti odio Seneca: 'Detestor omnes, horreo, fugio, execror. Sit ratio, sit natura, sit dirus furor, Odisse placuit.'

[o] *Gravedinosos*] Gravedo dolor est capitis. Oritur ab humore cerebrum opplente.

Digitized by Google

vitas. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut significet lapsionem: in neutris habeat superius nomen. XIII. Quo modo autem in corpore est morbus, est ægrotatio, et vitium;[1] sic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem. 29. Ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium, cum partes corporis inter se dissident: ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et ægrotatio, ex totius valetudinis [corporis][2] conquassatione et perturbatione gignuntur: vitium autem, integra valetudine,[p] ipsum ex se cernitur. Sed in animo tantummodo[3] cogitatione possumus morbum ab ægrotatione sejungere. Vitiositas autem est habitus aut affectio in tota vita inconstans, et a se ipsa dissentiens.[4] Ita fit, ut in altera, corruptione opinionum morbus efficiatur et ægrotatio; in altera, inconstantia et repugnantia. Non enim omne vitium[q] partes habet dissentientes;[5] ut

Cap. XIII. 1 Gryph. Lamb. in marg. ed. 1584. et Orell. *est ægrotatio, est vitium;* codd. aliquot, etiam D E ξ σ, Venet. 1480. Lall. Bipont. *et ægrotatio, et vitium;* Victor. *est morbus, ægr. et vitium;* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Manut. Lamb. *corpore morbus, ægr. et vitium.*—2 Ernestius duplicem genitivum non concoquens, hanc vocem uncis inclusit.—3 *Sed tantummodo in animo* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *Sed tantum in animo* χ, Venet. 1480. Erasm. Crat.—4 D *dissentiens, ut eorum qui non longe a sapiente absunt.* —5 'Sana hæc censeo, etsi fatendum est, non nimis clare h. l. a Tullio conversa esse verba alicujus philosophi Græci. Camerarius totum se locum non intelligere candide fassus est.' *Orell.* *pares habet dissidentias* de Bentleii conjectura Dav. apud Bentleium vero ipsum *dissensiones* est. Nissen. conj. *omnes vitium partes h. dissidentes;* Bonh. suspic. *Ita fit, ut in altero c. o. m. e. et ægr.; in altero, i. et repugnantia. Sed perturb. sintne ejusdem partes, q. est. Non enim o. v. p. h. d.; ut . . . nec prava. Vitia enim, &c.* Mox, *discrepans sibi*

NOTÆ

p *Integra valetudine*] Puta claudus, gibbosus, &c. quorum corpus integra est valetudine, non tamen vitii expers.

q *Non enim omne vitium*] Locus hic videtur obscurus Camerario. Exponit Tullius dissensionem et repugnantiam hominum in opinionibus, quas de vitio habent, juxta doctrinam Stoicorum. Horatius utrumque descripsit: repugnantiam quidem his verbis, Epist. I. 1. 97. 'Quid? mea cum pugnat sententia secum; Quod petiit spernit; repetit quod nuper omisit; Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto?' Dissensionem vero sic, Sat. II. 7. 6. 'Pars hominum vitiis gaudet constanter, et urget Propositum; pars multa natat,' &c.

Digitized by Google

eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens, sed non distorta, nec prava. Morbi autem, et ægrotationes, partes sunt vitiositatis: sed, perturbationes sintne ejusdem partes, quæstio est. 30. Vitia enim affectiones sunt manentes: perturbationes autem, moventes, ut non possint affectionum manentium partes esse. Atque ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic in bonis:[6] sunt enim in corpore præcipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas: sunt item in animo. Ut enim corporis temperatio,[7] cum ea congruunt inter se, e quibus constamus; sanitas sic animi dicitur, cum ejus judicia opinionesque concordant: eaque animi est virtus; quam alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiæ præceptis, et eam subsequentem, nec habentem ullam speciem suam: sed sive hoc, sive illud sit, in solo esse sapiente. Est autem quædam animi sanitas, quæ in insipientem[8] etiam cadat, cum curatione medicorum conturbatio mentis aufertur. 31. Et, ut corporis est quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam suavitate; ea quæ dicitur[9] pulchritudo; sic, in animo, opinionum judiciorumque æquabilitas et constantia, cum firmitate quadam et stabilitate virtutem subsequens, aut virtutis vim ipsam continens, pulchritudo vocatur. Itemque, viribus corporis, et nervis, et efficacitati similes, similibus verbis,[10] animi vires nominan-

ipsi Venet. 1480. *discrepans a se ipsa* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *discrepans ab ipsa* Erasm. *discrepans cum se ipsa* conj. Orell.—6 Ita Reg. Venet. 1480. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *sic et in bonis* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Lall.—7 Ita de Camerarii sententia Dav. Wolf. Schutz. *Ut enim c. est temp.* Lall. *Sicut enim c. t. est* Col. *Enim c. t.* Reg. Gryph. Gebh. *Et ut c. est temp.* Lamb. *Ut enim* omittunt Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Mox, *sic animi sanitas dicitur* Lamb. Deinde, *est animi virtus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—8 Turneb. Advers. VII. 17. conj. *insanitas, quæ in sapientem;* codd. aliquot et Argent. 1511. *sanitas, quæ in sapientem.* Mox, *curatione et perturbatione medicorum conturbatio, &c.* Gryph. cod. Schotti et al. *curatione et gubernatione medicorum conturbatio, &c.* codd. aliquot Dav. in ed. pr. et Lall. *perturbatio* habent alii.—9 Ita de conjectura Dav. in ed. pr. Wolf. et Schutz. *eaque dicitur* codd. et edd. vett. Mox, *ipsa continens* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. et Wolf. in ed. pr.—10 D U, Manut. Lamb. Lall. Schutz. Orell. *similibus quoque*

Digitized by Google

tur. Velocitas autem corporis celeritas appellatur; quæ eadem ingenii etiam laus habetur, propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.[11] XIV. Illud animorum corporumque dissimile,[1] quod animi valentes morbo tentari non possunt; corpora possunt: sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item: quorum omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt. Itaque in hominibus solum existunt: nam bestiæ simile quiddam faciunt,[2] sed in perturbationes non incidunt. 32. Inter acutos autem et inter hebetes[3] interest, quod ingeniosi, ut æs Corinthium[r] in æruginem, sic illi in morbum et incidunt tardius, et recreantur ocyus; hebetes non item. [p. 216.] Nec vero in omnem morbum ac perturbationem animus ingeniosi cadit: non enim multa efferata, et immania:[4] quædam autem humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, ægritudo, metus. Ægrotationes autem morbique[5] animorum difficilius evelli posse putantur, quam summa illa vitia, quæ virtutibus sunt contraria. Morbis enim manentibus, vitia sublata esse non possunt,[6] quia non tam celeriter sanantur, quam illa tolluntur. 33. Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quæ Logica appellant, quia disseruntur subti-

verbis; Reg. E σ χ ψ 2. et edd. antiquiss. *similibusque verbis*.—11 Reg. E ψ 2. et Venet. 1480. *percussionem*.

Cap. XIV. 1 Edd. vett. *dissimile est*. Actutum, *morbo tentari possunt, corpora possunt* Reg. ap. Lall. *morbo tentari possunt, ut corpora possunt* de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz.—2 Nescio quis ap. Orell. conj. *patiuntur*.—3 *Inter acutos autem et hebetes* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *hoc interest* Lamb.—4 Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura, Lall. Wolf. Orell. *non enim in ulla efferata et immania*; Bentl. conj. postea, *non enim in vitia efferata et immania*; Dav. in ed. sec. de Bentleii tertia conjectura, et Schutz. *non enim in ullam efferatam et immanem*. 'Audacter.' *Orell*.—5 Edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *et morbi*.—6 Leid. Eliens. 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *vitia sublata esse possunt*; Venett. 1480. 1481. et Beroald. *esse vitia sublata non possunt*; Argent. 1511. et Erasm. *vitia esse sublata non possunt*. Actutum, *qui non tam* Dav. Wolf. Schutz. Orell.

NOTÆ

r *Æs Corinthium*] Æra extersa, inquit Plin. lib. XXXIV. celerius rubiginem trahunt, quam neglecta, nisi unguantur; Corinthium vero, sive politum, sive neglectum, omnium tardissime in æruginem cadebat.

lius. Ex quibus[7] quoniam, tanquam e scrupulosis cotibus,[s] enavigavit oratio, reliquæ disputationis cursum teneamus; modo satis illa dilucide diximus, pro rerum obscuritate. A. Prorsus satis:[8] sed si qua diligentius erunt cognoscenda, quæremus alias: nunc vela, quæ modo dicebas, expectamus, et cursum. XV. 34. M. Quando et aliis locis de virtute diximus,[1] et sæpe dicendum erit (pleræque enim quæstiones, quæ ad vitam moresque pertinent, a virtutis fonte ducuntur); quando igitur virtus est affectio animi constans conveniensque, laudabiles efficiens eos in quibus est, et ipsa per se, sua sponte, separata etiam utilitate, laudabilis; ex ea proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ, actiones, omnisque recta ratio; quanquam ipsa virtus brevissime recta ratio dici potest. Hujus igitur virtutis contraria est vitiositas (sic enim malo, quam malitiam, appellare eam, quam Græci κακίαν appellant; nam malitia[t] certi cujusdam vitii nomen est; vitiositas, omnium), ex qua concitantur[2] perturbationes, quæ sunt (ut paulo ante diximus) turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione, et inimicissimi mentis vitæque tranquillæ. Importat enim ægritudines anxias atque acerbas, animosque

quia hi non tam conj. Lamb. et Ernesti.—7 *E quibus* edd. ante Gebh. Actutum, *quoniam* omittunt edd. antiquiss. Tum, *e scruposis* de Lambini et Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *e scruplosis* Reg. *e scopulosis* codex unus Oxon. Manut. in ed. postr.—8 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. omittunt *satis*. Actutum, *sed si quæ* Reg. Dav.

CAP. XV. 1 Duo codd. Gœrenzii *et diximus;* unde Dav. *ut aliis l. de v. et diximus*. Paulo post, *quoniam igitur* codex unus Oxon. Tum, *constans consentiensque* conj. Ernesti. Deinde, *omnis recta ratio* codex unus Oxon. Crat, Victor. *omnis ratio recta* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *ratio recta dici potest* edd. vett.—2 Ita de Camerarii conjectura Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *cogitantur* Reg. cum plerisque codd. item edd. antiquiss. Victor. et Manut. *cooriuntur* de Bentleii conjectura Dav. *progig-*

NOTÆ

[s] *Scrupulosis cotibus*] Lambinus legi vult *scruposis cotibus*, a 'scrupus,' quod est saxum asperum. Sed cum a 'scrupulus' sit 'scrupulosus,' sicut a 'scrupus,' 'scruposus,' non est cur mutetur vulgata lectio. Manutius *scopulosis* legit; sed a Franc. Fabricio merito rejicitur.

[t] *Malitia*] *Malitia* fraudulenta astutia est, seu eorum quos Plautus 'versute malos' vocat.

Digitized by Google

affligunt et debilitant metu: iidem[3] inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, a temperantia et moderatione plurimum dissidentem. 35. Quæ si quando adepta est id,[4] quod ei fuerat concupitum, tum fert alacritatem, ut nihil esse constet, quod agat; ut ille, qui[u] voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur. Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est. XVI. Quid autem est non miserius solum, sed fœdius etiam et deformius, quam ægritudine quis afflictus, debilitatus,[1] jacens? Cui miseriæ proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi. Quam vim mali significantes[2] poëtæ, impendere apud inferos saxum Tantalo[x] faciunt, ob scelera[y] animique impotentiam et superbiloquentiam: ea communis pœna stultitiæ

nuntur conj. Bouh.—3 Reg. *idem;* duo codd. Oxon. et edd. antiquiss. *item.* —4 *Quæ si q. a. erit id* Lamb. in marg. ed. 1584. Wolf. Schutz. Orell. probante Bouh. *Q. si q. ea demptaretur id* Reg. Bern. 1. *Q. si q. adeptaretur id* codd. aliquot, Bern. 1. in marg. et Venet. 1480. Actutum, *quod ei fuerit* edd. ante Ernesti. *effertur alacritate* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Wolf. Schutz. Orell. *fertur alacritate* Gryph. Brut. Lall. *fert alacritate* Reg. *affertur alacritate* Col. ap. Fabr. *ea fertur alacritate* Lamb. in marg. ed. 1584. *fertur ea alacritate* Lamb. in ed. 1566. *mihi constet* Wolf. in ed. sec. Schutz. Orell. probante Gœrenz. de Fin. p. 133. *nihil est constet* Reg. Bern. 1. *nihil ipsi constet* Lamb. *nihil ei constet* de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. in ed. pr. *quid agat* Reg. duo codd. Oxon. et Dav. Denique, *errorem esse* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Wolf.

CAP. XVI. 1 Ita Gryph. Lamb. in marg. ed. 1584. Gebh. seqq. *debilitatusque* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Edd. antiquiss. *significantes mali.* Statim, tenore poëtico legunt Dav. et Orell.

Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam.

NOTÆ

[u] *Ut ille, qui*] Beroaldus locum hunc explicat de aliquo adolescente, quem antiquus quispiam poëta induxerit sic de voluptate sentientem. Lambinus et Manutius ad Trabeam comicum referunt, de quo de Fin. lib. II.

[x] *Saxum Tantalo*] Addictum illi supplicio Tantalum variam ob causam varii scribunt. Euripid. in Oreste, quod cum Deorum mensæ accumberet, lingua male usus esset; Ovid. quod Deorum secreta mortalibus evulgaverit; alii ob raptam a Jove Æginam Asopo patri indicatam; Tzetzes et Didymus, quod nectar et ambrosiam suis æqualibus impertivisset. Vid. Hier. Natal.

[y] *Ob scelera*] Versus est trochaicus alicujus veteris poëtæ Latini, inquit Muretus, quem ex Oreste Euripidis forte transtulit, ὅτι θεοῖς ἄνθρωπος ὢν κοινῆς τραπέζης, κ. τ. λ.

Digitized by Google

est: omnibus enim, quorum mens abhorret a ratione, semper aliquis talis terror[3] impendet. 36. Atque ut hæ tabificæ mentis perturbationes sunt, (ægritudinem dico et metum) sic hilariores illæ, cupiditas, avide semper aliquid expetens, et inanis alacritas, id est, lætitia gestiens, non multum differunt ab amentia. Ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum moderatum, alias modestum, temperantem, alias constantem continentemque[4] dicimus. Nonnunquam hæc eadem vocabula ad frugalitatis nomen, tanquam ad caput, referre volumus. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquam ita per illud vulgatum[5] esset, ut jam proverbii locum obtineret, 'hominem frugi omnia recte facere:' [*p.*217.] quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisque magnifice dicere videntur. XVII. 37. Ergo is,[1] quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est, sibique ipse placatus, ut nec tabescat molestiis, nec frangatur timore, nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili[a] gestiens deliquescat, is est sapiens, quem quærimus; is est beatus: cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri potest. Quid

Deinde, *est stultitiæ* Venet. 1480.—3 Victor. Lamb. in marg. ed. 1584. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *aliqui talis terror;* Gryph. *aliquis aliis terror;* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. 1566. *aliquis, aliis dolor, aliis terror;* codd. aliquot, Venet. 1481. et Lall. *aliquid, aliis dolor, aliis terror;* Col. *aliquis terror;* Bern. 1 *aliquid talis terror.*—4 Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Bipont. *modestum et temp. &c.* Wolf. de conj. *tum moderatum* [*alias modestum*] *tum temperantem, &c.* Schutz. de conjectura Davisii, *tum moderatum, tum temperantem continentemque.*—5 Ita Vat. et Gronov. 1692. defendit Garat. ad Sextianam p. 129. *ita pervulgatum illud* Reg. Bern. 1. Argent. 1511. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *illud ita pervulgatum* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Paulo post, *omnia recta* Reg.

CAP. XVII. 1 *Ergo hic* Reg. alii codd. et Dav. Mox, *constantia polleat, quietus* Crat. *neque frangitur timore neque* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *quid expectens* Reg. *quid appetens* edd. antiquiss. Crat. Manut.

NOTÆ

[a] *Alacritate futili*] Futilis est qui silere tacenda nequit, inquit Festus. Deducta vox a 'futili,' quod vas erat lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Deæ Vestæ: quia vero aquam ad sacra Vestæ in terra poni piaculum erat, excogitatum est vas, quod stare non posset; positumque statim funderetur. Placidus Lactantius in Theb. lib. VIII.

Digitized by Google

enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? Nam quid[2] aut in studiis humanis, aut in tam exigua brevitate vitæ magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum? 38. Atque idem ita acrem[3] in omnes partes aciem intendit, ut semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore vivendi, ut quemcumque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat. Quod qui faciet, non ægritudine solum vacabit, sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. His autem vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit:[4] idemque concitatus, et abstractus ab integra certaque ratione, non constantiam solum amittit, verum etiam sanitatem.

Quocirca mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio,[5] qui perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. 39. Modum tu adhibes vitio? an vitium nullum est, non parere rationi? an ratio parum præcipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te[6] insolenter? nec porro malum, quo aut oppressus jaceas, aut, ne opprimare, mente vix constes? eaque omnia aut nimis tristia, aut nimis læta, errore fieri? qui si error stultis extenuetur die, ut, cum res eadem maneat,[7] aliter ferant inveterata, aliter recentia; sapientes ne attingat quidem omnino. Etenim quis erit tandem modus iste? 40. Quæramus enim[8] modum ægritudinis, in quo operæ plurimum

Lamb. Paulo post, *lætabile ad ferendum* Reg. Victor.—2 *Numquid* codex unus Oxon. uti volebat Bentl. *Quidnam* conj. Dav. *Jam quid* de Bouhierii suspicione Schutz. Statim, *vitæ brevitate* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—3 *Atque i. i. acerrimam* duo codd. Oxon. et Leid. probante Bouh.—4 Dav. conj. *beatus efficitur.*—5 Verba *et oratio* suspecta sunt Bouhierio. Mox, *dicunt esse* Reg. Dav.—6 Reg. *efferas te;* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *te efferas.*—7 Reg. *res eadem maneant;* Venet. 1480. et Erasm. *eædem res maneant;* Dav. de Bentleii conjectura *re eadem maneant.* Actutum, *aliter ferat,* duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Deinde, *sapientem ne att.* quatuor codd. Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—8 *Quæramus igitur* duo codd. Oxon. et Leid. probante Bouh. Actutum,

Digitized by Google

ponitur. Ægre tulisse P. Rutilium [9] [a] fratris repulsam consulatus, scriptum apud Fannium est. Sed tamen transisse videtur modum,[10] quippe qui ob eam causam a vita recesserit: moderatius igitur ferre debuit. Quid? si, cum id ferret modice, mors liberorum accessisset? nata esset ægritudo nova; sed ea modica:[11] magna tamen facta esset accessio. Quid? si[12] deinde dolores graves corporis, si bonorum amissio, si cæcitas, si exilium? Si pro singulis malis[13] ægritudines accederent, summa ea fieret, quæ non sustineretur. XVIII. 41. Qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucata [1] [b] præcipitaverit, sustinere se, cum velit: ut enim id non potest; sic animus perturbatus et incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco vult, insistere omnino: quæque crescentia perniciosa sunt, eadem sunt vitiosa nascentia. 42. Ægritudo [2] autem, ceteræque perturbationes, amplificatæ, certe pestiferæ sunt. Igitur, etiam susceptæ, continuo in

---

modum ægritudini Dav. in ed. pr. *in qua* codex unus Oxon. Venet. 1481. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Wolf.—9 *P. Rupilium* de Manutii sententia Wolf. Schutz. Orell. Cf. de Amicitia, § 37.—10 Edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *modum videtur.* Mox, *e vita decesserit* Lamb.—11 'Corruptum hoc videbatur Lambino, suspicanti *nec ea modica, aut si modica.* Dav. de Bentleii conjectura dedit *Sit ea modica.* Recte locum explicavit jam Fabric.' *Orell.* Mox, *accessione* Col. probante Fabric.—12 *Quod si* suspic. Ernesti.—13 Gryph. omittit *malis.*

Cap. XVIII. 1 *Leucade* D U, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Paulo post, *quæ crescentia* tres codd. Oxon.

NOTÆ

[a] *P. Rutilium*] Non Rutilius, sed Rupilius, in consulatu quem fratri petebat, repulsam tulit; unde emendandus Plin. VII. 36. qua de re hæc in Lælio: 'Scipio P. Rupilium potuit consulem facere, fratrem ejus Lucium non potuit.' Is est P. Rupilius, qui consul an. 621. repulsam tulit an. 623. ut Pighio placet; nuntiata fratris repulsa in consulatus petitione, illico expiravit. Vid. Plin.

[b] *E Leucata* [*Leucade*] Est in Epiro Leucadium littus, a Leucade, vel Leucadia insula, 'Leucata' Virgilio, 'Leucate' Straboni, 'Nerite' Plinio, media inter Acroceraunia et Peloponnesum; urbs præcipua *Santa Maura* hodie, promontorium *Capo di Santa Maura* nominatur. 'Hinc se Deucalion, Pyrrhæ succensus amore, Misit, et illæso corpore pressit aquas.' Hinc se Sappho præcipitavit, amore percita. Stat. Sylv. v. 3. 155. In Epicedio Parentis: 'Saltusque ingressa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho.'

magna pestis parte versantur. Etenim ipsæ se impellunt,[3] ubi semel a ratione discessum est: ipsaque sibi imbecillitas indulget; in altumque provehitur imprudens, nec reperit locum consistendi. Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes approbent, [p. 218.] an moderatam injustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. Qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum: quod cum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico; incitataque semel, proclive[4] labuntur, sustinerique nullo modo possunt. XIX. 43. Quid? quod iidem Peripatetici perturbationes istas, quas nos extirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter[1] a natura datas? quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant: cotem[2] fortitudinis[c] esse dicunt; multoque et in hostem, et in improbum civem, vehementiores iratorum impetus esse: leves autem ratiunculas eorum qui ita cogitarent; 'Prælium rectum est hoc fieri: convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria:' hæc nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo.[a] Nec vero de bellatoribus solum disputant: imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ: oratorem denique non modo accusantem, sed ne defendentem

[a] *Tenues autem ratiunculas eorum, qui vel in hostem, vel in improbum civem insurgentes, hac se oratione incitant: Prælium rectum est hoc fieri: convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria: illas, inquam, ratiunculas nullam vim habere nisi ira acuatur fortitudo.*

Bak. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 *Ægritudines* codex unus Oxon.—3 *Etenim ipse se impellit* codex unus Oxon.—4 Reg. Gryph. alii codd. Dav. Wolf. Orell. *semel in proclive* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Erasm. Victor. Manut. Lamb. *semel in proclivi* E ξ ψ 2. Statim, *sustinerique se* D ψ 1. *sustinereque se* Leid. probante Bouh.

CAP. XIX. 1 D *sed volunt etiam*; χ *sed et utiliter*.—2 Tres codd. Oxon. *comitem*. Mox, *multoque etiam in hostem . . . impetum esse* E. *leves esse ratiunculas* σ. *levis autem ratiuncula* ι. Tum, *ita cogitarint* Dav. in ed. pr. *ita cogitant* suspic. Ernesti. *et pro libertate* E ξ. *habere vim* de Bentleii conjectura Dav. et Schutz. *ira excanduerit* codex unus Oxon. et Schutz. de conjectura.

NOTÆ

[c] *Cotem fortitudinis*] Quod ut cote ferrum, sic fortitudo ira acuatur. Acuendi ferri laudem maximam diu habuisse cotes Creticas tradit Plin. lib. XXXVI.

Digitized by Google

quidem probant[3] sine aculeis iracundiæ; quæ etiam si non adsit, tamen verbis atque motu simulandam arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio. Virum denique videri negant, qui irasci nesciat:[4] eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. 44. Nec vero solum hanc libidinem laudant (est enim ira, ut modo definivi, ulciscendi libido), sed ipsum illud genus[5] vel libidinis vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quenquam, nisi quod libeat, præclare facere posse. Noctu ambulabat[d] in publico Themistocles, quod somnum capere non posset: quærentibusque respondebat, Miltiadis tropæis[e] se e somno suscitari.[6] Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ?[f] qui dolere se aiebat,[7] si quando opificum antelucana victus esset industria. Philosophiæ denique ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent.[8] Ultimas terras lustrasse Pythagoram,[g] Democritum, Platonem accepimus: ubi enim

—3 D *putant*. Pro *aculeis* Col. habet *stimulis*. Paulo post, *intendat actio* D U. *auditores ira oratoris incendat*, omisso *actio*, Crat.—4 Reg. E ι ξ σ, Dav. *nesciet*.—5 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *illud ipsum genus*. Paulo post, *nisi quod lubeat* Victor. Dav.—6 Bak. *tropæa se e s. suscitare;* E ξ *tropæis se e s. excitari*.—7 Codex Davisii *dolore se*

NOTÆ

[d] *Noctu ambulabat*] Idem referunt Val. Max. VIII. 14. et Plut. in Vita ejus; additque Themistoclem, adolescens cum esset, compotationibus mulieribusque deditum fuisse; audita vero Miltiadis in campis Marathoniis gloria, ad ejus imitationem exarsisse.

[e] *Miltiadis tropæis*] Atheniensium ducis, qui ad Marathonem, Atticæ urbem, trecenta Persarum millia ex Val. Max. ex Justino et Grotio sexcenta millia, superavit; quorum ducenta millia ceciderunt. Et ille tamen mox, propter infelicem in Parum insulam expeditionem, quinquaginta talentis mulctatus; quibus solvendis cum non esset, in carcerem conjectus est, ubi mœrore et vulnere accepto periit.

[f] *Demosthenis vigiliæ*] Quem Plutarchus tradit, duos tresve menses continuos domi inclusum studere solitum, abrasa etiam parte capitis, ut exeundi facultatem ipse sibi præriperet. Hinc Pytheas dicere consueverat opera Demosthenis lucernam olere.

[g] *Lustrasse Pythagoram*] Refert Plinius Pythagoram, Platonem, et Democritum, ad discendam magiam, in Ægyptum aliasque regiones peregrinatos esse. Democritus, ut expeditior ad peregrinationes esset,

Digitized by Google

quid esset,[9] quod disci posset, eo veniendum judicaverunt. Num putamus hæc[10] fieri sine summo cupiditatis ardore potuisse? XX. 45. Ipsam ægritudinem, quam nos, ut tetram et immanem belluam,[1] fugiendam esse diximus, non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam, ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiis affici se in delicto dolerent. Impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui et ignominiam[2] et infamiam ferunt sine dolore: morderi est melius conscientia. Ex quo est illud e vita ductum[3] ab Afranio:[h] nam cum dissolutus filius,

Heu me miserum![4] [i]

tum severus pater,

Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.[5]

46. Reliquas quoque partes ægritudinis utiles esse dicunt, misericordiam ad opem ferendam, et calamitates[6] hominum indignorum sublevandas: ipsum illud æmulari, obtrectare, non esse inutile, cum aut se non idem videat consecutum, quod alium, aut alium idem, quod se: metum

angebat; sic etiam unus Regiorum, probante Bentl.—8 E ξ *potuisset.*—9 D E U ξ σ χ ψ 2. Venet. 1480. Victor. Gebh. *quicquid esset;* ι ψ 1 *quicquam esset.* Actutum, *quod dici potest* σ. *quod dici posset* χ ψ 2. *esse judicaverunt* E ξ. —10 *Num p. hoc* E ι ξ σ.

Cap. xx. 1 D *inhumanam beluam.* Mox, *fugiendam diximus* Bern. 1. D ι σ ψ 2. alii codd. Victor. Dav. Wolf. Orell. *fugiendam esse duximus* E ξ. Tum, *ut omnes castig.* D E U, Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—2 Ita Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Lall. *qui ignominiam* D E U χ ψ 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *et i. feruntur* E. Mox, *morderi enim est* ι. *morbi est* ψ 2.—3 *Ex quo est illud scite dictum* conj. Lamb. Actutum, *ab infracto* ψ 2.—4 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *miserum! dixisset;* codex unus Oxon. *miserum diceret.*—5 Reg. codex unus Oxon. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quidlubet;* D E ξ, Victor. *quidlibet;* Bern. 1. *quod libet;* σ *qui jubet.*—6 D *ad calamitates.* Mox, Reg. Leid. ξ, Erasm. *indigorum,* pro-

NOTÆ

patrimonium suum patriæ donavit. Plura nos de Fin. lib. v.

[h] *Afranio*] Poëta comicus, in togatis tractandis excellens. Horat. Epist. II. 1. 57. 'Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.' Togatæ dicebantur, quæ in pingendis, non nobilium, sed plebis moribus, versabantur. Horat. Art. Poët. vs. 288. 'vel qui docuere togatas.'

[i] *Heu me miserum*] Inducit Afranius filium stimulis conscientiæ dolentem, patremque gaudentem quod filius ejusmodi stimulos sentiat.

Digitized by Google

vero si quis sustulisset, omnem vitæ diligentiam sublatam fore, quæ summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent.[7] Hæc tamen ita disputant, ut resecanda esse fateantur, evelli penitus dicant nec posse, nec opus esse; ut in omnibus[8] fere rebus mediocritatem esse optimam existiment. Quæ cum exponunt, nihilne tibi videntur, an aliquid, dicere? A. Mihi vero dicere aliquid; itaque expecto, quid ad ista.

XXI. 47. [*p.* 219.] M. Reperiam fortasse:[1] sed illud ante. Videsne, quanta fuerit apud Academicos verecundia? plane enim dicunt, quod ad rem pertineat. Peripateticis respondetur a Stoicis. Digladientur[2] illi, per me licet; cui nihil est necesse,[k] nisi ubi sit illud quod verisimillimum videatur, anquirere. Quid est igitur, quod occurrat in hac quæstione, quo[3] possit attingi aliquid verisimile, quo longius mens humana progredi non potest? Definitio perturbationis, qua recte Zenonem usum puto: ita enim definit, ut perturbatio sit, adversa ratione,[4] contra naturam, animi commotio: vel, brevius, ut perturbatio sit appetitus vehementior: vehementior autem intelligatur is, qui procul absit a naturæ constantia. 48. Quid ad has definitiones possim dicere?[5] Atqui hæc pleraque sunt prudenter

bentibus Bouh. et Nissen. *subveniendas* E ξ.—7 Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura *quæ nulla esset . . . dol. non timerent.*—8 Ita Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *et in omnibus* E U σ χ ψ 2. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ut in om. . . . existimant* conj. Dav. et Nissen.

CAP. XXI. 1 *Ista reperiam fortasse* E ξ.—2 *Degladientur* E. *Digladiantur* ψ 2. Actutum, *illi quæstione* ψ 2. Paulo post, *inquirere* D E U ι χ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 Ita de Bouhierii conjectura Wolf. Schutz. Orell. *e quo* codd. aliquot, Manut. Lamb. *e qua* Reg. codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Lamb. *qua* de Bentleii sententia Dav.—4 Ita Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Gebh. *adversa a ratione* Argent. 1511. *aversa a ratione* Reg. alii codd. Bern. a m. sec. Erasm. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—5 Ita codd. plerique, edd. vett. et Lall. *possum*

NOTÆ

[k] *Cui nihil est necesse*] Quippe Academico: Academici enim, nulli opinioni addicti, eam in omnibus sequebantur quæ verosimilior videretur.

Digitized by Google

acuteque disserentium: illa quidem ex rhetorum pompa, 'ardores animorum, cotesque virtutum.'[a] An vero vir fortis, nisi stomachari cœperit,[6] non potest fortis esse? Gladiatorum id quidem; quanquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam: colloquuntur, congrediuntur, queruntur, aliquid postulant, ut magis placati quam irati esse videantur. Sed in illo genere sit sane Pacideianus[7] [1] aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius:

> Occidam illum equidem,[8] et vincam, si id quæritis,
> inquit:
> Verum illud credo fore, in os prius accipiam ipse,
> Quam gladium in stomacho, sura,[9] ac pulmonibu'
> sisto.
> Odi hominem: iratus pugno: nec longiu' quicquam
> Nobis,[10] quam dextræ gladium dum accommodet alter:[b]
> Usque adeo studio[11] atque odio illius efferor ira.

XXII. 49. At sine[1] hac gladiatoria iracundia videmus

[a] *Illa vero, quæ Peripatetici dicunt, passiones esse ardores animorum et cotes virtutum, dicta sunt ad pompam rhetorice.*

[b] *Occidam quidem illum cum quo pugnaturus sum, inquit Pacideianus apud Lucilium, et vincam si id quæritis: sed credo me prius vulneratum iri in ore ab adversario, quam illum confodiam, et priusquam gladium in stomachum ejus, suram, et pulmones infigam. Odi illum, iratus pugno, nec plus temporis postulo, quam quod necesse est ut ille gladium capiat.*

dicere codex unus Oxon. *possim dicere* Bern. a m. sec. Dav. de Bentleii conjectura, Wolf. Schutz. Orell.—6 Reg. edd. vett. et Dav. *cæpit*. Mox, *gladiatorium* Reg. E ι ξ σ χ ψ 1. Gryph. Victor. Gebh. Lall. Tum, *queruntur* omittunt Manut. Lamb. *expostulant* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. sed omisso *aliquid*.—7 Ita codd. aliquot, Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. *Pacidianus* Reg. Venett. 1480. 1481. Erasm. *Placidianus* duo codd. Oxon. *Placideianus* Lamb. Lall.—8 E ψ 2 *et quidem*. Iidem codd. mox, *credo forte*. Tum, *in os p. occipiam* conj. Scalig. probante Bouh.—9 'Hoc corruptum.' *Orell.* *suria* Reg. et ψ 2. *furia* σ. *lura* de Turnebi sententia Fabric. probante Lamb. *fibra* suspic. etiam Turneb. probante Ernesti: *Furi* conj. Dav. *Filvi* conj. idem Dav. probantibus Bouh. et Lall. *furiæ* de Bentleii suspic. Wolf. et Schutz. *hira* Doux. *una sura* D. *una* U χ. Mox, *nec largius quicquam* E ξ.—10 *Vobis* D E U ι, Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav. in ed. sec.—11 Dav. in ed. pr. *studeo*.

NOTÆ

[1] *Pacideianus*] Insignis gladiator. De quo Horat. Sat. II. 7. 96. 'Qui peccas minus atque ego, cum Fulvi Rutubæque, Aut Placideiani, contento poplite miror Prælia.'

Digitized by Google

progredientem apud Homerum [m] Ajacem multa cum hilaritate, cum depugnaturus esset cum Hectore: cujus, ut arma sumsit, ingressio lætitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus; ut ipsum Hectorem, (quemadmodum est apud Homerum) toto pectore trementem, provocasse ad pugnam [n] pœniteret. Atque [1] hi, collocuti inter se, priusquam manum consererent, leniter et quiete, nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseve [3] fecerunt. Ego ne [4] Torquatum quidem [o] illum, qui hoc cognomen invenit, iratum existimo Gallo torquem detraxisse; nec Marcellum [p] apud Clastidium ideo fortem fuisse, quia fuerit iratus.[5] [q] 50. De Africano quidem, quia notior est nobis propter recentem memoriam, vel jurare [6] possum, non illum iracundia tum

Cap. xxii. 1 *Ac sine* Gebh. *Ut sine* E ξ.—2 *Atqui* D U ψ 2. Manut. Lamb. *At* E ξ. Actutum, *ii collocati* edd. vett.—3 E ξ *rabioseque*.—4 *Ergo re* codex unus Oxon.—5 'Male cod. Barb. aliique *fuit*.' Garat. ad Milon. p. 154. Bon.—6 Ernesti *putare*, errore typogr. Mox, *inflammatum tum fuisse* Crat. Victor. *M. Allienum* Reg. Bern. 1. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *M. Alienum* ξ σ χ. *M. Allienium* E. *M. Malienum* D. Deinde, *protexit* . . . *infixit* codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Erasm. Manut. Lamb.

NOTÆ

[m] *Apud Homerum*] Iliad. H.

[n] *Provocasse ad pugnam*] Cum Hector duces Græcorum ad singulare certamen provocasset, Græci novem nomina in galeam miserunt, ut ille pugnaret, cujus nomen sorte exisset. Hi fuerunt Agamemnon, Diomedes, duo Ajaces, Idomeneus, Meriones, Eurypylus, Thoas, Ulysses.

[o] *Ne Torquatum quidem*] Manlium, qui ob detractum Gallo, qui Romanos provocaverat, torquem aureum, nomen Torquati sibi posterisque meruit.

[p] *Nec Marcellum*] M. Marcellum, e gente Claudia plebeia, qui consulatibus quinque, cæso Viridomaro Gallorum rege, opimis spoliis Jovi Feretrio consecratis, de Gallis, Insubribus, et Germanis triumpho, fuso semel atque iterum ad Nolam Hannibale, captis post triennalem obsidionem Syracusis, et majorum et nepotum gloriam longe superavit, eamque laudem assecutus est, ut populi Romani gladius diceretur.

[q] *Fuerit iratus*] Primo suo consulatu, an. 531. cum Acerras obsideret, Insubres Clastidium, in Gallia Cisalpina, sociorum P. R. oppidum, oppugnant; contra quos profectus Gessatarum exercitum in itinere obvium fundit fugatque, regem eorum Viridomarum sua manu obtruncat, Clastidium obsidione liberat. Vid. Oros. Iratum autem M. Marcellum Cicero ait, quod cum in Gallorum manus imprudens incidisset, medios in hostes irruperit. Frontin. Strat. lib. iv. Val. Max. iv. i. 1. Clastidium oppidum fuit Galliæ Cispadanæ in agro Ticinensi. Hodie *Chiasteggio* et *Chiastezo*.

Digitized by Google

inflammatum fuisse, cum in acie M. Halienum[r] Pelignum scuto protexerit, gladiumque hosti in pectus infixerit. De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrænatius in Aruntem[s] invaserit: video enim utrumque cominus ictu cecidisse contrario. Quid igitur huc adhibetis iram? An fortitudo, nisi insanire cœperit,[7] impetus suos non habet? Quid? Herculem, quem in cœlum ista ipsa, quam vos iracundiam esse vultis, sustulit fortitudo, iratumne censes conflixisse cum Erymanthio apro,[t] aut leone Nemeæo?[8][u] an etiam Theseus Marathonii tauri[x] cornua comprehendit iratus? Vide, ne fortitudo minime sit rabiosa, sitque iracundia tota levitatis:[9] neque enim est illa fortitudo, quæ rationis est expers.[10] XXIII. 51. [*p.* 220.] Contemnendæ res sunt humanæ:[1] negligenda mors est: patibiles et dolores et labores putandi.[c] Hæc cum constituta sunt[2] judicio atque sententia, tum est robusta illa et stabilis fortitudo; nisi forte, quæ vehementer, acriter, animose fiunt, iracunde fieri suspicamur. Mihi, ne[3]

[c] *Dolores et labores putandi sunt hujusmodi ut tolerari possint.*

Lall.—7 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *cœpit.*—8 *Nemeo* D U ψ 1. *Neemeo* E. *nemo* ψ 2.—9 Ed. vet. Boull. et Venet. 1480. *tota levitas; ι eos levitatis; ψ tota lenitatis.*—10 Ita Victor. Gebh. seqq. *expers est* nonnulli codd. et edd. ante Victor. *expers sit* E ξ ψ 2.

CAP. XXIII. 1 Victor. Dav. *res humanæ sunt;* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *sunt humanæ res.*—2 Ita de Ernestii conjectura Wolf. Schutz. Orell. *constituta sint* alii ante Ernesti.—3 Ita Reg. Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *Mihi vero ne* Venet. 1481. Beroald.

NOTÆ

[r] *M. Halienum*] De illo Africani Minoris facinore nihil usquam extat.

[s] *In Aruntem*] Tarquinii Superbi filium. De qua pugna nos supra.

[t] *Cum Erymanthio apro*] Qui in Erymantho, Arcadiæ monte, natus, et ab irata, propter denegatas sibi victimas Diana immissus, totum Phocidis agrum vastabat. Hunc Hercules e quodam fruteto, ubi altas inter nives defessus latebat, extractum ad Eurystheum deduxit.

[u] *Leone Nemeæo*] Qui primus illi labor ab Eurystheo imperatus est. Hunc, cum invulnerabilis esset, sagittis clavaque frustra petitum, brachiis suffocavit, Mycenasque asportavit.

[x] *Marathonii tauri*] Sic dicti, quod Marathonem, agrum Atticæ, infestaret. Hunc captum egit per urbem Tetrapolim, cujus civibus maxime nocuerat; deinde Apollini Delphico immolavit.

Digitized by Google

Scipio quidem ille, pontifex[y] maximus, qui hoc Stoicorum verum esse declaravit, 'nunquam privatum esse sapientem,' iratus videtur fuisse Ti. Graccho, tum, cum consulem languentem[z] reliquit, atque ipse privatus, ut si consul esset, qui rempublicam salvam esse vellet, se sequi jussit. 52. Nescio, ecquid ipsi nos[a] fortiter in republica fecerimus: si quid fecimus, certe irati non fecimus. An est quicquam similius insaniæ, quam ira? quam bene Ennius initium dixit[4] insaniæ. Color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum atque factorum, quam partem habent sanitatis? Quid Achille Homerico[b] fœdius? quid Agamemnone,[c] in jurgio? nam[5] Ajacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. Non igitur desiderat fortitudo advocatam iracundiam. Satis est instructa, armata, parata[6] per sese. Nam isto modo quidem licet dicere, utilem vinolentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiam, quod et insani et ebrii multa faciunt sæpe vehementius. Semper Ajax fortis: fortissimus tamen in furore:

Nam facinus fecit maximum, cum, Danais inclinantibus,[d]

Erasm. Crat. Manut. Lamb. *Minime* ψ. Mox, *nunquam iratum esse* D U χ ψ 1. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. *fuisse cum Ti. Graccho* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor.—4 Venet. Beroald. Argent. Erasm. *dixit initium.*—5 Ed. vet. Bonh. *nonne*, ipso probante.—6 Reg. Bern. 1. alii codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511.

NOTÆ

[y] *Ille, pontifex*] Nasica.

[z] *Consulem languentem*] P. Mucium Scævolam, qui, perturbante remp. Tiberio Graccho, regnumque affectante, convocato senatu, et cunctis consentibus ut consul armis remp. tueretur, ipse negavit se per vim quicquam acturum. Tum Nasica, 'Quando,' inquit, 'consul remp. deserit, qui eam salvam volunt me sequantur:' et in Capitolium pergens, Tib. Gracchum, cum multis aliis seditionis principibus, subselliorum fragmentis et fustibus occidit ad ducentos.

[a] *Ecquid ipsi nos*] Notat suppressam a se consule conjurationem Catilinæ.

[b] *Achille Homerico*] Qui Iliad. A. ira æstuans, adversus Agamemnonem stringit gladium.

[c] *Agamemnone*] Achilli infenso ob redditam patri Chryseida. De Achillis et Agamemnonis litibus Horat. Epist. I. 2. 13. 'Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.'

[d] *Danais inclinantibus*] Cum Hector, fugatis Græcis, ad eorum classem cremandam impetum faceret, solus

Digitized by Google

Summam rem perfecit[e] manus, prælium restituit insaniens.[7]
XXIV. 53. Dicamus igitur utilem insaniam? Tracta definitionem[1] fortitudinis: intelliges, eam stomacho non egere. Fortitudo est igitur[2] affectio animi, legi summæ in perpetiendis rebus obtemperans; vel conservatio stabilis judicii in eis rebus, quæ formidolosæ videntur, subeundis, et repellendis; vel scientia rerum formidolosarum, contrariarumque, perferendarum[3] aut omnino negligendarum, conservans earum rerum stabile judicium: vel brevius, ut Chrysippus: nam superiores definitiones erant Sphæri,[4] [f] hominis inprimis bene definientis, ut putant Stoici: sunt enim omnino omnes fere similes; sed declarant communes notiones, alia magis alia. Quo modo igitur Chrysippus? 'Fortitudo est,' inquit, 'scientia perferendarum rerum,[5] vel affectio animi, in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore.' Quamvis licet[6] insectemur istos, ut Carneades solebat,

Erasm. Crat. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *parata, armata*.—7 Ita Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Gebh. Dav. in ed. sec. *manu, restituit prælium insaniens* Lall. Wolf. Schutz. Orell. *manus prælium cum rest. ins.* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. *manu, prælium cum rest. ins.* Manut. *rem erexit manu pr. rest. ins.* Lamb. *rem perf. manu, rem rest. ins.* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr.

CAP. XXIV. 1 Reg. Bern. 1. margo Crat. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *tracta definitiones;* ψ 2. Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *tractata definitione;* D E U *tracta diffinitione*.—2 *Fortitudo igitur est* Victor. Lamb. *animi affectio* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *in perpetiendis doloribus* conj. Lamb.—3 Ita Leid. duo codd. ap. Orell. Manut. Lamb. Gronov. 1692. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *perferendarum* omittunt Reg. D E U ι ξ σ χ, Gryph. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav.—4 E ξ *superbi;* ι χ *asperi;* σ *feri*. Mox, *sunt autem omnino* conj. Dav. *omnes* omittit ψ 2. *sed declarat* Lamb. *communis notiones* D U. *omnes notationes* ψ 2.—5 Reg. Dav. Orell. *rerum perferendarum;* Lamb. conj. *perferendarum laborum;* D E U omittunt *rerum*.—6 *Quemvis licet* D. *Quamvis enim* Venet. 1480. *Licet enim* Venet.

NOTÆ

Ajax restitit, Iliad. O. Hoc ipse Ajax innuit Ovid. Met. XIII. 'Nempe ego mille meo protexi pectore puppes, Spem vestri reditus.'

[e] *Summam rem perfecit*] Cujus sint illi versus obscurum est. Fulv. Ursinus sic legit: *Summam rem erexit, prælium cum restituit*. Partem postremam adjectitiam putat Ciacconus.

[f] *Erant Sphæri*] Stoici, Bosporani, qui cum Chrysippo apud Cleanthem philosophiæ operam dedit. Athenæus lib. VIII. De Lycurgo et Socrate tres libros reliquit; unum de philosophis Eretriacis. Laërt. lib. VII. Meminit illius Plut. in Lycurgo.

Digitized by Google

metuo, ne soli philosophi sint. Quæ enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine, tectam atque involutam? qua aperta, quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid, neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse? 54. Quid? Stoici, qui omnes insipientes insanos esse dicunt, nonne ista colligunt? Remove perturbationes, maximeque iracundiam: jam videbuntur monstra dicere. Nunc autem ita disserunt,[7] sic se dicere, omnes stultos insanire, ut male olere omne cœnum. At non semper. Commove: senties.[8] Sic iracundus non semper iratus est. Lacesse: jam videbis furentem. Quid? ista bellatrix iracundia, cum domum rediit, qualis est cum uxore? cum liberis? cum familia? an tum quoque est utilis? Est igitur aliquid, quod perturbata[9] mens melius possit facere, quam constans? an quisquam potest sine perturbatione mentis irasci? Bene igitur nostri, cum omnia essent in moribus[10] vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morosos nominaverunt. XXV. 55. [*p.* 221.] Oratorem vero irasci minime decet: simulare non dedecet. An tibi[1] irasci tum videmur, cum quid in causis acrius et vehementius dicimus? Quid? cum, jam rebus transactis et præteritis, orationes scribimus, num irati scribimus?

Et quis[2] hoc[s] animadvertit? Vincite . . .

1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—7 D E U χ *dixerunt;* ξ *duxerunt.*—8 Codex unus Oxon. *censes;* alius Oxon. *sentiens.*—9 Ita Reg. omnes Oxon. margo Crat. Gebh. seqq. *conturbata* Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—10 Ita Davisius suspic. receperunt Lall. Wolf. Schutz. Orell. *morbis* exhibent omnes codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. al. ante Dav. Mox, pro *moroses*, quod servant Reg. D E U ξ χ ψ 1. 2. alii codd. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *morbosos* habent codd. aliquot, etiam σ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.

CAP. XXV. 1 *At tibi* E ξ. Statim, *cum quidem in causis* D. *cum jam in rebus* Crat. Victor.—2 *Ecquis* D E, Crat. Victor. Mannt. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. *Quis*, omisso *Et*, U. Mox, *vincite enim! Num, &c.* Venet.

NOTÆ

s *Et quis* [*Ecquis*] *hoc*] Versus est ex aliqua Accii tragœdia. Sensus hujus loci est, Neque Æsopus histrio, cum hunc versum, 'Ecquis hoc ani-

Digitized by Google

num aut egisse unquam iratum Æsopum,[h] aut scripsisse existimamus iratum Accium? Aguntur ista præclare, et ab oratore quidem melius, si modo est orator, quam ab ullo histrione:[3] sed aguntur leniter, et mente tranquilla. Libidinem vero laudare, cujus est libidinis? Themistoclem mihi et Demosthenem[4] profertis: additis Pythagoram, Democritum, Platonem. Quid? vos studia libidinem vocatis? quæ vel optimarum rerum, ut ea sunt quæ profertis, sedata tamen et tranquilla esse debent. Jam ægritudinem laudare, unam rem maxime detestabilem, quorum est tandem philosophorum? At commode[5] dixit Afranius,[i]

Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.

Dixit enim de adolescente perdito ac dissoluto: nos autem de constanti viro ac sapienti quærimus. Et quidem ipsam illam[6] iram centurio[k] habeat, aut signifer, vel ceteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiamus mysteria. 56. Utile est enim[7] uti motu animi, qui uti ratione non potest: nos autem, ut testificor sæpe, de sapiente quæ-

1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *vincite minis; num, &c.* D. *vincite minus: num autem, &c.* U χ. *egisse nunquam* χ ψ 2. *aut s. existimas* ι ξ χ, Leid. Venet. 1480. et de Bentleii conjectura Dav. *iratum Attium* Orell. et al. *iratum Actium* D.—3 E ξ ψ 2 *ab illo histrione.* Actutum, *sed aguntur leguntur leviter* duo codd. Oxon.—4 Ita Crat. Victor. Gebh. seqq. *Et Th. mihi et Dem.* D. *Th. et Dem. mihi* Venet. 1480. Manut. Lamb. *mihi* omittunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—5 *Ac commode* E. *At quam commode* Manut. improbante Fabric. Statim, *doleat quod* desunt in ψ 2. *doleat quid lubet* habent E U χ, Reg. Venet. 1480. Crat. Wolf. Schutz. Orell. *doleat quidlibet* Bern. *doleat qui lubet* σ.—6 Ita Victor. Gebh. seqq. *illam ipsam* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *habet* ι ξ σ χ, Oliv. Lall.—7 *Utile est eum* Dav. in ed. pr. Statim, *non possit* conj. Ernesti. *ut test. turpe* D. *de sapientes* ψ 2.

NOTÆ

madvertit,' &c. recitavit in scena, neque Accius, cum illum scripsit, iratus fuit, sed iratum imitatus est.

[h] *Æsopum*] Nobilem tragœdiarum actorem, de quo supra.

[i] *Dixit Afranius*] De illo poëta nihil est apud eos omnes qui de poëtis scripserunt.

[k] *Iram centurio*] Centuriones fuere qui singulis ordinibus in legione præerant: legio posterioribus quidem temporibus in decem cohortes divisa fuit, cohortes singulæ in ordines ternos: his ordinibus qui præerant centuriones dicti sunt; primus centurionum, primipilus. Plura Rosin. x. 7.

Digitized by Google

rimus. XXVI. At etiam[1] æmulari utile est, obtrectare, misereri. Cur misereare potius, quam feras opem, si id facere possis? An, sine misericordia liberales esse non possumus? Non enim suscipere ipsi ægritudines propter alios debemus; sed alios, si possumus,[2] levare ægritudine. Obtrectare[3] vero alteri, aut, illa vitiosa æmulatione quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? cum sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat; obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat. Qui id approbari[4] possit, te ægritudinem suscipere pro experientia, si quid habere velis? nam solum habere velle, summa dementia est. 57. Mediocritates autem malorum quis laudare recte possit? quis enim potest, in quo libido cupiditasve sit, non libidinosus et cupidus[5] esse? in quo ira, non iracundus? in quo angor, non anxius? in quo timor, non timidus? Libidinosum igitur, et cupidum, et iracundum, et anxium, et timidum, censemus esse sapientem? de cujus excellentia multa quidem dici quamvis fuse lateque possint;[6] sed brevissime illo modo, Sapientiam esse rerum divinarum et humanarum, scientiam, cognitionemque, quæ cujusque rei causa sit: ex quo efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat. In hanc[7] tu igitur, tanquam in mare, quod est ven-

CAP. XXVI. 1 *An etiam* D. *utile* omittunt E ξ. *obtrectari* E U ξ χ ψ 2.—2 Codex unus Oxon. Venet. 1480. Lamb. *possimus.*—3 *Obtrectari* E. Statim, *ut illa vitiosa* ψ 2. *quæ vanitati similis est, quid, &c.* D. Tum, *angi* omittunt U χ. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Verba, *quod ipse n. h. o. a. a. a. bono*, desunt in E ξ.—4 Ita E ξ ψ 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Quis id approbari* Reg. Venet. 1480. *Quis id approbare* codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *Quid id approbare* σ χ ψ 2. *Quod vel id approbare* ι. Statim, *te* omittunt edd. ante Dav. uncis incluserunt Wolf. et Orell.—5 Dav. de Bentleii conjectura *aut cupidus.* Mox, *et cupidum* omittunt Reg. Bern. 1. E U ι ξ σ χ ψ 2. Dav. Schutz. uncis incluserunt Wolf. et Orell. Deinde, *censeamus* Venet. 1480. Beroald. Erasm.—6 E ξ ψ 2. Venet. 1480. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *possunt.* Statim, *causa cujusque rei* edd. antiquiss. Manut. Lamb.—7 *In hanc* edd. vett. Manut. Dav. Schutz. Paulo post, *atque repentinum* edd. antiquiss. Manut. Lamb. Post *possit*, Bern. 1. Argent. Erasm. Schutz. Wolf. Orell. addunt *non præmeditatum sit*, uncis quidem includentes Wolf. et Orell. *novum sit* addunt Reg. et ψ 2. *cui nihil subitum est, quod hom. ev. possit? Num, &c.* Manut. Lamb. Lall. *tale, et cui nihil quod h. e. possit? Nam, &c.* servant plurimi codd. etiam Bern. 1. item Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Gebh. *an impr. aut repentinum quid potest accidere ei, cui nihil tale, quod h. e.*

Digitized by Google

tis subjectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri? Quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? an improvisum aliquid, aut repentinum? quid potest accidere tale, et cui nihil, quod homini evenire possit? Nam, quod aiunt, nimia resecari oportere, naturalia relinqui; quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit? sunt enim omnia ista ex errorum [8] orta radicibus: quæ evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt.

XXVII. 58. [*p.* 222.] Sed, quoniam suspicor, te non tam de sapiente, quam de te ipso quærere (illum enim putas omni perturbatione esse liberum, te vis [1]); videamus, quanta sint, quæ a philosophia remedia morbis animorum adhibeantur: est enim quædam medicina certe; nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut corporibus tot res salutares, animis nullam invenerit. De quibus hoc etiam est merita [2] melius, quod corporum adjumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. Sed quo major est in eis præstantia et divinior, eo majore indigent [3] diligentia. Itaque bene adhibita [4] ratio cernit, quid optimum sit; neglecta, multis implicatur erroribus. 59. Ad te igitur mihi jam convertenda omnis oratio est: simulas enim quærere te de sapiente: quæris autem fortasse de te.

Earum igitur perturbationum, quas exposui, variæ sunt

---

possit? Nam, &c. conj. Bentl. recepit Dav. in ed. pr. *qui potest accidere tale ei, cui nihil, nisi quod homini, evenire possit? Nam, &c.* Gœrenz. de Fin. p. 347. *ei* emendarunt jam Manut. Lamb. receperunt Wolf. et Orell.—8 Tres codd. Oxon. Leid. ed. vet. Bouh. Argent. 1511. Erasm. *ista non ex naturalibus causis, sed ex err.*

Cap. xxvii. 1 'Verba *te vis* sine causa suspecta Augustino.' *Orell.* Mox, *quæ philosophia* Reg. Venett. 1480. 1481. *quæ philosophica* duo codd. Leid. probante Bouh. *quanta et quæ a philosophia* conj. Dav. in ed. pr.—2 *De quibus est etiam merita* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *De quibus est hoc etiam merita* Manut. Lamb. Mox, *in iis ipsis* Wolf.—3 Reg. *indiget*; hinc de Bentleii conjectura Dav. *est mentis præstantia, et d. eo m.*

NOTÆ

[1] *Liberum, te vis*] Lambinus locum illum mendosum putat; negant plerique omnes.

Digitized by Google

curationes: nam neque omnis ægritudo una ratione sedatur. Alia est enim lugenti, alia miseranti,[5] alia invidenti adhibenda medicina. Est etiam[6] in omnibus quatuor perturbationibus illa distinctio: Utrum ad universam perturbationem (quæ est aspernatio rationis, aut appetitus vehementior) an ad singulas, ut ad metum, libidinem, reliquasque melius[7] adhibeatur oratio: et, utrum illud non videatur ægre ferendum, ex quo suscepta sit ægritudo; an omnium rerum tollenda omnino ægritudo; ut, si quis ægre ferat, se pauperem esse, idne disputes, paupertatem malum non esse; an hominem ægre ferre nihil oportere. Nimirum hoc melius; ne, si forte de paupertate non persuaseris, sit ægritudini concedendum:[8] ægritudine autem sublata, propriis rationibus, quibus heri usi sumus,[m] quodam modo etiam paupertatis malum tollitur. XXVIII. 60. Sed omnis ejusmodi perturbatio, animi placatione,[1] abluatur illa quidem, cum doceas, nec bonum illud esse, ex quo lætitia aut libido oriatur; nec malum, ex quo aut metus aut ægritudo: verumtamen hæc est certa et propria sanatio, si doceas, ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere quicquam aut naturale aut necessarium; ut ipsam ægritudinem leniri videmus, cum objicimus mœrentibus imbecillitatem animi effœminati, cumque eorum gravitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patian-

indiget.—4 *Itaque bene habita* de Turnebi et Bentleii conjectura Dav.—5 Venet. 1480. Beroald. Lamb. Fabric. *miserenti*. Actutum, *aut invidenti* Reg. D E U ι ξ σ χ ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—6 *Est enim* U σ χ ψ 1. 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—7 Reg. ψ 2. et Orell. *reliquas melius*. Tum, *adhibeatur curatio* Dav. in ed. pr. de conjectura Bentleii; *adhibeatur ratio* malebat Bouh. *utrum illudne non videatur* Reg. Venet. 1480. Lamb. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *utrum illud ne vid.* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *utrum illud non vid.* Manut. solus ante Ernesti; *utrum illud necne vid.* pauci codd. probante Bentl. recepit Lall. Deinde, *toleranda omnino* Reg. Gryph. Victor. probante Brut. refutant Lamb. et Dav.—8 Moser. Symb. p. 19. conj. *ne, etsi forte de paup. persuaseris, sit alii ægritudini concedendum.* Statim, *nomen tollitur* codex unus Oxon. Reg. Lall. probb. Bentl. Bouh. et Moser.

CAP. XXVIII. 1 Bentl. conj. *duplici ratione;* Nissen. suspic. *hac ratione.*

NOTÆ

m *Heri usi sumus*] In tertia Tusculana, quam pridie habitam fingit.

Digitized by Google

tur: quod quidem solet eis etiam accidere, qui illa mala esse censent, ferenda tamen æquo animo arbitrantur. Putat aliquis, esse voluptatem[2] bonum; alius autem, pecuniam: tamen et ille ab intemperantia, et hic ab avaritia avocari potest. Illa autem altera ratio et oratio, quæ simul et opinionem falsam tollit, et ægritudinem detrahit, est ea quidem subtilior,[3] sed raro proficit, neque est ad vulgus adhibenda. 61. Quædam autem sunt ægritudines, quas levare illa medicina nullo modo possit;[4] ut si quis ægre ferat, nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis: propter mala is quidem angatur; sed alia quædam sit ad eum admovenda curatio, et talis quidem, quæ possit esse omnium, etiam de ceteris rebus discrepantium, philosophorum: inter omnes enim convenire oportet, commotiones animorum, a recta ratione aversas, esse vitiosas, ut, etiam si mala sint illa, quæ metum ægritudinemve; bona,[5] quæ cupiditatem lætitiamve moveant; tamen sit vitiosa ipsa commotio. Constantem enim quendam volumus,[6] sedatum, gravem, humana omnia prementem, illum esse, quem magnanimum et fortem virum dicimus. [*p.* 223.] Talis autem nec mœrens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens esse quisquam potest: eorum enim hæc sunt, qui eventus humanos superiores quam suos animos esse ducunt.[7] XXIX. 62. Quare omnium philosophorum (ut ante dixi) una ratio est medendi, ut nihil, quale sit illud quod perturbet animum, sed de ipsa sit[1] perturbatione dicendum. Itaque primum, in ipsa cupiditate, cum id solum

Actutum, *allevetur*, vel *allevatur* conj. Ernesti.—2 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *voluptatem esse.*—3 Ita de Bentleii conjectura Dav. Lall. Schutz. rejecit Wolf. in Prælectt. *utilior* codd. et edd. vett.—4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *illa m. n. m. possit levare.* Paulo post, *ad eum sit* edd. antiquiss. Manut. Lamb.—5 Ita nonnulli codd. Dav. Lall. *etiam si et mala sint illa, q. m. ægr.; et bona* de Lambini sententia Fabric. Wolf. Schutz. Orell. *etiamsi vel bona . . . ægr. vel mala* conj. Bentl. *etiamsi nec mala . . . nec bona* edd. vett. Manut. Lamb. Gebh.—6 Edd. antiquiss. Manut. Lamb. *volumus quendam.* Mox, *humana omnia spernentem* conj. nescio quis ap. Lamb. probante Bentl. *humana o. ferentem* conj. Bouh.—7 Reg. *dicunt.*

Cap. XXIX. 1 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.

Digitized by Google

agitur, ut ea tollatur,[2] non est quærendum, bonum illud necne sit, quod libidinem moveat: sed libido ipsa tollenda est: ut sive, quod honestum est,[n] id sit summum bonum, sive voluptas,[o] sive horum utrumque[p] conjunctum, sive illa tria[3][q] genera bonorum; tamen, etiam si virtutis ipsius[r] vehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio. Continet autem omnem[4] sedationem animi humana in conspectu posita natura; quæ quo facilius expressa cernatur, explicanda est oratione communis conditio lexque vitæ. 63. Itaque, non sine causa, cum Orestem[5] fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates:

> Neque tam terribilis ulla fando ratio est,[6]
> Nec sors,[7] nec ira cœlitum invectum malum,
> Quod non natura humana patiendo efferat.[8]

Est autem[9] utilis, ad persuadendum, ea, quæ acciderint, ferri et posse et oportere, enumeratio eorum qui tulerunt: etsi ægritudinis sedatio et hesterna disputatione explicata est, et in Consolationis libro, quem in medio (non enim sapientes eramus) mœrore et dolore[s] conscripsimus: quod-

omittunt *sit.*—2 Venet. 1480. *ut ea pellatur.* Mox, *est* post *tollenda* omittit E.—3 Ita plurimi codd. et edd. *sive tria illa* Reg. Victor. Dav. Orell.—4 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. omittunt *omnem.*—5 *Orestis* codex unus Oxon. cum paucis codd. Priscian. VI. 11. tom. I. p. 258. Krehl. item Victor. *fabulam diceret* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—6 Ita Bern. 1. Lall. *fando oratio est* margo Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. *fandi oratio est* Erasm. *fandi ratio est* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. *fandi factio est* conj. Wakef.—7 *Nec fors* Reg. Gryph. tres codd. Oxon. Priscian. Dav. in ed. pr. *neque . . . neque* Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *cælitum inventum* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *cælitum invictum* Priscian. Putsch. et Victor.—8 Gryph. et Orell. *ecferat*, probante Lamb. *ferat* Priscian. Erasm. Crat. Manut. Lamb. 1566.—9 *Est etiam* Dav. de conjectura in ed. pr. Wolf. Schutz. Orell. Mox, *acciderunt* nonnulli

NOTÆ

[n] *Sive, quod honestum est*] Ut Stoici voluut.

[o] *Sive voluptas*] Ut Epicureis placet.

[p] *Sive horum utrumque*] Quod Dinomachus et Callipho dixerunt.

[q] *Sive illa tria*] Animi, corporis, et fortunæ bona, ut Plato et Aristoteles senserunt.

[r] *Si virtutis ipsius*] Horat. Epist. I. 6. 15. 'Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui, Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.'

[s] *Mœrore et dolore*] Propter mor-

Digitized by Google

que vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus, naturæque vim attulimus, ut magnitudini[10] medicinæ doloris magnitudo concederet. XXX. 64. Sed ægritudini, de qua satis est disputatum, finitimus est metus. De quo pauca dicenda sunt. Est enim metus, ut ægritudo præsentis, sic ille futuri, mali. Itaque nonnulli ægritudinis partem quandam metum esse dicebant: alii autem metum præmolestiam appellabant, quod esset[1] quasi dux consequentis molestiæ. Quibus igitur rationibus instantia[a] feruntur, eisdem contemnuntur sequentia: nam videndum est in utrisque, ne quid humile, submissum, molle, effœminatum, fractum, abjectumque faciamus. Sed quanquam de ipsius metus inconstantia, imbecillitate, levitate dicendum est; tamen multum prodest, ea, quæ metuuntur, ipsa contemnere. Itaque, sive casu accidit, sive consilio, percommode factum est, quod eis de rebus, quæ maxime metuuntur, de morte et de dolore,[2] primo et proximo die[t] disputatum est. Quæ si probata sunt, metu magna ex parte liberati sumus. Ac de malorum[3] opinione, hactenus.

XXXI. 65. Videamus nunc de bonorum, id est, de lætitia et de cupiditate.[1] Mihi quidem, in tota ratione[2] ea quæ pertinet ad animi perturbationes, una res videtur causam continere,[b] omnes eas esse in nostra potestate,[u] omnes

[a] *Præsentia.*
[b] *Una res videtur id totum continere, quod ad præsentem quæstionem pertinet.*

codd. et edd. ante Dav.—10 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *magnitudine.*

Cap. XXX. 1 Ita de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quod est* Venet. 1480. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *quod enim* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511.—2 Victor. *et dolore.*—3 *At de malorum* Argent. 1511. Erasm.

Cap. XXXI. 1 Tres codd. Oxon. et Victor. *et cupiditate.*—2 Tres codd. Oxon. et Lamb. *tota oratione.* Statim, *perturbationes* est de conjectura Bentleii, receperunt Dav. Wolf. Schutz. Orell. *perturbationem* habent codd. et

NOTÆ

tem filiæ. De illo libro Consolationis vide quid dicamus suo loco.

[t] *Primo et proximo die*] Tusc. lib. I. et II.

[u] *In nostra potestate*] Cum Stoicis loquitur; Peripatetici vero, pertur-

judicio susceptas, omnes voluntarias. Hic igitur error est eripiendus, hæc detrahenda opinio:[3] atque, ut, in malis opinatis, tolerabilia; sic, in bonis, sedatiora sunt efficienda ea, quæ magna et lætabilia dicuntur. Atque hoc quidem commune malorum et bonorum: ut, si jam difficile sit persuadere, nihil earum rerum, quæ perturbent animum, aut in bonis aut in malis[4] esse habendum, tamen alia ad alium motum curatio sit adhibenda; aliaque ratione malevolus, alia amator, alia rursus anxius, alia timidus, corrigendus. [*p.* 224.] Atque erat facile, sequentem eam rationem quæ maxime probatur de bonis et malis, negare unquam lætitia affici posse insipientem, quod nihil unquam haberet boni. 66. Sed loquimur[5] nunc more communi. Sint sane ista bona, quæ putantur, honores, divitiæ, voluptates, cetera:[6] tamen in eis ipsis potiundis exultans gestiensque lætitia turpis est; ut, si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio. Eodem enim vitio[7] est effusio animi in lætitia, quo, in dolore, contractio; eademque levitate cupiditas est in appetendo, qua lætitia in fruendo; et, ut nimis afflicti molestia, sic nimis elati lætitia, jure judicantur leves. Et, cum invidere ægritudinis sit, malis autem alienis voluptatem capere, lætitiæ, utrumque, immanitate et feritate quadam proponenda, castigari solet. Atque, ut confidere[8] decet, timere non decet; sic gaudere decet, lætari

edd. ante Dav.—3 Gryph. et al. *opinio, ne consererent;* unde Brut. conj. *opinio ne consenescat.* Statim, *tolerabiliora* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Dav. Pro *dicuntur*, quod servant codd. et edd. vett. *ducuntur* de conjectura dedit Wolf. eumque secuti sunt Schutz. et Orell. —4 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *aut in malis, aut in bonis.* Paulo post, *rursus* omittunt duo codd. Oxon. et Venet. 1480.—5 *Sed loquamur* conj. Bouh.—6 Ita Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *ceteraque* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Cf. Gœrenz. ad Legg. p. 248.—7 *Eodem enim in vitio* conj. Ernesti et Beier. ad Offic. tom. I. p. 227. Paulo post, *nimis afflicti molles, sic, &c.* Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nimis afflicti molestia, ita, &c.* conj. Bentl. *nimis afflictio molestia sic, &c.* Reg. Actutum, *animi elati* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. *animis elati* Reg. Lall.—8 *Atque ut cavere* Dav. de conjectura, Wolf. Schutz. Orell. *Atque ut diffidere* Oliv. de conjectura Lambini, probante Bentl. *Atque ut consulere* conj. Bouh. *Atque*

NOTÆ

bationes animi, non voluntarias, ut Stoici, sed naturales esse putant.

Digitized by Google

non decet; quoniam, docendi causa, a gaudio lætitiam distinguimus. 67. Illud jam supra diximus, contractionem animi recte fieri nunquam[9] posse, elationem posse: aliter enim Nævianus ille[x] gaudet Hector,

Lætus sum
Laudari me abs te, pater, laudato viro:[10]

aliter ille apud Trabeam,[y]

Lena, delinita[11] argento, nutum observabit meum,
Quid velim, quid studeam: adveniens digito impellam[z] januam:
Fores patebunt.[12] De improviso Chrysis ubi me aspexerit,
Alacris obviam mihi veniet, complexum exoptans meum.
Mihi se dedet.

Quam hæc pulchra putet, ipse jam dicet:

Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

XXXII. 68. Hæc lætitia quam turpis sit, satis est[1] diligenter attendentem penitus videre. Et, ut turpes sunt, qui efferunt se lætitia tum cum fruuntur venereis voluptatibus; sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. Totus vero iste, qui vulgo appellatur amor, (nec, hercule, invenio, quo nomine alio possit appellari) tantæ levitatis est, ut nihil videam, quod putem conferendum. Quem Cæcilius,[a]

ut non fidere suspic. Nissen. Mox, *sic quidem gaudere* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—9 Ita Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *fieri contractionem animi recte nunquam* edd. antiquiss. Gebb. Lall.—10 Codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *abs te, pater, a laudato viro*; Manut. Lamb. *pater, abs te, laudato viro.* Mox, *Trabeam Chærea* Crat. Victor. Manut. Lamb.—11 *Lena delenita* Gryph. Dav. Orell.—12 *Foris patebit* de Bentleii conjectura Dav. Mox, *obviam mi* Victor.

CAP. XXXII. 1 Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura *facile est*, probante

NOTÆ

[x] *Nævianus ille*] Meminit iterum Tullius illius carminis Famil. Épist. v. 12. et xv. 6. De Nævio nos alibi.

[y] *Apud Trabeam*] Poëtam comicum, de quo diximus de Fin. lib. II.

[z] *Digito impellam*] Simile est illud Terentii, Eun. II. 2. 53. 'Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus, Næ tu istas, faxo, calcibus sæpe insultabis frustra.'

[a] *Quem Cæcilius*] Hos de amore versus Cæcilius ex Euripide vertit.

Digitized by Google

. . . Deum qui non summum putet,
Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimet:[a]
Cui in manu[3] sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere, quem insanire, quem in morbum injici,[c]
Quem contra amari, quem arcessier, expeti quem.

69. O præclaram emendatricem vitæ poëticam! quæ amorem, flagitii et levitatis auctorem, in concilio Deorum collocandum putet. De comœdia loquor:[4] quæ, si hæc flagitia non probaremus, nulla esset omnino. Quid ait ex tragœdia[5] princeps ille Argonautarum?[b] [p. 225.]

Tu m' amoris magis, quam honoris, servavisti[6] gratia.

Quid ergo? hic amor Medeæ quanta miseriarum excitavit incendia![7] atque ea tamen, apud alium[c] poëtam, patri dicere audet, se conjugem habuisse

Illum, amor quem dederat, qui plus pollet, potiorque est patre.

XXXIII. 70. Sed poëtas ludere sinamus, quorum fabulis

[a] *Cæcilius existimat aut stultum, aut rerum imperitum esse eum hominem, qui non putet Deum summum esse Amorem, cujus in potestate est efficere quem velit dementem, sapientem, insanum, ægrotum, &c.*

Ernesti. Statim, *attendenti* conj. Ernesti, improbante Orell.—2 Ita Bern. 1. edd. antiquiss. Victor. Gebh. Lall. *existimat* Erasm. Manut. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—3 *Cujus in manu* de Ernestii conjectura Wolf. in ed. sec. Mox, *quem sanari* codd. aliquot Oxon. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quem sanare* Beroald. Argent. 1511. Crat. *quem sanire* Venet. 1481. Deinde, *quem expeti, quem arcessier* Bern. 1. Erasm. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quem expeti, quem arcessiri* Reg. Gryph. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *quem accerciri, quem expeti* Crat. Victor. Manut. *quem arcessiri, quem expeti* Lamb.—4 Munnich. Cic. Rep. p. 20. conj. *loquar?* improbante Orell. Mox, *probaremus nos* codd. aliquot, unde Dav. in ed. pr. de conjectura Bentleii *nisi hæc fl. nos probaremus.*—5 Ita codd. aliquot, marge Crat. Victor. Gebh. seqq. *Quid autem ex tr.* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *Quid ait in tr.* Dav. in ed. pr. probante Ernesti.—6 Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Lamb. Gebh. *servasti;* Erasm. *conservasti.*—7 Ita Reg. Gryph. Venet. 1480. Gebh. seqq. *incendia excitavit* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.

NOTÆ

Euripidæos referunt Stobæus c. 6. et Athenæus lib. XIII. sed hic mendosos.

[b] *Argonautarum*] Jason, in Medea Ennii, apud veteres commendatissima, de qua de Fin. lib. I. 'Quis tam inimicus pæne nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii, spernat?'

[c] *Apud alium*] Accium forte, quem Medeam quoque scripsisse constat.

in hoc flagitio versari ipsum videmus Jovem. Ad magistros virtutis, philosophos veniamus; qui amorem negant stupri esse, et in eo litigant cum Epicuro, non multum (ut opinio mea fert) mentiente.[1] Quis est enim iste amor[2] amicitiæ?[d] cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem? Mihi quidem hæc[3] in Græcorum gymnasiis nata consuetudo videtur, in quibus isti liberi et concessi sunt amores. Bene ergo Ennius,[4]

Flagitii principium est nudare inter cives[e] corpora.

Qui ut sint,[5] quod fieri posse video, pudici, soliciti tamen et anxii sunt; eoque magis, quod seipsi continent et coërcent. 71. Atque, ut muliebres amores omittam, quibus majorem licentiam natura concessit; quis aut de Ganymedis[6] raptu dubitat, quid poëtæ velint? aut non intelligit, quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius?[f] quid denique homines doctissimi et summi poëtæ de se ipsi et carminibus edant et cantibus? Fortis vir in sua[7] republica cognitus, quæ de juvenum amore[g] scripsit Alcæus?[h] nam Anacreontis quidem tota poësis est amatoria.

CAP. XXXIII. 1 D *mentientem;* E *mentienti.*—2 *Quis est iste amor* U χ. *Quis est enim amor iste* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 *Mihi hæc* E U ξ χ. Mox, *isti et liberi* ψ 2. *isti libere* ι.—4 Ita Gebh. tacite, et seqq. *Bene igitur Ennius* D, et edd. ante Gebh.—5 *Quamvis ut sint* codex unus Oxon. Actutum, *sicut fieri* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—6 *Ganymedi* Reg. Dav. Orell. Statim, *quod apud Eur.* Manut. Tum, *de se ipsis* codd. aliquot Oxon. et edd. ante Dav. *et carm. edunt* Lamb.—7 Ed. vet. Bouh. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. *in summa;* unde Bouh. conj. *in summa reip.* probante Nissen. Mox, *scribit Alc.* duo codd. Oxon. Victor. Gebh. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.

NOTÆ

[d] *Amor amicitiæ*] Ὁ ἔρως ὁ ἐπὶ φιλίᾳ, ut loquitur Plut. in Numa, et in Amatorio.

[e] *Nudare inter cives*] Lacedæmonii primi corpora nudaverunt, certaturi. Thucydides. Plato de Rep. lib. v. etiam mulieres nudare corpora permittit ad exercitationes gymnasticas.

[f] *Et cupiat Laius*] Pater Œdipi. Vide votum ejus Phœnissis, et responsum ab oraculo redditum.

[g] *De juvenum amore*] Præsertim de Lyco, quem amavit, teste Horatio.

[h] *Alcæus*] Triplex fuit eo nomine poëta; tragicus unus, alter comicus, tertius lyricus: tragici Endymionem, Pollux; alteram, inscriptam Cœlum, Macrobius memorat. De lyrico Quin-

Digitized by Google

Maxime vero omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum,[i] apparet ex scriptis. XXXIV. Atque horum omnium libidinosos esse amores videmus. Philosophi sumus[1] exorti, (et auctore quidem nostro Platone, quem non injuria Dicæarchus[k] accusat) qui amori auctoritatem tribueremus. 72. Stoici vero et sapientem amaturum esse dicunt; et amorem ipsum, conatum amicitiæ faciendæ ex pulchritudinis[2] specie, definiunt. Qui si quis est in rerum natura sine solicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspirio;[3] sit sane: vacat enim omni libidine: hæc autem de libidine oratio est. Sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit, aut non multum, ab insania, qualis in Leucadia[l] est:

Si quidem sit quisquam Deus, cui ego sim curæ:[4]

73. (at id erat Deis omnibus curandum, quemadmodum hic frueretur voluptate amatoria!)

Heu[5] me infelicem!

Nihil verius. Probe et ille,

Sanusne es,[6] [m] qui temere lamentare?

Cap. XXXIV. 1 Ed. vet. Bouh. et Argent. 1511. *summis;* Erasm. *summi;* Bouh. conj. *sunt.* Mox, *nostro* deest in uno codice Lambini, probante ipso Lamb. Pro *tribueremus* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. habent *tribuerit nimis,* probante Bouh.—2 D E ξ χ *et pulchritudinis.* Actutum, *spem definiunt* E ξ χ.—3 Codex Davisii, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *suspicione,* non improbante Bentl.—4 Wolf. Schutz. Orell. legunt,

... si quidem sit quisquam Deus,
Quoii ego sim curæ!

NOTÆ

til. 'Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, quoniam tyrannos insectatus est; multum etiam moribus confert; in eloquendo quoque brevis, et magnificus, et diligens, Homero similis; sed et in lusus et in amores descendit majoribus aptior.'

[i] *Ibycum*] Unum e novem præstantioribus Græcorum lyricis, a quo genus metri dictum Ibycum, ut ab Alcæo Alcaicum. Huic patria Rhegium, oppidum olim Brutiorum, nunc Calabriæ ulterioris caput, in ora freti Siculi. Hinc Rheginus dictus.

[k] *Dicæarchus*] Nobilis Peripateticus, de quo dictum est de Fin. lib. IV.

[l] *In Leucadia*] Fabula Turpilii, poëtæ comici, in qua inducebatur amator amore furens.

[m] *Sanusne es*] Oratio alterius personæ, in eadem Leucadia, amatorem objurgantis.

Digitized by Google

Sic insanus videtur etiam suis.[7] [d] At quas tragœdias efficit![8]

> Te, Apollo[9] sancte, fer opem, teque, omnipotens Neptune, invoco;
> Vosque adeo, venti.

Mundum totum se ad amorem suum sublevandum conversurum putat: Venerem unam excludit, ut iniquam:[10]

> Nam quid ego te appellem, Venus?

Eam, præ libidine, negat curare quicquam: quasi vero ipse non propter libidinem tanta flagitia et faciat et dicat. XXXV. 74. Sic igitur[1] affecto hæc adhibenda curatio est, ut et illud quod cupiat, ostendat, quam leve, quam contemnendum, quam nihil sit omnino, quam facile vel aliunde vel alio modo perfici, vel omnino negligi, possit. Abducendus[2] est etiam nonnunquam ad alia studia, sollicitudines, curas, negotia: loci denique mutatione (tanquam ægroti [non] convalescentes) sæpe curandus est. 75. Etiam novo quodam[3] amore veterem amorem, tanquam clavo clavum, ejiciendum putant. Maxime autem admonendus, quantus sit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus, est profecto nulla vehementior: ut, si jam ipsa illa accusare nolis, stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est

[d] *Si quisquam Deus est, inquit amator ille insanus, cui ego sim curæ. Quasi vero, inquit Tullius, id Diis omnibus curandum esset, ut hic amator frueretur voluptate. Heu me infelicem! inquit amator. Nihil verius, inquit Tullius; et probe respondet amatori ille alter, qui hæc ait, Sanusne es, qui temere quereris? Adeo, inquit Tullius, amicis suis videtur insanus.*

—5 *Hei* Wolf. et Schutz.—6 *Sanun' es* Wolf. Schutz. Orell.—7 Edd. ante Gebh. *suis etiam videtur.*—8 Ita Reg. Guelf. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. *effecit* edd. antiquiss. Manut. Lamb. Lall. *effutit* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr.—9 *Et Apollo* Reg. D E ι ξ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *Te* delendum censet Nissen.—10 Turneb. e codd. legit *ut nequam.*

Cap. XXXV. 1 *Sic ergo* D. Mox, *ut ei illud* Manut. Lamb. Oliv. Lall. *ostendas* codex unus Oxon. uti volebat. Bouh. *ostendatur* de Davisii conjectura Lall. Wolf. Schutz. Deinde, *nihili sit* Reg. Dav.—2 Ita Reg. Beroald. Crat. Victor. Gebh. seqq. *Adducendus* U χ ψ 1. 2. Venett. 1480. 1481. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Mox, *non* suspectum est Ernestio.—3 Bern. 1. et D *quidem;* Reg. ι σ χ ψ 2. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *quidam.*—

Digitized by Google

turpitudo; sed, ut hæc omittas,[4] perturbatio ipsa mentis in amore fœda per se est. 76. Nam, ut illa prætermeam, quæ sunt furoris; hæc ipsa per sese quam habent levitatem, quæ videntur esse mediocria![5]

. . . . injuriæ,
Suspiciones,[6] [n] inimicitiæ, induciæ, [p. 226.]
Bellum, pax rursum. Incerta hæc si tu postules[7]
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

Hæc inconstantia mutabilitasque mentis, quem non ipsa pravitate deterreat? Est enim illud,[8] quod in omni perturbatione dicitur, demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi judicio susceptam, nisi voluntariam. Etenim,[9] si naturalis amor esset; et amarent omnes, et semper amarent, et idem amarent; neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterreret.

XXXVI. 77. Ira vero, cum diu[1] perturbat animum, dubitationem insaniæ non habet: cujus impulsu existit etiam inter fratres tale jurgium:

Quis[2] homo[o] te exsuperavit unquam gentium impudentia?
Quis autem malitia te?

---

4 Ita Reg. Venet. 1480. margo Crat. Victor. Gebh. seqq. *omittamus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—5 *Terentius in Eunucho* addit ξ.—6 *Suspectiones* Manut. Lamb.—7 D U ι χ *si postulas.*—8 *Est etiam illud* Manut. Lamb. Mox, *demonstrandum* omittunt E ξ.—9 *Est enim* E. Mox, *omnes et amarentur et semper* codex unus Oxon. Venet. 1481. Manut. Lamb.

CAP. XXXVI. 1 *Ira vero, quæ cum diu* Reg. Bern. alii codd. ap. Manut. item Venet. 1480. Victor. Gebh. Wolf. Schutz. Orell. *Ira vero, quanquam diu* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. *Ira vero quam diu* Pal. 1. Lamb. Dav. Lall. uti conj. Beroald. et Manut. *Ira vero, cum diu* est de conjectura Bentleii. Mox, *impulsu extitit* duo codd. Oxon. uti volebat Bouh.—2 *Qui* de Bentleii sententia Dav. *ted exsuperavit* Bothe Poët. Scen. p. 187. *usquam gentium* Reg. σ ψ 2. Bentl. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Quis te autem malitia?* de Bouhierii sententia Wolf. Schutz. *Quis malitia au-*

NOTÆ

[n] *Injuriæ, Suspiciones*] Verba Parmenonis apud Terentium in Eunucho.

[o] *Quis homo*] Sunt illa mutua convicia forte Agamemnonis et Menelai, filiorum Atrei: cujus autem sint versus, ignoro.

Digitized by Google

Nosti quæ sequuntur: alternis enim versibus intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ; ut facile appareat, Atrei filios esse, ejus, qui meditatur pœnam in fratrem novam:

Major mihi moles,[p] majus miscendum[3] malum,
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.

Quæ igitur hæ erunt moles?[4] audi Thyestem ipsum:

Impius hortatur me[5] frater, ut meos malis miser
Manderem natos.[a]

Eorum viscera apponit:[6] quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor? Itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. Horum enim potestas in totum animum esse debet. 78. His aut subtrahendi sunt ii,[7] in quos impetum conantur facere, dum se ipsi colligant; (quid est autem se ipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere?) aut rogandi orandique sunt, ut, si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. Defervescere autem certe significat ardorem animi

[a] *Impius frater hortatur me, ut malis, seu dentibus propriis, meos natos comedam.*

tem te? Bothe l. l. *Qui autem, &c.* Dav.—3 Wolf. Schutz. Orell. *miscendum'st.*—4 *Quæ igitur hæc erit moles* Wolf. Schutz. Orell. *Quo igitur hæc erit moles* Gryph. Venet. 1480. *Quo igitur hæc erunt moles* Reg. *Quæ igitur hæc erunt moles* Bern. 1. cum codice Schotti; *Quo igitur hæc erumpit moles* Dav. *Quo igitur hæc erupit moles* Lall. e conjectura Bentl. *Quæ igitur hæc erat moles* conj. Ernesti; *Quorsum igitur hæc erumpit moles* conj. Dav. *Quo* E ι ξ σ. *eruit moles* codd. ap. Bentl.—5 Dav. Wolf. in ed. pr. *me hortatus;* Bothe Poët. Scen. p. 186. *hortatust me.* Statim, *Mandarem* Reg. *Mandem* Lamb. ex uno cod.—6 Hæc ad præced. versiculum trahunt Dav. et Wolf. in ed. pr. item Lall. sed transponit, *eorum apponit viscera.* Mox, *eorum ira* tres codd. Oxon. Col. Argent. 1511. Erasm. *progrediatur ira? eodem, quo furor* Lamb. Lall. *progrediatur ira? eo demum, quo furor* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *quid enim est, quod non prog. eodem ira, quo furor?* conj. Dav. *quid est enim, quo furor, quo non progrediatur eodem ira;* vel, *quin prog.* suspic. Ernesti.—7 *His aut subtr. sunt ei* Reg. Victor. Gebh. Orell. *His autem sunt subtr. ei* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. *His autem subtr. sunt* Erasm. Lamb. *ii* omittunt tres codd. Oxon. Paulo post, *locum congerere* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *rogandi sunt orandique* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Lamb.

NOTÆ

[p] *Major mihi moles*] Verba Atrei in Thyesten fratrem efferati; ex Ennio forte, aut Accio; uterque enim Thyestem scripsit.

Digitized by Google

invita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytæ,[q] qui, cum villico factus esset iratior, 'Quo te modo,' inquit, 'accepissem, nisi iratus essem!' XXXVII. 79. Ubi sunt ergo isti, qui iracundiam utilem dicunt? (potest utilis esse insania?) aut naturalem?[1] An quicquam esse potest[2] secundum naturam, quod sit repugnante ratione? Quo modo autem, si naturalis esset ira; aut[3] alius alio magis iracundus esset; aut finem haberet prius, quam esset ulta ulciscendi libido; aut quenquam pœniteret, quod fecisset per iram? ut Alexandrum regem videmus, qui, cum interemisset Clitum,[r] familiarem suum, vix a se manus[s] abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi. Quibus cognitis, quis est, qui dubitet, quin hic quoque motus animi, sit totus opinabilis ac voluntarius? quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi (qualis est avaritia, gloriæ cupiditas) ex eo, quod magni æstimetur[4] ea res, ex qua animus ægrotat, oriantur? Unde intelligi debet, perturbationem quoque omnem esse in opinione. 80. Et, si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est, et opinio gravis, non

CAP. XXXVII. 1 Ita Reg. Gryph. Victor. Gebh. seqq. *aut naturale est* codex unus Oxon. Argent. 1511. Erasm. *aut naturalis est* Leid. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *At naturalis est* Manut. Lamb. uti volebat Bouh.—2 *An quicquam est* Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *An quicquam esse*, omisso *potest*, Gryph. Bern. 1. Mox, *quod fit* Col. ι ξ σ ψ 1. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Dav. Schutz. Orell.—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. omittunt *aut*. Mox, *ulta* est de conjectura Manutii: id receperunt Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *ulla* exhibent codd. omnes et edd. antiquiss.—4 E ξ *magis extimetur*; D U *magni extimetur*. Mox,

NOTÆ

q *Archytæ*] Mnesarchi filius fuit, geometriæ studio celeberrimus, urbisque suæ facile princeps, Platonis et æqualis et amicus.

r *Clitum*] Fratrem Hellanices nutricis Alexandri, cum illo educatum, qui regem nudo capite apud Granicum dimicantem clypeo suo texerat, manumque Rhosacis ejus capiti imminentis amputaverat. Hunc in convivio, quod liberius loqueretur, Alexander hasta transfixit.

s *Vix a se manus*] Postquam ira mente decessit, magnitudinem facinoris, inquit Curt. VIII. 7. sera æstimatione perpendens, hastam e corpore jacentis evulsam retorsit in semet, sed illam vigiles e manibus extorquent: mox in secretiorem domus partem abdit se, ad moriendum obstinatus; sed Macedones, per summam assentationem, ut minus cædis Alexandrum pudeat, decernunt Clitum jure interfectum, sepultura quoque prohibituri, ni rex humari jussisset.

Digitized by Google

temere assentiens;[5] diffidentia quoque est metus expectati et impendentis mali. Et, si spes est expectatio boni, mali expectationem esse necesse est metum. Ut igitur[6] metus, sic reliquæ perturbationes sunt in malo. Ergo, ut constantia scientiæ, sic perturbatio erroris est. [*p.* 227.] Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut invidi, aut tale quid, ii sunt[7] constituti quasi mala valetudine animi; sanabiles tamen: ut Socrates dicitur, cum multa in conventu vitia collegisset in eum Zopyrus,[t] qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent; ab ipso autem Socrate sublevatus,[8] cum illa sibi insita, sed ratione a se dejecta diceret. 81. Ergo, ut optima quisque[9] valetudine affectus potest videri, utut natura ad aliquem morbum proclivior; sic animus alius ad alia vitia propensior. Qui autem non natura, sed culpa, vitiosi esse dicuntur, eorum vitia constant e falsis[10] opinionibus rerum bonarum ac malarum, ut sit alius ad alios motus perturbationesque proclivior. Inveteratio autem, ut in corpo-

oriatur Reg. E σ.—5 Reg. Bern. 1. ι ξ σ χ ψ 2. alii codd. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. *assentientis.* Actutum, *metus quoque est diffidentia* codd. et edd. ante Dav. Deinde, *necesse est esse* duo codd. Gœrenzii de Fin. p. 517.—6 *Uti igitur* Venet. 1480.—7 Codex unus Oxon. ed. vet. Bouh. Dav. Orell. *eis sunt;* Wolf. Schutz. *iis sunt;* Reg. *ei sunt;* Col. Lamb. *ii sunt ita;* codd. aliquot Oxon. edd. antiquiss. Victor. Manut. Gebh. Lall. *ii sunt ejusmodi.* Ernesti conj. *ii sunt male const. quasi valitudine, &c.* Mox, *ut Socratis* de Bentleii conj. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ut de Socrate* ι ξ σ χ ψ 2. Lamb. Oliv. Lall. Tum, *vitia conjecisset* Dav. in ed. pr. de conj. probante Ernesti. Deinde, *et stupidum dixisset, et mulierosum, derisus* Col. ex interpol. e libro de Fato c. 5.—8 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb. *sublevatus est.* Statim, *sibi insita* est de Bentleii conjectura: id receperunt Wolf. Schutz. Orell. *sibi signa* Reg. Gryph. edd. vett. *sibi signa inesse* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *sibi vitia inesse* Manut. Lamb. *innata* conj. Nissen. *ingenita* nescio quis ap. Gebh. *insitæ natura ... ejecta* suspic. Dav.—9 Codd. aliquot Oxon. Dav. Lall. *quis;* uti conj. Bentl. Statim, *ut natura* Bern. 1. Venet. 1480. *at natura* de Bentleii sententia Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *videri alias ut natura* edd. vett. Victor. Manut. *videri alius alio natura* conj. Lamb. *utut natura* est de sola conjectura Ernestii. —10 Edd. vett. Victor. Manut. Lamb. *ex falsis.* Mox, *et malarum* Reg. Dav.

NOTÆ

[t] *Zopyrus*] Alcibiadis præceptor, Plut. Meminit illius Cic. de Fato. artis physiognomicæ studiosus. Vid.

Digitized by Google

ribus, ægrius depellitur, quam perturbatio;[11] citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo[a] depellitur.[12]

XXXVIII. 82. Sed, cognita[1] jam causa perturbationum, quæ omnes oriuntur ex judiciis opinionum et voluntatibus, sit jam hujus disputationis modus. Scire autem vos[2] oportet, cognitis, quoad possunt ab homine cognosci, bonorum et malorum finibus, nihil a philosophia posse aut majus aut utilius optari, quam hæc, quæ a nobis hoc quatriduo disputata sunt. Morte enim contemta, et dolore ad patiendum levato, adjunximus sedationem ægritudinis, qua nullum homini malum majus est.[3] Etsi enim omnis animi perturbatio gravis est, nec multum differt ab amentia; tamen ita ceteros,[4] cum sint in aliqua perturbatione, aut metus, aut lætitiæ, aut cupiditatis, commotos modo et perturbatos dicere solemus; at eos, qui se ægritudini dediderunt, miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos. 83. Itaque non fortuito[5] factum videtur, sed a te ratione propositum, ut separatim de ægritudine, et de ceteris perturbationibus, disputaremus. In ea est enim fons miseriarum et caput. Sed et ægritudinis,[6] et reliquorum animi morborum, una sanatio est: omnes opinabiles esse et voluntarios, ea reque suscipi, quod ita rectum esse videatur. Hunc errorem, quasi radicem malorum omnium,[7] stirpitus philosophia se ex-

—11 Ita Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *ægris depellitur, sic in animis quoque perturbatio* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *ægrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio* Erasm. margo Crat. Manut. Lamb.—12 Hoc *depellitur* suspectum est Davisio; deest in χ.

CAP. XXXVIII. 1 *Sic cognita* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—2 Edd. vett. et Orell. *nos.* Delendum *vos* censebat Ernesti. Mox, *possint* χ et edd. antiquiss. item Victor. Manut. Lamb. Pro *optari* Ernesti conj. *expectari*, vel *præstari.*—3 Edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb. *majus malum est.*—4 Lamb. *tamen ceteros;* Orell. uncis inclusit *ita;* Nissen. delendum censebat *tamen ita.* Mox, *cum sunt* Reg. Bern. 1. D E ξ, Dav. Wolf. Schutz. Orell. Tum, *et eos* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. *ut eos* conj. Ernesti. *qui se ægr. dederunt* ξ σ χ, Fabric.—5 *Itaque non fortuitu* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Statim, *ut separ. et de ægr.* Venet. 1480.—6 *Sed quia ægr.* codex Davisii, probante Bentl. Mox, *eaque re suscipi* ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. *ea re quoque suscipi* ψ 2.—

NOTÆ

[a] *Lippitudo*] Lippus est, cui oculi stillant lacrymas.

Digitized by Google

tracturam pollicetur. 84. Demus ergo[8] nos huic excolendos, patiamurque nos sanari. His enim[9] malis insidentibus, non modo beati, sed ne sani quidem esse possumus. Aut igitur negemus[10] quicquam ratione confici, cum contra nihil sine ratione recte fieri possit; aut, cum philosophia ex rationum collatione constet, ab ea, si et boni et beati volumus esse, omnia adjumenta et auxilia petamus bene beateque vivendi.

7 Edd. antiquiss. Erasm. Victor. *omnium malorum*.—8 *Demus igitur* D E U, Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *excolendo* E ξ. *patiamur nos* Venet. 1480.—9 *Iis enim* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Statim, *insidiantibus* Pal. 1. *desidentibus* ψ 2.—10 Idem cod. *negamus*. Paulo post, *ex rations constet* duo codd. Oxon.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

AD M. BRUTUM

LIBER V.

VIRTUTEM AD BEATE VIVENDUM SE IPSA ESSE CONTENTAM.

ARGUMENTUM.

Hic liber in difficili, sed gravi, et dignissima philosopho quæstione, versatur, 'sitne virtus ad beate vivendum se ipsa contenta?' De ea disputatur primo mathematicorum more breviter, deinde fusius more philosophorum. Nam quemadmodum geometræ, cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato; illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum sit; philosophi autem, quamcumque rem habent in manibus, in eam, quæ conveniunt, congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt;—sic Cicero primo ex iis, quæ superioribus diebus disputarat, conficit id, quod quæritur; deinde vero ita de hac quæstione disputat, tanquam superioribus diebus nil esset disputando confectum. Nam primo ostendit breviter, si sapiens omnibus perturbationibus liber sit, non posse non beatum sapientem esse, quod qui in iis sint, miseri sint necessario: quare, cum virtus a perturbationibus sola liberet, virtutem necessario solam beatum hominem efficere. cap. 5. 6. In quo reprehendit veterem Academicorum et Peripateticorum inconstantiam, qui cum tria genera bonorum faciant, solam tamen virtutem dicant sufficere, etsi non ad beatissimam, tamen ad beatam vitam. cap. 7—13. Deinde multis tum argumentis, tum exemplis hominum et vitiosorum, et virtutis laude illustrium, demonstrat, virtutem efficere hominem non solum beatum, quod est Stoicis cum Academiæ veteris philosophis et Peripateticis commune; sed etiam vel in cruciatu et tormentis beatissi-

Digitized by Google

mum; quod contra dicunt Platonici et Peripatetici, qui virtute quidem beatam vitam esse contendunt, sed accessione bonorum corporis et fortunæ fieri beatissimam. cap. 14—28. Subjicitur tandem longa disputatio, qua, initio a Platonicis et Peripateticis facto, ostenditur, quomodo cuique, inprimisque Epicureæ, de fine bonorum, sententiæ consentaneum patet, sapientes semper beatissimos dicere.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 228.] QUINTUS[1] hic dies, Brute, finem faciet Tusculanarum disputationum: quo die est a nobis ea de re, quam tu ex omnibus maxime probas, disputatum. Placere enim tibi admodum sensi, et ex eo libro, quem ad me[a] accuratissime[2] scripsisti, et ex multis sermonibus tuis, virtutem ad beate vivendum se ipsa esse contentam.[b] Quod etsi[3] difficile est probatu, propter tam varia, et tam multa tormenta fortunæ; tale tamen est, ut elaborandum sit, quo facilius probetur: nihil est enim omnium, quæ in philosophia tractantur, quod gravius magnificentiusque dicatur. 2. Nam, cum ea causa[4] impulerit eos, qui primi se ad philosophiæ studium contulerunt, ut, omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent; profecto spe beate vivendi tantam in eo studio curam operamque posuerunt. Quod si ab iis[5] inventa et perfecta virtus est, et, si præsidii ad beate vivendum in virtute satis est; quis est, qui non præclare et ab illis positam, et a nobis susceptam, operam philosophandi arbitretur? sin autem virtus, subjecta sub varios incertosque casus, famula fortunæ est, nec tantarum virium est, ut se ipsa tueatur; vereor,

CAP. I. 1 *Quintus* omittunt Reg. aliique codd. ap. Lamb. *Tusc. quæstionum* D. *nobis de re quam tu* χ. *nobis addere quantum tu* ψ 2. *tu* omittit D.—2 D U *acutissime*.—3 *Qui si* ψ 2. Mox, *tamen tale est* edd. antiquiss. Erasm. Crat.—4 *Nam cum aliqua causa* de Bentleii conjectura Dav. *Nam cum causa* Schutz. Paulo post, *optimæ vitæ* D E, edd. antiquiss. Erasm. Crat. *opportuno vitæ* margo ed. 1584. ex uno cod.—5 *Quodsi ab his* Reg. Dav. *et profecta*

NOTÆ

[a] *Libro, quem ad me*] Scripsit ad Ciceronem Brutus de virtute librum, cujus meminit Cic. de Fin. lib. I. et Seneca de Consol. ad Albinam Matrem.

[b] *Se ipsa esse contentam*] Quæ Stoicorum est opinio contra Platonem et Aristotelem. Virtutem bonis tum corporis, puta sanitate, sensuum integritate; tum externis, ut loquuntur, puta divitiis, indigere sentiunt, ut vitam beatam efficiat.

Digitized by Google

ne non tam[6] virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi, quam vota facienda videantur. 3. Equidem eos casus, in[7] quibus[c] me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere, interdum et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere: vereor enim, ne natura, cum corpora nobis infirma dedisset, iisque[8] et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adjunxisset, animos quoque dederit et corporum doloribus congruentes, et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. 4. Sed in hoc[9] me ipse castigo, quod, ex aliorum, et ex nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo. Illa enim, si modo est ulla[10] virtus (quam dubitationem avunculus tuus,[d] Brute, sustulit[e]); omnia, quæ cadere in hominem possunt, subter se habet: eaque despiciens, casus contemnit humanos; culpaque omni carens, præter se ipsam, nihil censet ad se pertinere. Nos autem, omnia adversa tum venientia[11] metu augentes, tum mœrore præsentia, rerum naturam, quam errorem nostrum, damnare malumus. II. 5. Sed et hujus culpæ, et ceterorum vitiorum peccatorumque nostrorum, omnis a philosophia petenda correctio est. Cujus in sinum

ι χ ψ 2. Venet. 1480.—6 Codex unus Oxon. *ne tam;* alius Oxon. *ne non sit tam.* Statim, *nitendum nobis sit* conj. Lamb. *intendendum nobis* D.—7 Lamb. in marg. ed. 1584. suspectum habet *in.* Mox, *diffidere interdum, et humani* Reg. Bern. 1. Gryph. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *diffidere, interdum etiam humani* tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Wolf. in ed. pr.—8 Reg. Dav. *hisque.* Paulo post, *doloribus coægrescentes,* vel *congravescentes,* vel *consuingentes,* conj. Lamb. *d. corruentes* conj. Dav. Vide Fabric. et Wopk. p. 104.—9 *Sed hoc* Gryph. *me ipsum* U χ, Venet. 1480. *Sed hoc in me ipse* Nonius p. 251. Merc. *fortasse mollitie* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. *fortasse molestia* ψ 2.—10 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *ulla est.* Statim, *quam disputationem* Argent. 1511. Erasm.—11 Leid. D *imminentia.*

NOTÆ

[c] *Casus, in quibus*] Seu cum pulsus in exilium, seu cum domus combusta, seu cum filiam carissimam amisit.

[d] *Avunculus tuus*] Cato Uticensis, frater Serviliæ, quæ mater fuit Bruti. De quo nos plura, de Finibus.

[e] *Brute, sustulit*] Qui non modo virtutem tota vita constantissime coluit, sed etiam mortem, cum sibi obeundam judicasset, fortissime obiit; re prius cum doctis, qui eum secuti fuerant, multum ac diu disputata. Vid. Plut.

Digitized by Google

cum a primis temporibus[f] ætatis nostra voluntas studiumque nos compulisset,[1] his gravissimis casibus in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna jactati tempestate, confugimus. O vitæ philosophia dux! o virtutis indagatrix, expultrixque[2] vitiorum! quid, non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti: [*p.* 229.] tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti: tu eos inter se primo[3] domiciliis, deinde conjugiis, tum literarum et vocum communione junxisti: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinæ fuisti. Ad te confugimus: a te opem petimus: tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus. Est autem unus dies, bene et ex præceptis tuis actus, peccanti[4] immortalitati anteponendus. Cujus igitur potius opibus utamur, quam tuis? quæ et vitæ tranquillitatem largita nobis es, et terrorem mortis sustulisti. 6. Ac philosophia[5] quidem tantum abest, ut proinde, ac de hominum est vita merita, laudetur; ut a plerisque neglecta, a multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam[6] vitæ parentem, et hoc parricidio se inquinare audet? et tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri[a] deberet, etiam si minus percipere potuisset? Sed, ut opinor, hic error, et hæc indoctorum animis offusa caligo est, quod tam longe retro respi-

[a] *Venerari et colere.*

Cap. II. 1 Ita Reg. Col. Gryph. codd. aliquot Oxon. Argent. 1511. Erasm. Victor. Lamb. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *contulisset* ι ξ σ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Dav. *compulissent* Lamb. in marg. ed. 1584. *contulissent* in textu ed. 1584.—2 χ *epultrix;* Reg. *excultrixque.*—3 Venet. 1480. *primo inter se.* Mox, *conjunxisti* χ, Venet. 1480.—4 Ita Reg. Gryph. Venet. 1480. Manut. Gebh. seqq. *actus, pæne toti* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Lamb. *actus, perpetuitati et* Col. probante Fabr. *actus, peccantis* amicus Ursini, probante Bouh. *actus, peccandi* ψ 2.—5 Ita tres codd. Oxon. margo ed. 1584. Gebh. Dav. Schutz. *At philosophia* Reg. E σ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Orell. Statim, *ut perinde* E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Deinde, verba *a plerisque neglecta* desunt in Manut. et ed. 1584.—6 *Vit. quisquam inquam* edd. antiquiss. Crat. Victor. *Quisquamne vituperare* Lactant.

NOTÆ

[f] *A primis temporibus*] Romæ, adhuc adolescens, totum se tradidit Philoni, Academiæ principi, et Diodoro Stoico.

Digitized by Google

cere[7] non possunt; nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit, fuisse philosophos arbitrantur. III. 7. Quam rem antiquissimam cum videamus, nomen tamen confitemur esse[1] recens.[g] Nam sapientiam quidem ipsam quis negare potest non modo re[2] esse antiquam, verum etiam nomine? quæ divinarum humanarumque rerum, tum initiorum causarumque cujusque rei, cognitione, hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequebatur. Itaque et illos septem,[h] qui a Græcis σοφοὶ, 'sapientes' a nostris, habebantur et nominabantur, et multis ante sæculis[i] Lycurgum, (cujus temporibus Homerus etiam[k] fuisse ante hanc urbem conditam traditur) etiam heroicis[3] ætatibus[l] Ulyssem et Nestorem, accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. 8. Nec vero Atlas[m] sustinere cœlum, nec Prometheus

Inst. III. 14. Mox, *audeat* idem l. l.—7 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *aspicere*. Paulo post, *primo sit* Leid. Venet. 1480. margo Crat. Manut. Lamb. *primum sit* codex unus Oxon. *prius sit* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *primitus sit* ed. vet. Bouh. ipso probante.

CAP. III. 1 Reg. Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Orell. *esse confitemur*. —2 Venet. 1480. *non re modo*. Mox, *quæ cum divinarum* de Lambini conjectura Dav. *causarumque tum cujusque* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *causarum cujusque* E ξ.—3 Orell. conj. *et jam heroicis*. Mox, *Ulixem* D, Bern. 1. Argent. 1511. Dav. Wolf. Orell. *Ulyxem*

NOTÆ

g *Confitemur esse recens*] A Pythagora exortum, qui primus se non σοφὸν, quod ante illum ceteri id genus homines nomen habuerant, sed philosophum dixit.

h *Illos septem*] Nomina sunt: Solon, Atheniensis; Thales, Milesius; Chilo, Lacedæmonius; Pittacus, Mitylenæus; Cleobulus, Lindius; Bias, Prienensis; Periander, Corinthius.

i *Multis ante sæculis*] Floruit annis 150. ante Romam conditam; 125. ante principium Olympiadum, 900. ante ortum Christi. Salian. Sapientes autem Græciæ annis 565. ante Christum.

k *Homerus etiam*] Quibus temporibus vixerit non convenit inter auctores. Qua de re disputabimus infra.

l *Heroicis ætatibus*] Hesiodus, inter ætates, heroicam quoque appellat qua heroës floruerunt, nempe circa tempora belli Trojani, et illa quæ fabulosa dicuntur.

m *Atlas*] Astrologiæ peritissimus. Diod. Bibl. lib. IV. Primus sphæræ inventor; unde cœlum sustinere dictus. Plin. Ab illo nomen datum monti illi prægrandi. *Atlas* Latino vocabulo est *Telamo*. Servius. Unde nostris in ædibus telamones dicuntur fulcra, quibus domus sustinentur. Vid. Vitruv. lib. VI.

Digitized by Google

affixus Caucaso,[n] nec stellatus Cepheus[o] cum uxore,[p] genero,[q] filia, traderetur, nisi cœlestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset.[4] A quibus ducti[5] deinceps omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes et habebantur et nominabantur: idque eorum nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem; quem (ut scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides,[r] vir doctus inprimis) Phliuntem[6] [s] ferunt venisse, eumque cum Leonte, principe[t] Phliasiorum,[u] docte et copiose disseruisse quædam:

Venett. 1480. 1481. Beroald. Manut.—4 Codex unus Oxon. *traduxissent.*—5 *A quibus docti* conj. Pearce, improbante Ernesti. Deinde, *idemque eorum* D.—6 *Philontem* D ι. *Philuntem* E ξ σ. *Philiantem* U. *ferunt pervenisse* σ. *venisse, cumque Leonte* conj. Dav. non improbante Ernesti. Tum, *Philiasiorum* D ι σ. *Phliasorum* E. *Philiasorum* ξ.—7 Duo codd. Oxon. *habetur.*—8 E U

NOTÆ

[n] *Affixus Caucaso*] Orta fabula ex eo, quod in Caucaso resideret astra contemplaturus, astrologiamque primus Assyriis indicaverit. Hinc etiam a vulture, quod aquilarum genus acutissimis est oculis, rodi fingitur.

[o] *Cepheus*] Æthiopiæ rex, pater Andromedæ, quæ ceto exposita est.

[p] *Cum uxore*] Cassiopæa, quæ cum omnes ætatis suæ mulieres forma antecelleret, ausa etiam se Nereidibus præferre. Illæ, arrogantia mulieris concitatæ, cetum in ejus regionem immiserunt. Quare agrum ut eo monstro purgaret, jussa est ab oraculo filiam Andromedam illi exponere. A Perseo tamen puella liberata, cum matre, inter sidera relata est. Vid. Arat.

[q] *Genero*] Perseo, filio Danaës ex Jove, qui ad Medusam debellandam a Polydecte in Cycladibus regnante missus, acceptis a Mercurio talaribus et falcato ense, a Pallade scuto, Medusæ caput abscidit. Inde redux, Andromedam liberavit, cetumque, cui exposita fuerat, ostenso ei Medusæ capite, in lapidem vertit.

[r] *Ponticus Heraclides*] Vir opulentus, Athenas venit, deditque se in disciplinam Speusippo, Pythagoreorum auditori; Platonis studiosus; Aristotelem quoque audivit. Scripsit Demetrius Magnesius eum a puero draconem aluisse, cumque jam moriturus esset, familiari cuidam suo præcepisse, occulto corpore suo, draconem supponeret, ut ipse migrasse ad cœlos crederetur. Dum autem corpus effertur, audito clamore, draco e vestibus prodit, turbatque exequias. Haud multo post fraus patuit, visusque est Heraclides, non qualis haberi voluit, sed qualis fuit. Laërt.

[s] *Phliuntem*] Phlius Peloponnesi urbs est, in Sicyonia provincia, ad fontes Asopi fluvii.

[t] *Leonte, principe*] Idem refert Laërt. De Leonte nihil aliud auctores.

[u] *Phliasiorum*] *Phliuntiorum* ex analogia dici deberet, et ita primo dixerat Cicero; subinde tamen mutavit sententiam, ad Att. lib. VI. 'Phliasios dici sciebam, et ita fac ut habeas; nos quidem sic habemus. Sed primo me *ἀναλογία* deceperat, *φλιοῦς, ὀποῦς, σιποῦς, ὀπούντιος, σιπούντιοι* sed hoc continuo correximus.'

Digitized by Google

cujus ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quæsivisse ex eo, qua maxime arte confideret: at illum artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum: admiratum Leontem novitatem nominis, quæsisse, Quinam essent philosophi, et quid inter eos et reliquos interesset? 9. Pythagoram autem respondisse, 'similem sibi videri vitam hominum, et mercatum eum[x] qui haberetur[7] maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate: nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronæ[y] peterent; alii emendi aut vendendi quæstu et lucro ducerentur; esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum,[8] qui nec plausum nec lucrum quærerent, sed visendi causa venirent, studioseque perspicerent, quid ageretur, et quo modo: ita nos, quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos, alios gloriæ servire, alios pecuniæ; [p. 230.] raros esse quosdam, qui, ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur: hos se appellare sapientiæ studiosos (id est enim, philosophos): et, ut illic liberalissimum esset spectare, nihil sibi acquirentem, sic,[b] in vita, longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque[9] præstare.' IV. 10. Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Qui, cum post hunc Phliasium[1] sermo-

[b] *Et ut in mercatu ii liberaliores, seu minus serviles et abjecti sunt, qui adsunt spectatores, nec quicquam in mercatu emunt venduntve; sic, &c.*

ingenium. Statim, *causa venissent* ψ 2. *studiosique* ψ 2. *studiosequis perficerent* D. Paulo post, pro *ita*, quod servant Guelf. ι, Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Dav. *item* habent Bern. 1. Venet. 1480. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Deinde, *quadam celebritate* Reg. D E U ι ξ, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut.—9 Reg. σ, margo Crat. Victor. *cogitationemque*.

NOTÆ

[x] *Mercatum eum*] Toto ludorum Olympicorum tempore erant celebres nundinæ.

[y] *Nobilitatem coronæ*] Corona Olympica erat ex oleastro; ludorum Isthmiorum, pinea; Pythiorum, laurea; Achaicorum, ex apio. Juvenal. 'Græcæque apium meruisse coronæ.'

Digitized by Google

nem in Italiam venisset,[z] exornavit eam Græciam,[a] quæ Magna dicta est, et privatim et publice, præstantissimis et institutis et artibus. Cujus de disciplina aliud tempus fuerit fortasse dicendi. Sed ab antiqua philosophia, usque ad Socratem,[b] qui Archelaum,[c] Anaxagoræ discipulum, audierat, numeri motusque tractabantur, et unde omnia orirentur, quove recederent:[2] studioseque ab his siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirebantur, et cuncta cœlestia. Socrates autem primus philosophiam devocavit e cœlo,[3] et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coëgit de vita et moribus, rebusque bonis et malis quærere. 11. Cujus multiplex ratio disputandi, rerumque varietas, et ingenii magnitudo, Platonis memoria et literis consecrata,[4] plura genera effecit dissentientium philosophorum.[d] E quibus nos id potissimum consecuti sumus,[5] quo Socratem usum arbitrabamur, ut nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alios levaremus, et in omni

Cap. iv. 1 *Philiasium* D E ι ξ σ χ.—2 Ita Reg. Bern. 1. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *reciderent* ι ξ σ χ ψ 2. codex Schotti, Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *studiosos seque* χ. *ab iis* Bern. 1. Argent. 1511. Erasm. Wolf. Schutz. *siderum imagines* D. Pro *anquirebantur*, quod servant codd. Schotti, Reg. alii codd. Victor. Lamb. seqq. *inquirebantur* habent D E U ξ χ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Manut. *acquirebantur* ι σ.—3 Reg. ι ψ 1. Leid. Wolf. Schutz. *evocavit e cælo;* E ξ χ *devocavit cælo*. Mox, *in domus* Reg. Dav. *in domibus* E, Gryph. *et introduxit* U. *autem introduxit* ψ 1. *atque coëgit* Gryph.—4 Codex unus Oxon. *conservata*, uti conj. Ernesti, improbante Orell. Statim, *efficit* Beroald. Crat. Victor. *fecit* D. *dissidentium philosophorum* E ι ξ. *disserentium phil.* ψ 1. 2.—5 Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Gebh. *consectati sumus*. Mox, *quo S. ipsum usum* Leid. ψ 1. probante Bouh. *arbitramur* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.

NOTÆ

[z] *In Italiam venisset*] Fugiens Polycratem, Sami tyrannum.

[a] *Exornavit eam Græciam*] Apud Crotoniatas præsertim pro Deo habitus est; Metapontini domum ejus delubrum Cereris vocitabant. Discipuli ad sexcentos confluebant ad illum noctu.

[b] *Ad Socratem*] Qui philosophiam ad mores traduxit, astrologiæ studiosos irridere solitus hoc dicto: 'Quæ supra nos, nihil ad nos.'

[c] *Archelaum*] Atheniensem, Apollodori filium. Primus ex Ionia physicam Athenas invexit, unde illi cognomen Physici.

[d] *Dissentientium philosophorum*] A Socrate Plato et Platonici, Antisthenes et Cynici, Aristippus et Cyrenaici, Eretriaci, Megarici, Pyrrhonici.

Digitized by Google

disputatione, quid esset simillimum veri, quæreremus. Quem morem cum Carneades acutissime copiosissimeque tenuisset, fecimus et alias sæpe, et nuper in Tusculano, ut ad eam consuetudinem disputaremus. Et quatridui quidem sermonem superioribus ad te perscriptum[6] libris misimus: quinto autem die, cum eodem loco consedissemus, sic est propositum, de quo disputaremus.

v. 12. A. Non mihi videtur, ad beate vivendum, satis posse virtutem.[1] M. At, hercule, Bruto meo videtur; cujus ego judicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. A. Non dubito. Nec id nunc agitur, tu illum quantum ames: sed hoc,[2] quod mihi dixi videri, quale sit, de eo a te disputari volo. M. Nempe negas ad beate vivendum, satis posse virtutem? A. Prorsus nego. M. Quid? ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene vivendum satisne est præsidii in virtute? A. Certe satis. M. Potes igitur, aut qui male vivat, non eum miserum dicere,[3] aut, quem bene fateare, eum negare beate vivere? A. Quidni possim?[4] nam etiam in tormentis recte, honeste, laudabiliter, et ob eam rem bene vivi potest, dummodo intelligas, quid nunc dicam 'bene:' dico enim, constanter, graviter, sapienter, fortiter. 13. Hæc etiam in equuleum conjiciuntur,[5] quo vita non aspirat beata.[a] M. Quid igitur?[6] solane beata vita, quæso, relinquitur extra ostium limenque carceris, cum constantia, gravitas, fortitudo, sapientia, reliquæque virtutes rapiantur ad tortorem, nullumque recusent nec supplicium nec dolorem? A. Tu, si quid es facturus,[7] nova aliqua conquiras, oportet. Ista[8] me minime movent,

[a] *Hæc etiam, nempe sapienter et fortiter vivere, præstantur ab eo qui in equuleo est, nec tamen ad equuleum aspirat vita beata.*

Deinde, *veri simillimum* edd. antiquiss. Erasm. Crat.—6 Codex unus Oxon. *ad te scriptum.* Statim, *eodem in loco* Reg. Bern. 1. ξ σ χ. *consedimus* E ξ. *concedissemus* χ.

Cap. v. 1 Lamb. conj. *virtus*, probante Bentl.—2 D E U ι ξ χ, Venet. 1480. Victor. Gebh. *sed de hoc.* Mox, *de quo a te* plurimi codd. et edd.—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *dicere miserum.*—4 *Quidni possum* D E U ξ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor.—5 Leid. *committuntur*, probante Bonh.—6 *Quid ergo* D E U χ. Mox, *reliquæ virtutes* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *rapiuntur* E U

Digitized by Google

non solum quia pervulgata sunt, sed multo magis, quia, tanquam levia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata, delectant. Velut iste chorus virtutum, in equuleum impositus, imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim[9] perrectura beata vita, nec eas a se desertas passura, videatur. 14. [p. 231.] Cum autem animum ab ista pictura imaginibusque virtutum, ad rem veritatemque traduxeris, hoc nudum[10] relinquitur, Possitne quis beatus esse, quamdiu torqueatur? Quamobrem hoc nunc[11] quæramus: virtutes autem, noli vereri, ne expostulent, et querantur se a beata vita esse relictas. Si enim nulla virtus prudentia vacat, prudentia ipsa hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos: multaque de M. Attilio,[e] Q. Cæpione,[f] M' Aquillio[g] recordatur; beatamque vitam, si[12] imaginibus potius uti,

χ.—7 Victor. *si quid facturus*.—8 *Ista tamen σ ψ* 2.—9 Tres codd. Oxon. *cursum*. Actutum, *perrectura, nec eas beata vita a se desertas* codd. et edd. ante Dav. item Wolf. et Orell. *perrectura beata vita, nec eas a se desertas* est de conjectura Davisii, idque recepit Schutz. Cf. Wopk. p. 105.—10 Guelf. *nondum*, probante Ernesti.—11 *Quamobrem hoc non* Venet. 1481. Beroald. Mox, *relictas esse* conj. Lamb. in marg. ed. 1584. quo varietur hexametri exitus.—12 Lamb. conj. *nisi*, improbante Orell. Statim, *ipsa prudentia* de Da-

NOTÆ

[e] *De M. Attilio*] De M. Attilii Reguli constantia in perferendis Carthagine tormentis diximus de Fin. lib. II. ex Polyb. Gell. et Val. Max.

[f] *Q. Cæpione*] Neque de genere, neque de causa mortis Q. Servilii Cæpionis, consentiunt auctores: damnatum alii aiunt ob legem frumentariam, per vim, dum quæstor esset, repudiatam; Strabo, ob raptum per summum nefas aurum Tolosanum, cum Tectosages consul vicit; plerique, ob acceptam a Cimbris cladem cum Galliam consul obtineret: ut ut sit, abrogatum illi imperium fuit, ejus bona publicata, ipse conjectus in carcerem, e quo deinde eductus opera L. Rhegini, ut scribit Val. Max. IV. 7. quem tamen lib. VI. dicit in carcere necatum, corpusque per scalas Gemonias unco tractum in Tiberim. Similius vero est in exilium pulsum eum esse, cum Smyrnæ exulasse Cic. pro L. Balbo, turpem in exilio mortem oppetiisse Strabo dicat.

[g] *M' Aquillio*] Repetundarum reo, quod pecunia accepta Phrygiam Mithridati regi Pontico vendidisset, sed corruptis judicibus absolutus est. Hunc accusavit an. 627. P. Lentulus, non Lentuli Suræ in carcere strangulati pater, ut male Pædianus, sed is qui a Cicerone princeps senatus vocari solet, quique consul an. 591. Illius accusationis meminit Cic. in Divin. contra Verrem.

Digitized by Google

quam rebus ipsis placet, conantem ire in equuleum, retinet [ipsa prudentia]; negatque ei cum dolore et cruciatu quicquam esse commune. VI. 15. M. Facile patior te isto modo agere; etsi iniquum est præscribere[1] mihi te, quemadmodum a me disputari velis. Sed quæro, utrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil, arbitremur? A. Actum vero, et aliquantum[2] quidem. M. Atqui, si ita est,[3] profligata jam hæc, et pæne ad exitum adducta, quæstio est. A. Quo tandem modo? M. Quia motus turbulenti, jactationesque animorum incitatæ, et impetu inconsiderato elatæ, rationem omnem repellentes, vitæ beatæ nullam partem relinquunt: quis enim potest, mortem aut dolorem metuens, quorum alterum sæpe adest, alterum semper impendet, esse non miser? Quid, si[4] idem (quod plerumque fit) paupertatem, ignominiam, infamiam timet; si debilitatem, cæcitatem; si denique (quod non singulis hominibus, sed potentibus populis sæpe contigit) servitutem; potest ea timens esse quisquam beatus? 16. Quid, qui non modo ea futura timet, verum etiam fert sustinetque præsentia? Adde eodem exilia, luctus, orbitates. Qui rebus his fractus ægritudine eliditur,[5] potest tandem esse non miserrimus? Quid vero illum, quem libidinibus inflammatum et furentem videmus,[6] omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate, quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem; nonne recte miserrimum dixeris? Quid? elatus ille levitate, inanique lætitia exultans,[7] et temere gestiens, nonne tanto miserior, quanto sibi videtur beatior? Ergo, ut hi miseri, sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt,

visii sententia uncis inclusit Ernesti.

CAP. VI. 1 D *perscribere*. Mox, *disputari velit* ψ 2.—2 *Actum vero est aliquantum* in eodem cod.—3 *Atque si ista est* duo codd. Oxon. Statim, *deducta quæstio est* ξ, et sic Nonius in v. 'Profligare.'—4 *Quod si* Venet. 1480. Cf. Gœrenz. Acad. II. p. 18. Mox, *non singulis modo* ψ 1. et Dav. in ed. pr. *non solum singulis* cod. Rhediger. utrumque improbat Orell. *sed pot. dominis* ξ. *sed et pot. populis* conj. Dav. Pro *contigit*, quod exhibent Reg. Pith. ed. vet. Bouh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *contingit* legitur in edd. antiquiss. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 Margo ed. 1584. *debilitatur*.—6 D *furentem rabide videmus*; ι ξ σ χ ψ 2. *furentem videbimus*. Statim, *rabide* deest in D. r.{G.P.} habet ψ 2. *cum inexplicabili* idem cod. *cum explebili* E.—

nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ exultantes[8] languidis liquefaciunt voluptatibus. Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente; sic animi quietus et placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat. 17. Quod si est, qui vim fortunæ, qui omnia[9] humana, quæ cuique accidere possunt, tolerabilia ducat, ex quo nec timor eum, nec angor attingat; idemque si nihil concupiscat, nulla efferatur animi inani voluptate; quid est, cur is non beatus sit? et si hæc virtute efficiuntur, quid est, cur virtus ipsa per se non efficiat beatos? VII. A. Atqui alterum dici non potest,[1] quin ii, qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotenti lætitia efferantur, beati sint: itaque id tibi concedo: alterum autem jam integrum non est. Superioribus enim disputationibus effectum est, vacare omni animi perturbatione sapientem. 18. M. Nimirum igitur confecta res est: videtur enim ad exitum venisse quæstio. A. Propemodum id quidem. M. Verumtamen mathematicorum iste mos est, non est[2] philosophorum. Nam geometræ, cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem[3] pertinet eorum quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato: [*p.* 232.] illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est. Philosophi, quamcumque rem habent in manibus, in eam, quæ conveniunt,[4] congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt. Quod ni ita esset, cur

7 Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb. *et exultans*.—8 Schutz. *et exultantes*, de Davisii conjectura, improbante Orell.—9 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. omittunt *omnia*. Mox, *quæcumque accidere* E ι ξ, Reg. Pith. Leid. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Orell. *quæ cuiquam accidere* cod. Schotti, ipso probante, item Bentl. et Dav. in ed. pr. Ceterum, *quæ cuique accidere possunt* suspecta sunt Ernestio. Nisen. conj. *qui omnia, homini quæ accidere possunt*.

Cap. VII. 1 Lamb. conj. *Atqui alterum negari non potest*; idem Lamb. in ed. 1566. suspic. *non dici non potest*. Actutum, *quod ii* Pearcius, improbante Ernesti; *quin hi* Reg. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Dav. Tum, *nulla impotentia efferantur* Nonius p. 120. ed. Merc. *beati non sint* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. 'Vides et hos, et Lambinum, atque Pearcium hæsisse in isto *quin*, insolentius sane posito pro, 'dici non potest, eos, qui .... efferantur, beatos non esse.' Sed rectissime se habet codd. lectio.' *Orell.*—2 Ita e codd. Gebh. et seqq. *est* omittunt quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Victor. Manut. Lamb.—3 E ξ *ad eam partem*. Mo[illegible] 'em codd. omit-

Digitized by Google

Stoicus, si esset quæsitum, satisne ad beate vivendum virtus posset, multa diceret? cui satis esset, respondere, se ante docuisse,[5] nihil bonum esse, nisi quod honestum esset: hoc probato, consequens esse, beatam vitam virtute esse contentam: et, quo modo hoc sit consequens illi, sic illud huic: ut, si beata vita virtute contenta sit, nisi honestum quod sit, nihil aliud sit bonum. 19. Sed tamen non agunt sic. Nam et de honesto, et de summo bono, separatim libri sunt: et, cum ex eo efficiatur, satis magnam in virtute ad beate vivendum esse vim, nihilominus hoc agunt separatim. Propriis enim et suis argumentis et admonitionibus tractanda quæque res est, tanta præsertim. Cave enim putes, ullam a philosophia[6] vocem emissam clariorem, ullumve esse philosophiæ promissum uberius aut majus. Nam quid profitetur? o Dii boni! perfecturam se, qui[7] legibus suis paruisset, ut esset contra fortunam semper armatus; ut omnia præsidia haberet in se bene beateque vivendi; ut esset semper denique beatus. 20. Sed videro, quid efficiat. Tantisper[h] hoc ipsum magni æstimo, quod pollicetur. Nam Xerxes quidem,[i] refertus omnibus præmiis donisque[8] fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit ei, qui invenisset novam voluptatem. Qua ipsa[9] non fuisset contentus: neque enim

tunt *nihil.*—4 Codex unus Oxon. *quam conveniunt.*—5 D U ψ 2 *si autem docuisset.*—6 Ita cod. Schotti, Vat. Dav. Schutz. *ullum philosophiæ* ψ 2. *ullum in philosophia* D E U ι ξ σ χ, Orell. *emissam* omittunt E ξ.—7 D U, edd. antiquiss. Beroald. Crat. *se eum, qui.*—8 D *omnibus p. bonisque*; Lamb. conj. *om. muneribus donisque*; Bentl. suspic. *omnibus corporis bonis et fortunæ.* Paulo post, *proponit ei* E. *posuit* ψ 2. *ei* omittunt ι ξ χ ψ 2. et edd. ante Dav.—9 Ita Reg. alii codd. Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *Qua ipse* sex codd.

NOTÆ

[h] *Tantisper*] Id est, interea. Sic apud Livium: 'Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit, tantisper tutela muliebri.' Sæpius tamen vox illa conjungitur cum particula 'dum,' sicut dicitur 'interea dum.' Sic Plautus in Menæchmis: 'Mulier tantisper blanditur, dum quod rapiat, videt.'

[i] *Nam Xerxes quidem*] Id quoque Val. Max. de Xerxe refert IX. 1. Athen. lib. III. regibus Persarum id in more fuisse ait.

Digitized by Google

unquam finem inveniet libido. Nos, vellem, præmio elicere possemus, qui nobis aliquid attulisset, quo hoc firmius crederemus.

VIII. 21. A. Vellem id quidem: sed habeo paululum, quod requiram: ego enim assentior, eorum quæ posuisti,[1] alterum alteri consequens esse, ut, quemadmodum, si quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur, vitam beatam virtute confici; sic, si vita beata in virtute sit, nihil esse, nisi virtutem, bonum. Sed Brutus tuus, auctore[2] Aristo et Antiocho,[k] non sentit hoc: putat enim, etiam si sit bonum aliquod præter virtutem.[b] M. Quid igitur? contra Brutumne me dicturum putas? A. Tu vero, ut videtur; nam præfinire non est meum. 22. M. Quid cuique igitur[3] consentaneum sit, alio loco. Nam ista mihi et cum Antiocho sæpe, et cum Aristone[4] nuper, cum Athenis imperator[l] apud eum diversarer, dissensio fuit: mihi enim non

[b] *Putat enim nihil esse bonum nisi virtutem, etiamsi sit bonum aliquod præter virtutem.*

Oxon. *Qua ipse inventa* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *non fuit* ξ χ ψ 2. et edd. ante Dav. *non fuisset* est de conjectura Bentleii: receperunt Lall. Wolf. Schutz. Mox, *inveniret* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. probante Bentl. *invenit* Leid. codex unus Oxon.

CAP. VIII. 1 Margo Crat. *proposuisti*. Paulo post, *beatam vitam* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Tum, *si beata vita* Venet. 1480. Pro *virtutem* Dav. in ed. pr. habet *honestum*.—2 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. *auctore et;* Dav. in ed. pr. de Bentleii conjectura *auctoribus*. Sed vide Oudend. ad Apul. II. p. 184. *Aristone* Reg. Bern. 1. edd. ante Lall. item Dav. Pro *putat* Dav. in ed. pr. habet *disputat*.—3 *Quod cuique igitur* Crat. Victor. *Quod cui igitur* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *Quid cui igitur* Erasm.—4 *Aristo* de Malaspinæ conjectura Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Mox, *beatus esse posse* Lamb. Pro *sapientem*, Leid. et Med. habent *sapiens*, probantibus Dav. et Bouh. *sapiens esse pos-*

NOTÆ

[k] *Aristo* [*Aristone*] *et Antiocho*] Fratribus, sectæ Platonicæ, seu veteris Academiæ. Antiochus contra Academicos recentiores disputare consueverat: librum etiam contra magistrum suum Philonem edidit. Aliqui non *Aristonem*, sed *Aristo*, legunt.

[l] *Athenis imperator*] Cum proconsul missus est in Ciliciam; ubi, rebus bene gestis, profligatisque hostibus apud Issum, quo loco Darius ab Alexandro superatus est, imperator appellatus, e provincia decessit; Rhodumque et Athenas, ubi adolescens studiorum gratia versatus erat, invisit.

Digitized by Google

videbatur quisquam esse beatus posse, cum in malis esset; in malis autem sapientem esse posse, si essent ulla corporis aut fortunæ mala. Dicebantur hæc,[5] quæ scripsit etiam Antiochus locis pluribus: virtutem ipsam per se beatam vitam efficere posse, neque tamen beatissimam: deinde ex majore parte plerasque res nominari, etiam si qua pars[6] abesset, ut vires, ut valetudinem, ut divitias, ut honorem, ut gloriam; quæ genere, non numero cernerentur: item beatam vitam, etiam si ex aliqua parte clauderet, tamen ex multo majore parte obtinere nomen suum. 23. Hæc nunc enucleare non ita necesse est; quanquam non constantissime dici mihi videntur.[7] Nam et, qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior: [*p.* 233.] (si est enim quod[8] desit, ne beatus quidem est) et, quod ex majore parte unamquamque rem appellari spectarique dicunt, est, ubi id isto modo valeat: cum vero tria genera malorum[m] esse dicant; qui duorum generum malis omnibus urgeatur, ut omnia adversa sint in fortuna, omnibus oppressum corpus et confectum doloribus, huic paulumne[9] ad beatam vitam deesse dicemus, non modo ad beatissimam? 24. Hoc illud est, quod Theophrastus[n] sustinere non potuit. Nam, cum statuisset, verbera, tormenta, cruciatus, patriæ eversiones, exilia, orbitates, magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui,

sit codd. Bak. et Bell.—5 *Dicebant ad hæc* conj. Bouh. Aututum, *quæ scripta sit* Reg. *quæ scripta sunt* tres codd. Oxon. *quæ scripta sunt etiam Antiochiis* margo Crat. et Victor. *quæ scripta sunt Antiocho* Dav. in ed. pr.—6 Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *si quæ pars*. Mox, *ut valitudines* tres codd. Oxon. et Venet. 1480. *ut honores* Leid. cum uno cod. Oxon. probante Bouh. refutat Nissen. Deinde, pro *clauderet*, quod servant codd. Schotti, Reg. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *claudicaret* exhibent codd. multi, et edd. ante Gebh. probante Bentl.—7 Reg. et tres codd. Oxon. *videtur*.—8 Edd. antiquiss. *enim quidem quod;* Erasm. *enim quiddam quod*. Mox, *ex majori* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Pro *rem*, codd. multi, etiam Reg. et edd. antiquiss. habent *partem*.—9 Reg. plerimi codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Orell. *paululumne*.

NOTÆ

[m] *Tria genera malorum*] Animi, corporis, fortunæ.

[n] *Theophrastus*] De illo sæpe supra.

Digitized by Google

cum humiliter demisseque sentiret. IX. Quam bene, non quæritur: constanter quidem certe. Itaque mihi placere non solet, consequentia reprehendere, cum prima concesseris. Hic autem, elegantissimus omnium philosophorum et eruditissimus, non magnopere reprehenditur, cum tria genera dicit[1] bonorum: vexatur autem ab omnibus, primum in eo libro, quem scripsit De Vita Beata,[o] in quo multa disputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit. In eo etiam putatur dicere, in rotam beatam vitam non escendere. Non usquam[2] id quidem dicit omnino: sed, quæ dicit, idem valent. 25. Possum igitur, cui concesserim, in malis esse dolores corporis,[3] in malis naufragia fortunæ, huic succensere dicenti, non omnes bonos esse beatos, cum in omnes bonos ea, quæ ille in malis numerat, cadere possint? Vexatur idem Theophrastus et libris et scholis[a] omnium philosophorum, quod, in Callisthene[p] suo, laudarit illam sententiam,

Vitam regit[4][q] fortuna, non sapientia.

Negant ab ullo philosopho quicquam dictum esse languidius. Recte id quidem: sed nihil intelligo dici potuisse[5] constantius. Si enim tot sunt in corpore[6] bona, tot extra corpus in casu atque fortuna; nonne consentaneum est,

[a] *Disputationibus.*

Cap. IX. 1 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *dicit tria genera.* Mox, *quod multa disputaret* de Bentleii conjectura Dav. Tum, *in rotam, id est, genus quoddam tormenti apud Græcos, beatam* ex antiquiss. gloss. Reg. E ι ξ, Gryph. Argent. 1511. margo Crat. Victor. *non escenderet* Reg. *non ascendere* codd. aliquot Oxon. cum edd. ante Gebh. *non attingeret* σ.—2 *Nusquam* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—3 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. *corporis esse dolores;* Argent. 1511. Erasm. *dolores corporis esse.* Mox, *fortunæ naufragia* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—4 *Vitam regi* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.—5 D ψ 1. 2 *posse.*—6 Codex

NOTÆ

[o] *De Vita Beata*] Habet Laërtius catalogum multorum quos scripsit librorum. Sed nullus extat.

[p] *In Callisthene*] Sic inscripsit librum quem de morte amici sui Callisthenis edidit.

[q] *Vitam regit*] Theophrasti versus est, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

Digitized by Google

plus fortunam, quæ domina rerum sit et externarum et ad corpus pertinentium, quam consilium, valere? 26. An malumus Epicurum imitari?[7] qui multa præclare sæpe dicit: quam enim sibi constanter convenienterque dicat, non laborat. Laudat tenuem victum. Philosophi id quidem;[8] sed si Socrates aut Antisthenes[r] diceret, non is, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit.[4] Negat, quenquam jucunde posse vivere, nisi idem honeste, sapienter, justeque vivat.[9] Nihil gravius, nihil[10] philosophia dignius; nisi idem hoc ipsum, honeste, sapienter, juste, ad voluptatem referret. Quid melius,[11] quam 'fortunam exiguam intervenire sapienti?' Sed hoc isne dicit, qui, cum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis tum, cum maxime contra fortunam glorietur? 27. Quod idem melioribus[12] etiam verbis Metrodorus,[s] 'Occupavi,' inquit, 'te, Fortuna, atque cepi: omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses.' Præclare, si Aristo[13] Chius,[t]

[4] *Philosopho quidem ea oratio conveniens est, sed convenientior esset si ab Socrate aut Antisthene haberetur, non ab Epicuro, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit.*

unus Oxon. *in corpora.*—7 E ξ omittunt *imitari.* Statim, *multa præclara* E ξ σ χ. *quam autem sibi* conj. Dav. *enim* delendum censebat Bentl. refutant Wopk. p. 107. et Nissen. *sibi constet* suspic. Nodel. *sepe constanter* ξ. *sibi* omittunt ψ 1. 2.—8 D U *id quidem est.* Mox, *aut Aristenes* ι.—9 Codex unus Oxon. *vixerit;* hoc voc. deest in ψ 2.—10 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. *nil.* Statim, *philosopho* Eliens. 2. *nisi hoc ipsum* E ξ. *justeque ad, &c.* D.—11 *Qui melius* E.—12 *Quod idem melius* E ξ. Mox, *Occupavi te, inquit* Reg. Bern. 1. Victor. Dav. Lall. Wolf. Orell. *Occupavit, inquit, te* ψ 2. *O fortuna* E ξ. Tum, *spirare non possit* E. *spirare non posses* ξ ψ 2.—13 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *si id Aristo.* Mox, *nihil malum ducerent* conj. Bouh. *nihil malorum diceret* D ψ 2.

NOTÆ

[r] *Antisthenes*] Discipulus Socratis, Cynicæ sectæ auctor, sic dictæ quod in Cynosarge gymnasio doceret. Ipse 'Απλοκύων, *simplex canis*, appellari consueverat. Voluptatem summum malum esse dixit. Illius est celebris illa vox, 'Insanirem potius quam oblectarer.' Platonis vitia insectatus est acerrime eo libro quem adversus eum scripsit. Athen. v. 20. Laërt. lib. III.

[s] *Metrodorus*] Epicuri discipulus. Hujus intrepidum adversus perturbationes omnes, mortemque ipsam, animum, meminit Laërt. in Epic. lib. X.

[t] *Aristo Chius*] De illo, de Fin.

Digitized by Google

aut si Stoicus Zeno diceret, qui, nisi quod turpe esset, nihil malum duceret. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, et definieris, summum bonum firma corporis affectione, explorataque spe [14] contineri, fortunæ aditus interclusisti? Quo modo? isto enim bono [15] jam exspoliari potes. X. 28. [p. 234.] Atqui [1] his capiuntur imperiti: et propter hujusmodi sententias, istorum hominum est multitudo. Acute autem disputantis [2] illud est, non, quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit, videre. Velut, in ea [3] ipsa sententia, quam in hac disputatione suscepimus, omnes bonos semper beatos volumus esse. Quid dicam [4] bonos, perspicuum est: omnibus enim virtutibus instructos et ornatos, cum sapientes, tum viros bonos, dicimus. Videamus, qui dicendi sint beati. Equidem hos existimo, qui sint in bonis, nullo adjuncto malo. 29. Neque ulla [5] alia huic verbo, cum beatum dicimus, subjecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. Hanc assequi virtus, si quicquam præter ipsam boni est, non potest: aderit enim malorum (si mala illa ducimus) [6] turba quædam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, amissio suorum, graves dolores corporis, perdita valetudo, debilitas, cæcitas, interitus patriæ, exilium, servitus denique. In his tot et tantis, atque etiam quæ plura possunt accidere, potest esse sapiens: nam hæc casus importat, qui in sapi-

—14 Codex unus Oxon. *summa c. a. explorata spe;* D *exploratáque sæpe;* Lamb. conj. *explorataque ejus spe.*—15 D U χ *isto tam bono.* Actutum, *jam explorari potes* E. *jam expoliare potest* Reg. aliique codd. unde Dav. *isto te ex bono jam exspoliare potest.*

Cap. x. 1 *Atque* ι ξ σ χ ψ 1. 2. Oliv. Mox, *illorum hominum* Argent. 1511. Erasm.—2 *Acute disputantis* codex unus Oxon. Manut. Lamb.—3 *Velut ea* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *ipsa* omittunt Crat. Victor.—4 *Quod dicam* Reg. *Quos dicam* Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *tum sapientes* Reg. Bern. 1. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *tum idcirco bonos* E ξ. *esse dicimus* σ.—5 *Nec ulla* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb.—6 Ita Gryph. margo ed. 1584. Gebh. seqq. *dicimus* edd. antiquiss. Victor. Crat. Manut. Lamb. Mox, pro *suorum* Col. habet *carorum.* Paulo post, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. distinguunt, *servitus. Denique in his, &c.* Deinde, (*atque etiam plura possunt accidere*) Reg. Vat. Bern. 1. ed. vet. Bouh. Lall. Wolf. Schutz. *atque plura possunt accidere* cod. Schotti; *at quæ etiam pl. p. accidere* Col. *ad*

Digitized by Google

entem potest incurrere. At si ea mala sunt, quis potest præstare, sapientem semper[7] beatum fore, cum vel in omnibus his uno tempore esse possit? 30. Non igitur facile concedo, neque Bruto meo, neque communibus magistris,[w] neque veteribus[8] illis, Aristoteli, Speusippo,[x] Xenocrati, Polemoni, ut cum ea, quæ supra enumeravi, in malis numerent, iidem dicant, semper beatum esse sapientem. Quod si[9] titulus hic delectat insignis et pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissimus; inducant animum, illa, quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, divitias, honores, opes contemnere,[a] eaque, quæ his[10] contraria sint, pro nihilo ducere: tum poterunt clarissima voce profiteri, se neque fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, neque paupertate terreri, omniaque sibi in sese esse posita, neque esse quicquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis. 31. Namque et hæc loqui, quæ sunt magni cujusdam et alti viri, et eadem, quæ vulgus, in malis et bonis numerare, concedi nullo[11] modo po-

[a] *Quod si delectat insignis hic et pulcher sapientis titulus, Pythagora, Socrate, et Platone, qui bona corporis et fortunæ contemnebant, dignissimus, animo statuant contemnere vires, valetudinem, &c. et illa omnia quorum splendore capiuntur.*

---

quæ etiam pl. p. accidere Dav. de conjectura Lambini.—7 Reg. Argent. 1511. Victor. Dav. Orell. *semper sapientem.*—8 Argent. 1511. Erasm. Victor. Dav. Orell. *nec veteribus.*—9 Ita e codd. aliquot Gebh. *Quos si* reliquæ edd. etiam Orell. Statim, *et Platone* codex unus Oxon. cum edd. ante Gebh.—10 Crat. *contemnere, quæque his.* Mox, *contraria sunt* duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Schutz. Orell. *tunc poterunt . . . fortunæ ictibus* Venet. 1480. *neque multitudinis o. neque dolore* Lamb. *nec paupertate* Reg. Venet. 1480. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav. Orell. Deinde, *nec esse quicquam* Reg. Venet. 1480. Dav. Orell.—11 Ita Eliens. 2. Reg. Lall. Wolf. in ed. pr. et Orell. *Nam hunc et hæc l. . . . nullo* codd. aliquot Oxon. et Venet. 1480. *Neque hunc et hæc l. . . . nullo* alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Dav. in ed. sec. *Nec hunc et hæc l. . . . ullo* Reg. et Victor. *Neque enim et hæc l. . . . ullo* de

NOTÆ

[w] *Communibus magistris*] Antiocho et Aristoni, qui communes Bruti et Ciceronis magistri fuerunt.

[x] *Speusippo*] Tres Platonis in Academia successores. Speusippus, ejus ex sorore genitus, octo annos scholam tenuit: successit Xenocrates, philosophorum severissimus: huic Polemon, ex adolescente perdito factus philosophus. Horat. 'Quæro, faciasne quod olim Mutatus Polemon? ponas insignia morbi?'

Digitized by Google

test: qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, si Diis placet, videtur semper sapiens beatus. Hic dignitate hujus sententiæ capitur: sed nunquam id diceret, si ipse se audiret.[12] Quid est enim, quod minus conveniat, quam ut is, qui vel summum vel solum malum dolorem esse dicat, idem censeat, 'Quam hoc suave est!' tum, cum dolore crucietur, dicturum esse sapientem? Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia.

XI. 32. A. Adducis me, ut tibi assentiar.[1] Sed tua quoque, vide, ne desideretur constantia. M. Quonam modo? A. Quia legi tuum nuper quartum de Finibus. In eo mihi videbare, contra Catonem disserens, hoc velle ostendere, quod mihi quidem probatur,[2] inter Zenonem et Peripateticos nihil præter verborum novitatem interesse. Quod si ita est, quid est causæ, quin, si Zenonis rationi consentaneum sit, satis magnam vim in virtute esse ad beate vivendum, liceat idem Peripateticis dicere? rem enim opinor spectari oportere, non verba. 33. M. Tu quidem tabellis obsignatis[y] agis mecum; et testificaris,[z] quid dixerim aliquando, aut scripserim. Cum aliis isto modo, qui legibus impositis disputant. [p. 235.] Nos in diem vivimus: quodcumque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus:[b] itaque soli sumus liberi. Verum-

[b] *Potes agere isto modo cum aliis, qui, pactione facta, et impositis disputationi certis legibus, disputant. Nos tamdiu aliquam sententiam defendimus, dum dies aliquid probabilius afferat.*

Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Wolf. in ed. sec. et Schutz.—12 Venet. 1480. *attenderet.*

CAP. XI. 1 Duo codd. Oxon. et Venet. 1480. *assentiam.*—2 Reg. et Dav. *probare,* quod placet Bentleio. 'Non video qua constructione.' *Orell.* *pro-*

NOTÆ

[y] *Tabellis obsignatis*] Quando quis aliud dicebat ab eo quod prius dixerat, proferebantur tabulæ illius manu scriptæ, quibus contineretur quod prius dixisset. M. Antonius orator dicere consueverat, se nullam orationem scripsisse, ut si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum, negare posset se dixisse.

[z] *Testificaris*] Verbum judiciale, pro 'testes facis.'

Digitized by Google

tamen, quoniam de constantia paulo ante diximus, non ego hoc loco id quærendum puto, verumne sit, quod Zenoni placuerit, quodque ejus auditori, Aristoni, bonum esse solum, quod honestum esset: sed, si ita esset, tum ut hoc totum, beate vivere, in una virtute poneret.[9] 34. Quare demus hoc sane Bruto, ut sit beatus semper sapiens. Quam sibi conveniat, ipse viderit. Gloria quidem hujus sententiæ quis est illo viro dignior? nos tamen teneamus, ut sit idem beatissimus. XII. Etsi Zeno Cittieus, advena quidem,[1] et ignobilis verborum opifex,[a] insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. Hujus sententiæ gravitas a Platonis auctoritate repetatur; apud quem sæpe hæc oratio[2] usurpata est, ut nihil præter virtutem diceretur bonum: velut, in Gorgia,[b] Socrates, cum esset ex eo quæsitum, Archelaum,[c] Perdiccæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret? 35. 'Haud scio,' inquit: 'nunquam enim cum eo collocutus sum.'[3] Ain' tu? an tu aliter

bare videris Venet. 1480. *probaretur* codd. aliquot Oxon.—9 Ita fere codd. et edd. ante Dav. item Orell. et Vat. nisi quod *tum* omittit. *ut* omittunt Bern. et Venet. 1480. - 'Pro *poneret* facile legerim *poneretur*, uti videntur habere codd. aliquot Oxon. si fides collatoribus. *sed, ni ita esset, utrum totum hoc b. v. in u. v. poneretur?* de Bentleii sententia Dav. *utrum hoc totum* Lamb. 1584. et Lall. *sed, ni ita esset, num hoc totum b. v. in u. v. ponerent?* Wolf. de conjectura et Schutz. Quæ quidem primo aspectu blandiuntur, sed sententiam efficiunt a Tulliana plane diversam, minusque huic loco convenientem.' *Orell.*

CAP. XII. 1 *Advena quidem* est e Guelf. et ed. 1584. *advena quidam* servant reliqui et codd. et edd. *et* omittunt tres codd. Oxon. et Venet. 1480. Statim, *se* deest in uno cod. Oxon. et ap. Nonium in v. 'Opificem,' probantibus Bouh. et Garat. Phil. v. 8. p. 103. uncis inclusit Orell. —2 Argent. 1511. et Erasm. *oratio hæc.* Paulo post, pro *nonne* Ernesti conj. *anne*, vel *annon*, improbante Orell.—3 Venet. 1481. Crat. Victor. Ma-

NOTÆ

[a] *Verborum opifex*] Zeno, Stoicorum princeps, non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum. 'Et magnam,' inquit Cic. de Nat. Deor. lib. III. 'molestiam suscepit, dum vult vocabulorum causas explicare.'

[b] *In Gorgia*] Dialogo Platonis ita inscripto.

[c] *Archelaum*] Macedoniæ regem. Regum Macedoniæ hæc series est: Carano primo Macedonum regi successit Cænus; Cæno Thurimas; Thurimæ Perdiccas; Perdiccæ Argæus; Argæo Philippus; Philippo Europus; Europo Alcetas; Alcetæ Amyntas; Amyntæ Perdiccas; Perdiccæ Archelaus, de quo hic. Tum Orestes, Æropas, Pausanias, &c. Ita Justin. lib. VII.

Digitized by Google

id scire non potes? 'Nullo modo.' Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne sit? 'An ego possim,[4] cum ignorem, quam sit doctus, quam vir bonus?' Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? 'Ita prorsus existimo, bonos, beatos; improbos, miseros.' Miser ergo Archelaus? 'Certe, si injustus.' Videturne omnem[5] hic beatam vitam in una virtute ponere? 36. Quid vero in Epitaphio?[d] quo modo idem? Nam, 'cui viro,' inquit, 'ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt,[6] nec, suspensa aliorum aut bono casu aut contrario, pendere ex alterius eventis, et errare coguntur; huic optime vivendi ratio comparata est.[a] Hic est ille moderatus,[7] hic fortis, hic sapiens, hic, et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et obediet præcepto illi veteri:

Neque enim[e] lætabitur unquam nec mœrebit nimis,
Quod semper in se ipso omnem spem reponet sui.'[8]

Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto augustoque fonte nostra omnis manabit oratio.

XIII. 37. Unde igitur rectius ordiri[1] possumus, quam a

[a] *Nam qui in se ipso, inquit Socrates apud Platonem, habet omnia quæ ad beate vivendum conferunt, nec cogitur pendere ex aliorum aut bono aut contrario casu, alienisque eventis, hic optimam vivendi rationem habet.*

---

nut. Lamb. *locutus sum.* Actutum, *An tu, an aliter* Reg. Bern. 1. *An tu aliter* sex codd. Oxon. Col. edd. antiquiss. Crat. et Manut. *Ain' tu? aliter* Bak. Bibl. Crit. III. p. 79. *an* uncis inclusit Orell. Deinde, *non ullo modo* Victor. probante Orell.—4 *An ego possem* Crat. et Victor. *An ego possum* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Gebh. Lall.—5 *Videtur omnemne* Beroald. Argent. 1511. Erasm. Actutum, *hic vitam beatam* Victor.—6 Lamb. ex uno cod. *conferunt.*—7 *Hic est ille modestus* D, et Venet. 1480. *Hic est ille moderator* E.—8 'Male hæc pro versiculis habuerunt Victor. Lamb. Gebh. Dav. in ed. pr. Bentl. Ernesti, Wolf. Schutz.' *Orell.* *neque mœrebit* Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb. *aut mœrebit* de Bentleii conjectura Wolf. et Schutz. *Qui semper* D χ, edd. antiquiss. Crat. *in se ipso* Reg. D σ ψ 1. Leid. Victor. Dav. Lall. Schutz. Orell. *reponit* Victor. et Orell. *ponet* de Bentleii sententia Wolf.

CAP. XIII. 1 Reg. Bern. 1 *oriri rectius;* Venet. 1480. Dav. Wolf. Orell.

NOTÆ

[d] *In Epitaphio*] Altero dialogo Platonis ita inscripto, qui non extat.

[e] *Neque enim*] Habet illam sententiam Græce Lambinus. At unde, ipse non monet.

Digitized by Google

communi parente natura? quæ, quicquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quodque genere perfectum esse voluit. Itaque et arbores, et vites, et ea quæ sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt; alia semper virent, alia, hyeme nudata, verno tempore tepefacta[2] frondescunt: neque est ullum, quod non ita vigeat interiore quodam motu, et suis in quoque seminibus inclusis, ut aut flores aut fruges fundat, aut baccas;[f] omniaque in omnibus, quantum in ipsis sit, nulla vi impediente, perfecta sint. 38. Facilius vero etiam in bestiis, quod his[3] sensus a natura est datus, vis ipsius naturæ perspici potest. Namque alias bestias, nantes, aquarum incolas esse voluit; alias, volucres, cœlo frui libero; serpentes quasdam; quasdam esse gradientes; earum ipsarum partim solivagas,[b] partim congregatas; immanes alias, quasdam autem cicures; nonnullas abditas, terraque tectas. Atque earum quæque, suum tenens munus, cum in disparis animantis vitam transire non possit, manet in lege naturæ. Et, ut bestiis aliud alii[4] præcipui a natura datum est, quod suum quæque retinet, nec discedit ab eo; sic homini multo quiddam præstantius; etsi præstantia debent ea dici, [p. 236.] quæ habent aliquam comparationem. Humanus autem animus, decerptus ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, (si hoc fas est dictu) comparari potest. 39. Hic igitur, si est excultus, et si ejus acies ita curata est, ut ne

[b] *Solitudinis amantes.*

ordiri rectius. Paulo post, *esset ortum* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *in* ante *suo* omittunt E ξ. *quidque genere* Reg. Bern. 1. Victor. Manut. Dav. Wolf. Orell.—2 Venet. 1480. et Dav. e uno cod. *patefacta;* unde Bentl. suspic. *patefacto.* Mox, *neque enim est* codex unus Oxon. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Tum, *et suis quoque* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb.—3 Argent. 1511. *iis.*—4 Codd. aliquot Oxon. Leid. Oliv. Lall. *aliis.* Actutum, *præcipue*

NOTÆ

[f] *Aut baccas*] Baccæ sunt minutiores arborum fructus, puta lauri et olivæ; quorum similitudine, gemmæ quoque et lapilli baccæ vocantur. Ita Perottus.

Digitized by Google

cæcaretur[5] erroribus; fit perfecta mens, id est, absoluta ratio; quod est idem virtus. Et, si omne[6] beatum est, cui nihil deest, et quod in suo genere expletum atque cumulatum est, idque virtutis est proprium; certe omnes virtutis compotes beati sunt. Et hoc quidem mihi cum Bruto convenit, item cum[7] Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone. XIV. 40. Sed mihi videntur etiam beatissimi. Quid enim deest ad beate vivendum ei, qui confidit suis bonis? aut, qui diffidit, beatus esse qui potest? At diffidat necesse est, qui bona dividit tripertito.[1] Qui enim poterit aut corporis firmitate aut fortunæ stabilitate[2] confidere? Atqui, nisi stabili,[3] et fixo, et permanente bono, beatus esse nemo potest. Quid ergo[4] ejusmodi istorum est? ut mihi Laconis illud dictum[g] in hos cadere videatur; qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset, 'Non sane optabilis quidem ista,' inquit, 'rudentibus apta,[h] fortuna.' An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita beata completur,[5]

conj. Ernesti, improbante Orell.—5 Ita Reg. Gryph. Bern. 1. a m. pr. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Gebh. *cæcetur* D E U ι ξ σ χ, Bern. 1. a m. sec. Venet. 1480. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Pro *fit* Wolf. in ed. sec. habet *sit*, errore typogr. Statim, *quod idem est, quod virtus* Venet. 1480. Erasm. *quæ est idem, quod virtus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Manut. Lamb.—6 *Et si id omne* Lamb. Paulo post, *sunt beati* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—7 Reg. E U ξ σ χ, et Orell. *id est cum;* ι ψ 2. Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *idem cum.*

CAP. XIV. 1 Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *tripartito.*—2 Argent. 1511. Erasm. Fabric. et margo Crat. *firmitati aut f. stabilitati.*—3 *Atque nisi et stabili* E ξ. *Atque nisi stabiliet fixo, &c.* codex unus Oxon. Manut. Lamb.—4 *Quid igitur* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Statim, *illud Laconis* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Paulo post, *ita quidem est, inquit* Venet. 1481. Beroald. Manut. Lamb.—5 Ita de Bentleii conjectura Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *quo v. b. complectitur* Gryph. cum codd. plerisque, probantibus Lamb. et Brut. *quod v. b. complectitur* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *quo v. b. compleatur*

NOTÆ

[g] *Laconis illud dictum*] Plut. in Apophthegm. Laconicis id de Lampide, seu Lampone Ægineta, dictum scribit.

[h] *Rudentibus apta*] Funes nautici, sic dicti, quod cum vento verberentur, rudere existimentur; atque hunc sonum proprium funium, non asinorum, multi putant. Isid. XIX. 4. *Rudentibus apta* pro 'pendentia' dicit, ut supra dictum est 'apta sunt omnia.'

Digitized by Google

si id possit amitti? nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. Nam, qui timebit ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit. 41. Volumus enim, eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum;[6] non ut parvo metu præditus sit, sed ut nullo. Ut enim innocens is dicitur, non qui leviter nocet,[7] sed qui nihil nocet; sic sine metu is habendus est, non qui parum metuit, sed qui omnino metu vacat. Quæ est enim alia fortitudo, nisi animi affectio, cum[8] in adeundo periculo, et in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu? 42. Atque[9] hæc certe non ita se haberent, nisi omne bonum in una honestate consisteret. Qui autem illam maxime optatam et expetitam[10] securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est) habere quisquam potest, cui aut adsit aut adesse possit multitudo malorum? Qui autem[11] poterit esse celsus et erectus, et ea, quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens, qualem sapientem esse volumus, nisi omnia sibi in se posita censebit? An Lacedæmonii, Philippo minitante[12] [1] per literas, se

conj. Wopk. p. 107. et Gœrenz. Fin. p. 366. Mox, *nihil enim inveterascere* E ξ, Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *n. e. interrarescere* U. Tum, *quæ in vita beata consistunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. —6 Med. Bak. *inexpugnabilem semper atque invictum*, non improbante Dav. —7 Edd. antiquiss. Erasm. Crat. *nocet leviter*; D U ι χ *leviter noceat*. Actutum, *sed qui nil.* Tum, *nihil noceat* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Pro *parum*, quod servant Col. Leid. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *parva* exhibent D E U ι ξ σ χ ψ 2. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Gebh. *parva non metuit* Ursin.—8 Codex unus Oxon. Wolf. Schutz. Orell. *tum*, probante Gœrenz. Legg. p. 170. Statim, *tum in lab. ac dol. patiendo, procul* Lamb. de conjectura.—9 *Atqui* D χ, et Wolf. in ed. sec.—10 Reg. D E U σ, edd. antiquiss. Crat. Victor. *expeditam*. Mox, *securitatem autem* omittit codex unus Oxon. *autem* omittunt D E ξ.—11 *Quis autem* ψ 2. Crat. Lamb. *celsus et rectus* Lall. *accidere homini* edd. antiquiss. Erasm. Crat. *hominum accidere* χ. *omnia* omittunt D U χ. *parvi* U χ. Deinde, *omnia bona sibi in se* iidem codd. Argent. 1511. et Erasm. *omnia sua in se* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *omnia is in se* D. *posita esse censebit* Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—12 Ita de Bentleii conjectura Dav. Schutz. *minitanti*

NOTÆ

[1] *Philippo minitante*] Macedone, ad quem varia Lacedæmoniorum responsa fortitudinis plena memorat Plutarchus. Is cum agrum Lacedæmoniorum invasisset, Philippus, 'Quomodo facietis?' inquit: 'Forti-

Digitized by Google

omnia, quæ conarentur, prohibiturum, quæsiverunt, num se esset etiam mori prohibiturus: vir is, quem quærimus, non multo facilius tali animo reperietur, quam civitas universa? Quid? ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adjuncta, quæ sit moderatrix omnium commotionum, quid potest ad beate vivendum deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine et a metu vindicet; temperantia tum[13] a libidine avocet, tum insolenti alacritate gestire non sinat? Hæc efficere[14] virtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata. XV. 43. Atque,[1] cum perturbationes animi miseram, sedationes autem vitam efficiant beatam; duplexque ratio perturbationis sit, quod ægritudo et metus in malis opinatis, in bonorum autem errore lætitia gestiens libidoque versetur;[2] cum hæc omnia cum consilio et ratione pugnent; his tu tam gravibus concitationibus, tamque ipsis inter se [p. 237.] dissentientibus atque distractis, quem vacuum, solutum, liberum videris, hunc dubitabis beatum dicere? Atqui sapiens semper ita affectus est: semper igitur sapiens beatus est. Atque[3] etiam omne bonum lætabile est: quod autem lætabile, id prædicandum, et præ se ferendum: quod tale autem, id etiam gloriosum: si vero gloriosum, certe laudabile: quod autem laudabile,[4] profecto etiam honestum: quod bonum igitur, id honestum. 44. At

codd. et reliquæ edd. Mox, *quæsiverint* Dav. in ed. pr.—13 Ita Reg. alii codd. et edd. pleræque; *cum* Lamb. Dav. Statim, *cum insolentia* E.—14 *Hoc efficere* duo codd. Oxon. et Venet. 1480. *virtutem ostendere* ψ 2. Pro *diebus* E ξ habent *virtutibus*.

Cap. XV. 1 *Atqui* D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. *At quicumque p. a. miseriam, &c.* codex unus Oxon. *miseriam* habent etiam Reg. Bern. 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Dav. Wolf. Orell.—2 Ita Reg. Venet. 1480. Crat. Victor. Gebh. Wolf. Schutz. Orell. *versentur* D E U ξ σ χ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Dav. Lall. Statim, *hæc* omittunt Reg. E ξ σ ψ 2. Victor. Gebh. *versentur, quæ omnia* conj. Bentl. Paulo post, *dissidentibus atque distractis* E, Crat.—3 Ita Reg. Dav. quinque codd. Oxon. Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Atqui* ξ σ ψ 1. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.—4 Reg. Bern. 1. Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *laudabile autem*.—

NOTÆ

ter,' illi, 'moriemur.' Idem, cum quædam per literas illis imperasset, rescripserunt Laconica brevitate, 'De quibus ad nos scripsisti, non.'

Digitized by Google

quæ[5] isti bona numerant, ne ipsi quidem honesta dicunt. Solum igitur bonum, quod honestum: ex quo efficitur, honestate una vitam contineri beatam. Non sunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum.[6] 45. An dubitas, quin præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus, adde etiam, si libet, pernicitatem, et velocitatem, da divitias, honores, imperia, opes, gloriam: si fuerit is, qui hæc habet, injustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio, atque nullo; dubitabisne[7] eum miserum dicere? Qualia igitur ista bona sunt, quæ qui habeat,[8] miserrimus esse possit? Videamus, ne,[9] ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod si ita est; ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendus est beatus:[10] ea mixta ex dissimilibus si erunt, honestum ex his effici nihil poterit: quo detracto, quid poterit beatum intelligi? Etenim quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certe approbandum: quod vero approbaris, id gratum acceptumque habendum: ergo etiam dignitas ei tribuenda est. Quod si ita est, laudabile sit necesse est. Bonum igitur omne laudabile: ex quo efficitur, ut, quod sit honestum, id sit solum bonum. XVI. 46. Quod ni ita tenebimus, multa erunt, quæ nobis bona dicenda sint:[1] omitto divitias; quas, cum quivis, quamvis indignus, habere possit, in bonis non numero. Quod enim est bonum, id non quivis habere potest: omitto nobilitatem, famamque popularem, stultorum improborumque consensu excitatam.[2] Hæc, quæ sunt[3] minima, tamen bona

5 *At qui* ι. *Atque quæ* ξ. Statim, *ne isti quidem* D ψ 2. *ne ista quidem* ι χ.—6 E ξ *miserum*.—7 D *dubitabisne tu;* ψ 2 *dubitans ne*. Tum, *miserrimum dicere* ι σ.—8 E *bona, quæ qui habet*.—9 *Videamus nunc* E ξ. Statim, *generis gravis* D U. *granis* deest in ψ 2. *ex suis simil.* ι σ χ.—10 Ita solus Ernesti e cod. Guelf. *efficiendum est beatum* alii codd. et edd. Mox, *ex iis effici* Argent. 1511. et Erasm. *nihil effici* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Deinde, *id petendum est* ψ 2. *est* omittunt Leid. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Actutum, *quod a. petendum* ψ 2. *q. a. expetendum est* Leid. D E U ι ξ σ χ ψ 1. Venet. 1480.

Cap. XVI. 1 D *dicenda erunt;* E σ *dicenda sunt*. Mox, *cum quis* D. *cum quisquis quam gravis indignus, &c.* ψ 2.—2 D *exercitatam*.—3 *Hæc quidem sunt* idem codex. Statim, *ut bona* E ξ. Tum, *Euryclia* Beroald. Argent. 1511.

Digitized by Google

dicantur necesse est: candiduli dentes, venusti oculi, color suavis, et ea, quæ Euryclea[k] laudat, Ulyssi pedes abluens, 'lenitudo orationis, mollitudo corporis.'[4] Ea si bona ducemus, quid erit in philosophi gravitate, quam in vulgi opinione stultorumque turba, quod dicatur aut gravius, aut grandius? 47. At enim eadem Stoici præcipua, vel producta[l] dicunt, quæ bona isti. Dicunt illi quidem: sed his vitam beatam compleri negant: hi autem[5] sine iis esse nullam putant: aut, si sit beata, beatissimam certe negant. Nos autem volumus beatissimam: idque nobis Socratica illa conclusione confirmatur. Sic enim princeps ille philosophiæ disserebat: 'Qualis cujusque animi affectus esset, talem esse hominem: qualis autem ipse homo[6] esset, talem ejus esse orationem: orationi autem facta similia, factis vitam. Affectus autem animi in bono viro laudabilis: et vita igitur laudabilis boni viri, et[7] honesta ergo, quoniam laudabilis: ex quibus, bonorum beatam vitam esse, concluditur.' 48. Etenim, pro Deorum atque hominum fidem! parumne cognitum est[8] superioribus nostris disputationibus, an delectationis et otii consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concitatione animi (quam perturbationem voco) semper vacare? semper in animo ejus esse placidissimam pacem? Vir igitur temperatus, constans, sine motu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine,[9] nonne beatus? [*p.* 238.] At semper sapiens talis:

Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. *Anticlea* Reg. Venett. 1480. 1481. Dav.—4 Hæc quatuor verba pro versiculo habent Dav. Orell. et al. Mox, *bona dicemus* E ι ξ σ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Wolf. Schutz. Orell.—5 Cod. Ursin. *isti.* *Illi quidem sine iis v. b. compleri, hi autem; isti dicunt.* *Illi quidem sine his vitam, &c.* *sine his* etiam Dav. *hi aut sine his* Dav. in ed. pr.—6 Reg. *homo ipse.* Mox, *facta simillima* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat.—7 Manut. et Lamb. omittunt *et.*—8 Leid. *est hoc*, probante Bouh.—9 Junt. aliæque edd. vett. *sine alacritate, ulla sine libidine;* Victor. *sine ulla alacritate, &c.* Venet. 1481. *sine alacritate illa, &c.* uti

NOTÆ

[k] *Euryclea*] Nutrix Ulyssis. Illa in Niptris, quo nomine tragœdiam scripserunt Sophocles inter Græcos, Pacuvius inter Latinos, inducitur pedes abluens Ulyssis e bello Trojano redeuntis. Vide quoque Homer. Odyss. T.

[l] *Præcipua, vel producta*] Seu *præposita*, *προηγμένα*: de qua voce Stoicorum propria diximus supra.

Digitized by Google

semper igitur beatus. Jam vero qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quæ agit, quæque sentit? Refert autem omnia ad beate vivendum: beata igitur vita [10] laudabilis. Nec quicquam sine virtute laudabile: beata igitur vita virtute conficitur. Atque hoc sic etiam concluditur. XVII. 49. Nec in misera vita quicquam est prædicabile aut gloriandum; nec in ea quæ nec misera sit nec beata. Et est [1] in aliqua vita prædicabile aliquid et gloriandum, ac præ se ferendum: ut Epaminondas,[m]

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum:[n]

ut Africanus,[o]

A sole exoriente, supra Mæoti'[2] paludes,[p]
Nemo est qui factis me æquiperare queat.

volebat Nissen. *sine alacritate futili* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *sine alacritate vana* suspic. Dav. *sine alacritate stulta* conj. Bouh.—10 Venett. 1480. *beata ergo vita.*

CAP. XVII. 1 *At est* conj. Bouh. Mox, *aut gloriandum* Ernesti errore typogr.—2 *Mæotides* D U ψ 2. *Mæotidas* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. *Mæotis* E. *Meontides* χ. *Meondas* ψ 2. *A sole e. ad usque Mæotis* Mamert. Paneg. II. 16. Mox, *me* omittunt ι ξ σ χ ψ 1. 2. cod. Schotti, Gebh. *æquiparare* Reg. D, Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Lall.—

NOTÆ

[m] *Epaminondas*] Extat illud epigramma in Bœoticis Pausaniæ, ab ipso Epaminonda scriptum, et in basi statuæ, quæ illi deinde erecta est, insculptum. Et Plut. lib. 'Quod nemo possit beate vivere juxta præcepta Epicuri.'

[n] *Attonsa Laconum*] Bis justo prælio cum Lacedæmoniis decertavit; semel ad Leuctra, Bœotiæ vicum, contra Cleombrotum; iterum contra Agesilaum apud Mantineam, Arcadiæ civitatem. In primo prælio, Lacedæmoniorum quatuor millia, et inter eos tum fortissimi quique, tum rex ipse Cleombrotus, ceciderunt, partaque Thebanis certa victoria: In altero dubia fuit, ex Polybio; ubi enim letale vulnus Epaminondas accepisset, quasi ex mutuo consensu utrimque e pugna discessum est, pauloque post e vulnere obiit Epaminondas.

[o] *Africanus*] Versus sunt Ennii, quibus ita Scipio gloriatur.

[p] *Mæoti' paludes*] Mæotis palus, alias Temerinda accolis, id est, mater maris: nunc *Limen*, seu *Mer de Zabache*, et *de la Tana*. Sinus est amplissimus, seu potius mare, Sarmatiæ, inter Europam et Asiam. Per Bosporum Cimmerium connectitur cum Euxino, et a Buge palude separatur Zenonis Chersoneso. Dicitur 'palus,' quia adeo humilis est, ut plurimis in locis non nisi scaphis et navigiis minoribus navigari possit.

Digitized by Google

50. Quod si est, beata[3] vita glorianda et prædicanda, et præ se ferenda est: nihil est enim aliud, quod prædicandum, et præ se ferendum sit. Quibus positis, intelligis, quid sequatur: et quidem, nisi ea vita beata est, quæ est eadem[4] honesta; sit aliud necesse est melius vita beata. Quod erit enim[5] honestum, certe fatebuntur esse melius. Ita erit beata vita melius aliquid; quo quid potest dici perversius? Quid? cum fatentur[6] satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, nonne fatendum est, eandem vim in virtute esse ad beatam vitam? contrariorum enim contraria sunt consequentia. 51. Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa[q] Critolai,[r] qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere[7] illam bonorum animi lancem putet, ut terram et maria deprimat. XVIII. Quid ergo[1] aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum gravissimum philosophorum, exaggerantem tantopere virtutem, extenuantem cetera et abjicientem, in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere? quod quidem nisi fit,[2] virtutum interitus consequetur. 52. Nam in quem cadit ægritudo, in eundem metum cadere necesse est: est enim metus futuræ ægritu-

3 *Quod si beata* Reg. alii codd. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. *Quod si est sola beata* Lamb.—4 Venet. 1480. *quæ eadem est.*—5 *Quod enim erit* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—6 Leid. duo codd. Oxon. Venet. 1480. *fateantur*, probante Bouh. Paulo post, *vim in virtutem esse* Reg. *vim virtutem esse* quatuor codd. Oxon. Leid. Venet. 1480. probante Bouh. unde Dav. conj. *in virtute inesse.*—7 Beier ad Offic. tom. II. p. 211. conj. *præponderari.* Actutum, *illam lancem putet* cod. Bern. Wolfii, Nissen. Schutz. Beier, U, et Orell. *illam boni lancem putet* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *illam animi lancem putet* de Bentleii conjectura Dav. *illam honesti lancem putet* conj. Bouh.

CAP. XVIII. 1 *Quid igitur* codex unus Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Mox, *et extenuantem* Venet. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. —2 Ita Reg. Gryph. Venet. 1480. Crat. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *sit* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Actutum, *virtutem* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. *consequitur* duo codd. Oxon.

NOTÆ

q *Libra illa*] Solebat libræ similitudine docere, quanto essent animi bona corporis et fortunæ bonis anteponenda. De illa Critolai similitudine dictum est de Fin. lib. v.

r *Critolai*] De quo supra.

Digitized by Google

dinis solicita expectatio: in quem autem metus, in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia: ergo, ut idem vincatur interdum,[3] nec putet ad se præceptum illud Atrei[a] pertinere,

Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant.

Hic autem vincetur, ut dixi: nec modo vincetur, sed etiam serviet. At nos virtutem[4] semper liberam volumus, semper invictam. Quæ nisi sunt,[5] sublata virtus est. 53. Atqui,[6] si in virtute satis est præsidii ad bene vivendum, satis est etiam[7] ad beate: satis est enim certe in virtute, ut fortiter vivamus: si fortiter,[8] etiam ut magno animo, et quidem ut nulla re unquam terreamur, semperque simus invicti. Sequitur, ut nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet. Ergo omnia profluenter, absolute, prospere: igitur beate. Satis autem, ad fortiter vivendum, virtus potest:[9] satis ergo etiam ad beate. 54. Etenim, ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, nunquam se tamen satis consecutam putat; sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam unquam sui pœnitet.

XIX. Similemne[1] putas C. Lælii[b] unum consulatum

et Venet. 1480.—3 Guelf. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *interdum necesse est.* Pro *Atrei* cod. Ursini habet *antiquum.*—4 *At nos autem virtutem* Reg. *Nos autem virtutem* codex unus Oxon. Victor. et Dav. in ed. pr.—5 *Quæ nisi ita est* Venet. 1481. Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor.—6 *Atque* de Bentleii conjectura Dav. Wolf. Schutz. et sic legitur in Argent. 1511.—7 *Satis etiam*, omisso *est*, Victor.—8 *Si, ut fortiter* Lamb.—9 *Satis autem virtus ad f. v. potest* Victor. Dav.

Cap. XIX. 1 *Similene* Reg. D E U χ, duo codd. Schotti, Victor. Gebh. Dav. probante Bentl. Mox, *repulsa, L. Cinnæ quatuor sine repulsa* Bern. 1. in marg. ab alia m. Argent. 1511. Erasm. Verba, *cum L. Cinnæ quatuor*, omittunt codd. et plurimæ edd. etiam Orell. Lectio nostra est a Corrado. Mox, *sic cum sapiens* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Argent. Erasm. *Sed cum sapiens* codex unus Oxon. Victor. Manut. *Etsi cum sapiens* Lamb. *qualis fuit ille* Victor. *non* ante *populus* omittit Lamb. *a malo consule* Gebh. Tum, *a bono populo* Reg. D E U ι ξ σ, Venet. 1480. Victor. Gebh. *a vano populo* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Lall. Orell. probante Bentl. Pro *fert* Dav. habet *refert*, unde non liquet. *fert, suffragiis præ-*

NOTÆ

[a] *Illud Atrei*] Ex qua veterum tragœdia excerptum sit illud dictum Atrei, obscurum est.

[b] *C. Lælii*] Cognomine Sapientis. Hunc cum P. Scipio Æmilianus, familiaris ejus ac suffragator, deducere

Digitized by Google

fuisse, et eum quidem cum repulsa, cum L. Cinnæ quatuor? (si cum sapiens et bonus vir, qualis ille fuit, suffragiis præteritur, non populus a bono consule potius, quam ille a malo populo repulsam fert): sed tamen utrum malles, te, si potestas esset, semel, ut Lælium, consulem,[2] an, ut Cinnam, quater?[u] non dubito, tu quid responsurus sis. Itaque video, cui committam. 55. [p. 239.] Non quemvis hoc idem interrogarem: responderet enim alius fortasse, se[3] non modo quatuor consulatus uni anteponere, sed unum diem Cinnæ multorum et clarorum virorum totis ætatibus. Lælius, si digito quem attigisset, pœnas dedisset. At Cinna, collegæ sui, consulis[4] Cn. Octavii,[x] præcidi caput jussit, P. Crassi,[y] L. Cæsaris,[z] nobilissimorum

teritur ι σ ψ 1. Victor. Gebh.—2 D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *consulem esse.*—3 D E, Venet. 1480. *sese;* U χ omittunt

NOTÆ

in Campum vellet, ad petendum consulatum, Q. Pompeium amicum suum, ad societatem ejus officii, ni sibi ipse peteret, invitavit: operam suam promittit Pompeius, se sibi petiturum negans; sed illum dum diu expectant Scipio et Lælius, nuntiatur jam in Campo esse Pompeium, sibique petere consulatum. Tum vero indignantibus aliis, Scipio ridens, 'Inepti,' inquit, 'qui tanquam Deos rogatori, non homines, tempus hic frustra terimus, tibicinem expectantes!' Quo dicto risum aliis movit; putabatur enim Q. Pompeius tibicinis filius. Igitur creatus solum est consul Lælius anno sequente, nempe, 613.

[u] *Ut Cinnam, quater*] L. Cornelius Cinna, Marianæ factionis: quater quidem consul fuit; sed primum consulatum abdicare coactus est, et post quartum ab exercitu suo occisus. Pighius.

[x] *Cn. Octavii*] Hunc collegam in primo consulatu habuit: utrumque Sulla victor creaverat, ad bellum Mithridaticum discessurus; et L. quidem Cinnam ex adversa factione, sed populi placandi gratia. Inito magistratu, novos confestim tumultus excitat, conatus exules reducere, sociosque nuper in civitatem receptos inter veteres tribus distribuere, ut paria essent iis suffragia; sed a Cn. Octavio, civium veterem causam suscipiente, urbe pellitur: mox tamen victor redit, Romam capit vastatque, ac collegam occidit.

[y] *P. Crassi*] Ea cæde trucidati sunt duo P. Crassi, pater et filius: patri cognomentum Sapiens; nobilisque fuit consulatu an. 656. de Lusitanis triumpho, et censura. In mutuo alter alterius conspectu mactati sunt. Alterum ex illis suapte manu interfectum scribit Cic. de Orat. lib. III.

[z] *L. Cæsaris*] Non Lucius tantum, sed Caius quoque frater, trucidatus est. Lucius tum gestis honoribus, consulatu an. 663. et censura, tum militari laude in bello sociali floruerat; Caius ingenio et eloquentia. Ip-

Digitized by Google

hominum, quorum virtus fuerat domi militiæque cognita, M. Antonii, omnium eloquentissimi, quos ego audierim, C. Cæsaris, in quo mihi videtur fuisse specimen[5] humanitatis, salis, suavitatis, leporis. Beatusne igitur, quia hos interfecit?[6] Mihi, contra, non solum eo videtur miser, quod ea fecit, sed etiam quod ita se gessit, ut ea facere ei liceret. Etsi peccare nemini licet: sed sermonis errore labimur: id enim licere dicimus, quod cui conceditur.[7] 56. Utrum tandem beatior C. Marius,[a] tum, cum Cimbricæ victoriæ[b] gloriam cum collega Catulo[c] communicavit, pæne altero Lælio, (nam hunc illi duco[8] simillimum) an cum, civili bello victor, iratus, necessariis Catuli deprecantibus, non semel respondit, sed sæpe, 'Moriatur?' in quo beatior ille, qui huic nefariæ voci[d] paruit, quam is, qui tam scelerate imperavit. Nam cum accipere quam facere præstat[9] injuriam, tum morti jam ipsi adventanti paulum procedere

se.—4 Voc. *consulis* suspectum Manutio.—5 Reg. Dav. Orell. *specimen fuisse.* —6 Bern. 1. edd. ante Dav. item Lall. Wolf. Schutz. Orell. *qui hos interfecit;* Guelf. *quod hos int.* Reg. *quos int.* Lamb. *qui hos interfecit? Minime. Mihi, &c.*—7 Hæc est conjectura Davisii in ed. pr. *cuique conceditur* codd. et edd. vett. item Lall. Wolf. Schutz. Orell.—8 Ita Reg. Guelf. alii codd. margo Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. seqq. *nam huic illum dico* D, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Gebh. *huic illum duco* E U ξ χ ψ 1. —9 Guelf. *præstet.* Statim, *paululum procedere* Manut. Lamb.

NOTÆ

se est poëta, ille et orator urbanitate et lepore conditus, de quo multa Cic. in Bruto. Hic hospitis Etrusci proditione cæsus est, ille ad tumulum Varii Sucronensis. Cic. de Orat. lib. III. ait caput C. Julii Cæsaris cum L. Julii Cæsaris capite jacuisse pro rostris, non longe capite M. Antonii oratoris.

[a] *C. Marius*] Arpinas patria, eodem quo Cicero municipio in Volscis natus. Novus homo, natalium nulla commendatione, (quanquam eum equestri loco fuisse scribit Vell. Pat.) sed bellica tantum virtute ad honores provectus, ad septimum usque consulatum pervenit: vir hirtus atque horridus, vitaque sanctus; quantum bello optimus, tantum pace pessimus. Vell. Pat. lib. II.

[b] *Cimbricæ victoriæ*] In campis Raudis prope Veronam reportata est. Cæsa feruntur hostium 140. millia cum duobus regulis, capta 60. millia cum duobus item regulis. Ea victoria Cimbricum nomen omnino deletum.

[c] *Collega Catulo*] Q. Lutatio Catulo, qui bis repulsam tulerat, antequam hunc consulatum obtineret.

[d] *Nefariæ voci*] Catulus vel odore calcis, ut ait Plut. vel ignis haustu, ut Florus, vel hausto veneno, ut Aug. se ludibrio hostium exemit.

Digitized by Google

obviam (quod fecit Catulus), quam (quod Marius) talis viri interitu sex suos obruere [e] consulatus, et contaminare extremum tempus ætatis.

XX. 57. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius,[f] cum V et XX [1] natus annos dominatum occupavisset. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus præditam, servitute oppressam tenuit civitatem? Atqui [2] de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse ejus in victu temperantiam, in rebusque gerendis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura et injustum. Ex quo omnibus, bene veritatem [3] intuentibus, videri necesse est miserrimum. Ea enim [4] ipsa, quæ concupierat, ne tum quidem, cum omnia se posse censebat, consequebatur. 58. Qui cum esset bonis parentibus atque honesto loco natus, (etsi id quidem alius alio modo [g] tradidit [5]) abundaretque æqualium familiaritatibus, et consuetudine propinquorum, haberet etiam, more Græciæ,[h] quosdam adolescentes amore conjunctos; credebat se eorum nemini; sed his, quos ex

CAP. XX. 1 Ita plurimæ edd. *cum quinque et viginti* Reg. et Orell. Mox, *occupasset* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—2 *Atque* ξ ψ 2. Argent. 1511. Mox, *eumque in rebus gerendis* Lamb. *in rebus gerendis* U. Deinde, *et natura injustum* D E U ξ χ.—3 *Ex q. o. vere veritate* E. *Ex q. o. benignitatem* σ.—4 *Etenim ea* ψ 1.—5 Ita cum codd. plurimis Victor. Gebh. seqq. *tradit* U ψ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *abundaretque et æqualium* ψ 2. edd. ante Gebh. *abundaret æqualium* E. Paulo post, *credebat eorum* Bern. 1. Reg. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Victor. Manut. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Orell. *sed iis* Manut. Lamb. Gebh. Orell. Tum, *locupletium* Reg. Lamb. Dav. *servos* gloss. videbatur Ernestio. Deinde, *et fere barbaris* Fabr. de con-

NOTÆ

[e] *Sex suos obruere*] Sex enim tantum consulatus egerat C. Marius cum Q. Catulus se ipsum peremit: septimum postea gessit.

[f] *Fuit Dionysius*] Senior. De illo jam alibi.

[g] *Alius alio modo*] Xenophon lib. II. de rebus Græcorum ait Dionysium Hermocratis filium fuisse: Hermocrates vero nobilis Syracusanus fuit, cujus auctoritate factum est ne Syracusæ traderentur Atheniensibus. Plutarchus tamen, in Vita Dionis, ait Dionysium duxisse Hermocratis filiam. De Dionysio accuratissime scripsit Philistus.

[h] *More Græciæ*] Ad illum morem Græciæ alludit Æmil. Probus in Alcibiade. Ineunte adolescentia amatus est a multis more Græcorum. Simile aliquid habet Xenophon, Cyropædiæ lib. II.

Digitized by Google

familiis locupletum servos delegerat, quibus nomen servitutis ipse detraxerat, et quibusdam convenis, et feris barbaris, corporis custodiam [i] committebat. Ita,[6] propter injustam dominatus cupiditatem in carcerem quodammodo ipse se incluserat. Quinetiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique [7] artificio regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam et capillum patris. Et tamen ab his [8] ipsis, cum jam essent adultæ, ferrum removit, instituitque, ut candentibus [9] juglandium [k] putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. 59. Cumque duas uxores [l] haberet, Aristomachen, civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Et, cum fossam latam cubiculari lecto [10] circumdedisset, ejusque fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxisset; eum ipsum, cum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque, cum in communibus suggestis [m] consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. 60. [*p.* 240.] Atque is, cum pila ludere vellet (studiose enim id factitabat), tunicamque poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris [11] jocans

jectura Lambini.—6 *Itaque* ψ 2. Mox, *ipse* omittit ψ 2. *se* omittit χ.—7 *Ita sordidoque ancillari* Reg. *Itaque ancillari sordidoque* Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. *Itaque sordido ancillarique* E U ξ χ. *Itaque ancillari artif.* conj. nescio quis ap. Orell. *officio regio* χ, Dav. probante Bentl.—8 *Et t. ab iis* edd. antiquiss. Manut. Lamb. Lall.—9 E ξ *cadentibus*. Actutum, *juglandum* D. *in gladium* E ξ ψ 1. *in glandium* ι χ.—10 Gesnerus volebat *tecto;* D ι *fossa lata cubicularis lectum;* Reg. et σ *fossa lata cubicularis lecto;* Argent. 1511. Erasm. *fossa lata cubiculares lectos.* Paulo post, *cum fores cubiculi* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb.—11 Margo Crat. et Victor. *familiarius.* Paulo post, *id dictum* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Lall.

NOTÆ

[i] *Corporis custodiam*] Idem refert tantum non ad verbum Val. Max. IX. 15.

[k] *Candentibus juglandium*] Sive a 'juvando' et 'glande,' ut videtur Nonio; sive, ut vult Gavius Bassus, a 'Jove' et 'glande,' quasi Jovis glans juglans dicatur: illius certe putamina, eo quod pinguia sint, facile incenduntur, et tenuem calorem, latamque flammam emittunt.

[l] *Duas uxores*] Quas uno die simul duxit. Aristomachæ pater fuit Hipparinus.

[m] *Communibus suggestis*] Plura vide apud Diodor. lib. XIV. et Plut. in Dione.

Digitized by Google

dixisset, 'Huic quidem certe vitam tuam committis,' arrisissetque adolescens, utrumque jussit interfici; alterum, quia viam demonstravisset interimendi sui; alterum, quia dictum id risu approbavisset. Atque, eo facto, sic doluit, ut nihil gravius tulerit[12] in vita: quem enim vehementer amarat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. Cum huic obsecutus sis, illi est repugnandum. 61. Quanquam hic quidem tyrannus ipse judicavit,[13] quam esset beatus. XXI. Nam, cum quidam ex ejus assentatoribus, Damocles,[a] commemoraret in sermone copias ejus, opes, majestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum; negaretque unquam beatiorem quenquam fuisse; 'Visne igitur,' inquit,[1] 'Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, et fortunam experiri meam?' Cum se ille cupere dixisset, collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrime[2] textili stragulo, magnificis operibus picto; abacosque[o] complures ornavit argento auroque cælato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos[3] jussit consistere, eosque, nutum ejus intuentes, diligenter

—12 Reg. Bern. 1. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *nihil ut tulerit gravius.* Statim, *amaret* codex unus Oxon. et Manut.—13 Ita Reg. Bern. 1. Guelf. alii codd. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Gebh. *indicavit* codd. aliquot, Venet. 1480. Manut. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell.

CAP. XXI. 1 E ψ 2. et Crat. omittunt *inquit.* Actutum, *O Damocle* edd. ante Gebh. Dav. Lall. Orell. *quoniam te hæc vita* Venet. 1480. Dav. *eadem degustare* Reg. Guelf. E, non improbante Ernesti; *in eadem dignitate* D.—2 Ita conj. Ernesti; *pulcherrimo* codd. et reliquæ edd.—3 Gud. conj. *delicatos.* Mox, *ad nutum illius* duo codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *nutum illius* Victor. et Orell. *nutum ejus* tacite Gebh. et Ernesti. *ad-*

NOTÆ

[a] *Damocles*] Ab Acrone et Porphyrione *Dimocles* appellatur. Huc pertinet illud Horat. Od. III. I. 17. 'Destrictus ensis cui super impia Cervice pendet, non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt saporem; Non avium citharæque cantus Somnum reducent.'

[o] *Abacosque*] Abacus proprie est mensa, quæ basim non habet, et de pariete suspensa, nunc illi applicatur, nunc soluta demittitur: unde 'repositorium' Plinio dicitur XXVIII. 2. a Græco ἄβαξ, quasi μὴ ἔχων βάσιν, auctore Guicharto. De variis abaci significationibus vide apud Cæl. Rhodig. II. 30. Fulvium Ursinum ad Ciacconium de Triclinio, Bernardinum Balbum de Vocibus Vitruvianis.

Digitized by Google

ministrare. 62. Aderant unguenta, coronæ: [p] incendebantur odores: mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium, e lacunari seta equina aptum,[4] demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores [5] aspiciebat, nec plenum artis argentum; nec manum porrigebat in mensam: jam ipsæ defluebant coronæ: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror [6] impendeat? Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad justitiam remigraret, civibus [7] libertatem et jura redderet: iis enim se, adolescens, improvida ætate, irretierat erratis, eaque commiserat, ut salvus esse non posset, si sanus esse cœpisset. XXII. 63. Quantopere vero amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit in Pythagoreis [q] duobus illis; quorum cum alterum vadem mortis accepisset; alter, ut vadem suum liberaret, præsto fuisset ad horam mortis [1] destinatam; 'Utinam ego,' inquit, 'tertius vobis amicus ascriberer!' Quam huic erat miserum, carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari! homini præsertim docto a puero, et artibus [2] ingenuis erudito! Musicorum vero perstudiosum accepimus,[3] poëtam etiam [r] tragicum; quam bonum,

ministrare Guelf.—4 Ita Nonius, Gryph. Col. Victor. Gebh. seqq. *appensus* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb.—5 Codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *administratores*—6 Dav. Wolf. Schutz. Orell. præeunte Jac. Gronov. *aliqui terror;* Oliv. Lall. *aliquid terroris.*—7 Ita Reg. cum codd. plerisque, Victor. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *civibusque* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *his enim, &c.* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Dav. *in improvida* Dav. in ed. pr. de conjectura.

CAP. XXII. 1 Ita Reg. Guelf. E U ι ξ χ ψ 1. 2. Argent. 1511. Victor. Manut. Dav. in ed. pr. Wolf. Orell. *morti* D, edd. antiquiss. Beroald. Crat. Lamb. Dav. in ed. sec. Lall.—2 Dav. de Bentleii conjectura, et Schutz. *docto, et a puero artibus;* edd. antiquiss. et Crat. *a puero, institutis et artibus.*—3 Ita

NOTÆ

[p] *Coronæ*] Solennes in cœnis coronas fuisse scribit Plinius, et coronatos epulari solitos veteres.

[q] *Pythagoreis*] Damone et Pythia, sectæ Pythagoricæ. De quibus nos alibi.

[r] *Poëtam etiam*] Philoxenum ad latomias misit, quod carmina sua

Digitized by Google

nihil ad rem: in hoc enim genere, nescio quo pacto, magis quam in aliis, suum cuique pulchrum est. Adhuc neminem cognovi poëtam (et mihi fuit cum Aquinio[s] amicitia), qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet: te tua, me delectant mea. Sed, ut ad Dionysium redeamus; omni cultu et victu humano carebat: vivebat cum fugitivis, cum facinorosis,[4] cum barbaris: neminem, qui aut libertate dignus esset, aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur.

XXIII. 64. [*p.* 241.] Non ego jam cum hujus vita (qua tetrius, miserius,[1] detestabilius excogitare nihil possum) Platonis aut Archytæ vitam comparabo, doctorum hominum et plane sapientium: ex eadem urbe humilem homunculum[t] a pulvere et radio[u] excitabo, qui multis annis post fuit, Archimedem: cujus ego, quæstor,[x] ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum undique et vestitum vepribus et dumetis, indagavi sepulcrum: tenebam

Guelf. Bern. 1. in marg. ed. vet. Bonh. Venet. 1481. Beroald. Victor. Manut. Lall. Schutz. *accepimus* omittunt Reg. Bern. 1. D U ι σ χ ψ 2. Venet. 1480. Gebb. Wolf. Orell. *accepimus* post *tragicum* habent alii codd. *perstudiosum fuisse accepimus* Lamb. *Musicorum v. perstudioso, poëtæ etiam tragico, quam bono* conj. Bentl. recepit Dav. *et tragicum* D E χ. Paulo post, *cum Aquino* Bern. a m. pr. Leid. duo codd. Oxon. Argent. 1511. Manut. Wolf. Schutz. Orell. *cum Attilio* Elieus. 2.—4 Reg. *facinerosis.* Mox, *autem qui libertate* E ξ. *aut qui libertate* U.

CAP. XXIII. 1 *Non ergo* χ. *qua teterius, qua miserius* D. *qua deterius, mi-*

NOTÆ

laudare noluisset; cumque audivisset tragœdiæ, quam scripserat, præmium præ ceteris concessum esse, gaudio obiit. Plin.

[s] *Cum Aquinio*] Illo forte de quo Catull. XIV. 18. 'Nam si luxerit, ad librariorum Curram scrinia: Cæsios, Aquinios, Suffenum, omnia colligam venena.' Meminit illius Giraldus.

[t] *Homunculum*] De quo Silius Ital. XIV. 341. 'Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis, Nudus opum; sed cui cœlum terræque paterent.'

[u] *A pulvere et radio*] Geometræ figuras suas in arena describebant radio, quæ virga erat, seu baculus mathematicus. Virg. Ecl. III. 40. 'Descripsit radio totum qui gentibus orbem:' quanquam pro *radio* vocem aliam substituendam puto: quid enim ad rem præsentem 'radius?'

[x] *Ego quæstor*] Hanc suam in Sicilia quæsturam sæpe commemorat in Verrinis et pro Plancio. Sicilia duobus quæstoribus regi solebat, uno Lilybætano, altero Syracusano. Cicero Lilybætanus fuit, Sexto Peducæo prætore.

Digitized by Google

enim quosdam senariolos,[y] quos in ejus monumento esse inscriptos[z] acceperam; qui declarabant, in summo sepulcro sphæram esse positam[z] cum cylindro.[a] 65. Ego autem, cum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas[3] Agragianas[b] magna frequentia sepulcrorum), animadverti columellam[c] non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis (erant autem principes[4] mecum) dixi, me illud ipsum arbitrari esse, quod quærerem. Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum. 66. Quo cum patefactus esset aditus, ad adversam[5] basim accessimus. Apparebat epigramma, exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis[6] fere. Ita nobilissima Græciæ civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate[d] didicisset. Sed redeat, unde aberravit, oratio. Quis est omnium,[7] qui modo cum Musis, id est, cum humanitate et cum doctrina,

serius σ.—2 E U ξ ψ 2 *esse scriptos.*—3 Codex unus Oxon. *a porta.* Actutum, *Achradinas* codex Ursini, Wolf. Schutz. Orell. *Agraginas* Palat. 1. χ. *Acragenas* Lamb. *Agragantinas* Camer. et Dorvill. *Galeagrinas* conj. Bouh. *Jagragianas* E. *Saggraginas* U. *Sagragiana* σ. Lect. nostram servant Reg. Bern. 1. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Dav. Tum, *animum adverti* Reg. Vat. Dav. *columnellam* D U.—4 Codex unus Oxon. *erat autem princeps.* Pro *illud ipsum*, Venet. 1480. et Orell. habent *ipsum illud.* Tum, *arbitrare e. q. queremus* E ξ.—5 *Qui . . . aditus, adversam* D ψ 2. *basim accedimus* E ξ.—6 Dav. de conj. Bentl. *dimidiatum.*—7 *Quis est enim* codex unus Oxon. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Paulo post, *qui se esse non h. m. malit* e tribus codd. suis et uno Oxon. Gœrenz. ad Fin. p. 274. probante Beier ad

NOTÆ

[y] *Senariolos*] Genus versuum a senis pedibus dictum.

[z] *Sphæram esse positam*] Posita autem fuerat, quia de Sphæra et Cylindro duos libros scripserat Archimedes.

[a] *Cum cylindro*] Omnis figura teres et oblonga cylindrus dicitur, a κυλίνδω, volvo.

[b] *Agragianas*] Erant eæ per quas Agrigentum, seu Agragentum, ibatur. Agragas vero urbs erat Siciliæ, a flumine præter ipsam fluente sic dicta.

[c] *Columellam*] Tumulis veterum Syracusanorum imponebatur columella, tribus tantum cubitis alta; idque a Demetrio constitutum est, ut modus sepulcris finiretur, inquit Cic. de Legibus.

[d] *Arpinate*] Arpinum patria fuit Ciceronis. Oppidum olim Latii, in confinio Samnii; nunc castrum in *Terra di Lavoro*, prope Soram et montem Cassinum.

Digitized by Google

habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? Si vitæ modum actionemque quærimus; alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione solertiæ; qui est[8] unus suavissimus pastus animorum: alterius in cæde et injuriis, cum et diurno et nocturno metu. Age, confer Democritum, Pythagoram, Anaxagoram: quæ regna, quas opes, studiis eorum et delectationibus antepones? 67. Etenim, quæ pars optima est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quæris,[9] optimum. Quid est autem in homine, sagaci ac bona mente melius? Ejus bono fruendum est igitur, si beati esse volumus. Bonum autem mentis est virtus: ergo hac beatam vitam contineri necesse est. Hinc omnia, quæ pulchra, honesta, præclara sunt, (ut supra dixi; sed dicendum idem illud[10] paulo uberius videtur) plena gaudiorum sunt. Ex perpetuis autem plenisque gaudiis cum perspicuum sit vitam beatam existere, sequitur, ut ea existat ex honestate.

XXIV. 68. Sed, ne verbis solum attingamus[1] ea quæ volumus ostendere, proponenda quædam quasi moventia sunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamque convertant. Sumatur enim nobis quidam præstans vir optimis artibus, isque animo parumper et cogitatione fingatur. Primum ingenio eximio sit, necesse est, (tardis enim mentibus[a] virtus non facile comitatur)[2] deinde ad investigan-

Offic. tom. I. p. 151. *qui se non h. m. esse* alius cod. Oxon.—8 Victor. et Gebh. omittunt *est*. Statim, *alterius cæde* Manut. Lamb. Tum, *et in injuriis* codd. aliquot ap. Orell.—9 Dav. de Bentleii conjectura *quærimus*. Actutum, *omnium optimum* codex unus Oxon. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Victor. Manut. Lamb.—10 Edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *illud idem;* pro quibus E χ habent tantum *id;* D U omittunt *idem*.

CAP. XXIV. 1 D *attigamus;* E *attendamus*. Statim, *præponenda* E ξ.—2 Ita Reg. Gryph. Col. E U ξ σ ψ 1. Venet. 1480. Victor. Gebh. seqq. *committitur* Guelf. ι, Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. *comititur* D. *committatur* ψ 2. Mox, *investigandum* E U. *vestigandum* ι. ψ 2.

NOTÆ

[a] *Tardis enim mentibus*] 'Comitari' reperitur interdum cum dativo, ex constructione Græca; cum Latina accusativum postulet. Sic Claudianus in Ruffin. 'Et luxus populator opum, cui semper inhærens Infelix

dam veritatem studio incitato. Ex quo triplex ille animi[f] fœtus existet;[3] unus in cognitione rerum positus, et in explicatione naturæ; alter in descriptione expetendarum fugiendarumve rerum; tertius in judicando, quid cuique rei sit consequens, quid repugnans: in quo inest omnis tum subtilitas disserendi, tum veritas judicandi. 69. Quo tandem igitur gaudio affici necesse est[4] sapientis animum, cum his habitantem pernoctantemque curis? ut, cum totius mundi motus conversionesque perspexerit; sideraque viderit innumerabilia, cœlo inhærentia, cum ejus ipsius motu congruere, certis infixa sedibus? septem alia[a] suos quæque tenere cursus, multum inter se aut altitudine[5] aut humilitate distantia, quorum vagi motus rata tamen et certa sui cursus spatia definiant? [p. 242.] Horum nimirum aspectus[6] impulit illos veteres, et admonuit, ut plura quærerent. Inde est indagatio nata initiorum,[7] et tanquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta; quæque cujusque generis, vel inanimi vel animantis, vel muti vel loquentis origo, quæ vita, qui interitus, quæque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio; unde terra, et quibus librata[8] ponderibus, quibus cavernis maria sustineantur; in

[a] *Sidera, quæ planetæ vocantur.*

—3 Ita Victor. Gebh. seqq. *existit* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Paulo post, *alter in discretione* Victor. *fugiendarumque* Reg. alii codd. Lamb. *rerum in munere vivendi* D. *rerum ratione vivendi* ι. *rerum vivendi* χ ψ 2. *in judicanda* D. *in indicando* ψ 2. Pro *consequens*, χ, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. habent *conveniens*. Deinde, *in quo est* D ψ 2. *tum omnis* Victor. *omnium tum* χ. *omnis cum* Reg.—4 Reg. D E U ξ σ ψ 1. 2. Venet. 1480. *necesse esset*. Mox, *et*, *cum* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. *ut* omittunt Medic. Lamb. Dav. probante Bentl.—5 E ξ *latitudine*. Mox, *spatia definiantur* E.—6 *Horum n. aspectum* E.—7 *Inde est i. n. vitiorum* E. Statim, *quæ cujusque* E ξ. *quoque cujusque* ψ 2. Tum, *vel animi, vel animantis* E ξ. *vel inanimi illis animantibus* ψ 2. *vel inanimi vel animati* edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *vel muti* desunt in D. *quis intentus* edd. ante Gebh.—8 Dav. ex Eliens. 2 *terra æquis librata*, improbante Ernesti. Pro *sustineantur*, quod servant E U ξ σ ψ 1. 2. Venet. 1481. Beroald. Argent.

NOTÆ

humili gressu comitatur egestas.' Plura Vossius de Constructione, cap. 85.

[f] *Triplex ille animi*] Tres philosophiæ partes, physica, ethica, logica.

Digitized by Google

qua omnia, delata gravitate, medium mundi locum semper expetant, qui est idem infimus in rotundo. XXV. 70. Hæc tractanti animo, et noctes et dies cogitanti, existit illa a Deo Delphis præcepta[1] [g] cognitio, ut ipsa se mens agnoscat, conjunctamque cum divina mente se sentiat; ex quo insatiabili gaudio completur. Ipsa enim cogitatio de vi et natura Deorum studium incendit illius æternitatis imitandæ;[2] neque se in brevitate vitæ collocatam putat, cum rerum causas alias ex aliis aptas, et necessitate nexas, videt: quibus, ab æterno tempore fluentibus in æternum, ratio tamen mensque moderatur. 71. Hæc ille intuens atque suspiciens, vel potius omnes partes orasque circumspiciens, quanta rursus animi tranquillitate humana et citeriora[h] considerat! Hinc illa cognitio virtutis existit: efflorescunt genera partesque virtutum: invenitur, quid sit, quod natura spectet[3] extremum in bonis, quid in malis ultimum; quo referenda sint officia, quæ degendæ ætatis ratio deligenda. Quibus et talibus rebus exquisitis, hoc vel maxime efficitur, quod hac disputatione agimus,[4] ut virtus, ad beate vivendum, sit se ipsa contenta. 72. Se-

1511. Erasm. Manut. Dav. Wolf. Schutz. *sustineat* exhibent Col. D χ, Venet. 1480. Crat. Victor. Lamb. Gebh. Lall. Orell. *sustineant* Reg. *in quam omnia* Lamb. *qua omnia*, omissa præpositione *in*, Dav. Oliv. Deinde, *semper expectant* E ψ 2. *semper aspectant* ξ.

CAP. XXV. 1 D *a Deo Delphis et præc.* E ψ 2 *de Adelphis præc.* σ *de eo delphis præc.* Statim, *mens cognoscat* D. *mens vitiis exutam cognoscat* U, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *mens vitiis exutam agnoscat* χ, Leid. et ed. vet. Bouh. Tum, *mente esse sentiat* Lamb. Deinde *gaudio compleatur* omnes codd. et edd. ante Dav. item Lall. *gaudio completur* est de conjectura Bentleii; receperunt Dav. Schutz. Orell.—2 Reg. D U *imitandi*; ψ 2 *mutandi*; χ *mutandum*. Statim, *collocatum* Dav. e Pith. et Erasmi ed. *conlocata* Reg.—3 Gryph. *expectetur*; unde Brut. conj. *expetatur*. Mox, *quod in malis ultimum* edd. vett. *quid sit ultimum* D. *sunt officia* D U χ ψ 2. *officia* deest in E. *ratio dirigenda* E ξ.—4 Leid. D U χ ψ 1. 2. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *agitamus*.—5 Reg. et

NOTÆ

g *Delphis præcepta*] In foribus templi Delphici scripta erat ea vox, 'Nosce teipsum,' ab Apolline, ut quidam referunt.

h *Et citeriora*] Id est, infra lunam, et ex ea parte, qua lunam respicimus, posita: sic Gallia citerior, sive Cisalpina, dicitur, quæ ex ea parte, qua Alpes respicimus, posita est.

Digitized by Google

quitur tertia, quæ per omnes partes sapientiæ manat et funditur, quæ rem definit,[5] genera dispertit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat, disserendi ratio et scientia; ex qua cum[6] summa utilitas existit ad res ponderandas, tum maxime ingenua delectatio, et digna sapientia. Sed hæc otii.[b] Transeat idem iste sapiens ad rempublicam tuendam. Quid eo possit esse præstantius, cum contineri prudentia[7] utilitatem civium cernat, justitia nihil in suam domum inde derivet, reliquis utatur tot tam variisque virtutibus? Adjunge fructum amicitiarum; in quo doctis[8] positum est cum consilium omnis vitæ, consentiens, et pæne conspirans, tum summa jucunditas e quotidiano cultu atque victu. Quid hæc tandem vita desiderat,[9] quo sit beatior? cui rei, refertæ tot tantisque gaudiis, fortuna ipsa cedat necesse est. Quod si gaudere talibus bonis animi, id est, virtutibus, beatum est, omnesque sapientes iis[10] gaudiis perfruuntur; omnes eos confiteri beatos esse, necesse est.

XXVI. 73. A. Etiamne[1] in cruciatu atque tormentis? M. An tu me in viola putabas,[2] aut in rosa, dicere? an Epicuro, qui tantummodo induit personam philosophi, et sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licebit, (quod quidem, ut habet se res, me tamen plaudente dicit) nullum sapienti esse tempus, etsi uratur, torqueatur, secetur, quin possit excla-

[b] *Sed hæc a sapiente tractantur cum otiosus est.*

Venet. 1481. *definivit.* Actutum, *genera dispartit* D, Argent. 1511. Erasm. Crat. Oliv.—6 *Ex qua tum* codex unus Oxon. Paulo post, *digna sapiente* cod. Ursin.—7 Ita Reg. Bern. omnes Leid. ξ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Gebh. *cum prudentia* D E U ι σ χ ψ 1. 2. Lamb. Dav. Oliv. Lall. Wolf. Schutz. Orell. Mox, *tot tamque variis* codex unus Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb.—8 Venet. 1481. Beroald. Crat. Manut. Victor. Lamb. Lall. Bipont. *a doctis.* Statim, *tum consilium* Bern. codex unus Oxon. Wolf. Schutz. Orell.—9 Ernesti conj. *desideret.* Mox, *cui refertæ* nonnulli codd. Bern. a m. sec. ed. vet. Bonh. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. et sic conj. Manut.—10 Dav. Wolf. Orell. *his;* Crat. et Victor. omittunt *iis.* Mox, *eos omnes* Venet. 1481. *beatos esse confiteri* Victor.

CAP. XXVI. 1 *Etiam* Reg.—2 Guelf. tres codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. *putas,* probantibus Dav. et Ernesti. Mox, *quia tantummodo* tres codd. Oxon. Reg. Dav. *et sibi ipsi* tres codd. Oxon. Leid. Venet. 1480. Crat. Victor. *hoc nomen inscribit* ψ 2. *ut ut habet se res* Lall. de conjectura Bentleii. *me t. applaudente* Lamb. Deinde, *etiam si uratur* ξ ψ 2. *etiam summi-*

Digitized by Google

mare, 'Quam pro nihilo puto!' cum præsertim omne malum dolore definiat; bonum voluptate;[3] hæc nostra honesta, turpia, irrideat; dicatque, nos, in vocibus occupatos, inanes sonos fundere; neque quicquam ad nos pertinere, nisi quod aut læve aut asperum in corpore sentiatur. Huic ergo, (ut dixi) non multum differenti a judicio ferarum, oblivisci licebit sui? [*p.* 243.] et tum fortunam contemnere, cum sit omne et bonum ejus et malum in potestate fortunæ, tum dicere, se beatum[4] in summo cruciatu atque tormentis, cum constituerit, non modo summum malum esse dolorem, sed etiam solum? 74. Nec vero illa sibi remedia comparavit[5] ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam, exercitationem consuetudinemque patiendi, præcepta fortitudinis, duritiam virilem; sed una se dicit recordatione[i] acquiescere præteritarum voluptatum: ut, si quis æstuans, cum vim caloris non facile patiatur, recordari velit, se aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus[k] circumfusum fuisse. Non enim video, quo modo sedare possint[6] mala præsentia præteritæ voluptates. 75. Sed, cum is dicat, semper beatum esse sapientem, cui dicere hoc, si sibi constare vellet, non liceret; quidnam faciendum est his,[7] qui nihil expetendum, nihil in bonis ducendum, quod honestate careat, existimant? Me quidem auctore, etiam Peripatetici veteresque Academici

tur σ.—3 Venet. 1480. *voluptate bonum.* Paulo post, *aut lene* Reg. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *in corpore sentiat* ψ 1. 2.—4 E ξ *tum dicere esse beatum;* D *cum dicere, &c.* Statim, *cui constituerit* D. *cum constitueret* ψ 2.—5 Lamb. *compararit;* ψ 1 *comparabat.* Mox, *duritiam virilem* Argent. 1511. Erasm. Fabric. *duritiemque virilem* codex unus Oxon. *se dicat* Lamb. Deinde, *sese aliquando* D ψ 2. *esse aliquando* Reg. *se* omittit ξ.—6 Cod. ψ 2 *sedari possint;* σ *sedare possent.*—7 Ita Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *hiis* Bern. 1. a m. pr. *iis* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.

NOTÆ

[i] *Dicit recordatione*] Moriens hæc scripsit ad Hermachum: 'Hæc omnia mala minuebat animi lætitia, quam capiebam ex memoria rationum inventionumque nostrarum.'

[k] *Gelidis fluminibus*] Duos fluvios in Arpinati fuisse ait de Leg. lib. I. alteri nomen Fibrenus, alteri Liris. Sil. Ital. VIII. 400. 'Fibreno miscentem flumina Lirim.'

Digitized by Google

balbutire desinant aliquando;[8] aperteque et clara voce audeant dicere, beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram. XXVII. 76. Sint enim[1] tria genera bonorum, ut jam a laqueis Stoicorum (quibus usum me pluribus, quam soleo, intelligo) recedamus: sint sane illa genera bonorum, dum corporis et externa jaceant humi, et tantummodo, quia sumenda sint, appellentur bona: alia autem illa divina longe lateque se pandant, cœlumque contingant,[l] ut,[2] ea qui adeptus sit, cur eum beatum modo, et non beatissimum, etiam dixerim? Dolorem vero[3] sapiens extimescet? is enim huic maxime[4] sententiæ repugnat. Nam contra mortem nostram atque nostrorum, contraque ægritudinem, et reliquas animi perturbationes, satis esse videmur superiorum dierum disputationibus armati et parati. Dolor esse videtur acerrimus virtuti adversarius: is ardentes faces intentat: is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, se debilitaturum[5] minatur. 77. Huic igitur succumbet virtus? huic beata sapientis et constantis viri vita cedet? Quam turpe! o Dii boni! Pueri Spartiatæ[m] non ingemiscunt, verberum dolore laniati. Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, ut exanimarentur[6] prius, quam se victos faterentur. Quæ barbaria India vastiora ut agrestior? in ea tamen gente primum

Lall.—8 Ita plurimi codd. et edd. ante Dav. *aliquando desinant* Reg. Dav. Orell. *desinat aliquando* D. *designat aliquando* ψ 2. *aperta et clara* D ψ 1.

CAP. XXVII. 1 *Sunt enim* D ι ψ 2. Mox, *quibus usus* E ξ. *quanquam soleo* ψ 2. *quam soleam* D. *sunt sane* ι σ ψ 2. *dummodo corporis* ψ 1. *et* ante *externa* omittunt D χ ψ 1. *et tantum, quia s. sunt* ψ 2. *sunt* etiam edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Deinde, *divina illa* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Crat. Victor. Manut. Lamb.—2 Dav. de conjectura Lambini delevit *ut*; uncis inclusit Orell.—3 *Doloremne* Dav. de conjectura. Statim, *extimescit* codex unus Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor.—4 Venet. 1481. Gebh. *maximæ*.—5 D U, Leid. et e Maffæi cod. Manut. *debellaturum*.—6 Ita Reg. edd. antiquiss. et Gebh. *cum exanimarentur* ξ χ ψ 2. Bern. Guelf. Dav.

NOTÆ

[l] *Cœlumque contingant*] Id est, excellant. Sic Horat. Od. I. 1. 36. 'Sublimi feriam sidera vertice.'

[m] *Pueri Spartiatæ*] De illo more Lacedæmoniorum dictum Tusc. lib. II. In ara Orthiæ Dianæ cædebantur.

Digitized by Google

ii,[7] qui sapientes habentur, nudi ætatem [n] agunt, et Caucasi nives [o] hyemalemque vim perferunt sine dolore: cumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu [p] aduruntur. 78. Mulieres vero [q] [in India],[8] cum est [cujusvis] earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est victrix, ea, læta, prosequentibus suis, una cum viro in rogum imponitur: illa, victa,[9] mœsta discedit. Nunquam naturam mos vinceret: est enim ea semper invicta. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia, animum infecimus: opinionibus maloque more delenitum[10] mollivimus. Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes pravitatis[11] erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, [*p.* 244.] quam ibim,[r] aut aspidem,[s] aut

Lall. Wolf. Schutz. Orell. *tum exanimarentur* ι σ.—7 Reg. Venet. 1480. Dav. Orell. *ei;* Venet. 1481. Beroald. Victor. Crat. *hi.* Paulo post, *se applicaverint* Victor. et Gebh. *se applicuerunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *se applicuerint* Venet. 1480. Manut. Lamb.—8 'Sine causa Dav. et Ernesti *in India* uncis incluserunt.' *Orell.* Pro *cujusvis*, quod servant codd. aliquot Oxon. margo Crat. Victor. Gebh. *cujus* habent Reg. Bern. 1. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *alicujus* ψ 1. *cujusque* Guelf. ξ χ, ed. vet. Bouh. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. *cujuslibet* ι σ. *cujusvis* Ernestio delendum videbatur. Sed cf. Ochsner Ecl. p. 219.—9 Leid. *illa alia victa;* Dav. de Bentleii conj. *illæ victæ mœstæ cedunt.*—10 Gryph. *demotum;* idem cod. in marg. *devictum.*—11 Duo codd. Oxon. et Lamb. *pravis;* Schutz. conj. *fanaticis.* Pro *aspidem*, Lamb. conj. *apim.* Actutum, *aut fenicem* E. Tum, *aut corcodilum* e codd. Dav. Vide Gud. ad Phædr. I. 25. *aut cocodrillum* E. *aut crochodilon* D. *jugulent* χ.—

NOTÆ

[n] *Nudi ætatem*] Inde dicti gymnosophistæ. Hi modo ab ortu ad occasum perstabant solem contuentes defixis oculis, modo ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistebant. De quorum patientia Val. Max. lib. III. Plin. Strabo, Solin. Philostratus.

[o] *Caucasi nives*] Caucasus duplex: alter inter mare Caspium et Pontum Euxinum; alter, de quo hic agitur, in Scythiæ et Indiæ confinio, ex quo Indus et Oxus profluunt.

[p] *Sine gemitu*] De eo more gymnosophistarum dictum lib. II. ubi de Calano, Alexandri familiari, dictum est.

[q] *Mulieres vero*] Onesicritus auctor est, eam mulieribus in India legem latam fuisse, ut maleficia tollerentur, neve aut virum, quod prius solebant, veneno tollerent, aut alios amarent. Sed neque lex, neque legis causa, Straboni aliisque auctoribus placet. Herodot. in Terpsichore, et Diodor. lib. XVI. plura habent de eo more.

[r] *Quam ibim*] Avis est Ægyptia, cujus duo genera; altera nigra, altera ciconiæ similis. Hinc error quorundam ibim ciconiam esse existi-

Digitized by Google

felem, aut canem, aut crocodilum violent; quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint, pœnam nullam recusent. 79. De hominibus loquor. Quid bestiæ? non frigus,[12] non famem, non montivagos atque sylvestres cursus lustrationesque [e] patiuntur? non pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? Omitto, quæ perferant, quæque patiantur ambitiosi, honoris causa; laudis studiosi, gloriæ gratia;[13] amore incensi, cupiditatis. Plena vita exemplorum est. XXVIII. 80. Sed adhibeat oratio modum, et redeat illuc, unde defluxit.[1] Dabit, dabit,[2] inquam, se in tormenta vita beata: nec justitiam, temperantiam, inprimisque fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam prosecuta, cum tortoris os viderit, consistet; virtutibusque omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis, resistet extra fores (ut ante dixi) limenque carceris: quid enim ea fœdius, quid deformius sola relicta, comitatu[3] pulcherrimo segregata? Quod[4] tamen fieri nullo pacto potest: nec enim virtutes sine beata vita cohærere possunt, nec illa sine virtutibus. 81. Itaque eam tergiversari[5] non sinent, secumque rapient ad quemcumque ipsæ dolorem cruciatumque ducentur. Sapientis est enim proprium,[6] nihil,

[e] *Circuitiones.*

12 Edd. antiquiss. Crat. Manut. *nonne frigus.* Paulo post, *nonne pro suo, &c.* eædem edd. *ita pugnant* Dav. in ed. pr.—13 Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. *causa;* Ursin. et Gronov. delendum censebant *gratia;* uncis incluserunt Dav. et Wolf. in ed. pr. in ed. altera Wolf. uncis liberavit.

CAP. XXVIII. 1 Ita Guelf. tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Junt. Erasm. *deflexit* Reg. Bern. a m. pr. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 Alterum *dabit* omittunt Reg. D E U ι ξ σ χ ψ 2. Argent. 1511. Erasm. Mox, *patientia* Reg. Gryph. Gebh.—3 Ita codd. et edd. vett. *a comitatu* Schutz. et Wolf.—4 *Quod* omittunt Beroald. Argent. 1511. Erasm. —5 Venet. 1480. *virtutibus eamque tergiversari.*—6 *Sapientis enim proprium est*

NOTÆ

mantium. Illa usum clysteris docuit, rostro eluens alvum; serpentibus infensa. Juven. XV. 3. 'saturam serpentibus ibim.'

[a] *Aut aspidem*] Singulæ urbes Ægypti singulas bestias colebant; unde et urbibus nomina, Leontopolis, Cynopolis, Lycopolis, a leone, cane, lupo. Causas illius superstitionis vide apud Diodor. l. II. Juvenal. Sat. XV.

Digitized by Google

quod pœnitere possit, facere, nihil invitum; splendide, constanter, graviter, honeste omnia; nihil ita expectare, quasi certo futurum; nihil, cum acciderit, admirari, ut inopinatum ac novum accidisse videatur; omnia ad suum arbitrium referre; suis stare judiciis. Quo quid sit beatius, mihi certe in mentem venire non potest. 82. Stoicorum quidem facilis conclusio est; qui cum finem bonorum esse senserint, congruere naturæ,[t] cumque ea convenienter vivere; cum id sit in sapiente[7] situm, non officio solum, verum etiam potestate; sequatur necesse est, ut, cujus in potestate summum bonum, in ejusdem vita beata sit. Ita fit semper vita beata sapientis. Habes, quæ fortissime de beata vita dici putem, et, quo modo nunc est,[u] (nisi quid tu melius attuleris) etiam verissime.

XXIX. A. Melius equidem[1] afferre nihil possum: sed a te impetrarim libenter, nisi molestum sit, (quoniam te nulla vincula impediunt ullius certæ disciplinæ, libasque ex omnibus, quodcumque te maxime specie veritatis movet) quod paulo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbare, ut sine retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos;[2] id velim audire, quemadmodum his potes consentaneum esse id dicere:

Argent. 1511. Erasm. Actutum, *nihil, cujus pœn. &c.* conj. Lamb. *nihil invite* D, Eliens. 2 *nihil injuste* U ι ψ 2. Venet. 1481. *nihil invitus* E ξ. Deinde, *quasi in incerto* D. *quasi certe* E. *ut opinatum* D. *aut novum* E U ξ σ χ.—7 E U χ ψ 2 *cum id in sapiente;* Lamb. de conj. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *cum id sit in sapientis.*

Cap. XXIX. 1 Ita codd. aliquot, etiam Reg. Crat. Victor. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *Melius quidem* plerique codd. edd. antiquiss. Beroald. Manut. Lamb. Lall. Mox, *nil possum* edd. antiquiss. Erasm. Crat. Manut. *non possum* U χ. *impetrarem libenter* E, Venet. 1480. *impetrare libenter velim* duo codd. Leid. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *impetrare velim* U χ. *ut, nisi* D E ξ σ ψ 2. Wolf. Orell.—2 Beroald. Argent.

NOTÆ

t *Congruere naturæ*] Huc pertinet illud de Fin. lib. v. 'Relinquitur ut summum bonum sit, vivere, scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eveniant, seligentem quæ secundum naturam sunt,' &c.

u *Et quo modo nunc est*] Hæc verba puto cum Mureto expungenda, ut legatur, *Habes quæ fortissime de beata vita dici putem, et, nisi quid tu melius attuleris, etiam verissime.*

Digitized by Google

multa enim a te contra istam sententiam dicta sunt, et Stoicorum ratione conclusa. 83. M. Utamur igitur libertate, qua nobis solis[x] in philosophia licet uti, quorum oratio nihil ipsa judicat, sed habetur in omnes partes, ut ab aliis possit ipsa per sese, nullius auctoritate adjuncta,[3] judicari. Et, quoniam videris hoc velle, ut, quæcumque dissentientium philosophorum sententia sit de finibus,[4] tamen virtus satis habeat ad vitam beatam præsidii; quod quidem Carneadem disputare solitum accepimus: sed is, ut contra Stoicos, quos studiosissime semper refellebat, et contra quorum disciplinam ingenium ejus exarserat; nos illud quidem cum pace agemus. Si enim Stoici fines bonorum recte posuerunt,[5] confecta res est: necesse est semper beatum esse sapientem. 84. Sed quæramus unamquamque reliquorum sententiam, si fieri potest, ut hoc præclarum quasi decretum[y] beatæ vitæ possit omnium sententiis et disciplinis convenire. XXX. [*p.* 245.] Sunt autem hæ[1] de finibus, ut opinor, retentæ defensæque sententiæ: primum simplices quatuor:[z] Nihil bonum, nisi honestum, ut Stoici: Nihil bonum, nisi voluptas, ut Epicurus: Nihil bonum, nisi vacuitas[2] doloris, ut Hieronymus:[a] Nihil bonum, nisi naturæ primis bonis[b] aut omnibus aut maximis frui, ut

1511. Erasm. *semper et beatissimos.*—3 Bentl. conj. *adjuta.*—4 Edd. antiquiss. Manut. Lamb. *de finibus sit.* Statim, *hoc quidem Carn.* conj. Lamb. *sed iis* Col. Venet. 1481. Victor. Paulo post, *nos autem illud cum pace* conj. Lamb. *nos illud idem, &c.* conj. Bonh. *nos illud quidem omnium cum, &c.* suspic. Bentl. *nos illius quidem, &c.* edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. uti volebat Ursin.—5 Reg. *possiverunt.* Mox, *necesse est* omittunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm.

CAP. XXX. 1 *Sunt autem hæc* e codd. Dav.—2 Ita ψ 2. Guelf. *voluptatem ... vacuitatem* alii codd. et edd. ante Ernesti. Actutum, *doloris* omittunt

NOTÆ

[x] *Qua nobis solis*] Recentiores Academici nulli doctrinæ addicti erant.

[y] *Quasi decretum*] Latini 'decreta,' 'placita,' 'scita' appellant, quæ Græci δόγματα.

[z] *Simplices quatuor*] M. Varro, libro de Philosophia, teste Aug. de Civit. Dei, lib. XIX. scripsit, ex distributione trium sectarum fines bonorum constituentium, aut in animo, aut in corpore, aut in utroque, existere posse sectas ducentas octoginta duas.

[a] *Ut Hieronymus*] De hac Hieronymi opinione dictum de Fin. lib. II.

[b] *Primis bonis*] Quæ 'primigenia,' Varro, Cicero alibi 'prima naturæ'

Digitized by Google

Carneades contra Stoicos disserebat. Hæc igitur simplicia; illa mixta. 85. Tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, ut[3] Peripatetici; nec multo veteres Academici secus: voluptatem cum honestate Dinomachus[4] et Callipho[c] copulavit: indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus[d] adjunxit. Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant: nam Aristonis,[e] Pyrrhonis,[5] Herilli, nonnullorumque aliorum evanuerunt. Hi quid possint obtinere, videamus, omissis Stoicis, quorum satis videor defendisse sententiam. Et Peripateticorum quidem[6] explicata causa est, præter Theophrastum, et si qui illum secuti, imbecillius horrent dolorem et reformidant. Reliquis quidem licet facere id, quod fere faciunt, ut gravitatem dignitatemque virtutis exaggerent. Quam cum ad cœlum extulerint (quod facere eloquentes homines copiose solent), reliqua ex collatione[f] facile est conterere atque contemnere: nec enim licet iis,[7] qui laudem cum dolore petendam esse dicant, negare, eos esse beatos, qui illam adepti sint. Quanquam[8] enim sint in quibusdam malis, tamen hoc nomen beati longe et late patet. XXXI. 86. Nam, ut quæ-

Reg. D U ι σ χ ψ 2. Venet. 1480. Gebh.—3 Ernesti delendum censebat *ut*.—4 *Clitomachus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. *et Calliphon* Wolf.—5 *Pyrroni* Reg. *Pironis* D E. *Pirionis* U. *Perilli* D. *Erilli* E. *Herili* U. *Ferilli* ι σ. *Hereli* ψ 2.—6 Lamb. *sententiam, et Peripateticis, quorum quidem.* Actutum, *satis explicata* E ξ. *per Theoph.* D E. *et qui* ψ 2. *imbecilius* D U. Tum, *id* omittunt Manut. Lamb.—7 Reg. Argent. 1511. Erasm. Dav. *nec enim licet his ;* ψ 2 *nec licet iis.* Statim, *dicunt* D E U ι σ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *adepti sunt* omnes codd. et edd. præter Ernesti.—8 *Quamvis* Wolf. in Prælectt.

NOTÆ

vocat; incolumitas, sensus integri, vires, pulchritudo.

c *Dinomachus et Callipho*] De utroque vide de Fin. II. 6. et 11.

d *Peripateticus Diodorus*] De illo quoque ibidem.

e *Aristonis*] Aristo docebat nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas præter virtutes et vitia, inter quas nihil omnino interesset; Pyrrho, virtute constituta, nihil esse quod appetendum esset; Herillus, nihil esse bonum præter scientiam. Cic. de Fin. lib. V.

f *Reliqua ex collatione*] Aristoteles et Peripatetici divitias et reliqua fortunæ et corporis bona comparatione virtutis contemnenda censuerunt. Cic. de Fin. lib. IV.

Digitized by Google

stuosa mercatura, fructuosa aratio[1] dicitur, non si altera semper omni damno, altera omni tempestatis calamitate semper vacat; sed si multo majore ex parte extat in utraque felicitas; sic vita, non solum si undique referta bonis est, sed si multo majore et graviore ex parte bona propendent, beata recte dici potest. 87. Sequetur igitur,[2] horum ratione, vel ad supplicium, beata vita virtutem; cumque ea descendet in taurum, Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone auctoribus; nec eam, minis aut blandimentis corrupta, deseret. Eadem Calliphontis[3] erit Diodorique sententia; quorum uterque honestatem sic complectitur, ut omnia, quæ sine ea sint, longe et retro ponenda censeat. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen; Epicurus, Hieronymus, et si qui sunt, qui desertum[4] illum Carneadem[s] curent defendere: nemo est enim, qui eorum bonorum animum putet esse judicem, eumque condocefaciat, ut ea, quæ bona malave videantur, possit contemnere. 88. Nam quæ tibi Epicuri[5] videtur, eadem erit Hieronymi et Carneadis causa, et, hercle, omnium reliquorum: quis

CAP. XXXI. 1 D. ι σ ψ 2 *ratio;* ξ *oratio.* Mox, *non nisi altera* σ. *non si semper* D. Tum, *altera omnis temp.* E U ι ξ σ χ ψ 2. et edd. ante Dav. *altera omni* omittit D. *vacet* D E U ι ξ χ, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. *multo majori* edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. *ex parte existat* ψ 1. *ex parte extet* Manut. Lamb. Paulo post, *propendeant* D E, Venet. 1480. *propendunt* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *perpenderint* Guelf. unde Ernesti conj. *propenderint.*—2 *Sequitur igitur* D χ ψ 1. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. *bonorum ratione* codd. plerique, etiam D E U ι ξ χ ψ 1. edd. antiquiss. Erasm. Crat. Gebh. probante Schott. *descendit in taurum* Erasm. Deinde, *nec eum minimis* codd. omnes et edd. ante Dav. item Dav. in ed. sec. *nec eam minis* est de conjectura Bentleii; receperunt Dav. in ed. pr. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *corruptam* D ξ. *corrumpi* ψ 2.—3 *Calliphonis* Lamb. *Calliphonti* volebat Gœrenz.—4 Codd. aliquot, et edd. ante Dav. *disertum.* Mox, *nemo est enim eorum, quin bonorum, &c.* de Ernesti conjectura Wolf. Schutz. Orell. *nemo est enim, quin eorum bonorum* conj. Lamb. probante Fabric. *nemo est enim eorum, qui b. a. non putet* Dav. *non* suppeditavit Eliens. 2. *nemo est enim, quin verorum bonorum an. putet* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr. Deinde, *eumque ita condocefaciat* conj. Ernesti.—5 *Nam quod tibi Epicurus* Reg. Vat. D E ι ξ σ, Venet. 1480. Dav. *Nam quod tibi Epicuri* verum putat Orell. Statim, *et hercule* Reg. Argent. 1511. Erasm. Dav. Paulo post, *an dolorem*

NOTÆ

s *Carneadem*] Qui finem bonorum ponit in bonis secundum naturam. Vide de Fin. v. 6.

Digitized by Google

enim parum est contra mortem aut dolorem paratus? Ordiamur ab eo, si placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus.

Quid? is tibi mortemne videtur, an dolorem timere? qui eum diem, quo moritur,[h] beatum appellat; maximisque doloribus affectus, eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat:[6] nec hæc sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur. De morte enim ita sentit, ut, dissoluto animante, sensum exstinctum putet: quod autem sensu careat, nihil ad nos id judicet pertinere. Item de dolore certa habet, quæ sequatur; quorum[7] magnitudinem brevitate consolatur,[i] longinquitatem levitate. 89. Quid tandem[8] isti grandiloqui[k] contra hæc duo, quæ maxime angunt,[l] melius habent, quam Epicurus? An ad cetera, quæ mala putantur, non et Epicurus et reliqui philosophi satis parati videntur? [*p*. 246.] Quis non[9] paupertatem extimescit? neque tamen quisquam philosophorum.[a] XXXII. Hic vero ipse quam parvo est contentus![m] nemo de tenui victu plura dixit. Etenim, quæ res pecuniæ cupiditatem afferunt, ut amori, ut ambitioni, ut quotidianis sumtibus, copiæ sup-

[a] *Illam extimescit.*

Guelf. *aut mortem, aut dolorem* D. *aut m. et dolorem* E ξ.—6 D *confutatur;* codex Ursini *compensat*, probante Lall. Actutum, *nec hoc* D E U ι ξ χ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Tum, *ista sentit* codd. plerique, edd. antiquiss. Crat. Victor. Gebh. Lall. *ista sensit* D.—7 Ita Reg. Bern. 1. et edd. vett. *cujus* duo codd. Oxon. et de Bentleii sententia Dav. Wolf. Orell. Pro *levitate*, quod servant quatuor codd. Oxon. Guelf. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *lenitate* habent Reg. U χ ψ 2. codex Schotti, Gebh. Dav.—8 *Qui tandem* Reg. E ψ 2. Leid. Dav. Orell. Statim, *melius se habent* edd. ante Ernesti; *meliusne se habent* Lall. cum uno cod. Oxon.—9 *Ex his grandiloquis quis non* Argent. 1511. Erasm. *Ex iis grandiloquis quis qui non* E ξ. Deinde, *tamen non quisquam* conj. Lamb.

NOTÆ

[h] *Eum diem, quo moritur*] Epicurus, qui, epistola ad Hermachum, quæ extat, sic loquitur, ut supra retulimus.

[i] *Brevitate consolatur*] Dicere solebat Epicurus, Dolor, si summus, brevis; si longus, levis.

[k] *Grandiloqui*] Peripatetici et Stoici.

[l] *Quæ maxime angunt*] Dolorem et mortem.

[m] *Parvo est contentus*] Aqua duntaxat et pane ut plurimum vescebatur. 'Et mitte mihi,' inquit, ad amicum scribens, 'casei paululum, ut cum epulari lautius voluero, possim.'

petant; cum procul ab iis [1] omnibus rebus absit, cur pecuniam magnopere desideret, vel potius curet omnino? 90. An Scythes Anacharsis [n] potuit pro nihilo pecuniam ducere; nostrates philosophi facere [2] non poterunt? Illius epistola fertur his verbis: 'Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum [3] tegmen; [o] calceamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum, [p] fames; lacte, caseo, carne, vescor. Quare, ut ad quietum me licet venias. [b] Munera [4] autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis vel Diis immortalibus dona.' Omnes fere philosophi omnium disciplinarum, nisi quos a recta ratione natura vitiosa detorsisset, eodem hoc [5] animo esse potuerunt. 91. Socrates, in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, 'Quam multa non desidero!' inquit. Xenocrates, [q] cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta [r] attulissent,

[b] *Quare potes te huc conferre ad me, tanquam ad hominem quietum.*

Cap. xxxii. 1 Bern. 1. Argent. 1511. Dav. Wolf. Orell. *ab his.* Statim, *cur curet omnino* Reg. Bern. 1. Leid. ξ χ, Venet. 1480. Dav. Wolf. Schutz. Orell.—2 Codex unus Oxon. omittit *facere*, uti volebant Manut. Bentl. et Dav. qui uncis inclusit; delevit Lamb. in ed. 1566. *non potuerunt* Reg. E ι ξ σ χ, Guelf. ed. vet. Bouh. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Dav.—3 *Mihi amictus est sericum* ψ 2. *Mihi amictus est Scyth.* Manut. Lamb. *tegimen* Reg. Dav. Orell. Mox, *palpamentum* Reg. D. *pulmentum* E ξ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Lall.—4 *Mirari* ψ 2. *Licet munera,* cum asterisco, Manut. e codd. 'Verbosiora sane sunt Græca.' *Orell.* *quibus deliciaris* Lamb. 1566. *quibus es deliciatus*, vel *es delicatus*, conj. Lamb. ap. Fabric. *es delicatus* habet cod. Petrensis.—5 Edd.

NOTÆ

[n] *Anacharsis*] Floruit temporibus Solonis. Extat ejus epistola ad Crœsum, Lydorum regem. Laërt.

[o] *Scythicum tegmen*] Tergoribus vulpium muriumque pro veste utebantur Scythæ, quippe mollibus, et vento imperviis.

[p] *Pulpamentum*] Cibus delicatior: dictum a 'pulpa,' quæ proprie caro est quæ manducatur; ita appellata, vel quod pulsetur et conscindatur, ut Donat. in Hec. vel quod cum pulte olim mixta comederetur, ut Isidor. xx. 1.

[q] *Xenocrates*] Idem, missus cum ceteris, legatus ad Philippum Macedonem, solus ex omnibus a Philippo corrumpi donis non potuit.

[r] *Talenta*] Talentum Atticum, quod magnum dicebatur, octoginta et amplius pondo fuit; parvum sexaginta, atque adeo sex drachmarum millia, continens. Sed quoniam aliud alibi erat pondus valorque drachmarum, hinc diversa talentorum genera; Atticum, Euboicum, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Babylonium, &c. Scriptores Græci Latinique, ubi talentum simpliciter vocant, plerumque Atticum minus intelligunt. Re-

Digitized by Google

quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima; abduxit[6] legatos ad cœnam in Academiam; iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari juberet;[e] 'Quid? vos hesterna,' inquit, 'cœnula non intellexistis, me pecunia non egere?' Quos[7] cum tristiores vidisset, XXX minas[s] accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. 92. At vero Diogenes liberius, ut Cynicus,[t] Alexandro roganti, ut diceret, si quid opus[8] esset, 'Nunc quidem paululum,' inquit, 'a sole:' offecerat videlicet[u] apricanti.[x] Et hic quidem disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret: sibi nihil deesse; illi nihil satis unquam fore: se ejus voluptates non desiderare, quibus nunquam satiari ille posset, suas enim consequi[9] nullo modo posse. XXXIII. 93. Vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit,[1] non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen:

[e] *Cui vellet dari illam Alexandri pecuniam quam attulerant.*

antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. *hoc eodem.*—6 Ita Vat. Col. Gebh. seqq. *adduxit* D E U ξ χ ψ 2. et edd. antiquiss. Mox, *his apposuit* Argent. 1511. Erasm.—7 *Quod* e Pal. 2. Gebh.—8 Ita Reg. alii multi, Venet. 1480. Dav. seqq. *si quis opus* e Vat. Gebh. *si quid ei opus* D, et margo Crat. *si qui sibi opus* Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, *a sole absis* E U ξ χ, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. 1566. *a sole abscede* D. *a sole abi sis* conj. Gulielm. probante Bouh.—9 Ita D E U ι ψ 1. 2. et Lamb. *suas eum cons.* ξ σ χ, et edd. ante Lamb. item Dav. Wolf. Schutz. Orell.

Cap. xxxiii. 1 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *divisit*. Paulo post *esse parabiles* Reg. Venet. 1480. Orell. *esse* post *difficile* omittunt E U ξ χ, Venet. 1480. Manut. Lamb. *difficile esset*, omisso *censet*, D.

NOTÆ

spondet autem Franciæ monetæ hodiernæ libris, ut aiunt, circiter 2550. si de talento argenteo sermo est: nam aureum duodecies argentei valorem superabat.

[s] *XXX minas*] Mina Attica, Latinis *libra* erat, Græcis μνᾶ. Priscian.

[t] *Ut Cynicus*] Cynici enim inverecundissimi et maledicentissimi fuerunt. Vide responsum illud Diogenis in Alexandro apud Plut.

[u] *Videlicet*] Ferunt Alexandrum, responsionem admiratum, dixisse, 'Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem.' Plut. de Fortuna.

[x] *Apricanti*] Ab 'aprico,' quod opponitur 'opaco.' 'Apricus' locus est soli expositus, ab *a* privativo et φρίκη, *horror*. Festus. Vel 'apricus' quasi apericus, quia apertus. Non tamen quivis locus apertus ac soli expositus, apricus est, sed qui temperatus, Græcis εὐήλιος.

Digitized by Google

partim esse naturales et necessarias; partim naturales, et non necessarias: partim neutrum: necessarias satiari posse pæne nihilo; divitias enim naturæ parabiles esse: secundum autem genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile esse censet, nec vero ad carendum: tertias, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit. 94. Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, eæque[2] voluptates singillatim extenuantur: quarum genera non contemnunt; non quærunt tamen copiam. Nam et obscœnas voluptates, (de quibus multa ab illis habetur oratio) faciles, communes, in medio[3] sitas esse dicunt: easque si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, sed forma, ætate, figura, metiendas putant: ab iisque[4] abstinere minime esse difficile, si aut valetudo, aut officium, aut fama postulet: omninoque genus hoc voluptatum optabile esse, si non obsit; prodesse nunquam. 95. Totumque hoc de voluptate sic ille præcepit,[5] ut voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam expetendamque putet; eademque ratione dolorem, ob id ipsum quia dolor sit, semper esse fugiendum: itaque hac usurum compensatione sapientem, ut voluptatem fugiat, [*p.* 247.] si ea majorem dolorem effectura sit; et dolorem suscipiat, majorem efficientem voluptatem; omniaque jucunda, quanquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen. 96. Quocirca corpus gaudere tamdiu, dum præsentem sentiat[6] voluptatem; animum et præsentem percipere pariter cum corpore, et prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere: ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore sem-

Deinde, *neque non necess. modo*, vel *neque modo non necess.* conj. Lamb. improbante Fabric.—2 E, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. *hæque;* D *sique.* Mox, *singulatim* duo codd. Oxon. Argent. 1511. Erasm. Victor. Wolf. Schutz. Orell. *sigillatim* E ψ 2. Venett. 1480. 1481. Beroald. Manut. *disputantur, de quibus multa ab illis singulatim* margo Crat. Victor. *non* ante *quærunt* omittunt edd. ante Dav. item Lall. Orell. *nec quærunt* conj. Bentl.—3 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *et in medio.* Tum, *si natura requirit* D, edd. antiquiss. Crat. Victor.—4 Beroald. Argent. Erasm. Crat. Victor. Dav. *ab hisque.* Paulo post, *prodesse nonnunquam* Ursin.—5 Reg. Bern. 1. D, ed. vet. Bonh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *præcipit.* Paulo post, *et voluptatem* Reg. σ. *et ut voluptatem* D E. *ut et voluptatem* conj. Orell.—6 Ita

Digitized by Google

per, cum expectatio[7] speratarum voluptatum, perceptarum memoriæ jungeretur. Atque iis[8] similia ad victum etiam transferuntur; extenuanturque magnificentia et sumtus epularum, quod parvo cultu natura contenta sit. XXXIV. 97. Etenim quis hoc non videt, desideriis ista condiri omnia?[1] Darius in fuga,[y] cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens Ptolemæus[z] ederat; cui cum peragranti Ægyptum,[2] comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. Socratem ferunt,[a] cum usque ad vesperum[3] contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem. 98. Quid? victum Lacedæmoniorum in phiditiis[4 b] nonne videmus? ubi cum tyrannus cœnavisset Di-

conj. Bentl. recepit Schutz. *sentiret* codd. et reliquæ edd.—7 Ita Reg. tres codd. Oxon. Leid. Argent. 1511. Erasm. Victor. Gebh. seqq. *expectationi* codd. aliquot, edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. Statim, *memoria* Reg. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. Lall. Orell. *jungetur* de Bentleii conjectura Dav.—8 *Atque his* Reg. Bern. 1. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *extenuaturque* duo codd. Oxon.

CAP. XXXIV. 1 Reg. Victor. Dav. Orell. *omnia ista condiri.*—2 Nonius *peregrinanti Ægyptum;* unde Lamb. *peregrinanti,* omisso *Ægyptum.*—3 Col. *ad vesperam;* Nonius *ad Piræeum.*—4 Ita codd. aliquot, Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. *philitiis* Reg. Bern. 1. D E

NOTÆ

y *Darius in fuga*] In quam conjectus est ab Alexandro. Ea victoria decem Persarum millia occisa; peditum, ut Diodorus scribit, centum viginti millia; ut Arrianus, nonaginta; sexaginta, ut Justinus; tam peditum quam equitum centum et decem millia.

z *Ptolemæus*] Cum regibus omnibus Ægypti commune id nomen fuerit, de quo hic sermo, affirmari vix potest. Certe, non de Ptolemæo, Lagi filio, quod tamen Manutio placet; dictum enim illud in hominem delicatum magis cadit, quam in virum frugalitate insignem, qualis fuit Ptolemæus, Lagi filius.

a *Socratem ferunt*] Idem ferme dictum est de Fin. lib. II. Socratem dicere solitum, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Porro 'opsonare' et 'opsonari' active dicitur, pro emere opsonium. 'Opsonium' autem est quicquid ultra panem et vinum in cibo adjicitur.

b *In phiditiis*] Ut convivia Cretensium 'andria,' a viris, vocabantur, ita Lacedæmoniorum 'phiditia,' a φείδομαι, *parco, abstineo;* interdum 'sessitia,' id est sodalitia, appella-

onysius, negavit se jure illo nigro,[c] quod cœnæ caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat, 'Minime mirum;[5] condimenta enim defuerunt.' 'Quæ tandem?' inquit ille. 'Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota,[6][d] fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.' Atque hoc non ex hominum more solum, sed etiam ex bestiis intelligi potest, quæ, ut quicquid[7] objectum est,[e] quod modo a natura non sit alienum, eo contentæ, non quærunt amplius. 99. Civitates quædam universæ, more doctæ, parsimonia delectantur, ut de Lacedæmoniis paulo ante diximus. Persarum a Xenophonte[f] victus exponitur; quos negat ad panem adhibere quicquam, præter nasturtium.[g] Quanquam, si quædam etiam suaviora natura desideret, quam multa ex terra arboribusque gignuntur, cum[8] copia facili, tum suavitate præstantia! Adde siccitatem quæ consequitur hanc continentiam in victu: adde integritatem va-

U ι ξ σ ψ 2. Guelf. Venett. 1480. 1481. Lall. Wolf. Schutz. Orell.—5 Codex unus Oxon. Manut. Lamb. *mirum, inquit.*—6 Ita Reg. Bern. 1. cum plerisque codd. edd. antiquiss. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Gebh. *ad Eurotam* ι ξ σ χ ψ 2. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. uti conj. Bentl.—7 Eliens. 2. et Dav. *ut quid;* Reg. *ut quicquam.* Mox, pro *quod modo*, Reg. duo codd. Oxon. et quinque Pall. habent *quomodo;* Guelf. *quando modo;* Eliens. 2 *dummodo;* Vat. *quod a natura.* Ernesti delendum censebat *quod.* Præpositionem *a* omittunt Reg. D E U σ χ ψ 1. Gebh. Lall. Oliv. uncis inclusit Orell.—8 Bern. 1. Wolf. Schutz. Orell. *tum.* Mox, *facilia* de Bentleii conjectura Dav. *tum s. præstanti* ι ξ σ χ ψ 1. 2. uti conj. Lall.

NOTÆ

bantur. Ad hæc invitabantur adolescentes, quasi ad scholam frugalitatis.

[c] *Jure illo nigro*] Quo senes in ejusmodi conviviis vescebantur, carne adolescentibus relicta. Refert idem apophthegma Plut.

[d] *Eurota*] Fluvius est de quo dictum est supra, prope Spartam, ad cujus ripam se exercere juventus solebat.

[e] *Ut quicquid objectum est*] Legendum aut *quid* aut *quidque*, aut illud *quicquid* sumendum quo sensu a Lucret. II. 956. 'Inque suos quicquid rursus revocare meatus.' Et IV. 146. 'Semper enim summum quicquid de rebus abundat.' Ita Paul. Manut.

[f] *A Xenophonte*] De Institutione Cyri, lib. I. præclara sunt quæ ibi refert de frugalitate Persarum. Strabo quoque, lib. XV. et nos aliquid, de Fin. lib. II.

[g] *Nasturtium*] Herba hortensis, a naribus torquendis dicta. Nonius. Serpentes fugat; capitis vitia purgat. Plin. XX. 13. In pigros et desides proverbium est, 'Nasturtium comede.' Voss.

Digitized by Google

letudinis. 100. Confer sudantes, ructantes, refertos epulis, tanquam opimos boves: tum intelliges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi; jucunditatemque victus esse in desiderio, non in satietate. XXXV. Timotheum,[h] clarum hominem Athenis, et principem civitatis, ferunt, cum cœnavisset apud Platonem, eoque convivio admodum delectatus esset, vidissetque eum postridie, dixisse, 'Vestræ quidem[1] cœnæ, non solum in præsentia, sed etiam postero die, jucundæ sunt.' Quid, quod ne mente quidem recte uti possumus, multo cibo et potione completi?[2] Est præclara epistola Platonis[i] ad Dionis[3][k] propinquos, in qua scriptum est his fere verbis: 'Quo cum venissem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque[4] mensarum, nullo modo mihi placuit; bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum, ceteraque, quæ comitantur huic vitæ, in qua sapiens nemo efficietur unquam, moderatus vero multo minus. Quæ enim natura tam mirabiliter temperari potest?' 101. Quo modo igitur jucunda vita potest esse, a qua absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali,[l] opulentissimi

CAP. XXXV. 1 Reg. Col. U ξ σ, Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. *equidem*, probante Bouh. Mox, *in præsenti* Col. et Lamb. *in præsentium*, omissis *sed etiam*, codex unus Oxon. *et in postero* D. *postera* U.—2 D E *complecti*.—3 *Dionysii* D ι σ. *Diogenis* ψ 2.—4 *Syracusarumque* D U χ, Venet. 1480. *Syracusanarumque* E ξ ψ 2. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Mannt. Lamb. Statim, *mihi* omittunt Venett. 1480. 1481. Paulo post, *nemo efficitur* duo codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent.

NOTÆ

[h] *Timotheum*] Cononis filium, qui acceptam a patre gloriam multis auxit virtutibus. Ob victoriam de Lacedæmoniis reportatam, statua donatus. Hunc ultimum Atheniensium merito dixeris, quippe quem nullus memoria dignus secutus sit. Vitam lege apud Æmil. Prob. Dictum illud Timothei refert Athen. lib. x.

[i] *Epistola Platonis*] Extat adhuc ordine septima; initium ejus est, 'Scripsistis mihi,' &c. Male a Cicerone conversam putat Victorius, Var. Lect. III. 8.

[k] *Dionis*] Syracusani. Hujus soror Aristomache nupsit Dionysio seniori. Dion, disturbato Dionysio juniore, et Syracusis tyrannide liberatis, mox perfidia Calippi Atheniensis interfectus est.

[l] *Sardanapali*] Ultimi Assyriorum regis, mollitie et luxu notissimi. Rex fuit a Nino trigesimus. Diodor. Biblioth. lib. III. A suis, duce Arbace, in regia obsessus, seque ac divitias in pyram conjecit; hoc solo imita-

Digitized by Google

Assyriæ[5] regis, [*p.* 248.] error agnoscitur, qui incidi jussit in busto,[m]

Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit: at illa jacent multa et præclara relicta.

'Quid aliud,' inquit Aristoteles, 'in bovis, non in regis,[6] sepulcro inscriberes?' Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne vivus quidem diutius habebat, quam fruebatur. 102. Cur igitur divitiæ desiderentur?[7] aut ubi paupertas beatos esse non sinat? Signis,[8] credo, tabulis, ludis. Si quis est, qui his delectetur, nonne melius tenues homines fruuntur, quam illi, qui his[9] abundant? Est enim earum omnium rerum nostra in urbe[10] summa in publico copia. Quæ qui privati habent,[11] nec tam multa, et raro vident, cum in sua rura venerunt. Quos tamen pungit aliquid,[n] cum, illa unde habeant, recordantur. Dies deficiat,[12] si velim paupertatis causam defendere: aperta enim res est; et quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus.

XXXVI. 103. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio, sapientem beatum esse prohibebit? Vide, ne plus commendatio in vulgus, et hæc, quæ

1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 *Syriæ* codd. et edd. ante Ernesti, qui de conjectura Corradi dedit *Assyriæ*.—6 'Hæc, *non in regis*, sine ulla causa suspecta Ernestio, uncis inclusit Schutz.' *Orell.*—7 Lamb. *desiderantur.* Statim, *non sinat* est de conjectura Ernesti; codd. omnes et edd. reliquæ habent *non sinit.*—8 *In signis* Lamb. de conjectura. Statim, *tabulis pictis* quidam ap. Lamb. *tabulis, columnis* conj. Dav.—9 Argent. 1511. et Erasm. *qui iis . . . qui iis.*—10 Reg. Bern. 1. Leid. Venet. 1480. Dav. Orell. *nostra urbe;* Schutz. *in nostra urbe.*—11 *Quæ qui privatim* codex unus Oxon. Lamb. Orell. uti volebat Ernesti. Mox, *in s. r. venerint* Venet. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—12 Ita Vat. codex unus Oxon. Dav. Wolf. Schutz. *deficiet* Reg. alii codd. plerique, edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. *me deficiet* codex unus Oxon. Lamb. Oliv. Lall.

NOTÆ

tus virum. Justin.

[m] *Jussit in busto*] Refert Athenæus lib. VIII. epitaphium integrum; aitque eo inscriptam fuisse statuam in civitate quadam Ciliciæ, cui Anchiole nomen. De illo nos de Finib. lib. II.

[n] *Pungit aliquid*] Innuitur hic forte Verris avaritia, qui signa omnia e Sicilia domum transportaverat. Quæ cum ex rapina comparasset, non poterat non pungi memoria sceleris sui.

Digitized by Google

expetitur, gloria, molestiæ habeat, quam voluptatis. Leviculus sane noster [1] Demosthenes,[o] qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ (ut mos in Græcia est), insusurrantisque alteri, 'Hic est ille Demosthenes.' Quid hoc levius? At quantus orator! Sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse secum.[p] 104. Intelligendum est igitur, nec gloriam popularem ipsam per sese [2] expetendam, nec ignobilitatem extimescendam. 'Veni Athenas,' inquit Democritus; 'neque me quisquam ibi [3] agnovit.' Constantem hominem et gravem! qui glorietur, a gloria se abfuisse. An tibicines, iique [4] qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur;[q] vir sapiens, multo arte majore præditus, non, quid verissimum sit, sed quid velit vulgus, exquiret? An quicquam stultius, quam, quos singulos, sicut operarios barbarosque, contemnas, eos esse aliquid putare [5] universos? Ille [a] vero nostras ambitiones levitatesque contemnet, honoresque populi, etiam ultro delatos, repudiabit: nos autem eos nescimus, antequam pœnitere cœpit, contemnere.[b] 105. Est apud Heraclitum [r] physicum de principe Ephesiorum Her-

[a] *Vir sapiens.*

[b] *Nos autem nescimus eos honores populi contemnere, antequam populum incipiat pœnitere eos nobis detulisse.*

Cap. xxxvi. 1 *Leviculus sane videtur* Leid. cum uno cod. Oxon. non improbante Bouh. *noster* delendum videbatur Ernestio.—2 Ita codd. aliquot, Venet. 1480. Gebh. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. *per se* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lall. *per se esse* Dav. in ed. pr.—3 Cod. Victorii (Var. Lect. xix. 22.), cod. unus Oxon. Lamb. 1584. Gebh. Dav. in ed. pr. Lall. Schutz. omittunt *ibi;* uncis inclusit Wolf.—4 Reg. Argent. 1511. Erasm. Dav. *hique.*—5 Ita Wolf. et Schutz. *eos aliquid putare*

NOTÆ

[o] *Demosthenes*] Idem refert Plin. in Epistolis.

[p] *Non multum ipse secum*] Secum loqui dicitur, qui non magni pendit rumores populares, non pendet ex vulgi judicio, sed sibi ipsi judex est, seque ipsum sua ipsius virtute metitur. De Africano dictum est, secum loqui solitum esse in solitudine.

[q] *Numerosque moderantur*] Hinc illud Antigenidæ tibicinis discipulo suo, quem populus parum probabat, 'Mihi cane,' inquit, 'et Musis.'

[r] *Apud Heraclitum*] Patria Ephesium, cognomine Scotinum, seu obscurum; quod obscuritatem in scribendo affectaret. Is est qui semper flebat, Democrito semper ridente.

Digitized by Google

modoro.[s] Universos, ait,[6] Ephesios esse morte mulctandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: 'Nemo de nobis unus excellat: sin quis[7] extiterit, alio in loco, et apud alios sit.' An hoc non ita fit omni in populo? nonne omnem exsuperantiam virtutis oderunt? Quid? Aristides[t] (malo enim Græcorum, quam nostra, proferre) nonne ab eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esset? Quantis igitur molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt! quid est enim dulcius otio literato? iis[8] dico literis, quibus infinitatem rerum atque naturæ, et in hoc ipso mundo cœlum, terras, maria, cognoscimus.

XXXVII. 106. Contemto igitur honore, contemta etiam pecunia, quid relinquitur, quod extimescendum sit? exilium, credo, quod in maximis malis ducitur. Id si propter alienam et offensam populi voluntatem malum est; quam sit ea contemnenda, paulo ante dictum est. Sin abesse patria[1] miserum est; plenæ miserorum provinciæ sunt; ex quibus admodum pauci in patriam revertuntur. At mulctantur bonis exules. 107. [*p.* 249.] Quid tum? parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? Jam vero exilium, si rerum[2] naturam, non ignominiam nominis,

esse codd. et reliquæ edd.—6 Dav. in ed. pr. delevit *ait*, probante Ernesti. Pro *locuti sint*, quod servant Reg. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *locuti sunt* exhibent edd. vett. Victor. Lamb. Lall.—7 Edd. antiquiss. Beroald. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *sed si quis.*—8 Reg. edd. antiquiss. Argent. 1511. Erasm. Dav. *his.*

CAP. XXXVII. 1 Ita Reg. alii codd. Gebh. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *a patria* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall.—2 Dav. et Schutz. *rei*, de conj. Bentl. improbantibus Wopk. p. 93. Bouh. et Ernesti. Statim, *quantum damna perpetua* tres codd.

NOTÆ

[s] *Hermodoro*] Is cum in Italia exularet, auctor fuit decemviris XII tabularum ferendarum, easque interpretatus est; quamobrem statua illi publice dicata est. Plin. lib. XXXIV. Strabo lib. XIV.

[t] *Quid? Aristides*] Filius Lysimachi; Justus cognominatus, Athenis pulsus ostracismo; quæ lex erat, qua qui ceteris in civitate excellerent, decem annis civitate exularent. Sexto tamen post quam ejectus erat anno, plebis voto revocatus est. Plut. Æmil. Prob.

Digitized by Google

quærimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt? in qua ætates suas philosophi nobilissimi consumserunt, Xenocrates, Crantor, Arcesilas, Lacydes,[u] Aristoteles, Theophrastus, Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Antipater, Carneades, Panætius, Clitomachus, Philo, Antiochus, Posidonius, innumerabiles alii; qui, semel egressi, nunquam domum revertere.[3] At enim sine, ignominia[x] afficere sapientem;[4] de sapiente enim hæc omnis oratio est, cui jure id accidere non possit: nam jure exulantem consolari non oportet. 108. Postremo, ad omnes casus facillima ratio est eorum, qui ad voluptatem ea referunt, quæ sequuntur in vita: ut, quocumque hæc loco[5] suppeditent, ibi beate queant vivere. Itaque ad omnem rationem,[6] Teucri vox[y] accommodari potest,

Patria est, ubicumque est bene.

Socrates quidem, cum rogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam et civem

Oxon. et Reg. unde Dav. conj. *quantum tandem a perpetua.*—3 Reg. Dav. Orell. *reverterunt.*—4 Ita Reg. Bern. 1. Venet. 1480. *At enim sine ignominia* * * * *afficere sapientem* Orell. *At enim non erit ignominia. Ignominia afficere poterit sapientem?* de Manutii conjectura Lamb. et Oliv. *At enim sine ignominia. Ignominia afficere poterit sapientem?* vel *At enim non sine ignominia. Ignominia, &c.* conj. Orell. *At est in nomine ignominia. An ea afficere poterit sapientem?* conj. Bentl. Mox, *enim* omittunt edd. antiquiss. *est hæc omnis oratio* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—5 Codex unus Oxon. *hoc loco.* Actutum, *suppeditet* Dav. in ed. pr. Wolf. Schutz. Orell. *suppeditetur* Victor. Gebh. Dav. in ed. sec. *suppeditentur* Bern. 1. a m. pr. cum uno cod. Oxon.—6 Dav. in ed. pr.

NOTÆ

[u] *Lacydes*] Cyrenæus, Athenas profectus, Arcesilæ successit in Academia, cognominatus Œconomicus, quod rei familiaris studiosissimus esset. Huic comes perpetuus fuisse anser dicitur, nusquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu, digressus.

[x] *At enim sine, ignominia* [*At enim non sine ignominia*] Locus mutilus. Sic supplet Paul. Manut. *At enim non erit sine ignominia, ignominia afficere poterit sapientem?*

[y] *Teucri vox*] Confecto bello Trojano, Teucer, morte Ajacis fratris invisus patri Telamoni, regnoque ejectus, Cyprum concessit, ibique urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidit. Mortuo patre, in patriam rediit; mox, positis in Hispania sedibus, genti Callaicæ nomen dedit. Justin. De illo est illud Horat. Od. I. 7. 27. 'Nil desperandum, Teucro duce et auspice Teucro: . . . Mecum sæpe viri,' &c.

arbitrabatur. Quid T. Albutius?[7] [z] nonne animo æquissimo Athenis exul philosophabatur? cui tamen illud ipsum non accidisset, si, in republica quiescens, Epicuri legibus paruisset. 109. Qui enim[8] beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam quod Athenis Metrodorus?[a] aut Plato Xenocratem[b] vincebat, aut Polemo Arcesilam, quo esset beatior? Quanti vero[c] ista civitas æstimanda est, ex qua boni sapientesque pelluntur? Demaratus[9] [d] quidem, Tarquinii, regis nostri, pater, tyrannum Cypselum[e] quod ferre non poterat, fugit Tarquinios[f] Corintho; et ibi suas fortunas constituit, ac liberos procreavit. Num stulte[10] anteposuit exilii libertatem domesticæ servituti? XXXVIII. 110. Jam vero motus animi, solicitudines, ægritudinesque,

conj. *nationem*, probante Ernesti.—7 Ita Bern. 1. Lamb. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *Albatius* reliqui codd. et edd.—8 *Qui autem* conj. Dav. in ed. pr. Mox, *quam Methrodorus quod Athenis* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *ut Plato* E U ι ξ σ χ ψ 2. Reg. Venet. 1480. probante Dav. *at Plato* Reg. ap. Bouh. *et Plato* Argent. 1511. Erasm. *an Plato* Manut. Lamb. *ut Polemo* E U ξ σ, et Venet. 1480. *et Polemo* χ.—9 *Damaratus* Reg. D E U ψ 2. Venet. 1480. Dav. Mox, *nostri regis* Reg. Tum, *Tarquinos* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb.—10 *Non stulte* Dav. in ed. pr.

NOTÆ

[z] *T. Albutius*] De quo diximus de Fin. lib. *i.*

[a] *Metrodorus*] Cujus filios Epicurus moriens commendavit hæredibus suis.

[b] *Plato Xenocratem*] Fuit Plato Atheniensis; Xenocrates Chalcedonius; Polemo Atheniensis; Arcesilas Pitanæus. Sensus loci est: An Plato, quod Atheniensis esset, beatior fuit Xenocrate, qui Chalcedonius? an Polemo, qui Atheniensis, beatior Arcesila, Pitanæo?

[c] *Quanti vero*] Athenæ, unde Socrates, Themistocles, Aristides, Alcibiades, et alii ejecti. Aliqui ad Romam hunc locum referunt.

[d] *Demaratus*] Corinthius mercator, in Etruriam venit, ubi ex illustri Etrusca uxore duos filios suscepit, Aruntem et Lucumonem; Lucumo deinde L. Tarquinius Priscus est appellatus. Demaratum ex Corintho profugum comitati sunt Eucirapus et Eugrammus, figuli duo, a quibus artem figulinam Etruscis traditam ferunt.

[e] *Cypselum*] Ita cognominatum a cistula, quam Græci cypselon vocant, quod in ea occultatus a matre fuerit, cum ad mortem quæreretur. Herod. lib. v. Sunt et aves cypseli dictæ ex eo, quod nidum in cistulæ formam fingant. Has alio nomine apodas vocant. Plin.

[f] *Tarquinios*] Urbem, nunc in ruderibus jacentem: hodie *la Tarquinia* a politioribus accolis, a rusticis *Laturchina* dicitur, in Etruria, inter Bracianum et Cornetum.

Digitized by Google

oblivione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. Non sine causa igitur Epicurus ausus est dicere, semper in pluribus bonis esse sapientem, quia semper sit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille, quod quærimus, ut sapiens semper beatus sit.

111. Etiamne,[1] si sensibus carebit oculorum, si aurium? Etiam; nam ista ipsa contemnit. Primum enim, horribilis ista cæcitas quibus tandem caret voluptatibus? cum quidam etiam disputent, ceteras voluptates in ipsis habitare sensibus: quæ autem aspectu percipiantur, ea non versari in oculorum ulla jucunditate: ut ea, quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa, ubi sentimus, parte versentur;[2] in oculis tale nihil fit. Animus accipit, quæ videmus. Animo autem multis modis variisque delectari licet, etiam si non adhibeatur aspectus. Loquor enim[3] de docto homine et erudito, cui vivere est, cogitare: sapientis autem cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos.[4] 112. Etenim, si nox non adimit vitam beatam, cur dies nocti similis adimat? nam illud Antipatri Cyrenaici est quidem paulo obscœnius; sed non absurda sententia est:[5] cujus cæcitatem cum mulierculæ lamentarentur, 'Quid agitis?'[6] inquit: 'an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna?' Appium quidem[g] veterem illum, qui cæcus annos multos fuit, et ex magistratibus, et ex rebus gestis intelligimus, in illo suo casu, nec privato nec publico muneri defuisse. [*p.* 250.] C. Drusi[7][h]

CAP. XXXVIII. 1 'Verba, *Etiamne ... aurium*, auditori, *Etiam ... contemnit* Marco tribuunt Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor.' *Orell.* *si oculorum, si aurium* Dav. in ed. pr. probante Ernesti.—2 Lamb. *versantur*, probante Ernestio.—3 Ita Gebhard. tacite, et seqq. *Loquor autem* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Mox, pro *cogitare* margo Crat. habet *cognitio*. Tum, *sapientis enim* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb.—4 Voc. *advocatos* displicebat Ernestio.—5 Verbum *est*, suspectum eidem Ernestio, delevit Schutz.—6 *Quid aitis* conj. Wolf. sed hæc forma v. 'aio' nusquam apud auctores reperitur.—7 Q. *atrusi*

NOTÆ

[g] *Appium quidem*] E gente Claudia, de quo nos plura libro de Senectute.

[h] *C. Drusi*] Jurisconsulti insignis,

Digitized by Google

domum compleri a consultoribus solitam accepimus; cum, quorum res esset, sua ipsi non videbant, cæcum adhibebant ducem. Pueris nobis, Cn. Aufidius [i] prætorius [8] et in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, et Græcam scribebat historiam, et videbat in literis. XXXIX. 113. Diodotus [1] Stoicus,[k] cæcus, multos annos domi nostræ vixit. Is vero, (quod credibile vix esset) cum in philosophia multo etiam magis assidue quam antea, versaretur, et cum fidibus Pythagoreorum [l] more [2] uteretur, cumque ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat; tum (quod sine oculis fieri posse vix videtur) geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, unde, quo, quamque lineam scriberent. Asclepiadem [m] ferunt, non ignobilem Eretricum [3] philosophum, cum qui-

Reg. *C. autem Drusi* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Lall. Statim, *compleri consultoribus* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *solitam accipimus* Argent. 1511.—8 Schutz. de Pighii sententia ad an. 634. *prætorius cæcus*, probantibus Bonh. et Ernesti. 'Ideo Tullius non addidit *cæcus*, quia id tum vulgo notum erat.' *Orell.* Paulo post, *et vivebat in literis* cod. Ursin. Fabric. et Dav. in ed. pr. probante Bentl.

CAP. XXXIX. 1 *Diodorus* quinque codd. Oxon. edd. vett. et Manut. Mox, *nostræ domi* Reg. et plerique codd. Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. Manut. Lamb. Dav. Orell.—2 Victor. *more Pythagoreorum*. Paulo post, *geometræ* suspectum est Davisio in ed. pr.—3 Ita Guelf. Corrad. et de Victorii conjectura Manut. Gebh. seqq. *Eretrium*

NOTÆ

quamvis a Pomponio, Romani juris interpretes antiquos recensente, prætermittatur. E Claudia Pulchrorum familia adoptatus in Liviam. Frater M. Drusi consulis an. 641. De illo Val. Max. VIII. 7. non de Marco ejus fratre, in quo lapsum opinor P. Cantel. virum alioquin accuratissimum. Pigh. ad an. 623. quo anno quæstor fuit Caius.

[i] *Cn. Aufidius*] Hunc prætorium vocat, forte ut eum distinguat ab altero Cn. Aufidio consulari, quem hic prætorius adoptavit ex domo Aurelia jam senex et orbus. Qua de re Cic. Orat. pro Domo sua. Prætorius quæstor fuit an. 639. quo anno probabile est ab eo latam legem Aufidiam, de qua Plin. VIII. 17. de feris Africanis in Italiam advehendis.

[k] *Diodotus Stoicus*] Quem Cicero a puero audivit; de quo meminit in Bruto, et nos alibi.

[l] *Pythagoreorum*] Qui seu evigilarent, seu peterent somnum, animum ad lyram aut excitabant, aut componebant. De quo more superius.

[m] *Asclepiadem*] Hunc ex secta Eretricorum, seu Eretriacorum, fuisse, scribit Laërt. in Vita Phædonis. De illo genere philosophorum Cic. de Oratore lib. III.

Digitized by Google

dam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, puero ut uno esset comitatior. Ut enim vel summa paupertas tolerabilis sit, si liceat,[4] quod quibusdam Græcis quotidie;[n] sic cæcitas ferri facile possit, si non desint subsidia valetudinum. 114. Democritus,[o] luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere non poterat: at vero bona, mala; æqua, iniqua; honesta, turpia; utilia, inutilia; magna, parva, poterat: et, sine varietate[5] colorum, licebat vivere beate; sine notione rerum, non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi[6] aciem aspectu oculorum arbitrabatur: et, cum alii sæpe, quod ante pedes esset, non viderent, ipse infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Traditum est etiam, Homerum cæcum[p] fuisse. At ejus picturam, non poësim, videmus. Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna,[7] quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus est,[q] ut, quæ ipse non viderit, nos ut vide-

Eliens. 2. *hæreticum* Leid. Venet. 1481. *metricum* codd. aliquot; *nec inexercitum* codd. Schotti, Venet. 1480. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *nec inscitum* ed. vet. Bouh. *medicum et philosophum* Lamb. Mox, *ut puero uno* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. *uno ut puero* Lamb. *essem comitatior* tres codd. Oxon. probante Dav. in ed. pr.—4 Quidam ap. Ursin. et Nissen. *si libeat.* Statim, *Græcis, quiritare* conj. Ursin. Deinde, *ad valetudinem* margo ed. 1584. et Manut.—5 Reg. *et si varietate;* Dav. in ed. pr. *et ei sine varietate;* Dav. in ed. sec. conj. *ei sine varietate*, probante Nissen.—6 Edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. Lall. *animi etiam.* Mox, *cum hi sæpe* de Bentleii conjectura Dav. *ante pedes essent* Reg. *esset ante pedes* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Manut. Lamb. Deinde, *ille in infinitatem* Bern. 1. Argent. 1511. Erasm. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *ille infinitatem* codd. aliquot, Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Manut. Gebh. Lall. *illa infinitatem* Reg. *ille infinitatem omnem peragrabat* margo Eliens. 2. unde *illa infinitatem omnem peragrabat* Dav.—7 Col. Dav. Wolf. Schutz. Orell.

NOTÆ

[n] *Græcis quotidie*] Subaudi, 'subsidia vitæ quærere mendicatim.'

[o] *Democritus*] Abderites. Memoriæ proditum est, hunc oculis sua sponte se privasse, quia existimaret animum ad contemplandum vegetiorem esse, si oculorum impedimentis liber esset. Tert. Apolog. Idem dictum de Finib. lib. v. Falsum tamen esse ait Plut. lib. de Curios.

[p] *Homerum cæcum*] Amissis oculis Homerus vocari cœpit, qui Melesigenes prius appellabatur; Cumæi enim et Iones cæcos 'homeros' appellant, quod homeris, id est, itinerum ducibus, egeant.

[q] *Expictus est*] Forte *depictus est.* Sensus loci est, quæcumque ab Homero describuntur, ita describi, ut cerni oculis, non legi, videantur.

Digitized by Google

remus, effecerit? Quid ergo aut Homero ad delectationem[8] animi ac voluptatem, aut cuiquam docto, defuisse unquam arbitramur? 115. An,[9] ni ita se res haberet, Anaxagoras,[r] aut hic ipse Democritus,[s] agros et patrimonia sua reliquissent; huic discendi quærendique divinæ delectationi toto se animo dedissent? Itaque augurem Tiresiam,[t] quem sapientem fingunt poëtæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam: at vero Polyphemum[u] Homerus, cum immanem ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, ejusque laudare[10] fortunas, quod, qua vellet, ingredi posset, et, quæ vellet, attingere. Recte hic quidem:[11] nihilo enim erat ipse Cyclops, quam aries ille, prudentior. XL. 116. In surditate vero quidnam est mali? Erat surdaster M. Crassus:[x] sed aliud[1] molestius, quod male audi-

quæ species formaque pugnæ. Mox, *ab eo expictus* Lamb.—8 Reg. Leid. alii codd. Venet. 1480. Dav. in ed. sec. Wolf. Schutz. Orell. *aut Homero delectationem*; Dav. in ed. 1. *an Homero delectationem.*—9 Ita Eliens. 2. Crat. Dav. *Aut* alii codd. et reliquæ edd. Statim, *sua reliquisset* Bern. Wolf. in ed. pr. Deinde, *animo dedidissent* Crat. Victor. Manut. Dav. in ed. pr. Wolf. in ed. sec. Schutz. Orell.—10 Lamb. *laudantem.* Mox, *quod, quo vellet* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Victor. *quod, quam vellet* Manut. Tum, *et, quem vellet* duo codd. Leid. cum uno Oxon. Deinde, *attingeret* sex codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Lamb. *aspicere* nescio qui ap. Lamb. *et, quem vellet, arietare* conj. Bentl.—11 *Et recte quidem* margo ed. 1584.

NOTÆ

[r] *Anaxagoras*] Clazomenius, nobili et opulenta familia natus; qui cum, relicto suis patrimonio toto, abiret lustraturus orbem, cuidam interroganti nullamne patriæ curam haberet? 'Immo summam,' inquit, digito in cœlum converso. Post longam peregrinationem redux in patriam, possessionesque desertas videns, 'Non essem,' inquit, 'ego salvus, nisi istæ periissent.'

[s] *Ipse Democritus*] Patrimonium suum patriæ dedit. Hor. in Epist. 'Miramur si Democriti pecus edit agellos Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox.' Ditissimum fuisse oportet Democritum, cujus pater epulum hospitaliter dedesit exercitui Xerxis.

[t] *Tiresiam*] Thebanum, qui Junonis ira excæcatus traditur. Eum apud inferos solum sapere, ceteros umbrarum modo vagari, finxit Homer. Odyss.

[u] *Polyphemum*] Is appulsum in Siciliam Ulyssem, et eum sociis duodecim ad se venientem, antro inclusit; devoratisque sex ex illis, ab Ulysse vini potu sopitus, impacta in oculum clava, excæcatus est. Ulysses deinde sub arietum villis sociosque seque ipsum implicuit, et cum grege ex antro emersit. Hom. Odyss. I. 166. ubi eum ovibus ex antro ad pastum euntibus colloquium habet, de quo hic Cicero.

[x] *M. Crassus*] E gente Licinia, Romanorum omnium ditissimus; qui,

Digitized by Google

ebat,[y] etiam si (ut mihi videbatur) injuria. [Epicurei] nostri[2] Græce fere nesciunt, nec Græci Latine. Ergo hi[3] in illorum, et illi in horum, sermone surdi: omnesque id nos in iis linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. At vocem citharœdi[z] non audiunt: ne stridorem quidem serræ tum, cum acuitur; aut grunnitum, cum jugulatur sus;[4] nec, cum quiescere volunt, fremitum murmurantis maris. Et, si cantus eos forte delectant, primum cogitare debent, antequam hi sint inventi,[a] multos beate vixisse sapientes:[5] deinde multo majorem percipi posse legendis his, quam audiendis, voluptatem. 117. Tum, ut paulo ante cæcos ad aurium traducebamus voluptatem, sic licet surdos ad oculorum: etenim qui secum loqui poterit, sermonem alterius non requiret.

[*p.* 251.] Congerantur in unum omnia, ut idem oculis[6] et auribus captus sit: prematur etiam doloribus acerrimis

CAP. XL. 1 Dav. in ed. pr. *et aliud.*—2 *Opici nostri* conj. Faërn. *Operarii nostri* Dav. in ed. pr. *Epicurei* delevit Wolf. *fari nesciunt* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. Manut. Lamb.—3 *Ergo ii* Venett. 1480. 1481. Beroald. Crat. Victor. Statim, *id* omittunt duo codd. Davisii, et Bern. a m. sec. item Wolf. uncis incluserunt Schutz. et Orell. *itidem* margo ed. 1584. *item* de Manutii conj. Lamb. *surdi omnes. Quid? nos, &c.* conj. Dav. *in his linguis* edd. antiquiss. Crat. Victor. Dav.—4 Nonius, Reg. alii codd. Victor. Dav. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *suis.*—5 Voc. *sapientes* de Bentleii sententia uncis inclusit Dav. delevit Schutz.—6 Leid. Dav. *et oculis.* Paulo post,

NOTÆ

post duplicem et ovationem et consulatum ann. 683. et 698. inita cum Cæsare et Pompeio societate, bellum Parthicum sortitus est, in quo cum male pugnasset, exercitum cum filio Publio amisit: demum ipse, per speciem colloquii ab hoste circumventus, occiditur.

y *Male audiebat*] Propter avaritiam; qui cum Syriam in quinquennium obtinuisset, pecuniæ cumulandæ magis quam rei gerendæ cupidus, Hierosolymitanum templum, eo usque intactum, expilavit. De ejus avaritia vide Dion. Plut. et Appian. in Parthica.

z *Vocem citharœdi*] Objectio est quasi adversariorum, quam diluit ex contrario; si enim citharœdi sonum, qui suavis est, non audiet; ne quidem audiet stridorem serræ, qui ingratus.

a *Antequam hi sint inventi*] Musicam Amphion et citharam invenit. Citharæ septem chordas addidit Terpander, octavam Simonides, nonam Timotheus. Polydor. Virg.

Digitized by Google

corporis; qui primum per se ipsi plerumque conficiunt hominem: sin forte, longinquitate producti, vehementius tamen torquent, quam ut causa sit, cur ferantur; quid est tandem, Dii boni! quod laboremus? Portus enim præsto est, [quoniam mors ibidem est [7]] æternum nihil sentienti receptaculum. Theodorus Lysimacho [b] mortem minitanti, 'Magnum vero,' inquit, 'effecisti, si cantharidis [c] vim consecutus es.' 118. Paulus Persæ [8] deprecanti,[d] ne in triumpho duceretur, 'In tua id quidem potestate est.' Multa primo die,[a] cum de ipsa morte quæreremus,[9] non pauca etiam postero, cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte: quæ qui recordetur, haud sane periculum est, ne non mortem aut optandam, aut certe non timendam, putet. XLI. Mihi quidem, in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur:[1] 'Aut bibat,'[e] inquit, 'aut abeat.' Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi;

[a] *In prima disputatione Tusculana.*

dein si forte conj. Lamb.—7 Hæc, *quoniam mors ibidem est*, de Bentleii sententia uncis incluserunt Dav. et Wolf. delevit Schutz. *quoniam mors quidem est* conj. Nissen. *ibidem* delendum putat Orell. Mox, *nihil sentiendi* Reg. Bern. 1. quatuor codd. Oxon. al. Wolf. Schutz. Orell. probante Gœrenz. Acadd. II. p. 183.—8 *Persi* Reg. alii codd. ed. vet. Bouh. Dav. *precanti* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Deinde, *id, inquit, quidem potestate* Argent. 1511. *id, inquit, potestate* Venett. 1480. 1481. Beroald. Erasm. Crat. Mannt. Lamb. *inquit, id potestate* Dav. in ed. pr.—9 Argent. 1511. Erasm. *investigaremus atque quæreremus.*

CAP. XLI. 1 Dav. de conjectura, Wolf. Schutz. Orell. *obtinet;* Eliens. 2.

NOTÆ

[b] *Theodorus Lysimacho*] De eo Theodori responso dictum Tusc. lib. I.

[c] *Cantharidis*] Cantharides vermiculi sunt fraxinorum, et ficorum, et pyri, et rosæ; quos si manu teneas, vel penes te habeas, vesicam exulcerent et urinam cruentent. C. Carbo, accusante L. Crasso, cantharidas sumsisse dicitur. Id genus necis Ovidius inimico imprecatur hoc versu, in Ibin vs. 308. 'Cantharidum succos, dante parente, bibas.'

[d] *Persæ deprecanti*] Regi Macedonum: bello captus Cn. Octavium rogat ut ad Paulum Æmilium imperatorem ducatur. Venienti Æmilius assurrexit et illacrymatus est. Tunc Perses turpiter in genua provolutus victorem rogat ne in triumpho ducatur. Plura Plut. in Paul. Æmilio. Sensus hujus loci est: Potes in triumpho non duci; non enim in triumpho ducitur is, cujus animus adversa fortuna non deprimitur: hac autem non deprimi, in tua potestate est.

[e] *Aut bibat*] Elegantius aliquid apud Græcos habet ea lex, ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι. Athen. lib. X.

Digitized by Google

aut, ne sobrius in violentiam[2] vinolentorum incidat, ante discedat: sic injurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Hæc eadem, quæ Epicurus, totidem verbis dicit et Hieronymus.[3]

119. Quod si ii philosophi,[4] quorum ea sententia est, ut virtus per se ipsa nihil valeat; omneque, quod honestum nos et laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, et inani vocis sono decoratum esse dicant; et tamen semper beatum censent esse sapientem; quid tandem a Socrate et Platone profectis[5] philosophis faciendum putes? quorum alii tantam præstantiam in bonis animi esse dicunt, ut ab his[6] corporis et externa obscurentur: 120. alii autem hæc ne bona quidem ducunt; in animo reponunt omnia. Quorum controversiam solebat, tanquam honorarius arbiter,[f] judicare Carneades: nam cum, quæcumque bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda viderentur; neque tamen Peripatetici plus tribuerent divitiis, bonæ valetudini, ceteris[7] rebus generis ejusdem, quam Stoici; cum ea, re, non verbis, ponderarentur; causam esse dissidendi negabat. Quare hunc locum[b] ceterarum disciplinarum philosophi

[b] *Hanc quæstionem de vita beata.*

continetur.—2 Quinque codd. Oxon. Venet. 1480. Manut. Lamb. *vinolentiam.* —3 Ita multi codd. edd. antiquiss. Manut. Lamb. Dav. Lall. *dicit Hieronymus* Reg. Bern. 1. Wolf. Schutz. Orell. *dicat Hieronymus* Dav. in ed. pr.—4 Dav. *hi philosophi;* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Victor. *his philosophis;* Manut. *iis philosophis.* Mox, *omne, quod honestum* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Tum, *et inanis* quatuor codd. Oxon. edd. antiquiss. Crat. Manut. Lamb. *esse dicunt* Manut. Lamb. *et* de Lambini et Bentleii sententia delerunt Dav. Schutz. Wolf. uncis inclusit Orell. *attamen* conj. Ursin. probante Bonh. Deinde, *esse censent* Venett. 1480. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb.—5 Ita Vat. quinque codd. Oxon. Gebh. seqq. *perfectis* duo codd. Oxon. Reg. Venet. 1480. Victor. *perfectisque* Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. Mox, *faciendum vides* Reg. Venet. 1480. Dav.—6 Wolf. *ab iis.* Pro *obscurentur,* quod tuentur codd. aliquot Oxon. edd. ante Gebh. Dav. in ed. sec. Lall. Wolf. Schutz. Orell. *observant* Reg. *observent* cum codd. aliquot Gebh. *obruantur* de Bentleii conjectura Dav. in ed. pr.—7 Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. Manut. Lamb. *ceterisque.* Pro *dissidendi,* quod servant codd. aliquot, Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Manut. Lamb. Dav. Lall. Schutz. Orell. *desiderandi* Reg. octo codd.

NOTÆ

[f] *Honorarius arbiter*] Honorarius arbiter est, quem honoris causa utraque pars summum controversiæ suæ judicem facit.

Digitized by Google

quemadmodum obtinere possint, ipsi viderint. Mihi tamen gratum est, quod de sapientium perpetua bene vivendi facultate dignum quiddam philosophorum voce profitentur.[e]

121. Sed quoniam mane est eundum, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus. Equidem me etiam conscripturum arbitror; (ubi enim melius uti possumus hoc, cuicuimodi[8] est, otio?) ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus; a quo non modo impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verum etiam lacessiti.[g] In quo quantum ceteris profuturi simus,[9] non facile dixerimus: nostris quidem acerbissimis doloribus, variisque et undique circumfusis molestiis, alia nulla potuit inveniri levatio.

[e] *Mihi tamen gratum est, quod dicunt aperte, et (quæ philosophis digna est oratio) sapientem posse semper bene vivere.*

Oxon. Venet. 1480. Crat. Victor. Gebh.—8 Tres codd. Oxon. Venet. 1481. Beroald. Argent. 1511. Erasm. Crat. *cujusmodi;* alii tres codd. Oxon. et Venet. 1480. *cujuscumque modi.* Statim, *ad philosophas scriptiones* Reg. codex unus Oxon. Dav. Wolf. Schutz. Orell. *ad philosophiæ scriptiones* Nonius. *descriptiones* tres codd. Oxon. edd. antiquiss. Erasm. Crat.—9 Ita Beroald. Junt. Lamb. Wolf. Schutz. Orell. *sumus* omnes codd. et edd. antiquiss. item Manut. Gebh. Dav. Lall. probantibus Garat. ad Milon. et Wopk. p. 145. Statim, *non f. dixerim* tres codd. Oxon. et Rom. 1469.

NOTÆ

[g] *Lacessiti*] Eo libro quem de Virtute scripserat Brutus, miseratque ad Tullium.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google